Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

SECVNDVS TOMVS

OPERVM D. AVRELII AVGVSTINI

EPISCOPI HIPPONENSIS, COMPLECTENS ILLIVS

Epistolas, [redacted].

ERASMVM ROTERODAMVM.



FACULTAD
DE
TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

BASILEAE, APVD HIER. FROBENIVM
ET NIC. EPISCOPIVM
ANNO M D XLI.

Esta corregido segun el
Expurgatorio de la Sta
Inq.on de Portugal
de 1624

estan enmendados estos dos tomos; y borrado en el segundo lo q̃ se enmienda cõforme
al expurgatorio del S.to Offe publicado en año de 1624. approuebo como
enmendado con facultad y licencia, q̃ pueda tener todos los muy illtres señores
inquisidores de valld. en fee de esto. a. 23. de junio de 1626.

El Bachiller
Prendes

Esta expurgado este tomo segun el expurgatorio nuebo de el año de
1624 por comission del S.to Offo; y firmo de
mi nombre.

Esta expurgado segun el expurgatorio de 1707.
El Dor Diego de Mosquera

Universidad de Deusto
Biblioteca

DES. ERASMVS ROTERODAMVS
PIO LECTORI S. D.

EX calce secundi libri Retractationum, item ex epistola quæ præfixa est Catalogo hæreseon ad Quoduultdeum, satis quidem perspicuum est, id temporis nec epistolas, nec populares orationes ab Augustino fuisse digestas: nec posse id ab eo curatum, uel illud arguit, quòd in hoc uolumine, neq; temporum, neq; personarum, neq; materiarum ulla uidetur habita ratio. Certius autem id arguit, quòd quædam admixtæ fuerant, quæ primo statim gustu deprehendebantur Augustini non esse, quas addita censura notauimus: nonnullæ simpliciter confictæ, quod genus sunt illæ Bonifacij ad Augustinum, Augustini ad Bonifacium. Nullam tamen omnino [illegible] & insigniter illiteratam, ne id quidem facturi, nisi eadem in Tomis haberetur. Tanta nobis cautio fuit, ne quis quid de nostra queri possit industria. Ad hæc insperſæ sunt nonnullæ quas Augustinus ipse in Retractationibus libros appellat. Quanquam interdum subdifficile est epistolam à libro distinguere. Augustinus alicubi sic loquitur, quasi breuitas aut prolixitas tribuat adimátue nomen epistolæ uerius, quàm orationis genus, aut argumenti ratio, præsertim quum hoc exemplum ab Apostolis uenerit, ut argumenta quamuis seria committerentur epistolis. Siquidem exceptis Euangelijs, quo nomine complectimur & Apostolorum gesta, præter epistolas nihil scripto prodiderunt, sed eas de rebus haud quaquam familiaribus, tum quas uellent ab omnibus legi. Alicubi putat epistolam non uideri, quæ non præferat nomen & scribentis & eius ad quem scribitur. Et sanè sunt aliquot quas uerè possis epistolas dicere, referentes familiare quiddam, & instar humani colloquij, licet perpaucæ. Verum hac de re liberum esto suum cuiq; iudicium. Illud ausim affirmare, non alio in opere magis elucescere sanctissimi uiri, pietatem, charitatem, mansuetudinem, humanitatem, ciuilitatem, studium crediti gregis, amorem concordiæ, & zelum domus dei. Vt satagit, ut molitur, ut se uertit in omnia, quoties affulsit aliqua spes pertrahendi uel paganum ad Christum, uel hæreticum ad ecclesiæ communionem. Vt se submittit, ut (iuxta Paulum) mutat uocem suam, undiquaque uenans occasionem excitandæ propagandæq; pietatis, ubicunque sentit aliquam bonæ mentis scintillam residere. Cui mulierculæ, cui plebeio, cui aulico, cui pagano, cui hæretico non prompte, mansuete, blandeq; respondet? Quàm anxia sollicitudine pro sceleratissimis, nec una morte dignis, Circumcellionibus intercedit? Quis maiori studio pro suis amicis interpellauit, quàm ille pro suis hostibus? Quanto nixu parturit omnes Christo, quàm gratulatur resipiscentibus, quàm sollicitè prospicit periclitantibus, quàm sedulò docet errantes, mederi studens omnibus, perdere neminem. Quàm miserè uritur, ad quoduis eorum offendiculum? Videas uerè gallinam euangelicam sollicitam & anxiam, ut sub alas colligat foueatq; pullos suos. In nonnullis epistolis agnoscere licebit & illud forense dicendi genus, quod Græci δικανικὸν appellant, præcipuè quùm agit aduersus Donati factionem, nec deest argumentorum subtilitati, quæ illi peculiaris est δένωσις. Verum siue docet, siue corripit, siue pugnat cum deploratis hostibus, nusquam tamen non sentias Christianæ charitatis nauam dulcedinem, ut, si tamen congruit hæc collatio, mihi uideatur quendam è comœdia referre Mitionem, qui tum etiam mitis est, quum obiurgat maximè. In hoc uno uelut in speculo contemplari licet episcopum, qualem depinxit Paulus, ἀνεπίλημπτον, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικὸν, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, φιλάγαθον, ἔγκρατῆ, ὅσιον, δίκαιον, ἀντεχόμενον τῆς κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν μετὰ πάσης παρρησίας. [illegible] Ex alijs Augustini libris perspicere licebit, qualis fuerit adhuc infans in Christo: ex alijs, qualis fuerit iuuenis, qualis senex: ex hoc uno uolumine semel totum Augustinum cognosces. Vberiores fructus nobis dedisset illud ingenium, si in Italia Galliáue uel nasci uel uiuere contigisset. Rudis erat Africa, uoluptatum auida, studiorum inimica, curiosarum rerum appetens. Vnde frequenter exercent illum quæstionibus subfrigidis, nec multum facientibus ad pietatem: & ad suæ gentis affectus sæpe cogitur attemperare calamum. Verum tali excolendo senticeto, tali opus erat agricola. Quanquam digniora lectu scripturus erat, si uel ad Romanorum aut Græcorum iudicia se composuisset, uel minus indulsisset simplicium imperitiæ. Sed Christiana charitas prius habet prodesse quampluribus, quàm probari præcipuis, fraternæ salutis quàm suæ gloriæ sitientior. Quosdam autem, præcipuè mulierculas, pia quædam habebat ambitio, pulchrum esse ducentes, qualecunque scriptum impetrasse ab episcopo. Ita factum est, ut dum uir pius omnium uotis obsequitur, minus alicubi satisfaciat lectori fastidioso. Vix quenquam crediturum opinor, quantum mihi sudoris exhaustum sit in tollendis mendis, ac reponenda sermonis confusissima distinctione. Sed ea demum perfecta est eleemosyna, quæ confertur nescienti: generosior etiam, quæ confertur auersanti. Hæc Christo fœneramus, non hominibus, quorum uix credibilem ingratitudinem in nimium multis experimur. Quanquam horum malitia nequaquam nos à benefaciendi studio deterrebit unquam: eorum enim debitores nobis res est. Ne quid omittam, ab huius uoluminis calce resecuimus sequentissimam coronidem sub titulis Cyrilli, subitò Latinè loquentis, & Augustini Græco malè Latinè scribentis, impudentissimè confictam: cuius tamen legendæ [illegible] quem fortè [illegible] reperiat interea quæ diui Hieronymi Tomis adiuncta sunt, illic expleat sese affatim, qui talibus capitur delicijs. Hæc cordate lector, fac eas uelis attentè, non pœnitebit insumpti temporis. Bene uale.

Basileæ anno M D XXVII.

Nomenclaturam eorum ad quos scripsit Augustinus, reperies ad calcem huius uoluminis.

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
EPISTOLARVM LIBER.

5

Augustinus Volusiano, exhortans illum ad scribendū, & indicans quid ex literis sacris illi potissimum sit legendum. Epistola I.

Domino illustri & merito præstantiss. filio Volusiano, Augustinus episcopus.

E SALVTE TVA, quam & in hoc seculo & in Christo esse cupio, sanctæ matris
D tuæ uotis sum fortasse etiam ipse non impar. Vnde meritis tuis reddens salutationis
Al. † officium † obsequiū, hortor ut ualeo, ut literarum uere certeq; sanctarum studio te curam non pigeat impendere. Sincera enim & solida res est, nec fucatis eloquijs ambit ad animum, nec ullo linguæ tectorio inane aliquid ac
Quid in primis legendum pendulum crepitat. Multum mouet, non uerborum, sed rerum auidum: & multum terret, factura securum: Præcipue Apostolorum linguas exhortor ut legas, ex his enim ad cognoscendos prophetas excitaberis, quorū testimonijs utuntur Apostoli. Si quid autē uel cum legis uel cum cogitas tibi oritur quæstionis, in quo dissoluendo uidear necessarius, scribe ut rescribam. Ma-
Al. † præsens talia gis enim hoc forte domino adiuuante potero, quàm † præsentialiter loqui tecum, non solū propter occupationes uarias & meas & tuas (quoniam non cum mihi uacat, occurrit ut & tibi uacet) uerumetiam propter eorum irruentem præsentiam, qui plerunq; non sunt apti tali negotio, magisq; linguæ certaminibus, quàm scientiæ lu- C
Commodius scribere minibus delectantur. Quod autem scriptum habetur, semper uacat ad legendum, cum uacat legenti: nec onerosum fit præsens, quod cum uoles sumitur, cum uoles ponitur.

Volusianus Augustino, proponens illi quæstiones, quomodo deus immēsus claudi potuerit utero uirginis: & an mundi curā desseruerit interim, & an miraculis satis declarata sit eius diuinitas. Epistola II.

Domino uere sancto ac merito uenerabili patri Augustino episcopo Volusianus.

Etis à me, uir probitatis iustitiæq; do-
P cumentum, ut aliqua ex ambiguis lectionis peritæ discēda perconter. Amplector gratiam muneris imperati, meq; libens D in disciplinas tuas offero, ueteris sententiæ autoritatem secutus, quæ nullam ad perdiscendum abundare credit ætatē. Neq; immerito Sapiens, prudentiæ studia nullis terminis neq; fine conclusit, quādo primordijs suis remota uirtus nunquam adeò reseratur adeuntibus, ut omnis protinus ad agnitionem patescat. Domine uere sanc-

6

A cte ac merito uenerabilis pater, est operæpretiū cognoscere habitam inter nos proxime confabulationem. Quibusdam amicorum conuentibus aderamus frequentes, proferebantur illic pro ingenijs studijsq; sententiæ: Erat tamen sermo Rhetorica partitio (apud agnoscentem loquor) nam etiam ista paulò ante docuisti. Astruebatur quid esset inuentio, quæ inuentionis acrimonia, quantus disponendi labor, quæ translationis gratia, quæ † iconismatum pulchritudo, † εἰκόνες, imago: εἰκονισμα, schema est & pro ingenio naturaq; materię, apposita etiam dicēdi facultas. Alij rursus poeticam eleuabant fauentes. Ne hanc quidem eloquentiæ partem in quo imago rei ponitur. tacitam aut inhonoratam reliquis, ut conuenienter Poeta dixerit: Inter uictrices hederā tibi ser- ob oculos.
B pere lauros. Dicebatur ergo qutāus iconiæ esset ornatus, quæ metaphorarum uenustas, quanta in comparatione sublimitas, iam leues enodesq; uersus, atq; ut ita dixerim, cæsurarum modulata uariatio. Tunc ad familiarem tuam philosophiam sermo deflectitur, quam ipse Aristotelico more tanquam † Esocraticam fouere consueueras. Quærebamus & quid egerit præceptor ex Lycio: quid Academiæ multiplex & cōtinuata cunctatio: quid ille disputator ex porticu: quid Physicorū peritia: quid Epicureorum uoluptas: quid inter omnes infinita disputandi libido. Tuncq; magis ignorata ueritas, postquā præsumptū est quod possit agnosci. Dum in his confabulatio nostra remoratur, unus è multis: & quis, inquit, est sapientia ad perfectum Chri- C
† Esocraticā, uox notha est. quidā codex habebat esotericam, ab ἔσω θεν, ut dicimus neotericam. Scribendum opinor Esotericā, id est, interiorē.
stianitatis imbutus, qui ambigua in quibus hæreo possit aperire, dubiosq; sensus meos uera uel uerisimili credulitate firmare? Stupemus † tacentes. Tunc in hæc sponte prorupit: Miror utrum mundi dominus & rector, intemeratæ fœminæ corpus impleuerit, pertulerit decem mensiū longa illa fastidia mater, & tamen uirgo enixa sit solennitate pariendi, & post hæc uirginitas † putetur intacta. His & alia subnectit: Intra corpusculum uagientis infantiæ latet, cui † parua putatur uniuersitas: patitur puerilitatis annos, adolescit, iuuentute solidatur: tamdiu à sedibus suis abest ille regnator, atq; ad unum corpusculū totius mundi cura transfertur: Deinde in somnos
Al. † hæretes Noua uero quæstio.
Al. † intacta permanserit.
Al. † par uix
resoluitur, cibo alitur, omnes mortalium sentit affectus, nec ullis cōpetentibus signis tantæ maiestatis indicia clarescunt, quoniam larualis illa purgatio, debilium curæ, reddita uita defunctis, si & alia cogites, deo parua sunt. Interuenimus ulterius inquirenti, solutoq; conuentu, ad potioris peritiæ merita distulimus, ne dum incautius secreta temerantur, in culpam deflecteret error
Significat lepros mundatos, ægrotos sanatos, & mortuos excitatos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

innocuus. Accepisti uir totius gloriæ capax im
peritiæ confessionem, quid à partibus † nostris
Al. † nostris desideretur agnoscis. Interest famæ tuæ, ut quæ
sita nouerimus. Vtcunq; absq; detrimento cul
tus diuini in alijs sacerdotibus toleratur inscitia,
at cum ad antistitem Augustinum uenitur, legi
deest quicquid contigerit ignorari. Incolumem
uenerationem tuam diuinitas summa tueatur do
mine uere sancte ac merito uenerabilis pater.

Augustinus Volusiano ad singula respondet Ep. III

Dn. illustri & merito insigni, & præstantissimo
filio Volusiano, Augustinus in domino S.

Eximiæ cuiusdam humanitatis in Augustino, quod superiorem epistolã responso dignatus est,

L Egi literas tuas, in quibus uidi magni
cuiusdam dialogi specimen, laudabili
breuitate comprehensum. Respondere igitur debui, nec pro dilatione aliquid excusationis opponere. Accidit enim opportune, ut ab
alijs negocijs mihi aliquantulum uacaret. Quibus autem dictandis hoc otium statueram impendere, paululum distuli, nequaquam iustum esse arbitratus, ut quem ad quærendum exhortatus ipse fueram, differrem quærentem. Quis autem nostrum, qui Christi (ut possumus) gratiam
ministramus, cum tua uerba legerit, ita te uelit
doctrina instrui Christiana, ut tibi tantum suffi
ciat ad salutem, non huius uitæ (quã uaporis esse
simillimam, tantillum apparentis & ilicò uanescentis atq; pereuntis, sermo diuinus admonere
curauit) sed illam salutem propter quam adipiscendam & in æternum obtinendam Christiani
sumus? Parum est ergo nobis sic te instrui, ut tibi sit liberando satis. Ingenium quippe & eloquium tuum tam excellens tamq; luculentum,
prodesse debet etiam cæteris, contra quorũ tar
ditatem seu peruersitatem, conueniẽtissime de
fendenda est tantæ gratiæ dispensatio, quam superbæ animulæ nihilipendunt, quæ nimis affectant plurimum posse, & ad sua uitia sanãda uel
etiam refrenanda nihil possunt. Quæris igitur:
utrum mũdi dominus & rector, intemeratæ fœminæ corpus impleuerit, pertulerit decem mensium longa illa fastidia mater, & tamẽ uirgo enixa sit solennitate pariendi, & post hæc uirginitas inuiolata permãserit: Vtrum intra corpusculum uagientis infantiæ latuerit, cui † parua puta
Al. † par uix tur uniuersitas, passus fuerit puerilitatis annos,
adoleuerit, iuuentute solidatus sit, tam diu à sedibus suis abfuerit regnator ille, atq; in unum corpusculum, totius mũdi cura translata sit, deinde
in somnos resolutus sit, cibo alitus, omnes mortalium senserit affectus, neq; ullis competẽtibus
signis claruerint tantæ maiestatis indicia, quoniam larualis illa purgatio, debilium curæ, reddita uita defunctis, hæc & alia si cogites, deo parua sunt. Hanc scribis in quodam conuentu amicorum ab uno ex multis qui aderant illatam esse
quæstionem, uos autem interuenisse ulterius inquirenti, solutumq; conuentum, ad potioris peritiæ merita distulisse, ne dum incautius secreta
temerantur, in culpam deflecteret error inno-

A cuus. Deinde ad me literarũ tuarum dirigis intentionem, & post hanc imperitiæ confessionẽ,
admones ut à partibus nostris quid desideretur
agnoscam. Adiungis etiam famæ meæ interesse
ut quæsita noueritis, quod utcunq; absq; detrimento diuini cultus in alijs sacerdotibus tolera
tur inscitia, at cum ad me antistitem uenitur, legi
deesse quicquid contigerit ignorari. Primũ igitur hanc de me opinionem facile præsumptam,
quæso deponas, eumq; animum quãuis erga me
beneuolentissimum soluas atq; exuas: ac de me
mihi magis quàm ulli alteri credas, si mihi dile
ctionis uicem repẽdis. Tanta est enim Christia- *Scripturæ*
narum profunditas literarum, ut in eis quotidie *profunditas.*
proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usq;
B ad decrepitam senectutẽ maximo otio, summo
studio, meliore ingenio conarer addiscere: Non
quo ad ea quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis
perueniatur difficultate, sed cũ quisq; ibi fidem
tenuerit, sine qua pie recteq; non uiuitur, tam
multa, tamq; multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant,
tantaq; non solũ in uerbis, quibus ista dicta sunt,
uerum etiam in rebus quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc con
tingat, quod eadem scriptura quodam loco ha- *Eccli. 18*
bet, Cum consummauerit homo, tunc incipit.
Sed quid hinc plura? Veniendum potius est ad
rem quam requiris: Vbi primum te scire uolo,
C non hoc habere Christianam doctrinam, quòd
ita sit deus infusus carni qua ex uirgine nasceretur, ut curam gubernandæ uniuersitatis uel deseruerit uel amiserit, uel ad illud corpusculũ quasi
contractam materiam collectamq; transtulerit.
Hominum iste sensus est, nihil nisi corporea ua
lentium cogitare, siue ista crassiora, sicut sunt humor atq; humus, siue subtiliora, sicut aeris & lu- *Lux corpus.*
cis, sed tamen corpora, quorum nullũ potest esse
ubiq; totum, quoniã per innumerabiles partes
aliud alibi † abeat, necesse est: Et quantumcunq; *Al. † habeat*
sit corpus, seu quantulũcunq; corpusculum loci
occupet spatium, eundemq; locum sic impleat,
ut in nulla eius parte sit totum, ac per hoc densari ac rarescere, contrahi & dilatari, in minutias
D deteri, & grandescere in molem, non nisi corporum est. Longe aliud est animę natura quàm corporis, quãto magis dei, qui creator est & animæ
& corporis. Non sic deus dicitur implere mundum, uelut aqua, uelut aer, uelut ipsa lux, ut minore sui parte minorem mũdi impleat partem,
& maiore maiorem. Nouit ubique totus esse, &
nullo contineri loco. Nouit uenire non recedendo ubi erat. Nouit abire non deserendo quò uenerat. Miratur hoc mens humana, & quia non
capit fortasse, nec credit: Seipsam primitus ingrata miretur, seipsam paululum si potest attollat à corpore, & ab eis rebus quas solet sentire
per corpus: & uideat ipsa quid sit quæ utitur corpore. Sed forte non potest: Magni quippe est
ingenij

Cicero ingenij, ut ait quidam, seuocare mentem à sensi- A
bus, & cogitationem à consuetudine abducere.
Ipsos ergo corporis sensus aliquanto insuetius
& uigilantius perscrutetur. Sunt certe quinque
Sensus cor- partiti corporis sensus, qui nec sine corpore, nec
poris sine anima esse possunt, quia neq; sentire est nisi
uitientis, quod ab anima est corpori: neque sine
corporeis instrumentis, & quasi uasis atq; organis uidemus, audimus, cæteriscq; tribus utimur
sensibus. Intendat hæc anima rationalis, & sensus corporis, nõ sensibus corporis, sed ipsa mente atq; ratione consideret. Certe sentire homo
non potest, nisi uiuat: uiuit autem in carne, ante
quàm morte utrunq; dirimatur. Quomodo igitur anima quæ sunt extra carnẽ suam sentit, quæ
non nisi in carne sua uiuit? An non ab eius carne longissime absunt sidera in cœlo? An non in B
cœlo uidet solem? An sentire nõ est uidere, cum
sit in quinq; sensibus cæteris excellentior uisus?
An & in cœlo uiuit, quia & in cœlo sentit, &
Al. † esse sensus † non potest esse ubi uita non est? An sentit,
potest & ubi non uiuit, quia cum in sua tantum carne
uiuat, sentit etiã in his locis quæ præter eius carnem continent ea quę tangit aspectus? Vidés ne
quàm hoc sit latebrosum in sensu tam cõspicuo,
qui uisus dicitur? Attende & auditum: Nam &
ipse se foras quodãmodo diffundit à carne. Vnde enim dicimus: foris sonat, nisi ibi sentiamus
ubi sonat? Ergo & illic extra carnem nostram uiuimus. An sentire possumus, & ubi nõ uiuimus,
cum sensus sine uita esse non possit? Cæteri tres C
sensus apud seipsos sentiunt, quãuis de olfactu
utcunq; possit dubitari. De gustu autem atq; tactu nulla cõtrouersia est, quod ea quæ gustamus
& tangimus, non alibi quàm in carne nostra sentimus. Proinde isti tres sensus ab hac considera
tione remoueantur. Visus auditusq; afferunt mirabilem quæstionem: Aut quomodo anima sentiat ubi non uiuit, aut quomodo uiuat ubi nõ est.
Neq; enim nisi in carne sua est. Sentit autẽ etiam
præter carnem suam. Ibi quippe sentit ubi uidet,
quia & uidere, sentire est. Ibi sentit ubi audit,
quia & audire, sentire est. Aut ergo & ibi uiuit,
ac per hoc etiam & ibi est, aut sentit & ubi non
uiuit, aut uiuit & ubi non est. Hæc omnia mira
sunt, nihil horũ affirmari sine quadam uelut ab- D
Mens. surditate potest: & de sensu loquimur mortici-
νοῦς no. Quid igitur est ipsa anima, præter corporis
sensum, id est in mente qua ista cõsiderat? Neq;
enim sensu corporis, de ipsis sensibus corporis
iudicat: & putamus nobis de omnipotentia dei
incredibile dici aliquid, cum dicitur uerbũ dei,
per quod omnia facta sunt, sic assumpsisse corpus ex uirgine, & sensibus apparuisse mortalibus, ut immortalitatem suam non corruperit, ut
æternitatem suam non mutauerit, ut potestatem
suam non minuerit, ut administrationem mũdi
nõ deseruerit, ut à sinu patris, id est à secreto quocum illo & in illo est, nõ recesserit? Verbum dei
sic intellige per quod facta sunt omnia, non ut

A eius transire aliquid cogites, & ex futuro præteritum fieri. Manet sicuti est, & ubiq; totum est.
Venit autem cum manifestatur, & cum occultatur abscedit. Adest tamen siue occultum siue manifestum, sicut lux adest oculis & uidentis & cæci: sed uidenti adest præsens, cæco uero absens.
Adest & uox audientibus auribus, adest etiã surdis: sed illis patet, istis latet. Quid autem mirabilius cẽ id quod accidit in uocib. nostris, uerbisq;
sonantibus, in re scilicet raptim trãsitoria? Cum
enim loquimur, ne secundę quidẽ syllabæ locus
est, nisi prima sonare desiterit, & tamen si unus
adsit auditor, totũ audit quod dicimus, & si duo
adsint, tantũdem ambo audiũt, quod & singulis
totum est. Et si audiat multitudo silens, nõ inter
se particulatim comminuunt sonos tanquam ci
bos, sed omne quod sonat & omnibus totũ est,
& singulis totum. Ita ne iam non illud est potius
incredibile, si uerbum hominis transiens quod
exhibetur auribus, uerbum dei permanens non
† exhibetur rebus: ut quẽadmodũ hoc simul au- *Al. † alibi*
ditur à singulis etiã totum, ita illud simul ubiq; *exhiberet*
sit totum? Non itaq; metuendũ est corpusculum
infantiæ, ne in illo tantas deus angustias passus
esse uideatur. Neque enim mole, sed uirtute magnus est deus, qui prouidẽtia sua meliorem sensum magis formiculis & apiculis dedit cẽ asinis
& camelis: Qui ex grano minutissimo seminis
tãtam ficulneæ arboris magnitudinẽ creat, cum
ex multo maiorib. seminibus longe minora mul
C ta nascantur: Qui pupillam tam paruam ditauit
acie, qua per oculos emicante, in ictu temporis
cœlum propè dimidiũ lustraret: Qui ex puncto
& quasi cẽtro cerebri, sensus omnes quinaria distributione diffudit: Qui corde mẽbro tam exiguo uitalem motum per corporis cuncta dispensat. His atq; huiusmodi rebus insinuãs magna de
minimis, qui non est paruus in paruis. Ipsa enim
magnitudo uirtutis eius, quæ nullas in angusto
sentit angustias, uterũ uirginalem non aduenti
tio, sed indigena puerperio fœcũdauit: Ipsa sibi
animam rationalem, & per eadem etiam corpus
humanum, totumq; omnino hominẽ in melius
mutandum, nullo modo in deterius mutata coaptauit: nomen humanitatis ab eo dignanter assu
D mens, diuinitatis ei largiter tribuens. Ipsa uirtus
per inuiolatæ matris uirginea uiscera, membra
infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia, mẽbra iuuenis introduxit. Hic si ratio quæritur, non
erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus,
tota ratio facti est potentia facientis. Iam illud,
quod in somnos soluitur, & cibo alitur, & omnes humanos sentit affectus, hominẽ persuadet
hominibus, quẽ non consumpsit utiq;, sed assumpsit. Ecce sic factum est, & tamen quidam hæretici, peruerse mirando laudãdoq; eius uirtutem,
naturam humanam in eo prorsus agnoscere noluerunt, ubi est omnis gratiæ commendatio, qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

saluos facit credẽtes in se, profundos thesauros sapientiæ & scientiæ continens, & fide mentes imbuens, quas ad æternam contemplationẽ ueritatis incommutabilis prouehat. Quid si omnipotens, hominem ubicunq; formatũ non ex materno utero crearet, sed repentinũ inferret aspectibus? Quid si nullas ex paruulo in iuuentã mutaret ætates, nullos cibos, nullos caperet somnos? nónne opinionem cõfirmaret erroris, nec hominem uerum suscepisse ullo modo crederetur, & dũ omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit? Nunc uero ita inter deum & homines mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utranq; naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis tẽperaret. Quid autem non mirum facit deus in omnibus creatu B
ræ motibus, nisi cõsuetudine quotidiana uiluissent? Denicq; quàm multa usitata calcantur, quæ cõsiderata stupentur: sicut ipsa uis seminũ, quos numeros habet, & quàm uiuaces, & efficaces, quàm latenter potentes, quàm in paruo magna molientes, quis adeat animo, quis promat eloquio? Ille igitur sibi hominem sine semine operatus est, qui in rerum natura sine seminibus operatur & semina. Ille in suo corpore numeros temporum mensurasq; seruauit ętatum, qui sine ulla sui mutabilitate mutando contexuit ordinem seculorum. Hoc enim creuit in tempore, quod cœpit ex tempore. Verbum autẽ in principio, per quod facta sunt tempora, tempus elegit quo susciperet carnem, nõ tempori cessit ut uerteretur C
Deus homini permixtus, dura loquutio in carnem. Homo quippe deo accessit, non deus à se recessit. Sic autem quidã reddi sibi rationem flagitant, quomodo deus homini permixtus sit, ut una fieret persona Christi, cũ hoc semel fieri oportuerit, quasi rationem ipsi reddãt de re quæ quotidie fit, quomodo misceatur anima corpori, ut una persona fiat hominis? Nam sicut in unitate personæ anima unitur corpori, ut homo sit: ita in unitate personæ deus unitur homini, ut
Mixtura Christus sit. In illa ergo persona mixtura est animæ & corporis, in hac persona mixtura est dei & hominis, si tamen recedat auditor à consuetudine corporum, qua solẽt duo liquores ita commisceri, ut neuter seruet integritatem suam, quã-
quam & in ipsis corporibus aeri lux incorrupta D
Mixtura misceatur. Ergo persona hominis, mixtura est animæ & corporis: persona autẽ Christi, mixtura est dei & hominis. Cum enim uerbũ dei permixtum est animæ habenti corpus, simul & animã suscepit & corpus. Illud quotidie fit ad procreandos homines: hoc semel factum est ad liberandos homines. Veruntamen duarũ rerum incorporearum commixtio facilius credi debuit, quàm unius incorporeæ, & alterius corporeæ. Nam si anima in sua natura nõ fallitur, incorpoream se esse comprehendit, multo magis incorporeum est uerbum dei, ac per hoc uerbi dei & animæ credibilior debuit esse permixtio, quàm
Permixtio animæ & corporis. Sed hoc in nobis ipsis expe-

rimur, illud in Christo credere iubemur. Si autẽ utrunq; nobis pariter inexpertũ credendũ præciperetur, quid horum citius crederemus? Quo modo non fateremur duo incorporea, & unum corporeum alterumq; incorporeum facilius potuisse misceri, si tamen non indigne ad ista mixtionis uel mixturæ nomẽ admittitur propter cõsuetudinem corporaliũ rerum, longe aliter se habentium aliterq; notarum? Verbum igitur dei, idemq; dei filius, patri coæternus, eadẽq; uirtus & sapientia dei, à superno fine creaturæ rationalis usq; ad infimũ finem creaturæ corporalis attingẽs fortiter, & disponẽs omnia suauiter, præsens & latens, nusquam cõclusa, nusquã discissa, nusquam tumida, sed sine mole ubiq; tota, longe
alio modo quodam quàm eo quo creaturis cęte- *Minor*
ris adest, suscepit hominẽ, secq; & illũ fecit unum Iesum Christum, mediatorem dei & hominum, æqualem patri secũdum diuinitatem, minorem patre secundum carnem, hoc est secundũ hominem, incommutabiliter immortalem secũdum æqualem patri diuinitatem, eundemq; mutabilem atq; mortalem secũdum † cognitam nobis *Al. † cognatã*
infirmitatem, in quo Christo eo tempore, quod opportunissimũ ipse nouerat, & ante secula disposuerat, uenit hominibus magisteriũ & adiutorium, ad capessendam sempiternã salutem. Magisterium quidem ut ea quæ hic ante dicta sunt utiliter uera, nõ solũ à prophetis sanctis, qui omnia uera dixerũt, uerumetiam à philosophis atq; ipsis poetis, & huiuscemodi autoribus literarũ, quos multa uera falsis miscuisse quis ambigat? Illius etiam in carne præsentata cõfirmaret autoritas, propter eos qui illa nõ possent in ipsa intima ueritate cernere atq; discernere: Quæ ueritas & antequàm hominem assumeret, ipsa aderat omnib. qui eius participes esse potuerunt: Maxime uero suæ incarnationis exẽplo id salubriter persuasit, ut quoniã homines plericq; diuinitatis auidi, per potestates cœlestes quas deos putarent, ritusq; uarios illicitorum non sacrorũ sed sacrilegiorum, ambiendum sibi arbitrarẽtur ad deum, magis superbe q̃ pie: qua in re pro angelis sanctis eis se dæmones superbæ cogitationis suppo
nunt: scirẽt homines tam proximum esse deum D
pietati hominum, ad quem uelut longe positum per interpositas potestates ambiebant, ut hominem susciperet dignaretur: & cum illo uniri quodãmodo, ut ei sic coaptaretur homo totus, quẽadmodum animæ corpus: excepta concretione mutabili, in quam non cõuertitur deus, & quam uidemus quod habeat & corpus & animus. Adiutorium autẽ, quod sine gratia fidei quæ ab illo est, nemo potest uincere concupiscentias uitiosas: & si qua earum residua nõ uicerit ueniali remissione purgari. Quod ergo ad magisteriũ eius attinet: quis nunc extremus idiota, uel quæ abiecta muliercula non credit animę immortalitatẽ, uitamq; post mortẽ futuram? Quod apud Græcos olim primus Pherecydes Assyrius cum dis- *Pherecydes*
putasset

Pythagoras. Cic. in Tusc. putasset, Pythagoram Samium illius disputatio A
nis nouitate permotũ ex athleta in philosophũ uertit. Nunc ergo quod Maro ait, & omnes uidemus, Amomũ Assyriũ uulgò nascitur. Quod autem ad adiutoriũ gratiæ pertinet quæ in Christo est, ipse est omnino,

Virg. ecl. 4 Quo duce si qua manent sceleris uestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Sed nullis, inquiunt, competentibus signis claruerũt tantæ maiestatis indicia, quia latualis illa purgatio, debilium curæ, reddita uita defunctis, si & alia considerentur, deo parua sunt. Fatemur

3 Reg. 17 quidem & nos talia quædam fecisse prophetas.
Nam in his signis, quid excellentius quàm mor-

4 Reg. 4 tuos resurrexisse? Fecit hoc Helias, fecit hoc Helisæus. Nam de magorum miraculis, utrũ etiam B

Apuleius mortuos suscitauerint, illi uiderint qui & Apuleium se contra magicarum artium crimina copiosissimè defendentem, conantur non accusando sed laudando conuincere. Nos legimus, ma-
gos Aegyptiorum artium istarum peritissimos,

Exo. 7. & seq. Al. † simpliciter a Moyse famulo dei fuisse superatos, cũ illi quædam mira nefandis artibus agerent, ille deo † supliciter inuocato, machinamenta eorum cuncta subuerteret. Sed & ipse Moyses & cæteri prophetæ ueracissimi dominum Christum prophetauerunt, & gloriam magnam ei dederunt, hunc non tanquam parem sibi, nec in eadem miracu-
lorum potẽtia superiorem, sed planè dominum deum omniũ & hominem propter homines factum uenturũ prænunciauerunt. Qui propterea C
& ipse talia facere uoluit, ne esset absurdum, quę per illos fecerat, si ipse non faceret. Sed tamẽ & aliquid propriũ facere debuit: Nasci de uirgine, à mortuis resurgere, in cœlũ ascendere. Hoc deo qui parum putat, quid plus expectet ignoro. Arbitror enim talia flagitari, qualia gerens hominẽ

Ioan. 1 facere nõ debuit. Nam in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbum, & omnia per ipsum facta sunt. Num homine assumpto, alium mundũ facere debuit, ut eum esse crederemus, per quẽ factus est mũdus? Sed nec maior mundus, nec isti æqualis in hoc mũdo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoq; parum putaretur. Quia ergo non oportebat ut nouum faceret mũdum, noua D
fecit in mundo. Homo enim de uirgine procreatus, & à mortuis in æternam uitam resuscitatus, & super cœlos exaltatus, potẽtius fortasse opus est quàm mũdus. Hic forte respõdent, se factum hoc esse nõ credere. Quid ergo fiet hominibus, qui minima contemnunt, maiora non credunt? Reddita uita defunctis, ideo creditur, quia & alij fecerunt, & parum est deo. Caro propria de uirgine creata, & à morte in æterna uita super cœlos leuata, ideo non creditur, quia nemo fecit, & competit deo: ac per hoc quæ sibi quisq; facilia

Iulius non facit sed captu putat, æquo animo accipit, supra ea ueluti ficta pro falsis ducit. Noli eis esse similis obsecro te: Disputãtur hæc latius, & omnes quæstionum necessariarum sinus perscrutati *Series fidei Christianæ*
discussiq; pandũtur: sed intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit. Quem nõ moueat ad credẽdum tantus ab initio ipse rerum gestarum ordo, & ipsa connexio temporum: præteritis fidem de præsentibus faciẽs, priora posterioribus & recentioribus antiqua confirmans? Eligitur *Gen. 12*
unus ex gente Chaldæorum, pietate fidelissima præditus, cui promissa diuina post tantam seculorum seriem nouissimis temporibus complẽda prodantur, atq; in eius semine omnes gentes habituræ benedictionẽ prænunciantur. Sic unum deum uerum colens uniuersitatis creatorem, gignit filium senex, de coniuge quam spe pariẽdi penitus destitutam sterilitas ætasq; iam fecerat. Propagatur ex illo nũerosissimus populus, multiplicatus in Aegypto, quò illam stirpẽ ex orientalibus partibus, promissis effectisq; crebrescẽs dispositio diuina trãsmiserat. Educitur ex Aegypti seruitute gens ualida, horrendis signis atque miraculis, pulsisq; impijs gentibus, in terrã promissionis perducta & constituta, regno etiã sublimatur. Deinde prævalescente peccato, sacrilegis ausibus deum uerum, qui eis tãta † beneficia *Al. † bona*
contulerat, sępissime offendens, uarijsq; flagellata cladibus, & prosperitatibus consolata, usq; ad Christi incarnationem declarationemq; perducitur. Quem Christum, dei uerbum, dei filium, deum in carne uenturum, morituru, resurrectu-
rum, in cœlum ascensurũ, præpollentissimo suo C
nomine, in omnibus gentibus dicatos sibi populos habiturum. Inq; illo remissionẽ peccatorũ, salutemq; æternam futurã esse credẽtibus, omnia gentis illius promissa, omnes prophetiæ, sacerdotia, sacrificia, templum, & cuncta omnino sacramenta sonuerunt. Venit Christus, cõplentur in eius ortu, uita, dictis, factis, passionibus, morte, resurrectione, ascẽsione omnia prœconia prophetarum. Mittit spiritum sanctum, implet fideles una in domo congregatos, & hocipsum promissum orando atq; desiderando expectantes. Impleti autem spiritusancto, loquuntur repente linguis omnium gentium, arguunt fidenter errores, prædicant saluberrimam ueritatem, exhortantur ad pœnitentiam præteritæ culpabilis uitæ, indulgentiã de diuina gratia pollicẽtur, præ- D
dicationem pietatis ueræq; religionis signa congruẽtia & miracula consequũtur. Excitatur aduersus eos sæua infidelitas, tolerãt prædicta, sperant promissa, docent præcepta, numero exigui per mundũ disseminantur, populos facilitate mirabili conuertũt, inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, per afflictionum angustias usq; in terrarum extrema dilatantur. Ex imperitissimis, ex abiectissimis, ex paucissimis illuminantur, nobilitantur, multiplicantur, præclarissima ingenia, cultissima eloquia, mirabilesq; peritias acutorum, facundorum atq; doctorum subiugant Christo, & ad prædicandũ uiam pietatis salutisq; conuertunt: Alternis aduersitatibus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

prosperitatibus rerum, patientiã & temperantiã A uigilanter exercent: mundo declinante in extrema, fessisq; rebus ætatem ultimam protestante, multo fidentius, quia & hoc prædictum est, æternam ciuitatis cœlestis felicitatẽ expectant. Atq; inter hęc omnia contra ecclesiam Christi impiarum gentiũ infidelitas fremit: euincit illa patiendo, & inconcussam fidem inter obsistẽtium sæuitiam profitendo: reuelatæ ueritatis, quæ diu promissis mysticis uelabatur, sacrificio succedente, illa sacrificia quibus hoc figurabatur, templi ipsius euersione tollũtur: reproba per infidelitatẽ gens ipsa ludæorũ à sedibus extirpata, per mundum usquequaq; dispergitur, ut ubiq; portet codices sanctos, ac si prophetiæ testimonium, qua Christus & ecclesia prænunciata est, ne ad tem- B pus à nobis fictum existimaretur, ab ipsis aduersarijs proferatur, ubi etiam ipsos prædictum est non fuisse credituros. Templa & simulacra dæmonũ, ritusq; sacrilegi paulatim atq; alternatim secundũ prædicta prophetica subuertuntur: hæreses aduersus nomen Christi, sub uelamento tamen nominis Christi, ad exercendã doctrinam sanctæ religionis, sicut prænunciatæ sunt pullulant. Hæc omnia sicut leguntur prædicta, ita cernuntur impleta, atq; ex his iam tot & tantis quæ restant, expectãtur implenda. Quæ tandẽ mens auida æternitatis, uitæq; præsentis breuitate permota, contra huius diuinæ autoritatis culmen lumenq; contendat: Quæ disputationes, quæ litէ quorũlibet philosophorum, quæ leges quarũ C libet ciuitatũ, duobus præceptis, ex quibus Christus dicit totam legem prophetasq; pẽdere, ullo
Mat. 22 modo sint comparandæ: Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & proximum tuum tanquam teipsum? Hic physica, quoniã omnes omniũ naturarum causæ in deo creatore sunt. Hic ethica, quoniã uita bona & honesta non aliunde formatur, cũ q; cum ea quæ diligenda sunt, diligũtur, hoc est deus & proximus. Hic logica, quoniã ueritas lumenq; animæ rationalis, non nisi deus est. Hic etiam laudabilis reipublicę salus: neq; enim conditur & custoditur optima ciuitas, nisi fundamẽto & uinculo fidei, firmæq; concordiæ, cum bonum commune diligitur, quod summum ac ue- D rissimum, deus est, atq; in illo inuicem sinceriſſime se diligant homines, cum propter illum se diligant, cui quo animo diligãt, occultare nõ possunt. Modus autem ipse dicendi, quo sancta scriptura contexitur, cũ q; omnibus accessibilis, quamuis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum atq; doctorum. Ea uero quæ in mysterijs occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quò non audeat accedere mens tardiuscula & inerudita, quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed etiã secreta exerceat ueritate, hoc in promptis quod in recõditis habens. Sed

Scriptura & doctis & indoctis prodita utilisq;

ne aperta fastidirentur, eadem rursus operta desiderantur, desiderata quodãmodo renouantur, renouata suauiter intimantur. His salubriter & praua corriguntur, & parua nutriũtur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinę inimicus est animus, qui uel errando eam nescit esse saluberrimam, uel odit ęgrotando medicinã. Vides q; prolixam epistolam fecerim: Si quid ergo te mouet, atq; inter nos pertractari tãti habes, non tibi faciat angustias usitatarum epistolarũ, uelut custodiẽdus modus: quia & optime nosti quàm grandes eas ueteres habuerint, cum aliquid agerent quod explicare breuiter non ualerent: & si autorum ad alias literas pertinentium, mos esset alius, nostrorũ nobis in hac re dignius imitanda præberetur autoritas. Inspice itaq; modũ epistolarum Apostolicarum, uel eorum etiam qui illa diuina eloquia tractauerunt, & non pigeat te uel multa quærenda proponere, si multa te permouent: uel aliquando diutius uersare quod queris, ut quãtum fieri per tales quales sumus potest, nõ remaneat dubitationis nubilum, quod obstet lumini ueritatis. Scio enim excellentiã tuam, quorundã perpeti obstinatissimas contradictiones, qui propterea putant, uel putari uolunt Christiana doctrinam utilitati non conuenire reipub. quia nolunt stare remp. firmitate uirtutũ, sed immunitate uitiorum. Non autẽ sicut regi † homini *Al. † hominũ* uel cuilibet principi ciuitatis, ita etiam deo quicquid à multis peccatur inultũ est. Misericordia uero eius & gratia prædicata hominibus per hominem Christũ, impartita autẽ per deum, deiq; filium eũdem ipsum Christum, non deserit eos qui ex eius fide uiuũt, eumq; pie colũt, siue mala huius uitæ patienter fortiterq; experiantur, siue bonis eius misericorditer ac temperanter utantur, æternum pro utroq; præmiũ recepturi in ciuitate superna atq; diuina: ubi iã non sit molestę toleranda calamitas, nec laboriosę frenanda cupiditas, sed sola sine ulla difficultate, & perfecta libertate retinenda dei & proximi charitas. Incolumem felicioremq; te misericordissima dei omnipotẽtia tueatur domine illustris & merito insignis, ac præstantissime fili. Sanctã & in Christo dignissime honorãdam matrem, cuius pro te deus preces exaudiat, pro meritis uestris officio sissime saluto. Sanctus frater & coepiscopus meus Possidius, præstãtiam uestram multũ salutat.

Marcellinus Augustino, narrans quosdã calumniari, quòd deus ueterẽ legem abrogarit, quodq; doctrina euãgelica sit inutilis reipublicæ, deniq; Christianos principes multum malorum inuexisse reipublicæ. Epistola IIII.

Dn. nimiũq; uenerabili, & omnib. mihi officijs unice percolẽdo patri Augustino, Marcellinus.

Ir illustris Volusianus beatitudinis tuę
V mihi literas legit, imò me quidem cogẽte pluribus legit, quæ scilicet omnia quæ à te dicuntur quia uerè miranda sunt, usque quaq; miratus sum. Sermonis enim diuini gratia

tia humiliter tumens, facile ut placeret emeruit. A Hinc enim plurimũ placuit quod hominis gressus aliquanto titubantes boni propositi exhortatione statuere & firmare contendis. Est enim nobis cum eodem quotidiana pro uiribus nostris, & pro ingenij paupertate disputatio. Sanctę qui
Solœcissimus dem matris eius precatione cõpulsus, cura mihi est eum frequentius salutandi gratia conuenire, licet uicem in hac parte reddere etiã ipse dignetur. Accepta autem uenerabilitatis tuę epistola, homo qui à ueri dei stabilitate, multorũ (quorũ in hac urbe copia est) persuasione reuocatur, ita motus est, ut si quantũ ipse confirmat literarum prolixitatem minimè formidasset, omne beatitudini tuæ quod habere potest, insinuasset ambiguum. Sed tamen satis, sicut etiam ipse probare B dignaberis, culto accuratoq; sermone, & Romanæ eloquẽtiæ nitore perspicuo, aliqua sibi exoptui impendio postulauit. Quæ quidem quæstio usquequaq; detrita est, & eorum super hac parte satis nota calliditas, qui dispẽsationem dominicæ incarnationis infamant. Sed tamen etiã ego in hac parte, quia plurimis quicquid rescripseris profuturum esse cõfido, precator accesserim, ut ad ea uigilantius respondere digneris, in quibus nihil amplius dominũ q; alij homines facere potuerunt, fecisse uel gessisse mentiuntur. Apollo-
Apollonius. nium siquidẽ suum nobis, & Apuleium alioq; *Apuleius* magicæ artis homines in medium proferũt, quorum maiora contendunt extitisse miracula. Ipse autẽ uir illustris superius memoratus, multa esse C dixit præsentibus aliquantis, quæ huic possent iungi non immeritò quæstioni, si (ut ante dixit) non ab eius partibus, epistolaris cõsiderata breuitas fuisset. Quæ tamen licet scribere noluerit, tacere non est passus. Dicebat enim quòd & si sibi hodie incarnationis dominicæ ratio redderetur, reddi uix ad liquidum possit, cur hic deus qui & Veteris testamẽti deus esse firmatur, spretis ueteribus sacrificijs delectatus est nouis. Nihil enim corrigi posse asserebat, nisi quod ante factũ non recte probaretur, uel quod semel recte factũ sit, immutari ullatenus nõ debuisse. Recte enim facta dicebat mutari nisi iniustè non posse,
Al. † deum maximè quia ista uanitas incõstantiæ † dominũ possit arguere. Tum deinde quòd eius prædica D tio atq; doctrina, reipub. moribus nulla ex parte conueniat: utpote, sicut à multis dicitur, cuius
Mat. 5 hoc constet præceptũ, ut nulli malum pro malo reddere debeamus, & percutienti aliam prębere maxillam, & pallium dare persistenti tunicã tollere, & cũ eo qui nos angariare uoluerit, ire debere spacio itineris duplicato: quæ omnia reip. moribus asserit esse cõtraria. Nam quis tolli sibi ab hoste aliquid patiatur, uel Romanæ prouinciæ deprædatori non mala uelit belli iure reponere? & cætera quę dici ad † rem posse, intelligit *Al. † reliqua* uenerabilitas tua. Hæc ergo omnia, ipsi posse adiungi æstimo quæstioni, intantũ ut per Christianos principes, Christianam religionẽ maxima

ex parte seruantes, tanta cętiã si ipse de hac parte taceat) reipub. mala euenisse manifestũ sit: unde beatitudo tua mecum dignetur agnoscere. Ad hæc omnia, quoniam multorũ manibus sine dubio tradetur sanctitatis tuæ desiderata respõsio, plenus debet & elucubratus solutionis splendor ostendi, maxime quia cum ista gererentur, exímius Hipponẽsis regionis possessor & dominus præsens aderat, qui & sanctitatem tuam sub ironiæ adulatione laudaret, & sibi cum de his quæreret, minime satisfactum esse contenderet. Ego uero ad hæc omnia promissionis non immemor sed exactor, libros cõfici deprecor ecclesiæ, hoc maxime tempore, incredibiliter profuturos.

Augustinus Marcellino ad hæc respondet. Epist. V

Domino eximio, & merito insigni, charissimo filio Marcellino, Augustinus in domino S.

Lustri uiro & eloquentissimo nobisq;
I dilectissimo filio Volusiano, non amplius q; ad illud quod inquirendũ putauit, respondendũ fuit. Ad ea uerò quæ mihi pertractãda atq; soluẽda in epistola tua ipse misisti, siue ab illo, siue etiam ab alijs uel suggerãtur uel ingerantur, ad te potius pro uiribus nostris pertractata & soluta mitti debuerant: non sic quem admodum agendũ est de his librorum negocio, sed quemadmodum potest epistolari sat esse colloquio, ut si tibi usum fuerit, qui eorum motus quotidianis disputationibus experiris, & illis legantur hæ literæ. At si auriculis eorũ minus pietate fidei præcultis, sermo iste non sufficit, prius inter nos quod eis putas sufficere peragatur, tũ demum ad illos quod peractũ fuerit, perferatur. Multa enim sunt à quibus sensus eorũ, si adhuc abhorret & resilit, uel uberiore uel subtiliore ratione, uel certe autoritate, cui resistere indignũ putent, persuaderi aliquando forsitan possit. Ergo in epistola tua posuisti, moueri quosdam, cur hic deus qui & Veteris testamenti deus esse firmatur, spretis ueteribus sacrificijs, delectatus sit nouis. Nihil eñ corrigi posse asserunt, nisi quod ante nõ recte factum probaretur, uel quod semel recte factũ sit nullatenus immutari debuisse. Recte enim facta, dicũt, mutari nisi iniuste non posse. Hæc uerba ex literis tuis in has meas trãstuli. Quibus si respõdere copiosè uelim, tempus me citius q; exempla defecerint, quibus rerum ipsa natura, & opera humana certa ratione pro temporum opportunitate mutẽtur, nec tamẽ eadem ratio sit mutabilis qua ista mutantur. Vnde pauca cõmemorem, ut ex his excitata quodãmodo iam per plura similia uigil currat intentio. Nónne hyemi æstas addito sensim calore succedit? Nónne diurnis tempora nocturna uertuntur? Quoties nostræ uariantur ætates? adolescentiæ pueritia non reditura cedit, iuuentus adolescentiæ non mansura: succedit finiens iuuẽturem senectus, senectus autẽ morte finitur. Hæc omnia mutantur, nec mutatur diuinę prouidẽtiæ ratio, qua fit ut ista mutentur. Non autem opinor cum

agricola

Universidad de Deusto
Biblioteca

agricola æstate aliud iusserit q̄ iusserat hyeme, A ratio mutatur agriculturæ. Et cum mane surgit qui nocte quiescebat, uitæ consilium non mutauit. Aliud magister adolescēti q̄ puero solebat, imposuit. Doctrina igitur constans, mutato præcepto non mutat institutionē. Nam magnus ille
Vindiciani dictum nostrorum temporū medicus Vindicianus, consultus à quodā, dolori eius adhiberi iussit quod in tempore congruere uidebatur, adhibitum sanitas consecuta est. Deinde post annos aliquot eadē rursus corporis causa cōmotus, hoc idem ille putauit adhibendū, adhibitū uertit in peius. Miratus currit ad medicū, indicat factum: at ille ut erat acerrimus, ita respondit: Ideo male acceptus es, quia ego non iussi. ut omnes qui audissent, parumq; hominē nossent, non eū arte medi B cinali fidens, sed nescio qua illicita potētia putarent. Vnde cū esset à † quibus poterat stupētibus
Al. † quibusdam postea interrogatus, aperuit quod nō intellexerāt, uide licet illi ætati iam non hoc se fuisse iussurū. Tantum igitur ualet ratione atq; artibus nō mutatis, quid secundum eas sit pro temporum uarietate mutandum. Non itaq; uerū est quod dicitur: Semel recte factum, nullatenus esse mutandū. Mutata quippe temporis causa, quod recte ante factum fuerat, ita mutari uera ratio plerunq; flagitat: ut cum ipsi dicant, recte non fieri si mutetur,
Terent. in Adelphis contrà ueritas clamet, Recte non fieri, nisi mutetur: quia utrunq; tunc erit rectum, si erit pro temporum uarietate diuersum. Quod enim in diuersitate personarū uno tempore accidere potest, C ut huic liceat aliquid impunè facere, quod non liceat illi: non quod dissimilis sit res, sed is qui facit: ita ab una eademq; persona diuersis temporibus, tunc oportet aliquid fieri, tunc nō oportet, non quod sui dissimilis sit qui facit, sed quando facit. Hæc quæstio q̄ late pateat, profectò uidet quisquis pulchri aptiq; distantiam sparsam quodammodo in uniuersitate rerū ualet, neq; negligit intueri. Pulchrum enim per seipsum consideratur atq; laudatur, cui turpe ac deforme contrarium est. Aptum uerò cui ex aduerso est ineptū, quasi religatū pendet aliūde, nec ex semetipso, sed ex eo cui cōnectitur iudicatur: nimirū etiam decens atq; indecens, uel hoc idem est uel perinde habetur. Age nunc ea quæ diximus, refer ad D illud unde agitur. Aptum fuit primis tēporibus sacrificiū, quod præceperat deus, nūc uerò non
12. de Ciuit. dei cap. 4. et 5 ita est. Aliud enim præcepit quod huic tempori aptū esset, qui multo magis q̄ homo nouit, quid cuiq; tempori accommodate adhibeatur: quid quando impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat, minuat ue, immutabilis mutabiliū, sicut creator ita moderator, donec uniuersi seculi pulchritūdo, cuius particulæ sunt quę suis quibusq; temporibus apta sunt; uelut magnum carmen cuiusdam ineffabilis modulatoris excurrat, atq; inde transeant in æternam contemplationem speciei qui deum rite colunt, etiā cum tempus est fidei. Falluntur autem qui existimāt, hanc deum iube re causa suæ utilitatis uel uoluptatis. Et meritò *10. de Ciu dei cap. 5.* mouentur, cur deus ista mutauerit, quasi delectatione mutabili aliud sibi iubens offerri illo prius tempore, aliud isto. Non autē ita est. Nihil enim deus iubet quod sibi prosit, sed illi cui iubet. † Ideo uerus est dominus, qui seruo nō indiget, *Al. † ipse* & quo seruus indiget. In ea quippe scriptura quę Vetus dicitur testamentum, & eo tempore quo adhuc illa offerebātur sacrificia, quæ hoc tēpore non offeruntur, dictum est: Dixi domino, Deus *Psal. 15* meus es tu, quoniam bonorū meorum nō eges. Nec illorum ergo sacrificiorū egebat deus, nec cuiusquā eget unquam, sed rerum diuinitus impartitarum, uel imbuendo uirtutibus animo, uel æternæ saluti adipiscendæ quædam signa sunt, quorum celebratione atq; functione, nō deo sed nobis utilia pietatis officia exercētur. Nimis autem longum est, conueniēter disputare de uarietate signorum, quæ cum ad res diuinas pertinēt Sacramenta appellantur. Sicut autem non ideo *Sacramenta* mutabilis homo, quia mane aliud, aliud uespere: illud hoc mense, illud alio: non hoc isto anno quod illo: ita non ideo mutabilis deus, quia uniuersi seculi priore uolumine aliud, aliud posteriore sibi iussit offerri, quo conuenienter significationes ad doctrinam religionis saluberrimam pertinentes, per mutabilia tempora sine ulla sui mutatione disponeret. Nam ut nouerint homines quos hæc mouent, iam hoc fuisse in ratione diuina, nec cum ista noua constituerētur, subitò priora displicuisse uelut mutabili uoluntate, sed hoc iam fixum & statutum fuisse in ipsa sapientia dei, cui de maioribus etiam rerum mutationibus, eadem scriptura dicit: Mutabis ea, & mu- *Psal. 101* tabuntur, tu autem idem ipse es. Insinuandum est eis, mutationem istam sacramentorū Testamenti ueteris & noui etiam prędictam fuisse prophetico uocibus. Ita enim uidebunt, si poterunt, id quod in tempore nouum est, nō esse nouū apud eum qui condidit tempora, & sine tempore habet omnia quę suis quibusq; temporibus pro eorum uarietate distribuit. Nam & in illo Psalmo, unde commemoraui aliquid quo demōstrarem non egere deum sacrificijs nostris, cui dicitur: Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bono- *Psal. 15* rum meorū non eges: paulopost legitur ex persona Christi, Non congregabo conuēticula eorum de sanguinibus: hoc est, pecorum uictimis, quibus prius congregabantur conuenticula Iudæorum. Et alibi dicit: Non accipiam de manu *Psal. 49* tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et alius propheta: Ecce, inquit, dies uenient dicit dominus, & confirmabo super domū Iacob testamen- *Hier. 31* tum nouum, non sicut testamentum quod disposui patribus eorū, cum eduxi eos de terra Aegypti. Et alia multa sunt de hac re testimonia, quibus hoc deum facturum esse prædictum est, quę commemorare nunc longum est. Hic iam si satis constitit quod recte alio tempore constitutū est, idem recte alio tempore posse mutari, mutantis

opere

opere, nō dispositione mutata, quā dispositionē A intelligibilis ratio cōtinet, ubi sine tēpore simul sunt quæ in tēporib. simul fieri nō possunt, quia tēpora non simul currūt: Quispiā fortassis expectet causas à nobis ipsius mutationis accipere, quod ipse nosti q̄ prolixi sit negocij. Verumtamē breuiter dici potest quod homini acuto forte suffecerit, alijs sacramētis prænūtiari Christum cum uēturus esset, alijs cum uenisset annūtiari oportuisse, sicut modo nos idipsum loquētes, diuersitas rerum cōpulit etiā uerba mutare. Siquidem aliud est prænūtiari, aliud annūtiari: aliud cum uēturus esset, aliud cū uenisset. Nunc deinde uideamus quale sit illud quod in epistola tua sequtur. Adiecisti enim eos dicere, q̄ Christi prædicatio atq; doctrina reip. moribus nulla B ex parte cōueniat, cuius hoc constet esse præce-
Mat. 5 ptū, ut nulli malū pro malo reddere debeamus, & percutienti aliā præbere maxillā, & palliū dare ei qui tunicā auferre perstiterit, & cū eo qui nos angariare uoluerit, ire debere spacio itineris duplicato. Quæ omnia reip. moribus asserū-
Bellum tur esse cōtraria. Nam quis, inquiūt, tolli sibi ab hoste aliquid patiatur, uel Romanæ prouinciæ deprædatoribus nō mala uelit belli iure repone re? Hęc atq; huiusmodi uerba obtrectantiū, siue non obtrectādo, sed quærēdo talia loquētium, operosius fortasse refellerē, nisi hæ disceptationes haberētur cū uiris liberaliter institutis. Vnde quid opus est ut diutius laboremus, ac nō ipsos potius percōtemur, quomodo poterant gu- C bernare atq; augere remp. quā ex parua & inopi magnā opulentāq; fecerunt, qui accepta iniuria ignoscere q̄ persequi malebāt? Quomodo Cæsari administratori utiq; reip. mores eius extollēs Cicero dicebat, quòd nihil obliuisci soleret nisi iniurias? Dicebat enim hoc tā magnus laudator, aut tam magnus adulator. Sed si laudator, talē Cæsarē nouerat. Si autē adulator, talem esse debere ostendebat principē ciuitatis, qualē illū fallaciter prædicabat. Quid est autē nō reddere malū pro malo, nisi abhorrere ab ulciscendi libidine? Quid est accepta iniuria ignoscere malle q̄ persequi, & nihil nisi iniurias obliuisci? Hæc cū in eorū legūtur autoribus, exclamatur & plauditur: describi atq; prędicari mores uidē D tur, quibus dignū esset exurgere ciuitatem, quę tot gētibus imperaret, quod accepta iniuria ignoscere q̄ persequi malebāt. Cum uerò legitur præcipiēte autoritate diuina, nō reddēdum malum pro malo, cū hæc tā salubris admonitio congregationibus populorū tanq̄ publicis utriusq; sexus, atq; omniū ætatū & dignitatū scholis de superiore loco personat, accusatur religio tanq̄ inimica reip. Quæ si ut dignū est audiretur, longe melius Romulo, Numa, Bruto, cęterisq; illis Romanæ gētis præclaris uiris cōstitueret, cōseraret, firmaret, augeretq; remp. Quid enim est res pub. nisi res populi? Res ergo cōmunis, res utiq; ciuitatis. Quid est autē ciuitas, nisi multitudo hominū, in quoddā uinculū redacta concordiæ? Apud eos enim ita legitur: Breui multitudo diuersa atq; uaga, cōcordia ciuitas facta erat. Quæ porrò præcepta cōcordiæ in suis tēplis unquā illi legenda censuerūt, quando quidē miseri quærere cogebātur, quonā modo sine offensione cuiusquā eorum discordes inter se deos suos colere possent? Quòd si imitari discordātes uellent, rupto cōcordiæ uinculo ciuitas laberetur, quod postea paulatim decoloratis corruptisq; morib. agi cœpit per bella ciuilia. Quanta uerò præcepta cōcordiæ nō humanis disputationib. exquisita, sed diuina autoritate cōscripta in Christi ecclesiis lectitentur, quis uel ab illa religione alienus, ita surdus est ut ignoret? Ad hoc enim & illa pertinēt, quæ malūt exigere q̄ discere, alterā percutienti præbendā esse maxillā, uolenti auferre tunicam dandū etiam pallium, cum angariante duplicandam uiam. Hoc quippe fit ut uincatur bono malus, imò in homine malo uincatur bonus malum, & homo liberetur à malo, non exteriore & alieno, sed intimo ac suo, quo grauius & perniciosius, quàm cuiusuis hostis extrinsecus immanitate uastatur. Qui ergo uincit bono malum, patienter amittit temporalia commoda, ut doceat quàm pro fide atq; iustitia contēnenda sint, quæ ille nimis amando fit malus: ac sic iniurioſus ab eo ipso cui fecit iniuriā, discat qualia sint propter quæ fecit iniuriā, atq; in concordiam, qua nihil est utilius ciuitati, pœnitens acquiratur, uictus non sequentis uiribus, sed beniuolētia patientis. Tunc enim rectè fit, cum uidetur ei profuturum esse propter quem fit, ad operandam in eo correctionem atq; concordiam. Hoc certe animo faciēdum est, etiam si alius exitus cōsequatur, nec corrigi uelit atq; pacari, propter quem corrigendum atq; pacandum, uelut curandum & sanādum adhibita est ista medicina. Alioquin si uerba attenderimus; *q̄ quæ* eorumq; proprietati seruiendum putauerimus, *Lib. 1. De ser-* non est præbēda maxilla dextera, si sinistra fue- *mone Domini* rit percussa. Quoniam si quis te, inquit, percus- *in monte, cap.* serit in maxillā dexteram, præbe illi & sinistrā. *20 & 21* Magis autē sinistra percutitur, quod in eam potius partem, quàm ad dexteram facilior feriētis ictus est. Sed sic intelligi solet, ac si dictum esset. Si quis in te meliora fuerit persequutus, & inferiora ei prębe, ne uindictæ potius quàm patientiæ studens contemnas æterna pro temporalibus, cum potius temporalia pro ęternis contemnenda sint, tanquā sinistra pro dextris. Hęc semper fuit sanctorum martyrum intentio: uindicta enim ultima iuste poscitur, quando nullus iam restat correctionis locus, extremo scilicet summoq; iudicio. Nunc uero cauendum est ne uindicandi cupiditate amittatur, ut nihil aliud dicam, ipsa patiētia, quæ pluris est habenda q̄ omne quod potest etiam inuito inimicus auferre. Namq; alius Euangelista in eadem sententia *Luc. 6* nullam fecit dexteræ mentionem, sed tantū ma-

xillam

Universidad de Deusto
Biblioteca

xillam & alteram nominauit,ut aliquãto distin A
ctius intelligeretur in altero,ipsum alterum sim
pliciter eandem patientiam commendare.Pa
ratus itaq; debet esse homo iustus & pius,pati
enter eorum malitiam sustinere,quos fieri bo
nos quærit,ut numerus potius crescat bonorũ,
non ut pari malitia se quoq; numero addat ma
lorum.Deniq; ista præcepta magis ad præpara
tionem cordis quę intus est pertinere,quàm ad
opus quod in aperto fit,ut teneatur in secreto
animi patientia cum beneuolẽtia,in manifesto
autem id fiat quod eis uidetur prodesse posse,
quibus bene uelle debemus,hinc liquidò osten
ditur,quòd ipse dominus Iesus exemplum sin
gulare patiẽtiæ cum percuteretur in faciem,re
Luc. 22 spondit:Si male dixi,exprobra de malo:si autẽ B
bene,quid me cædis?Nequaquam igitur præ
ceptum suũ,si uerba intueamur,impleuit.Neq;
enim præbuit percutienti alteram partem,sed
potius prohibuit,ne qui fecerat iniuriam auge
ret:& tamen paratus uenerat,non solum in fa
ciem percuti,uerumetiam pro his quoq; à qui
bus hæc patiebatur crucifixus occidi,pro qui
bus ait in cruce pẽdẽs:Pater,ignosce illis quia
nesciunt quid faciunt.Nec Paulus apostolus
præceptum domini & magistri sui uidetur im
plesse,ubi etiam ipse percussus in faciem dixit
Act.23 principi sacerdotum:Percutiet te deus paries
dealbata,sedes iudicans me secundum legem,
& contra legem iubes me percuti.Et cum à cir
cunstantibus diceretur: Iniuriam facis princi C
pi sacerdotum,irridenter eos admonere uoluit
quid dixerit,ut qui saperent intelligerent iam
destruendum esse aduentu Christi parietem de
albatum,hoc est,hypocrisim sacerdotij Iudæo
rum.Ait quippe:Nesciui fratres quia princeps
est,Scriptum est enim,Principi populi tui non
maledices.Cum proculdubio qui in eodem po
pulo creuerat,atq; ibi lege fuerat eruditus,illũ
principem sacerdotum nescire non posset,nec
eos quibus ita notus erat,ullo modo falleret
quod nesciret.Sunt ergo ista præcepta patien
tiæ semper in cordis præparatione retinenda:
ipsaq; beneuolẽtia ne reddatur malum pro ma
lo,semper in uoluntate complẽda est.Agenda
sunt autem multa,etiam cum inuitis benigna D
quadam asperitate plectendis,quorum potius
utilitati consulẽdum est quàm uoluntati,quod
in principe ciuitatis luculentissimè illorum lite
ræ laudaueruntNam in corripiendo filio quã
libet aspere,nunquam profecto amor paternus
amittitur.Fit tamen quod nolit & doleat,qui
etiam inuitus uidetur dolore sanandus.Ac per
hoc si terrena ista resp.præcepta Christiana cu
stodiat,& ipsa bella sine beneuolentia non ge
rentur,ut ad pietatis iustitiæq; pacatam societa
tem uictis facilius consulatur.Nam cui licentia
iniquitatis eripitur,utiliter uincitur.Quoniam
nihil est infelicius felicitate peccantiũ,qua pœ
nalis nutritur impunitas,& mala uolũtas uelut
hostis interior roboratur.Sed peruersa & aduer
sa corda mortaliũ,felices res humanas putant,
cum tectorum splendor attẽditur,& labes non
attenditur animorum:cum theatrorum moles
extruũtur,& effodiuntur fundamẽta uirtutum:
cum gloriosa est effusionis insania,& opera mi
sericordiæ derelẽtur:cum ex his quæ diuitibus
abundant luxuriantur histriones,& necessaria
uix habent pauperes:cum deus qui doctrinæ
suæ publicis uocibus contra hoc malum publi
cum clamat,ab impijs blasphematur,& dij ta
les requiruntur,in quorum honorẽ ea ipsa thea
trica corporum & animorũ dedecora celebren
tur.Hæc si deus pollere permittat,tũc indigna
tur grauius:hæc si impunita dimittat,tunc pu
nit infestius.Cum uerò euertit subsidium uitio
rum,& copiosas libidines inopes reddit,miseri
corditer aduersatur.Misericorditer enim si fie
ri posset etiam bella gererentur à bonis,ut licen
tiosis cupiditatibus domitis hęc uitia perderen
tur,quæ iusto imperio uel extirpari uel deprimi
debuerũt.Nam si Christiana disciplina omnia
bella culparet,hoc potius militibus consilium
salutis petentibus in Euangelio diceretur,ut ab Belli patro
ijcerent arma,seq; militiæ omnino subtraherẽt. cinium
Dictum est autem eis:Neminem concusseritis, Luc.3
nulli calumniam feceritis,sufficiat uobis stipen
dium uestrum. Quibus proprium stipendium
sufficere debere præcepit,militare utique non
prohibuit. Proinde qui doctrinam Christi ad
uersam dicunt esse resp.dent exercitum talem
quales doctrina Christi esse milites iussit,dent
tales prouinciales,tales maritos,tales cõiuges,
tales parentes,tales filios,tales dominos,tales
seruos,tales reges,tales iudices,tales denique de
bitorũ redditores,& exactores ipsius fisci,qua
les esse præcepit doctrina Christiana,& audeãt
eam dicere aduersam esse resp.imò uero dubi
tent eam confiteri magnam si obtemperetur sa
lutem esse resp. Vt quid autem ad illud respon 4 de Ciuit.
deam quod dicunt,per quosdam Imperatores cap.2
Christianos multa mala imperio accidisse Ro
mano?Hæc generalis conquestio calumniosa
est.Nam si apertius certe de præteritis Impera
toribus aliqua cõmemorarent,possem similia,
uel fortasse etiã grauiora de Imperatoribus nõ
Christianis & ego commemorare,ut intellige
rent uel hominum hæc esse uitia,non doctrinę:
uel non Imperatorum,sed aliorum sine quibus
Imperatores agere nihil possunt.Ex quo enim 2 de Ciuit.
tempore pessum ire cœperit Romana resp.sa cap.18
tis liquet,literæ loquuntur ipsorum,longe ante
q̃ Christi nomen eluxisset in terris,dictum est:
O urbem uænalem,& maturè perituram,si em Salustius
ptorem inuenerit.In libro etiam belli Catilinę,
ante aduẽtum utiq; Christi,idem nobilissimus
historicus eorum,non tacet quãdo primum in
sueuerit exercitus populi Romani amare,pota
re,signa,tabulas pictas,uasa cęlata mirari,& ea
priuatim & publice rapere,delubra spoliare,sa
cra

cra prophanaq; omnia polluere. Quando ergo A
nec hominibus,nec ipsis etiam quos deos puta
bant,morum corruptorum & perditorum aua
ritia rapacitasq; parcebat,tũc cœpit perire lau
dabile illud decus salusq; reip.Quos deinde ui
tia pessima successus habuerint,& quanto hu
manarum rerum malo illa iniquitas prosperata
sit,nunc lõgum est dicere.Audiant Satyricum
suum garriendo uera dicentem:
Iuuenalis Seruabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam,nec uitijs contingi parua sinebat
Tecta labor,somnicq; breues,& uellere Thusco
Vexatæ duræq; manus,ac proximus urbi
Hannibal,& stantes Collina in turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala,sæuior armis
Luxuria incubuit,uictumq; ulciscitur orbem. B
Nullũ crimen abest,facinusq; libidinis,ex quo
Paupertas Romana perit.
Quid ergo expectas,ut ego exaggerem,quan
ta mala importauerit successu prospero iniqui
tas subleuata,quandoquidẽ & ipsi qui aliquan
to prudentius attenderunt,plus dolendã uide
runt paupertatem,quàm opulentiã perisse Ro
manam?In illa enim morum integritas seruaba
tur,per hanc autem non muros urbis,sed men
tes ipsius ciuitatis dira nequitia omni hoste pe
ior irrupit.Gratias domino deo nostro,qui cõ
tra ista mala misit nobis adiutorium singulare.
Quòd enim non tolleret,quem non inuolueret,
in quod profundum nõ demergeret fluuius iste
horrendæ nequitiæ generis humani,nisi crux C
Christi in tanta uelut mole autoritatis eminen
tius firmiusq; figeretur,cuius apprehenso robo
re,stabiles essemus,ne male suadentium uel in
mala impellẽtium,tam uasto huius mundi gur
gite abrepti forberemur? In ista enim colluuie
morum pessimorum,& ueteris perditę disciplı
næ,maxime uenire ac subuenire debuit cœle
stis autoritas, quæ uoluntariam paupertatem,
quæ continẽtiam,beneuolẽtiam,iustitiam atq;
concordiam,ueramq; pietatem persuaderet,cę
terasq; uitæ luminosas ualidasq; uirtutes:non
tantũ propter istam uitam honestissime geren
dam,nec tantum propter ciuitatis terrenæ con
cordissimam societatem,uerumetiam propter
adipiscendam sempiternam salutem,& sempi D
terni cuiusdam populi cœlestẽ diuinamq; rem
pub.cui nos ciues ascisci fides,spes,charitas:
ut quandiu inde peregrinamur,feramus eos si
corrigere non ualemus qui uitijs impunitis uo
lunt stare remp.quam primi Romani constitue
runt auxeruntq; uirtutibus,& si non habentes
ueram pietatẽ erga deum uerũ,quæ illos etiam
in æternam ciuitatem posset salubri religione
perducere,custodiẽtes tamen quandam sui ge
neris probitatem, quæ posset terrenæ ciuitati
constituendæ,augendæ,conseruandæq; suffice
re.Deus enim sic ostendit in opulentissimo &
præclaro imperio Romanorum,quantum uale
rent ciuiles etiã sine uera religione uirtutes,ut
intelligeretur hac addita fieri homines ciues al
terius ciuitatis,cuius rex ueritas,cuius lex cha
ritas,cuius modus æternitas. Quis autem uel ri
su dignũ non putet,quod Apollonium & Apu
leium cæteroscq; magicarũ artium peritissimos
conferre Christo uel etiam præferre conãtur,
quanq; tolerabilius ferendum sit,quando istos
ei potius comparent q̃ deos suos? Multo enim
melior(quod fatendum est)Apollonius fuit,q̃
tot stuprorũ autor & perpetrator,quem Iouem
nominant.Ista inquiunt fabulosa sunt.Adhuc
ergo laudent reipublicæ luxuriosam,licentio
sam,planeq; sacrilegam felicitatem, quæ ista
deorum probra confinxit,quæ non solum in fa
bulis audienda posuit,uerumetiam in theatris
spectanda proposuit:ubi crimina plura essent
q̃ numina,quæ ipsi dij sibi exhiberi habebant
libenter,qui in suos cultores uindicare debue
runt,quod ea saltem uiderent patiẽter.Sed non
ipsi inquiunt sunt,qui talium fabularum menda
cio celebrantur.Qui ergo sunt isti,qui taliũ tur
pitudinum celebratione placantur? Horum dæ
monum peruersitatem atq; fallaciam per quos
& magicæ artes humanas mentes decipiunt,
quia prodidit Christiana doctrina,quia mũdo
uniuerso patefecit,quia angelos sanctos ab eo
rum malignitate distinxit,quia cauẽdos potius
& quemadmodum cauerentur admonuit,reip.
dicitur inimica,quasi non si omnino per istos
esset temporalis obtinenda felicitas,quælibet
potius fuerit infelicitas eligenda.Sed neq; hinc
deus uoluit dubitari,qui primũ populũ unum
uerum deum colentem,deos autem falsissimos
contemnentem,quandiu oportuit uetus Testa
mentum ubi uelamentum testamenti Noui est
obumbrari,tanta rerum terrenarũ felicitate ho
nestauit,ut quiuis intelligat,nec ipsam esse in
dæmonum potestate,sed in illius unius,cui an
geli seruiunt,quem dæmones contremiscunt.
Apuleius enim,ut de illo potissimũ loquamur Apuleius
qui nobis Afris Afer est notior,non dico ad re magus
gnum,sed nec ad aliquam quidem iudiciariam
reip.potestatem cum omnibus suis magicis ar
tibus potuit peruenire:honesto patriæ suæ lo
co natus,& liberaliter educatus,magnaq; præ
ditus eloquentia.An forte ista ut philosophus
uoluntate contempsit,qui sacerdos prouinciæ
pro magno fuit,ut munera ederet,uenatoresq;
uestiret,& pro statua sibi apud Coenses loca
da,ex qua ciuitate habebat uxorem, aduersus
contradictionem quorũdam ciuium litigaret?
Quod posteros ne lateret,eiusdem litis oratio
nem scriptam memoriæ commendauit.Quod
ergo ad istam terrenam pertinet felicitatẽ,fuit
magnus ille quoad potuit. Vnde apparet eũ ni
hil amplius fuisse,nõ quia noluit,sed quia non
potuit.Quãquam & aduersus quosdam,qui ei
magicarũ artium crimen intenderant,eloquen
tissime se defendit. Vnde miror laudatores e
ius,qui eum nescio quæ fecisse miracula illis ar

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus prædicãt, contra eius defensionem testes esse conari. Sed uiderint utrum uerum ipsi perhibeant testimoniũ, & ille falsam defensionem. Illud si sapiunt attẽdant, qui magicas artes, non utiq; nisi pro felicitate terrena uel damnabili curiositate conquirunt, uel ab eis innocentes, periculosa tamen eas admiratione collaudant, & uideant Dauid nostrum sine ullis talibus artibus ex pastore ouium peruenisse ad regiam dignitatem: cuius & peccata & merita fidelis scriptura non tacuit, ut sciremus & quibus modis non offenderetur deus, & quibus modis placaretur offensus. Quantum autem attinet ad miracula quæ humanis sensibus stupenda monstrantur, multum errant qui prophetis sanctis miraculorum magnorum nobilitate præstãtibus magos comparant: quantomagis si eos cõparent Christo, quẽ prophetæ illi quibus magi quilibet nullo modo sunt cõparandi, prænuntiauerunt esse uenturum, & secundum carnem quam sumpsit ex uirgine, & secundum diuinitatem qua nunquam separatur à patre? Video me fecisse prolixissimam epistolam, nec tamen de Christo dixisse omnia, quæ uel eis qui tardiore ingenio diuina non ualent assequi, uel eis qui licet acute moueantur, contentiosum tamen studiũ & præoccupatio diuturni erroris, ab intelligendo impedit, sufficere utcunque possint. Veruntamen cognosce, quid eos contra moueat, atq; rescribe, ut uel epistolis uel libris, si adiuuerit deus, ad omnia respondere curemus. Sis in domino felix, gratia & misericordia eius, domine eximie & meritò insignis, charissime ac desideratissime fili.

A

C

Augustinus Italicæ uiduæ, consolans illam super obitu mariti, ac refellens eorum opinionem qui dicebant, Deum uideri oculis corporeis. Epistola VI

Dominæ eximiæ & meritò præstãtissimæ atq; in Christi charitate honorãdæ filiæ Italicæ, Augustinus episcopus in domino Salutem.

N On solum literis tuis, uerumetiam ipso referente qui pertulit, comperi multum te flagitare literas meas, credentem quòd ex eis consolationem habere plurimam possis. Tu itaq; uideris quid exinde capias, ego tamen eas negare uel differre non debui. Cõsoletur autem te fides & spes tua, & ipsa charitas quæ diffunditur in cordibus piorum per spiritum sanctum, cuius nũc aliquid pro pignore accepimus, ut ipsam plenitudinẽ desiderare nouerimus. Non enim te desolatam putare debes cum in interiore homine habeas præsentem Christum per fidem in corde tuo: Aut sic te contristari oportet quemadmodum gentes quæ spem non habent, cum ueracissima promissione speremus nos de hac uita, unde migraturi quosdam nostros migrantes non amisimus, sed præmisimus, ad eam uitam esse uenturos, ubi nobis erunt quanto notiores, tanto utique chariores, & sine timore ullius dissensionis amabiles. Hic autem & coniũx tuus, cuius absceſsũ uidua diceris, tibi notissimus erit: qui quãuis & hic tibi notus esset, sibi tamen notior erat quàm tibi. Et unde hoc, cum tu eius corporalẽ faciem uideres, quam ipse utiq; non uidebat, nisi qa notitia nostri certior intus est, ubi nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: sed cum uenerit dominus & illuminauerit abscondita tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximum in proximo, nec erit quod suis quisq; aperiat, abscondat alienis, ubi nullus erit alienus. Lux uero ipsa qua illuminabuntur, hæc omnia quæ modo in cordibus reconduntur, qualis aut quanta sit, quæ lingua proferat, quis saltem infirma mente contingat? Profecto lux illa deus ipse est, quoniam deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ, sed lux mentium purgatarum, non istorum corporis oculorum. Erit ergo tunc mens idonea, quæ illam lucem uideat, quod nunc uidendum non est. Hoc autem oculus uidere corporis neq; nunc potest, neq; tunc poterit. Omne quippe quod oculis corporis cõspici potest, in loco aliquo sit necesse est, nec ubiq; sit totum, sed minore sui parte minorem locum occupet, & maiore minorem. Non ita est deus inuisibilis & incorruptibilis, qui solus habet immortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilem, quẽ nemo hominũ uidit nec uidere potest. Per hoc enim uideri ab homine non potest, per quod uidet homo corporeus corporea. Nã etsi mẽtibus piorũ esset inaccessibilis, nõ diceretur: Accedite ad eum, & illuminamini. Et si mentibus piorum esset inuisibilis, non diceretur: Videbimus eum sicuti est. Nam perspice totam ipsam in epistola Ioannis sentẽtiam: Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eum sicuti est. Intantum ergo uidebimus, inquantum similes ei erimus, quia & nunc intãtum non uidemus, inquantum dissimiles sumus. Inde igitur uidebimus, unde similes erimus. Quis autẽ dementissimus dixerit, corpore nos uel esse, uel futuros esse similes deo? In interiore igitur homine ista similitudo est, qui renouatur in agnitionem dei, secũdum imaginem eius qui creauit illum. Et tanto efficimur similiores illi, quanto magis in eius cognitiõe & charitate proficimus, quia etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diẽ: ita sane ut in hac uita quantuscunq; profectus sit, longe absit ab illa perfectione similitudinis, quæ idonea erit ad uidendum deum, sicut dicit Apostolus, facie ad faciem. In quibus uerbis certe si corpora lem faciem uoluerimus accipere, consequens erit, ut etiam deus talem habeat faciem: & sit aliquod interuallũ inter nostram & ipsius cum eum uidebimus facie ad faciem. Et si interual-

1 Thes.4

1 Cor.2 & 4

Psal.33

1 Ioan.3

Coloss.3

2 Cor.4

lum

lum, utiq; finis & membrorum habitus terminatus & cætera absurda dictuq; & cogitatu impia: quibus animalis homo non percipiens ea quæ sunt spiritus dei, fallacissimis uanitatibus luditur. Dicunt enim quidam eorum qui talia garriunt, quantum ad me potuit peruenire, nos deum uidere nunc mente, tunc corpore, ita ut etiam impios eum pari modo asseuerent esse uisuros. Vide quantum in peius proficiunt, cum sine limite timoris uel pudoris, hac atq; illac uagabunda fertur impunita loquacitas. Antea dicebant carni suæ tantum hoc præstitisse Christum, ut corporeis oculis uideret deum: deinde addiderunt etiam omnes sanctos receptis in resurrectione corporibus, eodẽ modo deum esse uisuros. Nunc iam istam possibilitatem etiam impijs donauerunt. Donent sane quantum uolunt, & quibus uolunt. Nam quis audeat contradicere hominibus de suo donantibus? Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur: Tu autem cum his qui sanam doctrinam tenent, nihil istorum audeas usurpare de tuo. Sed cum legis: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebũt, intellige impios non uisuros, neq; enim beati & mundicordes sunt impij. Item cum legis: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem: Intellige inde nos tunc uisuros facie ad faciẽ, unde uidemus nunc per speculum in ænigmate. Hoc autem utrunq; interioris hominis munus est, siue cum in ista peregrinatione adhuc per fidem ambulatur, in qua utitur speculo & ænigmate, siue in illa patria cum per speciem contemplabitur. Pro qua uisione positum est: Facie ad faciem. Audiat caro carnalibus ebria cogitatiõibus: Spiritus est deus, & ideo qui adorant deum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Si adorare, quantomagis uiderer? Quis enim audeat affirmare dei substantiam corporaliter uideri, cum eam noluerit corporaliter adorari? Sed argutè sibi uidentur dicere, & quasi interrogando premere: potuit Christus carni suæ præstare, ut oculis corporeis uideret patrem, an non potuit? Vt si non potuisse responderimus, omnipotentiæ dei nos derogasse proclament: Si autem potuisse concesserimus, argumentationem suam ex nostra responsione cõcludant. Quanto iam tolerabilius desipiunt, qui carnem asserunt conuersum iri in substantiam dei, & hoc futuram esse quòd deus est, ut sic eam saltem uidendo deo faciant idoneam, non tanta diuersitate dissimilem. Quam uanitatem credo istos abigere à fide sua fortasse & ab auribus. Et tamen si interrogatione de hoc similiter urgeantur, possit ne deus hoc, an non efficere possit, utrum eius potestati detrahent, si non posse responderint: an hoc futurum fatebuntur, si posse concesserint? Quomodo ergo exierint de hoc laqueo alieno, sic exeant de suo. Deinde cur solis oculis corporeis Christi, hoc donum attributum esse contendunt, num etiam cæteris sensibus? Sonis ergo erit deus, ut possit eius etiam auribus percipi? Et halitus erit, ut sentiri possit eius olfactu? Et liquor aliquis erit ut possit & bibi? Et moles erit, ut possit & tangi? Non, inquiunt. Quid ergo? An illud potest deus, & hoc non potest? Si non posse dixerint, cur derogant omnipotentiæ dei? Si posse & nolle responderint, cur solis oculis fauent, inuident autem cæteris sensibus corporis Christi? An quouscq; uolunt, desipiunt? Quanto nos melius, qui non eorum insipientiæ termini nos figimus, sed ut desipiãt prorsus, nolumus? Multa proferri possunt, ad istam demẽtiam refutandam: Sed si aliquando irruerint auribus tuis, hæc interim eis lege, & quid respondeant non pigeat te rescribere ut potes. Ad hoc enim fide corda nostra mundantur, quia nobis fidei merces uisio dei promittitur. Quæ si per corporis oculos erit, frustra ad eam percipiendam sanctorum animus exercetur: immò uero tam peruerse sentiens animus non in se exercetur, sed totus in carne est. Vbi enim tenacius habitabit & fixius, nisi unde se deum uisurum esse præsumit? Quod certe quantum malum sit, intelligentiæ potius dimitto tuæ, quàm longo sermone moliar explicare. In protectione domini semper habitet cor tuum domina eximia & meritò præstantissima atq; Christi charitate honoranda filia. Honorabiles tecum nobisq; in domino dilectissimos filios tuos debito meritis nostris officio resaluta.

Matt.5

1 Cor.13

Io.8

Io.4

A

B

C

D

Augustinus Marcellino, respondens quæstiunculæ, mox ostendens quantum suis scriptis tribui uellet, explicãs locum taxatum ex libris De libero arbitrio. Deinde tractat uarias opiniones de origine animarum. Postremo reficit quorundam argumentum, qui ideò non credebant Mariam uirginem peperisse, quòd id nunquã aliàs factum sit. Epistola VII

Domino eximio & meritò insigni, multumq; charissimo filio Marcellino, Augustinus in domino Salutem.

E Pistolam tuam quam per sanctũ fratrem & coepiscopum meum Bonifacium accepi, quæsiui ut rescriberem, nec inueni. Recolui tamen te in ea quæsisse, quomodo inuenerunt magi Pharaonis, conuersa in sanguinem tota aqua Aegypti, unde simile aliquid facerent. Quæ duobus modis solui quæstio solet: Siue quòd marina aqua potuerit offerri, siue (quod est credibilius) quia in ea regione in qua erant filij Israel, istæ plagæ non fiebant. Hoc enim quibusdam scripturæ illius locis apertissime expressum admonet, etiam ubi non dictum est quid intelligi debeat. Illæ autem literæ tuæ quas presbyter Vrbanus attulit, habent quæstionem mihi propositam ex libris non diuinis sed meis, quos scripsi De libero arbitrio. In talibus autem quæstionibus non multum laboro, quia etsi defendi sententia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentia mea liquida ratione non potest, mea est, non eius autoris cuius sensum improbare fas non est, etiam cum eo non intellecto hoc iudicat quod improbandum est. Ego proin de fateor me ex eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt. Vnde si aliquid uel incautius uel indoctius à me positum est, quod non solum ab aliis qui uidere id possunt merito reprehendatur, uerum etiam à me ipso, quia & ego saltem postea uidere debeo si proficio, nec mirandum est nec dolendum, sed potius ignoscendum atq; gratulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis peruerse seipsum amat, qui & alios uult errare, ut error suus lateat. Quanto enim melius & utilius, ut ubi ipse errauit, alij nõ errent, quorũ admonitu errore careat. Quòd si noluerit, saltem comites erroris non habeat. Si enim mihi deus quod uolo præstiterit, ut omnium librorum meorum quæcunq; mihi rectissime displicent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligam atq; demonstrem: tunc uidebunt omnes homines, quàm non sim acceptor personæ meæ. Vos autem qui me multum diligitis, si talem me asseritis aduersus eos, quorum malicia uel imperitia uel intelligentia reprehẽdor, ut me nusquam scriptorum meorum errasse dicatis, frustra laboratis, nõ bonam causam suscepistis, facile in ea me ipso iudice superamini: Quoniam non mihi placet, cum à charissimis meis talis esse existimor, qualis non sum. Profecto enim non me, sed pro me alium sub meo nomine diligunt: si non quod sum, sed quod non sum, diligunt. Nam in quantum me nouerunt, uel de me uerum credunt, ego ab eis diligor: Inquantum autem mihi tribuunt quod in me non cognoscunt, alium talem qualem me putant, pro me diligunt.

Lucani uersus – Romani maximus autor
Tullius eloquij: nullum unquam uerbum, inquit, quod reuocare uellet, emisit. Quæ quidem laus quamuis præclarissima uideatur, tamen credibilior est de nimium fatuo, quàm de sapiente perfecto. Nam & illi quos uulgò moriones uocant, quantomagis à sensu communi dissonant, magisq; absurdi & insulsi sunt, tanto magis nullum uerbum emittunt quod reuocare uelint, quia dicti mali uel stulti uel incommodi pœnitere, utiq; cordatorum est. Sed si in bonam partem accipiatur, ut quempiam talem fuisse credamus, qui cum sapienter omnia loqueretur, nullum unquam uerbum quod reuocare uellet, emisit: hoc potius de hominibus dei, qui spiritu sancto acti loquuti sunt, quàm de illo quem sic Cicero laudat, saluberrima pietate credẽdum est. Ab hac ego excellentia tam longe absum, ut si nullum uerbum quod reuocare uellem protulero, fatuo sim quàm sapienti similior. Illius quippe scripta summa sunt autoritate dignissima, qui nullum uerbũ nõ quod reuocare uellet, sed quod reuocare deberet, emisit. Hoc quisquis nondum est assequutus, secũdas habeat partes modestiæ, quia primas non potuit habere sapientiæ: quia non ualuit omnia non pœnitenda diligẽter dixisse, pœniteat quę cognouerit dicenda non fuisse. Cum ergo non sicut quidã charissimi mei putant, nulla uel pauca, sed potius plura fortasse quàm etiam male dici opinantur uerba dixerim, quæ mallem reuocare, si possem, non mihi Tulliana illa blanditur sentẽtia, qua dictum est, Nullum unquam uerbum quod reuocare uellet, emisit: sed angit me planè Horatiana sententia, Nescit uox missa reuerti. Hinc est quòd periculosissimarum quæstionũ libros, de Genesi scilicet, & de Trinitate, diutius teneo quàm uultis & fertis, ut si non potuerint nisi habere aliqua quæ meritò reprehendantur, saltem pauciora sint quàm esse possent, si præcipiti festinatione inconsultius ederentur. Vos enim ut uestræ indicant literæ (nam hoc mihi etiam sanctius frater & coepiscopus meus scripsit Florentius) ideo ut ædanturgetis, quo possint à me dum in hac carne uiuo defendi, cum uel ab inimicis mordentibus, uel etiam ab amicis parum intelligẽtibus, fortasse in quibusdã cœperint accusari. Quod utiq; propterea dicitis, quia non putatis esse in eis aliquid, quod uera possit ratione culpari. Alioquin non me ad eorum æditionem, sed ad diligentiorem emendationem potius hortaremini. Ego autem iudices ueros, & ueritate seueros magis intueor, inter quos & meipsum primitus constituere uolo, ut ad illos ea tantum reprehendẽda perueniant, quæ à me quamuis sedulò perscrutante, minime uideri potuerunt. Quæ cum ita sint, hoc tamen quod in tertio libro De libero arbitrio, cum de substantia rationali agerem, sic à me positum est ut dicerem, In corporibus autem inferioribus anima post peccatum ordinata regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio, sed sicut leges uniuersitatis sinunt: diligenter aduertant qui putant me aliquid de anima humana uelut certum statuisse atq; fixisse, quod uel ex parentibus per propaginem ueniat, uel in actibus uitæ superioris atque cœlestis peccauerit, ut corruptibili carne mereretur includi: & uideant sic à me uerba fuisse perpensa, ut retẽto eo quod certum habeo, post peccatum primi hominis, natos esse atq; nasci cæteros homines in carne peccati, cui sanandę uenit in domino similitudo carnis peccati, ita omnia sonarent, ut nulli præiudicarent opinioni quatuor illarum, quas postea digessi atq; distinxi, non cõfirmans aliquã, sed interim quod agebam sequestrata illarum discussione determinans, ut quæcunq; illarum uera esset, deus sine dubio laudaretur. Siue enim ex illa una omnes animæ propagentur, siue singillatim in singulis fiant, siue extra creatæ mittantur, siue in corpora sponte mergantur, proculdubio creatura

Secundæ partes modestiæ

ista

ista rationalis, id est humanæ animæ natura, in corporibus inferioribus, hoc est terrenis, post peccatum ordinata regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio interim, quod constat peccatum primi hominis. Non enim dictũ est post peccatum suum, aut postea quàm peccauit: sed dictum est, post peccatum: ut quodlibet postea si fieri posset, discussa ratio declararet, siue peccatum eius, siue peccatum parentis carnis eius, rectè dictum intelligeretur quod dictũ est: Post peccatum in inferioribus corporibus ordinata regit corpus suum, non omnimodo pro suo arbitrio, quia & caro concupiscit aduersus spiritum, & ingemiscimus grauati, & corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Et quis omnia enarret carnalis infirmitatis incõmoda? Quæ utiq; non erunt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, ut absorbeatur mortale à uita. Tunc itaque spiritale corpus reget omnimodo pro libero arbitrio, nunc uerò non omnimodo, sed sicut leges uniuersitatis sinunt, per quas cõstitutum est ut corpora orta occidant, & aucta senescant. Nam illius primi hominis anima, ante peccatum etiam si nondum spiritale corpus sed animale, tamen pro arbitrio regebat. Post peccatum autem, id est postea quàm peccatum in illa carne cõmissum est, ex qua deinceps pro pagaretur caro peccati, anima rationalis sic est in inferioribus corporibus ordinata, ut nõ omnimodo pro arbitrio regat corpus suum. Quòd si nondum acquiescũt in paruulis, qui nulla adhuc peccata propria commiserunt, iam tamen esse carnem peccati, quia & huic sanandæ cum baptizãtur necessaria est medicina, similitudo illa carnis peccati, nec sic istis uerbis nostris habent quod succenseant. Constat quippe, nisi fallor, eandem carnem etiam si non uitio sed natura infirma est, tamen post peccatum cœpisse nasci, quia nec; ita creatus est Adam, nec; aliquẽ genuit ante peccatum. Quærant ergo alia quæ rectè reprehendant, non solum in aliis festinantius æditis, uerumetiam in his ipsis libris meis De libero arbitrio. Nec; enim eos inuenturos nego unde mihi beneficiũ conferant, quoniam si illi (quod iam in multorum manus exierunt) corrigi non possunt, ego certè quoniã uiuo adhuc possum. Hæc autem uerba tam caute à me posita, ut nulli de animæ exortu, quatuor illarũ opinioni rationi'ue præscriberem, hi tantum reprehendant, qui reprehendendam putant eandem ipsam de re tam obscura cũctationem meam: contra quos me nõ defendo, quòd recte faciam in hac quæstione cunctari, cum omnino non dubitem & immortalem esse animam, non ita ut deus qui solus habet immortalitatem, sed modo quodã sui generis, & eam esse creaturam non substãtiam creatoris, & si quid aliud de natura eius certissimum teneo. Sed quia hoc me facere compellit de animæ exortu caliginosissimæ quæstionis obscuritas, manum potius porrigant confitenti, & quicquid illud est nosse cupienti, & doceant si possunt uel ostendant, si qd de hac re uel certa ratione didicerunt, uel apertissimo diuino eloquio crediderunt. Si enim ratio cõtra diuinarum scripturarum autoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit ueri similitudine, nam uera esse non potest. Rursus si manifestissimæ certæq; rationi uelut scripturarũ sanctarum obijcitur autoritas, nõ intelligit qui hoc facit, & nõ scripturarũ illarum sensum ad quem penetrare non potuit, sed suũ potius obijcit ueritati, Nec quod in eis, sed quod in seipso uelut pro eis inuenit, opponit. Exempli gratia: Diligenter attende quid dicam. Scriptum est prope finem libri qui uocatur Ecclesiastes, cum de solutione hominis, quę fit per mortem istam, qua dirimitur anima à corpore, scriptura loquere-tur: Et conuertatur puluis in terram sicut fuit, & spiritus reuertatur ad deum qui dedit eum. Sententia huius autoritatis proculdubio certa est, nec quenquam decipit fallitate, sed si quispiam uoluerit eam sic interpretari, ut inde animarum propaginẽ, quod ex illa una quam deus primo homini dedit omnes cæteræ ueniant, conetur astruere, uidetur illi suffragari quod ibi de carne dictum est puluerís nomine. Nam utiq; puluis & spiritus nihil aliud hoc loco quàm anima & caro intelligitur: ut eo modo affirmet animã reuerti ad deum, quòd sit de traduce illius animæ quam primo homini dedit deus, quemadmodũ conuertitur caro in terram, cum sit etiam ipsa de traduce illius carnis quę in primo homine de terra facta est: ac si cõtendat, ex hoc quod de carne notissimum est, debere nos credere illud quod de anima occultum est. De traduce quippe carnis non ambigitur, sed de animę ambigitur. Vtrũq; autem ita positum est in hoc testimonio, uelut singula singulis parili ratione reddantur: caro scilicet cõuertatur in terram sicut fuit. Inde enim sumpta est, quãdo factus est primus homo. Et spiritus reuertatur ad deũ qui dedit eum, quando insufflauit in faciem hominis quem finxerat flatũ uitæ, & factus est homo in animam uiuam, ut deinceps ex utraq; re utriusq; rei propago decurreret. Veruntamen si illud est uerum, quòd animas non ex illa una propagatas, sed alibi creatas singulis singulas deus dat, etiam huic sententiæ cõgruit quod dictum est: Spiritus reuertatur ad deum qui dedit eum. Solæ ergo reliquę duæ opiniones uidentur excludi, quia si fierent in singulis hominibus animæ propriæ cum creantur, non putaretur dici debuisse: Spiritus reuertatur ad deum qui dedit eum, sed ad deum qui fecit eum. Dedit enim ueluti sic sonat, quasi iam extra fuerit quod dari posset. Deinde quod dictum est, Reuertatur ad deum: urgent uerba & premunt, dicẽtes: Quomodo reuertetur ubi nunquam antea fuerit? Potius enim dici debuisse asserunt, & ad deum uel pergat, uel uadat ad deum, quàm reuertatur ad

Ecclesiastes 2

1 Retract. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

deum,si nunquam illic antea spiritus iste fuisse credendus est,Item quomodo animæ sponte labantur in corpus,cum scriptum sit,Dedit eum: nō tam in promptu est explicare,ac per hoc(ut dixi)duæ istæ opiniones sub uerbis huius testimonij laborant. Vna qua putātur singulæ quæq; animæ in singulis suis corporibus fieri singulæ,alia qua putātur in corpora sponte demergi. Duabus autem illis siue de traduce illius uniuersi ueniant,siue antea iam creatæ & apud deū constitutæ,singulis corporibus dentur,sine labore uerba ista coaptātur. Et tamen si assertores eius sententiæ,qua creduntur animæ in suis singulis corporibus fieri,affirmēt:ita esse dictum de spiritu,qui pro anima positus est,deus dedit eum, quemadmodū recte dicitur dedisse nobis oculos,uel aures,uel manus,uel quodlibet aliud, quæ membra utiq; non extra iam fecerat & alicubi repositа habebat,quæ cum opus esset,daret,hoc est adderet & adiungeret,sed illic ea fecit in corpore cui dedisse illa dicitur:quid ei respondeatur non uideo,nisi forte alia uel alia testimonia proferantur,uel certa ratio unde ista opinio refellatur.itemq; illi qui putant animas in corpora sponte defluere,sic accipiunt dictū, Dedit deus eum:quomodo dictum est,Tradidit illos deus in concupiscētiam cordis eorum. Proinde unum uerbū relinquitur quod dictum est,Reuertatur ad deū:pro peccato accipi possit reuerti,ubi ante non fuit,si animæ in suis quęq; corporibus fiunt,quo solo uerbo una illarum quatuor angustatur opinio. Sed neque propter hoc unum uerbū temerè existimo illam sententiam esse refutandam,ne forte possit ostendi aliquo genere loquutionis,quo sancta scriptura uti solet,hoc quoq; recte dici potuisse,ut reuerti intelligatur ad deum spiritus creatus,tāquam ad autorem à quo creatus est,non tāquam ad eum apud quem primitus fuit. Hæc ideo scripsi,ut quisquis illarum quatuor de anima sententiarū aliquam uoluerit astruere atq; defendere,talia proferat uel de scripturis in autoritatem ecclesiasticam receptis,quæ nō possint aliter accipi, sicuti est,quòd deus hominem fecit:uel ratione tam certa,ut contradictio aut nulla existat,aut insaniæ similis meritò iudicetur,uelut si quisquam dicat,nec ueritatem cognoscere,nec falli quēquam posse nisi uiuentem. Neq; enim ut uideamus quàm hoc sit uerum,scripturarum autoritas necessaria est,ac non sensus ipse communis ita uerum esse perspicua ratione proclamat, ut quisquis contradixerit,demētissimus habeatur. Hoc si in ista obscurissima quæstiōe quæ de anima est,præstare aliquis potest,adiuuet impe- 2 Retract.23 ritiam meam. Quòd si non potest,non culpet cunctationem meam. De uirginitate autem sanctæ Mariæ,si hoc quod scripsi nō persuadet fieri potuisse,neganda sunt omnia quæ mirabiliter in corporibus acciderunt. Quod si propterea non creditur,quia semel factum est,quęre ab

A amico quem hoc adhuc mouet,utrum nihil inueniatur in literis secularibus,quod & semel factum sit,& tamen creditum non fabulosa uanitate,sed sicut existimant historica fide,quære obsecro te. Si enim tale aliquid in illis literis inueniri negauerit,admonendus est:si autem fassus fuerit,soluta quæstio est.

Augustinus Hieronymo,de noua post Septuaginta Veteris testamenti uersione,decq; Petro reprehenso à Paulo,Galat.II.uentilans quæstionē de mendacio officioso.Hæc epistola non est reddita Hieronymo,quòd is cui tradita fuerat,mutato cōsilio non est profectus:eam scripserat adhuc presbyter. Epistola VIII

Domino dilectissimo & cultu sinceriſſimo charitatis obsequendo atq; amplectendo fratri & compresbytero Hieronymo,Augustinus.

N Vnquam æque quisquam tam facie cuilibet innotuit, quàm mihi tuorū in domino studiorum quieta lętitia, & uere exercitatio liberalis. Quanquam ergo percupiam omnino te nosse,tamen exiguum quiddā tui minus habeo,præsentiam uidelicet corporis:quam ipsam etiam postea ęq te beatissimus nunc episcopus,tunc uerò iam episcopatu dignus,frater Alypius uidit,remansq; à me uisus est,negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius impressam:& ante reditum,cum te ille ibi uidebat,ego uidebam sed oculis eius. Non enim animo me atq; illum, sed corpore duos,qui nouerit,dixerit,concordia duntaxat & familiaritate fidissima,non meritis quibus ille antecellit. Quia ergo me primitus cōmunione spiritus,quo in unum nitimur, deinde illius ex ore iam diligis,nequaquam impudenter quasi aliquis ignotus commendo germanitati tuæ fratrem Profuturū,quem nostris conatibus adiutorio tuo uerè profuturum speramus,nisi forte quod talis est ut ipse tibi per eum fiam commēdatior,quàm ille per me. Hactenus fortasse scribere debuerim,si esse uellem epistolarum solennium more contētus:Sed scatet animus in loquelas communicandas tecum de studijs nostris quæ habemus in Christo Iesu domino nostro,qui nobis multas utilitates & uiatica quædam demonstrati à se itineris etiam per tuam charitatem non mediocriter ministrare dignatur. Petimus ergo & nobiscū petit omnis Africanarum ecclesiarū studiosa societas, ut interpretandis eorum libris,qui Græcè scripturas nostras quàm optime tractauerunt,curā atque operam impendere non graueris. Potes enim efficere,ut nos quoq; habeamus tales illos uiros,& unum potissimū quem tu libentius in tuis literis sonas. De uertendis autem in Latinam linguam sanctis literis canonicis,laborare te nollem,nisi eo modo quo Iob interpretatus es,ut signis adhibitis quid inter hanc tuam & Septuaginta,quorum est grauissima autoritas, interpretationem distet,appareat. Satis autem

nequeo

18.De ciuitate dei,cap.23 & 42 A nequeo mirari,si aliquid adhuc in Hebræis exemplaribus inuenitur,quòd tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerit. Omitto enim Septuaginta,de quorum uel consilij uel spiritus maiore concordia quàm si unus homo esset non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam,nisi quòd eis præminentem autoritatem in hoc munere sine controuersia tribuendam existimo. Illi me plus mouent,qui cum posteriores interpretarentur,& uerborum loquutionumq; Hebræarum uiam atq; regulas mordicus(ut fertur)tenerēt,non solum inter se non consenserunt,sed etiam reliquerunt multa,quæ tanto post eruenda & prodenda remanerent.

Dilemma Et aut obscura sunt,aut manifesta. Si enim ob- B scura sunt,te quoq; in eis falli potuisse,non immerito creditur. Si autē manifesta,superfluum est te uoluisse explanare,quod illos latere non potuit. Huius igitur rei pro tua charitate,expositis causis,certū me facias obsecrauerim. Legi etiam quædā scripta quæ tua dicerentur,in epistolas apostoli Pauli,quarum unam ad Galatas,cum enodare uelles,uenit in manus locus ille quo apostolus Petrus à pernicioſa simula- Pernicioſa simulatio tione reuocatur. Ibi patrocinium mendacij susceptum esse uel abs te tali uiro,uel à quopiam si alius illa scripsit,fateor,non mediocriter doleo,donec refellantur,si forte refelli possunt,ea quæ me mouent. Mihi enim uidetur exitiosissime credi aliquod in libris sanctis esse mendacium,id est eos homines per quos nobis illa C scriptura ministrata est atq; conscripta,aliquid in libris suis fuisse mentitos. Alia quippe quæstio est,sitne aliquādo mentiri uiri boni. Et alia quæstio est,utrum scriptorem sanctarum scripturarum mentiri oportuerit:immo uero non alia,sed nulla quæstio est. Admisso enim semel in tantum autoritatis fastigium,officioso aliquo mendacio,nulla illorum librorum particula remanebit,quæ non utcunque uidebitur,uel ad mores difficilis,uel ad fidem incredibilis, eadem pernicioſissima regula ad mentientis autoris consilium officiumq; referatur. Si enim Gal.2 mentiebatur apostolus Paulus,cum apostolum Petrum obiurgans diceret:Si tu cum sis Iudæus,gentiliter & non Iudaicè uiuis,quemadmo- D dum gentes cogis Iudaizare? & recte illi uidebatur Petrus feciſſe,quem non recte feciſſe,& dixit & scripsit,ut quasi animos tumultuātium delinīret: quid respondebimus, cum exurrexerint peruersi homines,prohibentes nuptias quos futuros ipse prænuntiauit,& dixerint totum illud quod idem Apostolus de matrimoniorum iure firmando loquutus est,propter homines qui dilectione coniugum tumultuari poterant fuisse mentitum,scilicet non quod hoc senserit,sed ut illorum placaretur aduersitas? Non opus est multa commemorare. Possunt enim uideri etiam de laudibus dei esse officiosa mendacia,ut apud homines pigriores dilectio eius ardescat,atq; ita nusquam certa erit in libris sanctis castæ ueritatis autoritas. Nónne attendimus eundem Apostolum,cum ingenti cura commendandæ ueritatis dicere: Si autem 1 Cor.15 Christus non resurrexit,inanis est prædicatio nostra,inanis est & fides nostra. Inuenimur autem & falli testes dei,quia testimonium diximus aduersus deum,quòd suscitauit Christum quem non suscitauit? Si quis huic diceret,quid in hoc mendacio perhorrescis,cum id dixeris, quòd etiam si falsum sit ad laudem dei maxime pertinet? Nónne huius detestatus insaniam, quibus posset uerbis & significationibus in lucem penetralia sui cordis aperire,clamās non minore aut fortasse etiam maiore scelere,in deo laudari falsitatem,quàm uituperari ueritatem? Agendum est igitur,ut ad cognitionem diuinarum scripturarū talis homo accedat,qui de sanctis libris,tam sanctè & ueraciter existimet,ut nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa mendacia,potiusq; id quod non intelligit transeat,quàm cor suum præferat illi ueritati. Profectò enim cum hoc dicit,credi sibi expetit,& id agit ut diuinarum scripturarum autoritatibus non credamus. Et ego quidem qualibuscunq; uiribus quas dominus suggerit,omnia illa testimonia quæ adhibita sunt astruendæ utilitati mendacij,aliter oportere intelligi ostenderem,ut ubique eorum firma ueritas doceretur. Quàm enim testimonia mendacia esse non debent,tam non debent fauere mendacio. Sed hoc intelligentiæ relinquo tuæ. Admota enim lectioni diligentiori consideratione,multò id fortasse facilius uidebis quàm ego. Ad hanc autem considerationem coget te pietas,qua cognoscis fluctuare autoritatem scripturarum diuinarum,ut in eis quod uult quisque credat, quod non uult non credat,si semel fuerit persuasum aliqua illos uiros,per quos nobis hæc ministrata sunt,in scripturis suis officioſe potuisse mentiri. Nisi forte regulas quasdam daturus es,quibus nouerimus ubi oporteat mentiri,ubi non oporteat. Quòd si fieri potest,nullo modo mendacibus dubijsq; rationibus id explices quæso,nec me onerosum,aut impudentem iudices, per humanitatem ueracissimam domini nostri. Nam,ut non dicam nulla, certè non magna culpa meus error ueritati fauet,si recte in te potest ueritas fauere mendacio. Multa alia cum sinceriſſimo corde tuo loqui cuperem,& de Christiano studio conferre,sed huic desiderio meo nulla epistola satis est. Vberius idipsum possum per fratrē,quem miscendum & alendum dulcibus atq; utilibus sermocinationibus tuis,misisse me gaudeo. Et tamen quantum uellem,nec ipse (quod pace eius dixerim) forsitan capit,quanquam nihilo me illi prætulerim. Ego enim me fateor tui capaciorem,sed ipsum uideo fieri pleniorem, quo me sine dubitatione antecellit: & postea

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm redierit(quod domino adiuuante proſpe A
ratum iri ſpero)cum eius pectoris abs te cumu/
lati, particeps fuero, non eſt impleturus quod
in me adhuc uacuum erit atq; auidũ ſenſorum
tuorum. Ita fiet ut & ego etiam tunc egentior
ſim, ille copioſior. Sanè idem frater, aliqua ſcri/
pta noſtra fert ſecum, quibus legendis ſi digna
tionem adhibueris, etiam ſinceram atq; frater/
nam ſeueritatem adhibeas queſo. Non enim ali
ter intelligo quod ſcriptum eſt: Emendabit me
Pſal.140 iuſtus in miſericordia & arguet me, oleum au/
tem peccatoris nõ impinguet caput meum: niſi
quia magis amat obiurgator ſanans, quàm adu
lator ungens caput. Ego autem difficillimè bo/
nus iudex lego quod ſcripſerim, ſed aut timidi/
or recto aut cupidior. Video etiam interdum ui B
tia mea, ſed hæc malo audire à melioribus, ne
cum me recte fortaſſe reprehẽdero, rurſus mihi
blandiar, & meticuloſam potius mihi uidear in
me quàm iuſtam tuliſſe ſententiam.

Auguſtinus Hieronymo de titulo libri De ſcriptoribus eccleſiaſticis: deinde de Petro reprehenſo, de quo ſuprà: hortatur illum, ut prodat Origenis & ſingulorum hæreticorum errata. Epiſtola IX

Domino dilectiſſimo & cultu ſinceriſſimo cha
ritatis obſeruando atq; amplectendo, fratri &
compresbytero Hieronymo, Auguſtinus.

H Abeo gratiam quod pro ſubſcripta
ſalutatione plenam mihi epiſtolam
reddidiſti, ſed breuiorẽ multo, quàm C
ex te uellem ſumere tali uiro, à quo
tempora quãtalibet occupet, nullus ſermo pro/
lixus eſt. Quanquam itaq; nos negociorum alie
norum, eorumq; ſecularium curis circũſtemur
ingentibus, tamen epiſtolæ tuæ breuitati facile
non ignoſcerem, niſi cogitarem quàm paucio/
ribus uerbis meis redderetur. Quare aggrede/
re quæſo iſtam nobiſcum literariam colloquu/
tionem, ne multum ad nos diſiungendos liceat
abſentiæ corporali, quanquam ſimus in domi/
no ſpiritus unitate coniuncti, etiam ſi ab ſtilo
quieſcamus & taceamus. Et libri quidem quos
de horreo domínico elaboraſti, penè totum te
nobis exhibent. Si enim propterea te non no/
uimus, quia faciem tui corporis non uidimus, D
hoc modo nec ipſe te noſti. Nam tu quoq; non
uides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es,
niſi quia noſti animum tuum, & nos eum non
mediocriter nouimus in literis tuis, in quibus
benedicimus domino, quod tibi & nobis, om/
nibusq; fratribus qui tua legunt, te talem dedit.
Liber quidem tuus inter cætera non diu eſt ut
uenit in manus noſtras, quæ ſit eius inſcriptio,
neſcimus adhuc. Non enim hoc codex ipſe, ut
adſolet, in liminari pagina prætendebat. Epita/
phium tamẽ appellari dicebat frater, apud quẽ
inuentus eſt. Quod ei nomen tibi placuiſſe ut
inderetur, crederemus, ſi eorum tantum homi/
num uel uitas uel ſcripta ibi legiſſemus, qui iam
defuncti eſſent. Cum uerò multorum & eo tem
pore quo ſcribebatur, & nunc uſque uiuentium
ibi cõmemorẽtur opuſcula, miramur cur hunc
ei titulum uel impoſueris, uel impoſuiſſe creda
ris. Sanè utiliter à te conſcriptum eundem li/
brum ſatis approbamus. In expoſitione quoq;
Epiſtolæ Pauli ad Galatas, inuenimus aliquid
quod nos multum moueat. Si enim ad ſcriptu/
ras ſanctas admiſſa fuerint uelut officioſa men/
dacia, quid in eis remanebit autoritatis? Quæ
tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur,
cuius pondere contentioſæ falſitatis obteratur
improbitas? Statim enim ut protuleris, ſi aliter
ſapit qui contrà nititur, dicit illud quod prola/
tum erit, honeſto aliquo officio ſcriptorem fu/
iſſe mentitum. Vbi enim hoc non poterit, ſi po
tuit in ea narratione, quam exorſus Apoſtolus
ait: Quæ autem ſcribo uobis, ecce coram Deo Gal.1
quia non mentior: credi affirmariq; mentitus,
eo loco ubi dixit de Petro & Barnaba. Cum ui/ Gal.2
derem quia non recte ingrediũtur ad ueritatem
Euangelij. Si enim recte illi ingrediebãtur, iſte
mentitus eſt: ſi autem ibi mẽtitus eſt, ubi uerum
dixit? An ibi uerum dixiſſe uidebitur, ubi hoc
dixerit quod lector ſapit? Cum uero contra ſen
ſum lectoris aliquid occurrerit, officioſo men/
dacio deputabitur? Non enim deeſſe poterunt
cauſæ, cur exiſtimetur non ſolum potuiſſe, ue/
rumetiam debuiſſe mentiri, ſi huic regulæ con/
ceditur locus. Non opus eſt hanc cauſam mul/
tis uerbis agere, præſertim apud te, cui ſapien/
ter prouidẽti dictum ſat eſt. Nequaquam uero
mihi arrogauerim, ut ingeniũ tuum diuino do/
no aureum, meis obolis ditare contendam, nec
quiſquã te magis idoneus, qui opus illud emen
det. Neque enim à me docendus es quomodo
intelligatur, quod idem dicit: Factus ſum Iudæ 1 Cor.2
is tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrifacerem: &
cætera, quæ ibi dicuntur compaſſione miſeri/
cordiæ, non ſimulatione fallaciæ. Fit enim tan/
quam ægrotus qui miniſtrat ægroto: non cum
ſe febres habere mentitur, ſed cum animo con/
dolentis cogitat quemadmodum ſibi miniſtra/
ri uellet ſi ipſe ægrotaret, & ſic ipſe aliis ægro/
tantibus miniſtrando compatitur. Nam utique
Iudæus erat, Chriſtianus autem factus, non Iu/
dæorum ſacramẽta reliquerat, quæ conuenien
ter ille populus & legitimo tempore quo opor/
tebat, acceperat. Ideoq; ſuſceperat ea celebran
da, cum iam Chriſti eſſet apoſtolus, ut doceret
non eſſe pernicioſa his qui ea uellent, ſicut à pa/
rentibus per legem acceperãt, cuſtodire, etiam
cum Chriſto credidiſſent, non tamen in eis iam
conſtituerent ſpem ſalutis, quoniã per dominũ
Ieſum ſalus ipſa, quę illis ſacramẽtis ſignificaba
tur, aduenerat. Ideoq; gentibus quod inſuetos à
fidei reuocarẽt onere graui et nõ neceſſario, nul
lo modo imponẽda eſſe cenſebat. Quapropter
non ideo Petrũ emendauit, quod paternas tradi Gal.2
tiones obſeruaret; q; ſi facere uellet, nec menda

citer

citer nec incongrue faceret: quamuis enim iam A
Hoc nũquam fecit Petrus, nec tamẽ mẽtitus eſt Paulus
ſuperflua, tamen ſolita non nocerent: Sed quo/
niam gentes cogebat Iudaizare, quod nullo
modo poſſet, niſi ea ſic ageret, tanquam adhuc
etiam poſt domini aduentum neceſſaria ſaluti
forent, quod uehementer per apoſtolatum Pau
li ueritas diſſuaſit. Nec apoſtolus Petrus hoc
ignorabat, ſed id faciebat, timens eos qui ex cir
cunciſione erant. Itaque & ipſe correctus
eſt: & Paulus uera narrauit, ne ſancta ſcriptura
quæ ad fidem poſteris ædita eſt, admiſſa auto/
ritate mendacij, tota dubia nutet & fluctuet.
Non enim poteſt aut oportet literis explicari,
quanta & quàm inexplicabilia mala cõſequan
tur, ſi hoc conceſſerimus. Poſſet autem oportu/
ne minusq; periculoſe demonſtrari, ſi coram B
inter nos colloqueremur. Hoc ergo Iudæorum
Rom.10 Paulus dimiſerat quod malum habebant, & in
primis illud, quòd ignorantes dei iuſtitiam, &
ſuam iuſtitiam uolentes conſtituere, iuſtitię dei
non ſunt ſubiecti. Deinde quòd poſt paſſionem
& reſurrectionem Chriſti dato ac manifeſtato
ſacramento gratiæ, ſecundum ordinem Mel/
chiſedech, adhuc putabant ſacramenta uetera,
non ex conſuetudine ſolennitatis, ſed ex neceſ/
ſitate ſalutis eſſe celebranda. Quæ tamen ſi nun
quam fuiſſent neceſſaria, infructuoſe atq; inani
ter pro eis Machabæi martyres fierent. Poſtre/
mo illud quòd prædicatores gratiæ Chriſtia/
nos, Iudæi tanquam hoſtes legis perſequeban/
tur. Hos itaq; atque huiuſmodi errores & uitia C
dicit ſe damnare, & ut ſtercora arbitratum, ut
Chriſtum lucrifaceret, non obſeruationes legis
ſi more patrio celebrarentur, ſicut & ab ipſo ce
lebratæ ſunt, ſine ulla ſalutis neceſſitate ſicut Iu
Pallax ſimulatio dæi celebrandas putabant, aut fallaci ſimulatio
ne, quod in Petro reprehenderat. Nam ſi pro/
pterea illa ſacramenta celebrauit, quia ſimula/
uit ſe Iudæum ut illos lucrifaceret, cur non eti/
am ſacrificauit cum gentibus, quia & his qui
ſine lege erant, tanquam ſine lege factus eſt, ut
eos quoq; lucrifaceret, niſi quia & illud fecit, ut
natura Iudæus: & hoc totum dixit, non ut falla/
citer ſe fingeret eſſe quod non erat, ſed ut miſe/
ricorditer eſs ita ſubueniendum eſſe ſentiret, ac
ſi ipſe in eodem errore laboraret, non ſcilicet D
mentientis aſtu, ſed compatientis affectu. Si/
1 Corin.9 cut eoipſo loco generaliter intulit, Factus ſum
infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem, ut
ſequens cõcluſio: Omnibus omnia factus ſum,
ut omnes lucrifacerem, ad hæc referenda intel
ligatur, ut cuiuſq; infirmitatem tanquam in ſe
ipſo miſeratus appareat. Non enim & cum di/
ceret: Quis infirmatur & ego non infirmor: in/
firmitatem alterius ſimulaſſe, potius quàm con
doluiſſe uolebat intelligi. Quare arripe, obſe/
cro te, ingenuam & uere Chriſtianam cum cha
ritate ſeueritatem, ad illud opus corrigendum
atq; emendandum, & παλινῳδίαν, ut dicitur,
cane. Incomparabiliter enim pulchrior eſt ue/

Helena cauſa belli

ritas Chriſtianorum, quàm Helena Græcorum.
Pro iſta enim fortius noſtri martyres aduerſus
hanc Sodomam, quàm pro illa illi heroes ad/
uerſus Troiam dimicauerunt. Neque hoc ideo
dico, ut oculos cordis recipias, quos abſit ut a/
miſeris, ſed ut aduertas: quos cum habeas ſa/
nos & uigiles, neſcio qua diſſimulatione auer/
tiſti, ut non intenderes quæ conſequantur ad/
uerſa, ſi ſemel creditum fuerit, poſſe honeſtè at/
q; pie accipi, ſcriptorem diuinorum librorum
in aliqua ſui operis parte mentiri. Scripſeram
hinc iam aliquando ad te epiſtolam, quæ non
perlata eſt, quia nec perrexit cui perferendam
tradideram: Ex qua illud mihi ſuggeſtum eſt,
cum iſtam dictarem, quod in hac quoq; præter
mittere non debui, ut ſi alia eſt ſententia tua, ea
demq; eſt melior, timori meo libẽter ignoſcas.
Si enim aliter ſentis, uerumq; tu ſentis (nam ni/
ſi uerum ſit, melius eſſe non poteſt) ut non di/
cam nulla, certe non magna culpa, meus error
ueritati fauet, ſi recte in quoquam ueritas poteſt
fauere mendacio. De Origene autem quòd re/ Origenes
ſcribere dignatus es, iam ſciebam non tantum
in Eccleſiaſticis literis, ſed in omnibus recta &
uera quæ inuenerimus approbare atq; laudare,
falſa uero & praua improbare atq; reprehende
re. Sed illud de prudentia doctrinaq; tua deſi/
derabam, & adhuc deſidero, ut nota nobis fa/
cias ea ipſa eius errata, quibus à fide ueritatis il
le uir tantus receſſiſſe conuincitur. In libro eti/
am quo cunctos quorũ meminiſſe potuiſti ſcri/
ptores eccleſiaſticos, & eorum ſcripta comme/
moraſti, commodius ut arbitror fieret, ſi nomi/
natis eis quos hæreſiotas eſſe noſti (quando nè
ipſos quidem prætermittere uolueris) ſubiun/
geres etiam in quibus cauendi eſſent, quãquam
nonnullos etiam præterieris, quod ſcire cupe/
rem quo conſilio factum ſit. Aut ſi illud uolu/
men fortè onerare noluiſti, ut commemoratis
hæreticis, non adderes in quibus eos catholica
damnarit autoritas: peto ne graue ſit literario
labori tuo, quo non mediocriter per domini
dei noſtri gratiam in Latina lingua ſanctorum
ſtudia & accẽdiſti & adiuuiſti, id quod tibi per
humilitatem meam fraterna charitas indicit, ut
ſi occupationes tuæ ſinunt omnium hæretico/
rum peruerſa dogmata, qui rectitudinem fidei
Chriſtianæ, uſq; ad hoc tempus uel impruden/
tia, uel peruicacia deprauare conati ſunt, uno li
bello breuiter digeſta ædas, in notitiam eorum
quibus aut non uacat propter alia negocia, aut
non ualent propter alienam linguam, tam mul
ta legere atq; cognoſcere. Diu te rogarem, niſi
hoc ſoleret eſſe indicium minus præſumentis
de charitate. Hunc interea fratrem noſtrũ Pau/
lum, in Chriſto multum commendo benigni/
tati tuæ, cuius in noſtris regionibus exi/
ſtimationi bonum coram deo
teſtimonium perhi/
bemus.

Auguſti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustinus Hieronymo, dehortans à libris Testamenti ueteris ex Hebræo uertendis, & exhortans ut Septuaginta uersionem mirè depraua/tam ac uariantè reddat suæ ueritati. Nouum testamentum ab eo castigatum probat. Epist. X

Domino uenerabili & desiderabili sancto fratri, & compresbytero Hieronymo, Augustinus in domino Salutem.

E X quo cœpi ad te scribere aut tua scripta desiderare, nunquã mihi melior occurrit occasio, quàm ut per dei seruum ac ministrũ fidelissimum mihiq; charissimum mea tibi afferretur epistola, qualis est filius noster Cyprianus diaconus. Per hunc certe ita spero literas tuas, ut certius in hoc rerum genere quicquam sperare non B possim. Nam nec studium in petendis rescriptis memorato filio nostro deerit, nec gratia in promerendis, nec diligentia in custodiendis, nec alacritas in perferendis, nec fides in reddendis: tantum si aliquo modo merear, adiuuet dominus, & adsit cordi tuo, & desiderio meo, ut fraternam uoluntatem nulla maior uoluntas impediat. Quia ergo duas iam epistolas misi, nullam autem tuam postea recepi, easdem ipsas rursus mittere uolui, credens eas non peruenisse. Quæ etsi peruenerunt, ac fortasse tuæ potius ad me peruenire minime potuerunt, eaipsa scripta quæ iam misisti iterum mitte, si forte reseruata sunt. Sin minus, rursus dicta quod legam, dum tamen his respondere ne graueris, C quod iam diu est ut expecto. Primas etiã quas ad te adhuc presbyter literas præparaueram, mittendas per quendam fratrem nostrum Profuturum, qui postea collega nobis factus iam ex hac uita migrauit, nec eas tunc ipse perferre potuit, quia continuò dum proficisci disponit, episcopatus sarcina detentus, ac deinde in breui defunctus est, etiam nunc mittere uolui: ut scias in tua colloquia quàm olim inardescam, & quam uim patiar, quòd à me tam longe absunt sensus corporis tui, per quos adire possit ad animum tuum animus meus, mi frater dulcissime & in Domini membris honorande. In hac autem epistola, hoc addo, quod postea dicimus, Iob ex Hebræo à te interpretatum, D cum iam quandam haberemus interpretationem tuam eiusdem prophetæ ex Græco eloquio uersam in Latinum, ubi tamen asteriscis notasti quæ in Hebræo sunt, & in Græco desunt, obeliscis autem quæ in Græco inueniuntur, & in Hebræo non sunt, tam mirabili diligentia, ut quibusdam in locis ad uerba singula, stellas significantes uideamus eadem uerba esse in Hebræo, in Græco autem non esse. Porrò in hac posteriore interpretatione quæ uersa est ex Hebræo, non eadem uerborum fides occurrit, nec parum turbat cogitantem, uel cur in illa prima tanta diligentia figantur asteriſci, ut minimas etiam particulas orationis indicent A deesse codicibus Græcis quæ sunt in Hebræis: uel cur in hac altera quæ ex Hebræis est, negligentius hoc curatum sit, ut non eædem particulæ locis suis inuenirentur. Aliquid inde, exempli gratia, uolui ponere. Sed mihi ad horam codex defuit qui ex Hebræo est. Veruntamen quia præuolas ingenio, non solum quod dixerim, uerumetiam quid dicere uoluerim, satis (ut opinor) intelligis, ut causa reddita, quod mouet edisseras. Ego sanè te mallem Græcas potius canonicas nobis interpretari scripturas, quæ Septuaginta interpretum autoritate perhibentur. Perdurum erit enim, si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius cœperit legitari, quod à Græcis ecclesiis Latinæ ecclesiæ dissonabunt: maxime quia facile contradictor conuincitur, Græco prolato libro, id est, linguæ notissimæ. Quisquis autem in eo quod ex Hebræo translatum est, aliquo insolito permotus fuerit, & falsi crimen intenderit, uix aut nunquam ad Hebræa testimonia peruenitur, quibus defendatur obiectum. Quod si etiam peruentum fuerit, tot Latinas & Græcas autoritates damnari quis ferat? Huc accedit, quia etiam consulti Hebræi possunt aliud respondere, ut tu solus necessarius uidearis, qui etiam ipsos possis conuincere: sed tamen quo iudice, mirum si potueris inuenire. Nam quidam frater noster episcopus, cum lectitare instituisset in ecclesia cui præest, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter abs te positum apud Ionam Prophetam, quàm erat omnium sensibus memoriæq; inueteratum, & tot ætatum successionibus decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus & inflammantibus calumniam falsitatis, ut cogeretur episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia an malitia, hoc esse in Hebræis codicibus responderunt, quod & Græci & Latini habebant atque dicebant. Quid plura? Coactus est homo uelut mendositatem corrigere, uolens post magnum periculum non remanere sine plebe. Vnde etiam nobis uidetur, aliquando te quoq; in nonnullis falli potuisse. Et uide hoc quale sit in eis literis, quæ non possunt collatis usitatarum linguarum testimonijs emendari. Proinde non paruas deo gratias agimus de opere tuo, quod Euangelium ex Græco interpretatus es, quia penè in omnibus nulla offensio est, cum scripturam Græcam contulerimus. Vnde si quispiam ueteri falsitati contentiosius fauerit, prolatis collatisq; codicibus uel docetur facillime, uel refellitur. Etsi quædam rarissima meritò mouent, quis tam durus est, qui labori tam utili non facile ignoscat, cui uicem laudis referre non sufficit? Quid tibi autem uideatur, cur in multis aliter se habeat Hebræorum codicum autoritas, aliter Græcorum quæ dicitur Septuaginta, uellem dignareris aperire

aperire. Neq; enim paruum pondus habet illa, A quæ sic meruit diffamari, & qua usos Apostolos non solum res ipsa indicat, sed etiam te atte statum esse memini. Ac per hoc plurimum profueris, si eam Græcam scripturam, quam Septuaginta operati sunt, Latinæ ueritati reddideris, quæ in diuersis codicibus ita uaria est, ut tolerari uix possit: & ita suspecta ne in Græco aliud inueniatur, ut inde aliquid proferri aut probari dubitetur. Breuem putabam futuram hanc epistolam, sed nescio quomodo ita mihi dulce factum est in ea progredi, ac si tecum loquerer. Sed obsecro te per dominum, ne te pigeat ad omnia respondere, & præstare mihi quantum potueris præsentiam tuam.

Et hodie uariant

Hieronymus Augustino respondens ad officiosi mendacij calumniam, deq; translatione Veteris testamenti, ac de hederæ uocabulo apud Ionam. Epistola XI

Domino uerè sancto & beatissimo papæ Augustino, Hieronymus in domino Salutem.

T Res simul epistolas, immo libellos breues, per diaconum Cyprianum tuæ dignationis accepi, diuersas, ut tu nominas, quæstiones: ut ego sentio, reprehensiones opusculorum meorum continentes. Ad quas si respondere uoluero, libri magnitudine opus erit. Tamen conabor quantum facere possum, modum non egredi longioris epistolæ, & festinanti fratri moram non facere, qui ante triduum quàm profecturus erat à C me epistolas flagitauit, ut pene in procinctu, hæc qualiacũq; sunt effutire compellerer, & tumultuario respõdere sermone, non maturitate scribentis, sed dictantis temeritate, quæ plerunque non in doctrinam, sed in casum uertitur: ut fortissimos quoq; milites subita bella conturbant, & ante coguntur fugere, quàm possint arma corripere. Cæterum nostra armatura Christus est, & apostoli Pauli institutio, qui scribit ad Ephesios: Assumite arma dei, ut possitis resistere in die malo. Et rursum: State succincti lũbos uestros in ueritate, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis, super omnia accipientes scutum fidei, in quo possitis uniuersa tela maligni ignita D extinguere, & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est Verbum dei. His quondã telis rex Dauid armatus procedebat ad præ lium, & quinq; lapides de torrente accipiens leuigatos, nihil asperitatis & sordium inter huius seculi turbines in sensibus suis esse monstrabat, bibens de torrẽte in uia, & idcirco exaltatus caput superbissimũ Goliam suo potissimum mucrone truncauit, percutiens in fronte blasphemum, & in ea parte corporis uulnerans, in qua & præsumptor sacerdotij Ozias lepra percutitur, & sanctius gloriatur in domino dicens: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Dicamus igitur & nos: Paratũ cor meum deus,

Alienius exordium

1 Reg. 17

Psal. 109

paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. Exurge psalteriũ & cithara, exurgam diluculo: ut in nobis possit impleri, Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Et dominus dabit uerbũ euangelizantibus uirtute multa. Te quoque ipsum orare non dubito, ut inter nos contendẽtes ueritas superet. Non enim tuam quæris gloriam, sed Christi: cumq; tu uiceris, & ego uincam, si meum errorem intellexero: & econtrario, me uincente tu superas: quia non filij parentibus, sed parentes filijs thesaurizant. Et in Paralipomenon libro legimus, quòd filij Israel ad pugnãdum processerint mente pacifica, inter ipsos quoq; gladios & effusiones sanguinis & cadauera prostratorum, non suam sed pacis uictoriam cogitantes. Respõdeamus igitur ad omnia, ac multiplices quæstiões si Christus iuserit, breui sermone soluamus. Prætermitto salutationis officia, quibus meum demulces caput: taceo de blanditijs, quibus reprehẽsionem mei niteris consolari. Ad ipsas causas ueniam. Dicis accepisse te librum meum à quodam fratre, qui titulum non haberet, in quo Scriptores ecclesiasticos tam Græcos quàm Latinos enumerauerim. Cumq; ab eo quæreres, ut tuis uerbis utar, cur liminaris pagina non esset inscripta, uel quo censeretur nomine, respondisse, appellari Epitaphium. Et argumentaris quòd recte sic uocaretur, si eorum tantum uel uitas uel scripta ibi legisses qui iam defuncti essent. Cum uero multorũ & eo tempore quo scribebatur, & nunc usq; uiuentium cõmemorarentur opuscula, mirari te, cur ei hũc titulum imposuerim. Puto intelligere prudẽtiam tuam, quod ex opere ipso titulum potueris intelligere. Legisti enim & Græcos & Latinos, qui Vitas uirorum illustrium descripserunt, quod nunquam Epitaphium huic operi scripserint, sed De illustribus uiris: uerbi gratia, ducibus, philosophis, oratoribus, historicis, poetis, epicis, tragicis, comicis. Epitaphium autem proprie scribitur mortuorum. Quod quidem in dormitione (sanctæ memoriæ) Nepotiani presbyteri olim fecisse me noui. Ergo hic liber uel De illustribus uiris, uel proprie De scriptoribus ecclesiasticis appel landus est, licet à plerisq; emendatoribus imperitis, De autoribus, dicatur inscriptus. Secundo loco quæris, cur dixerim in Commentarijs epistolæ ad Galatas: Paulũ id in Petro non potuisse reprehendere quod ipse fecerat, nec in alio arguere simulationem, cuius ipse teneatur reus. Et asseris reprehensionem apostolicã non fuisse dispensatoriã sed ueram, & me non debere docere mẽdacium, sed uniuersa quæ scripta sunt, ita sonare ut scripta sint. Ad quæ primum respõdeo, debuisse prudentiã tuam præfatiũculæ commẽtariorum meorũ meminisse dicentis ex persona mea. Quid igitur? ego stultus aut temerarius qui id polliceor, quod ille nõ potuit? Minime: quin potius in eo mihi uideor cautior

De claris scriptoribus

Gal. 2

atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; timidior, quòd imbecillitatem uirium mea
rum sentiens, Origenis cõmentarios sequutus
Origenes super Ad Gal. sum. Scripsit enim ille uir in epistolam Pauli ad
Galatas quinq; proprie uolumina, & decimum
stromatum suorum librum, commatico super
explanationem eius sermone compleuit. Tra-
ctatus quoque uarios & excerpta, quæ uel sola
possent sufficere, composuit. Prætermitto Di-
Didymus uidens. dymum uidẽtem meum, & Apollinarem Lao-
Apollinaris. dicenũ, de ecclesia nuper egressum, & Alexan-
Alexander. drum ueterem hæreticum, Eusebiũ quoq; emi-
Eusebius. senum, & Theodorum Heracleotẽ, qui & ipsi
Theodorus nonnullos super hac re commentarios reliquerunt. E quibus uel si pauca decerperem, fieret aliquid quod non penitus cõtemneretur. Itaq; ut simpliciter fatear, legi hæc omnia, & in men
B te mea plurima coaceruans, accito notario, uel mea uel aliena dictaui, nec ordinis, nec uerborum interdum, nec sensuum memor. Iam domini misericordiæ est, ne per imperitiam nostram ab alijs bene dicta dispereant, & non placeant inter extraneos, quæ placent inter suos. Si quid igitur reprehensione dignum putaueras in explanatione nostra, eruditionis tuæ fuerat quærere, utrũ ea quæ scripsimus haberentur in Græcis, ut si illi non dixissent, tũc meam proprie sententiam condemnares: præsertim cum libere in
præfatione confessus sim, Origenis commentarios me esse secutum, & uel mea uel aliena dictasse, & in fine eiusdẽ capituli quod reprehendis, scripserim. Si cui iste nõ placet sensus, quo
C nec Petrus peccasse, nec Paulus procaciter ostẽditur arguisse maiorẽ, debet exponere, qua consequẽtia Paulus in altero reprehẽdat quod ipse commisit. Ex quo ostendi, me non ex definito id defendere, quod in Græcis legeram, sed ea expressisse quę legeram, ut lectoris arbitrio derelinquerem, utrum probanda essent an improbanda. Tu igitur ne quod ego petieram non faceres, nouum argumẽtum reperisti, ut assereres gentiles qui in Christum credidissent, legis onere liberos, eos autem qui ex Iudæis crederẽt legi esse subiectos, ut per utrorunq; personam, &
Galat. 2 Paulus recte reprehenderet eos qui legem seruarent, quasi doctor gentium, & Petrus iure reprehenderetur, qui princeps circumcisionis id
D imperauerit gentibus, quod soli qui ex Iudæis erant, debuerũt obseruare. Hoc si placet, immo
Galat. 5 quia placet, ut quicunq; credunt ex Iudæis debitores sint legis faciendæ, tu ut episcopus in toto orbe notissimus, debes hanc promulgare sententiam, & in assensum tuum omnes coepiscopos trahere. Ego in paruo tuguriolo, cũ monachis, id est, cum cõpeccatoribus meis, de magnis statuere non audeo, nisi hoc ingenue confiteri, me maiorũ scripta legere, & in commentarijs secundum omnium cõsuetudinem uarias ponere explanationes, ut è multis sequatur unusquisq; quod uelit. Quod quidem te puto & in seculari literatura, & in diuinis libris legisse
A & probasse. Hanc autem explanationẽ, quam
primus Origenes in decimo stromatum libro, Origenes
ubi epistolam Pauli ad Galatas interpretatur, & cæteri deinceps interpretes sunt sequuti, illa uel maxime causa subintroducũt, ut Porphyrio Porphyrius
respondeant blasphemãti, qui Pauli arguit procacitatem, quòd principẽ apostolorũ Petrum ausus est reprehendere, & arguere in faciem, ac ratione cõstringere quòd male fecerit, id est, in eo errore fuerit, in quo fuit ipse qui aliũ arguit
Io. Chrysost delinquentem. Quid dicam de Ioanne, qui dum in pontificali gradu Constantinopolitanã rexit ecclesiam, & proprie super hoc capitulo latissimum exarauit librum, in quo Origenis &
B ueterum sententiam est sequutus? Si igitur me reprehendis errantem, patere me quæso errare cum talibus, & cum me erroris mei multos socios habere perspexeris, tu ueritatis tuæ saltem unum astipulatorem proferre debebis. Hæc de explanatione unius capituli Epistolæ ad Galatas. Sed ne uidear aduersus rationem tuam niti testium numero, & occasione uirorũ illustrium subterfugere ueritatem, nec manũ audere conferre, breuiter de scripturis exẽpla proponam.
In Actibus apostolorũ, uox facta est ad Petrum Act.10
dicens: Surge Petre, occide & manduca: id est, omnia animalia quadrupedum & serpentiũ terræ, & uolatiliũ cœli. Quo dicto, ostenditur nullum hominem secundũ naturam esse pollutum, sed æqualiter omnes ad Christi euangeliũ pro-
C uocari. Ad quod respondit Petrus: Absit, quia nunquam manducaui cõmune & immundum. Et uox ad eũ de cœlo secundo facta est dicens: Quæ deus purificauit, tu ne commune dixeris: Iuit itaq; Cęsaream, & ingressus ad Cornelium aperiens os suum, dixit: In ueritate cõperi, quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet eum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Deniq; cecidit spiritus sanctus super eos, & obstupuerunt ex circumcisione fideles qui uenerãt cum Petro, quod & in nationes gratia spiritus sancti fuisset effusa. Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizẽtur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos in nomine
D Iesu Christi baptizari. Audierunt autem apo- Act.11
stoli & fratres qui erant in Iudæa, quia & gentes receperunt uerbum dei. Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illũ qui erant ex circumcisione dicentes: Quare introisti ad uiros præputium habentes, & manducasti cum illis? Quibus omni ratione expositа, nouissime orationẽ suam hoc sermone cõclusit: Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominũ Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere deum? His auditis tacuerunt, & glorificauerunt deũ, dicentes: Ergo & gentibus, deus pœnitentiã ad uitam dedit. Rursum cum multo
post tẽpore Paulus & Barnabas uenissent An- Act.14 & 15
tiochiam

tiochiã, & congregata ecclesia retulissent quan
A ta fecisset deus cum illis, & quia aperuisset deus gentibus ostium fidei, quidam descẽdentes de Iudæa docebant fratres atq; dicebant: Nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis salui fieri. Commota igitur seditione non minima aduersus Paulum & Barnabam, statuerunt ascendere & ipsi qui accusãbatur, & hi qui accusabant, ad apostolos & presbyteros Hierosolymam super hac quæstione. Cumq; Hierosolymam perrexissent, exurrexerunt quidam de hæresi pharisæorum, qui crediderant in Christum, dicentes: Oportet circuncidi eos, & præcipere illis, ut seruent legem Mosi. Et cum magna super hoc uerbo oriretur quęstio, Petrus so
B lita libertate: Viri, inquit, fratres, uos scitis quo niã ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meum audire gentes uerbũ Euangelij, & credere: & qui nouit corda, deus, testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda illorum. Nunc autem quid tentatis deum, imponere iugum super ceruicem discipulorũ, quod neq; patres nostri neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & in sententiam eius Iacobus apostolus & omnes simul presbyteri transierunt. Hæc non debent molesta esse lectori, sed & illi & mihi utilia, ut probemus ante apostolum Paulum non ignorasse Pe
C trum, imò principẽ huius fuisse decreti, legem post euangelium non esse seruandam. Denique tantæ Petrus autoritatis fuit, ut Paulus in Epi-
Gal.1 stola sua scripserit, Deinde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Rursumq; in cõsequen-
Gal.2 tibus: Post annos quatuordecim ascẽdi iterum Hierosolymam cum Barnaba assumpto & Tito, Ascendi autem secundum reuelationem, & exposui eis Euangeliũ quod prædico inter gentes: ostendens se non habuisse securitatẽ Euangelij prædicãdi, nisi Petri, & qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum. Statimq; sequitur: Separatim autẽ his qui uidebantur aliquid esse, ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem.
D Quare separatim, & non publice? Ne forte fidelibus ex numero Iudæorum, qui legem putabant esse seruandam, & sic credendum in domino saluatore, fidei scandalum nasceretur. Ergo & eo tempore cum Petrus uenisset Antiochiã, licet hoc Apostolorum acta non scribãt, sed affirmanti Paulo credẽdum sit, in faciem illi Paulus restitisse scribit, quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm uenirent quidam à Iacobo, cum gẽtibus edebat: cum autem uenissent, subtrahebat se & segregabat, timens eos qui ex circuncisione erant. Et consenserunt cum illo cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas adduceretur ab his in illam simulationem. Sed cum uidissem, inquit, quòd non rectè ingrediuntur ad ueritatem euangelij, dixi Petro coram omnibus: Si tu cum sis Iudæus, gentiliter & non Iudaicè uiuis, quomodo cogis gentes Iudaizare? Et cætera. Nulli ergo dubium est, quòd Petrus apostolus sententiæ huius, cuius nunc præuaricator arguitur, primus autor extiterit. Causa autem præuaricationis, timor est Iudæorum. Dicit enim scriptura, quòd primum edebat cum gẽtibus: cum autem uenissent quidam à Iacobo, subtrahebat se & segregabat, timens eos qui ex circuncisione erant. Timebat autem Iudæos quorum erat apostolus, ne per occasionem gentilium à fide Christi recederent, & imitator pastoris boni, perderet gregẽ sibi creditum. Sicut ergo ostendimus Petrum benè quidem sensisse de abolitione legis Mosaicę, sed ad simulationem obseruandæ eius timore compulsum, uideamus an ipse Paulus qui alium arguit, tale quid fecerit. Legimus in eodem libro: Perambulabat autem Paulus Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias, peruenitq; in Derben, & Listram, & ecce discipulus quidã erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris uiduæ fidelis, patre autem gentili. Huic testimoniũ reddebant qui Listris erant & Iconio fratres. Hunc uoluit Paulus secũ pro- Act.15 & 16
ficisci, & assumens circuncidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quòd pater eius gentilis esset. O beate apostole Paule, qui in Petro reprehenderas simulationem quare subtraxisset se à gentibus propter metum Iudæorũ qui à Iacobo uenerant, cur Timotheum filium hominis gẽtilis utiq; & ipsum gentilem (neq; enim Iudæus erat qui non fuerat circuncisus) contra sententiam tuam circũcidi coegisti? Respondebis mihi: Propter Iudæos qui erant in illis locis. Qui igitur tibi ignoscis in circũcisione discipuli uenientis ex gentibus, ignosce & Petro præcessori tuo, quòd aliqua fecerit metu fidelium Iudęorum. Rursum scriptum est: Paulus uero cũ adhuc sustinuisset dies mul-
tos, fratribus ualedicens nauigauit Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, & totondit sibi in Cenchreis caput, uotum enim habuerat. Esto ut ibi timore Iudæorum compulsus sit facere
D quod nolebat, quare comam nutriuit ex uoto, & postea eam in Cenchreis totondit ex lege, quod Nazaræi qui se deo uouerint, iuxta præceptũ Moysi facere consueuerunt. Verum hæc ad comparationem eius rei quæ sequitur, parua sunt. Refert Lucas sacræ historię scriptor: Cum uenissemus Hierosolymã, libenter susceperunt nos fratres: & sequẽti die Iacobus & omnes seniores qui cum eo erant, euangelio illius com-
probato; dixerunt ei: Vides frater quot milia Act. 21
sunt in Iudæa qui crediderunt in Christo, & hi omnes æmulatores sunt legis. Audierũt autem de te, quòd discessionem doceas à Moyse, eorum qui per gentes sunt Iudæorum, dicens non debere eos circuncidere filios suos, neq; secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum consuetudinẽ ingredi. Quid ergo est? Vti A
que oportet conuenire multitudinem: Audie/
runt enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod
tibi dicimus: Sũt nobis uiri quatuor uotum ha/
bentes super se: his assumptis, sanctifica te cum
ipsis, & impende in eos ut radant capita, & sci/
ent omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt,
sed ambulas & ipse custodiens legẽ. Tunc Pau
lus assumptis uiris, postera die purificatus cum
illis intrauit in templum, annuntians expletio/
nem dierum purificatiõis, donec offerretur pro
unoquoq; eorum oblatio. O Paule, & in hoc te
rursus interrogo: Cur caput raseris, cur nudipe
dalia exercueris de ceremonijs Iudæorum, cur
obtuleris sacrificia, & secundum legem hostiæ
pro te fuerint immolatæ? Vtique respondebis: B
Ne scandalizarentur qui ex Iudæis crediderãt.
Simulasti ergo Iudæũ, ut Iudæos lucrifaceres,
& hanc ipsam simulationem Iacobus & cæteri
te docuere presbyteri, sed tamen euadere non
potuisti. Orta enim seditione cum occidendus
esses, raptus es à tribuno, & ab eo missus Cæsa/
ream, sub custodia militum diligẽti, ne te Iudæi
quasi simulatorem ac destructorẽ legis occide/
rent, atq; inde Romam perueniens, in hospitio
quod tibi conduxeras, Christum & Iudæis &
gentibus prædicasti, & sententia tua Neronis
gladio cõfirmata est. Didicimus quòd propter
metum Iudæorum, & Petrus & Paulus æquali
ter finxerint se legis præcepta seruare. Qua igi
tur fronte, qua audacia Paulus in altero repre/ C
hendat quod ipse commisit? Ego imò alij ante
me exposuerunt causam quam putauerant, non
officiosum mendacium defendẽtes sicut tu scri
bis, sed docentes honestam dispensationem, ut
& apostolorum prudentiam demonstrarent, &
blasphemantis Porphyrij imprudentiam coer/
cerẽt, qui Petrum & Paulum puerili dicit inter
se pugnasse certamine, imò exarsisse Paulum in
inuidiam uirtutum Petri, & ea scripsisse iactan
ter, quæ uel non fecerit, uel si fecerit, procaciter
fecerit, id in alio reprehendens quod ipse com/
miserit. Interpretati sunt illi ut potuerũt, tu quo
modo istum locũ edisseres, utiq; meliora dictu/
rus qui ueterum sententiam reprobasti. Scribis
ad me in epistola tua: Neq; enim à me docẽdus D
es, quomodo intelligatur quod idem Aposto/
lus dicit: Factus sum Iudæis tãquam Iudæus, ut
Iudæos lucrifacerem, & cætera quæ ibi dicun/
tur compassione misericordiæ, nõ simulatione
fallaciæ. Fit enim tanquam æger qui ministrat
ægroto, non cum se febres habere mentitur, sed
cum animo cõdolentis, cogitat quemadmodũ
sibi seruiri uellet, si ipse ægrotaret. Nam utique
Iudæus erat, Christianus autem factus, non Iu/
dæorum sacramenta reliquerat, quæ cõuenien
ter ille populus & legitimo tempore quo opor
tebat, acceperat: ideoq; suscepit ea celebranda
cum iam Christi esset apostolus, ut doceret non
esse pernicioſa his qui ea uellent sicut à parenti

Mendacium officiosum

bus per legem acceperãt custodire, etiam cum
in Christo credidissent, non tamen in eis iam
constituerent spem salutis, quoniam per domi
num Iesum salus ipsa quæ illis sacramẽtis signi/
ficabatur, aduenerat. Totius sermonis tui, quẽ
disputatione longissima protraxisti hic sensus
est, ut Petrus nõ errauerit, in eo quod his qui ex
Iudæis crediderãt, putauerit legem esse seruan/
dam, sed in eo à recta linea deuiarit, quòd gen/
tes coegerit Iudaizare. Coegerit autem non do
centis imperio, sed conuersationis exemplo. Et
Paulus non contraria sit loquutus his quæ ipse
gesserat, sed quare Petrus eos qui ex gentibus
erant Iudaizare compelleret. Hęc ergo summa
est quæstionis, imò sententiæ tuæ, ut post euan
gelium Christi bene faciant Iudæi credentes, si
legis mandata custodiãt, hoc est si sacrificia of/
ferant, quæ obtulit Paulus, si filios circũcidant,
si sabbatum seruent, ut Paulus in Timotheo, &
omnes obseruauere Iudæi. Si hoc uerum est, in
Cherinthi & Hebionis hæresim dilabimur, qui
credentes in Christo, propter hoc solum à pa/
tribus anathematizati sunt quòd legis ceremo/
nias Christi euangelio miscuerunt, & sic noua
confessi sunt, ut uetera non amitterent. Quid di
cam de Hebionitis qui Christianos esse se simu
lant? Vsq; hodie per totas Orientis synagogas
inter Iudæos hæresis est quæ dicitur Mineorũ,
& à Pharisæis nunc usq; damnatur, quos uulgò
Nazaræos nũcupant, qui credunt in Christum
filium dei natum de uirgine Maria, & eum di/
cunt esse qui sub Pontio Pilato passus est, & re/
surrexit, in quem & nos credimus. Sed dum uo
lunt & Iudæi esse & Christiani, nec Iudæi sunt
nec Christiani. Oro ergo te, ut qui nostro uul/
nusculo medendum putas, quod acu foratum,
imò pũctum (ut dicitur:) huius sentẽtiæ medea
ris uulneri, quod lancea, & (ut ita dicam) phala/
ricę mole percussum est. Neq; enim eiusdem est
criminis in explanatione scripturarũ diuersas
maiorũ sentẽtias ponere, & hæresim sceleratis/
simam rursum in ecclesiam introducere. Sin au
tem hæc nobis incumbit necessitas, ut Iudæos
cũ legitimis suis suscipiamus, & licebit eis ob/
seruare in ecclesiis Christi quod exercuerunt in
synagogis Sathanæ, dicam quod sentio, nõ illi
Christiani fient, sed nos Iudæos facient. Quis
enim hoc Christianorum patiẽter audiat, quod
in tua epistola continetur: Iudæus erat Paulus,
Christianus autem factus, non Iudæorum sacra
menta reliquerat, quæ conuenienter ille popu/
lus & legitimo tempore quo oportebat, accepe
rat: ideoq; suscepit celebrãda ea cum iam Chri/
sti esset apostolus, ut doceret non esse pernicio
sa his qui ea uellent sicut à parẽtibus per legem
acceperant, custodire? Rursum obsecro te, ut
pace tua meum dolorem audias. Iudæorũ Pau/
lus ceremonias obseruabat, cũ iam Christi es/
set apostolus, & dicis eas non esse pernicioſas
his qui eas uelint, sicut à parẽtibus acceperant,

custo

custodire? Ego econtrario loquar, & reclaman A
te mundo, libera uoce pronunciem, ceremoni/
as Iudæorum & pernicioſas esse & mortiferas
Christianis. Et quicunq; eas obseruauerit, siue
ex Iudæis, siue ex gentibus, eum in barathrum
diaboli deuolutum. Finis enim legis Christus,
ad iustitiã omni credenti, Iudæo scilicet & gen
tili. Neq; enim omni credenti erit finis ad iusti/
tiã, si Iudęus excipitur. Et in Euãgelio legimus:
Luc.16 Lex & Prophetæ usq; ad Ioannem Baptistam.
Et in alio loco: Propterea ergo magis quære/
Io.5 bant eum Iudæi interficere, quia non solum sol/
uebat sabbatũ, sed & patrem suum dicebat esse
Io.1 deum, æqualem se faciens deo. Et iterũ: De ple
nitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã
pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia B
autem & ueritas per Iesum Christum facta est.
Pro legis gratia quæ præterijt, gratiam euange
lij accepimus permanentem, & pro umbris &
imaginibus Veteris instrumenti, ueritas per Ie
sum Christũ facta est. Hieremias quoq; ex per/
Hier.31 sona dei uaticinatur: Ecce dies ueniunt, dicit
Dominus, & consummabo domui Israel & do
mui Iuda testamentum nouum, non secundum
testamentum quod disposui patribus eorum, in
die quando apprehendi manum eorum, ut edu
cerem eos de terra Aegypti. Obserua quid di/
cat, quòd non populo gẽtilium ei qui ante non
receperat testamentum, sed populo Iudæorum
cui legem dederat per Moysen, testamentum
nouum euãgelij repromittat, ut nequaquam ui/ C
uant in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus.
Paulus autem super cuius nomine nunc quæ/
stio uentilatur, crebras huiuscemodi ponit sen/
tentias, è quibus breuitatis studio pauca subne
Gal.5 ctam, Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam si
circuncidamini, Christus uobis nihil prodest.
Et iterum: Euacuati estis à Christo, qui in lege
iustificamini, à gratia excidistis. Et infra: Si spi/
ritu ducimini, iam non estis sub lege. Ex quo ap
paret, qui sub lege est, non dispensatiuè, ut no/
stri uoluere maiores, sed uere ut tu intelligis, eũ
spiritum sanctum non habere. Qualia sint au/
tem præcepta legalia, deo docente discamus.
Ezech.20 Ego, inquit, dedi eis præcepta non bona, & iu/
stificationes in quibus non uiuant in eis. Hæc D
dicimus, non quo legem iuxta Manichæum &
Marcionem destruamus, quam & sanctam &
spiritalem iuxta Apostolum nouimus: sed quia
postquàm fides uenit, & temporum plenitudo,
misit deus filium suum natũ ex muliere, factum
sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut
adoptionem filiorum reciperemus, & nequa/
quam sub pędagogo, sed sub adulto & domino
& hærede uiuamus. Sequitur in epistola tua:
Non ideo Petrum emendauit, quòd paternas
traditiões obseruaret, quòd si facere uellet, nec
mendaciter nec incongruè faceret. Iterum di/
co: Episcopus es ecclesiarum Christi magister:
ut probes uerum esse quod asseris, suscipe ali/

quem Iudęorum qui factus Christianus, natum
sibi filium circuncidat, qui obseruet sabbatum,
qui abstineat à cibis quos deus creauit ad uten/
dum cum gratiarum actione, qui quartodeci/
mo die mensis primi agnum macłet ad uespe/
ram, & cum hoc feceris, imò non feceris (scio
enim te Christianum, & rem sacrilegam non
esse facturum) uelis nolis tuam sententiam re/
probabis, & tũc scies opere difficilius esse con/
firmare sua, quàm aliena reprehendere. Ac ne
forsitan tibi non crederemus, imò non intelli/
geremus quid diceres (Frequenter enim in lon
gum sermo protractus, caret intelligentia, &
dum non sentitur, ab imperitis minus reprehẽ/
ditur) inculcas & replicas, hoc ergo Iudæorum
Paulus dimiserat quod malum habebãt. Quod
est malum Iudæorum, quod Paulus dimiserat?
Vtiq; illud quod sequitur, quòd ignorantes, in/ Rom.10
quit, dei iustitiam, & suam uolentes constitue/
re, iustitiæ dei non sunt subiecti. Deinde quòd
post passionem & resurrectionem Christi, dato
ac manifestato sacramento gratiæ, secundum
ordinem Melchisedech, adhuc putabant uete/
ra sacramenta non ex consuetudine solennita/
tis, sed ex necessitate salutis esse celebranda.
Quæ tamen si nunquam fuissent necessaria, in/
fructuoſe atq; inaniter pro eis Macchabæi mar
tyres fierent. Postremo illud, quòd prædicato/
res gratiæ Christianos, Iudæi tanquam hostes
legis persequerentur. Hos atq; huiusmodi erro
res & uitia, dicit se damnare, & ut stercora arbi Philip.3
tratur, ut Christum lucrifaceret. Didicimus per
te, quæ apostolus Paulus mala reliquerit Iudæo
rum. Rursum te docente discamus, quæ bona
eorum tenuerit. Obseruationes inquies legis,
quas more patrio celebrant, sicut ab ipso Paulo
celebratæ sunt, sine ulla salutis necessitate. Id
quid uelis dicere, Sine ulla salutis necessitate:
non satis intelligo. Si enim salutẽ non afferunt,
cur obseruantur? Si autem obseruanda sunt, uti
que salutem afferunt, maximè quæ obseruata
martyres faciunt. Non enim obseruarentur, ni/
si salutem afferrent. Neque enim indifferentia
sunt inter bonum & malum, sicut philosophi di
sputant: Bonum est continentia, malum est lu/
xuria. Inter utrũq; indifferens ambulare, dige/
rere alui stercora, capitis naribus purgamenta
projcere, sputis rheumata iacere. Hoc nec bo/
num, nec malum est. Siue enim feceris, siue nõ
feceris, nec iustitiam habebis nec iniustitiam.
Obseruare autem legis ceremonias, non potest
esse indifferens, sed aut malum est, aut bonum
est. Tu dicis bonum, ego affero malum, & ma/
lum non solum his qui ex gentibus, sed & his
qui ex Iudaico populo crediderunt. In hoc (nisi
fallor) loco, dum aliud uitas, in aliud deuolue/
ris. Dum enim metuis Porphyrium blasphe/
mantem, in Hebionis incurris laqueos: his qui
credunt ex Iudæis, obseruandam legem esse
decernens. Et quia periculosum intelligis esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod dicis, rursum illud superfluis uerbis temperare conaris: sine ulla salutis necessitate, sicut Iudæi celebranda putabant, aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehenderat Paulus. Petrus igitur simulauit legis custodiã, iste autem reprehensor Petri, audacter obseruauit legitima. Sequitur enim in epistola tua. Nam si propterea illa sacramenta celebrauit, quia simulauit se Iudæum, ut illos lucrifaceret, cur non etiam sacrificauit cum gentibus, quia & his qui sine lege erant, tanquam sine lege factus est, ut eos quoq; lucrifaceret: nisi quia & illud fecit, ut natura Iudæus: & hoc totum dixit, non ut Paulus se fingeret esse quod non erat, sed ut miseriCorditer ita subueniẽdum esse sentiret, ac si ipse in eo errore laboraret, non scilicet mentientis B astu, sed compatientis affectu. Bene defendis Paulum, quòd non simulauerit errorem Iudæorum, sed uerè fuerit in errore. Neq; imitari uoluerit Petrum mentientem, ut quod erat metu Iudæorum dissimularet, sed tota libertate Iudæum se esse diceret. Noua clementia apostoli, dum Iudæos Christianos uult facere, ipse Iudæus factus est. Non enim poterat luxuriosos ad frugalitatẽ reducere, nisi se luxuriosum probasset, & misericorditer, ut ipse dicis, subuenire miseris, nisi se miserũ ipse sentiret. Vere enim miselli, & misericorditer deplorandi, qui contentione sua & amore legis abolitæ, apostolum Christi fecere Iudæum. Nec multum interest inter meam & tuam sententiam, quia ego dico C & Petrum & Paulum timore fidelium Iudæorum, legis exercuisse, imò simulasse mandata. Tu autem asseris hoc eos fecisse clemẽter, non mentientis astu, sed compatientis affectu, dum modo illud constet uel metu uel misericordia, eos simulasse se esse quod nõ erant. Illud autem argumentum quo aduersus nos uteris, quod & gentilibus debuerit gentilis fieri, si Iudæis Iudæus factus est: magis pro nobis facit. Sicut enim non fuit uerè Iudæus, sic nec uerè gentilis erat: & sicut non fuit uerè gentilis, sic nec uerè Iudæus erat. In eo autem imitator gẽtilium est, quia præputiũ recipit in fide Christi, & indifferenter permittit uesci cibis quos damnant Iu- Gal. 5 & 6 dæi, non cultum, ut tu putas, idolorum. In Chri D sto enim Iesu nec circũcisio est aliquid, nec præputium, sed obseruatio mãdatorum dei. Quæso igitur te & iterum atque iterum deprecor, ut ignoscas disputatiunculæ meæ: & quòd modum meum egressus sum, tibi imputes, qui coegisti ut rescriberem, & mihi cum Stesichoro oculos abstulisti. Nec me putes magistrum esse 1o. 14. mendacij, qui sequor Christum dicentem: Ego sum uia, ueritas & uita. Nec potest fieri, ut ueritatis cultor mendacio colla submittam. Neq; mihi imperitorum plebeculam concites, qui te Declamare uenerantur ut episcopum, & in ecclesia declamantẽ, sacerdotij honore suscipiunt, me autem ætatis ultimæ, & penè decrepitum, ac monaste-

Fallax simulatio

Βίαιον

rij & ruris secreta sectantem parui pendunt, & A quæras tibi quos doceas siue reprehendas. Ad nos enim tantis maris atq; terrarum à te diuisos spatijs, uix uocis tuæ sonus peruenit. Et si forsitan literas scripseris, ante eas Italia ac Roma suscipient, quàm ad me cui mittendæ sunt, deferantur. Quod autem in alijs quæris epistolis, cur mea prior in libris Canonicis interpretatio asteriscos habeat & uirgulas prænotatas, & postea aliam trãslationem absq; his signis ædiderim: Pace tua dixerim, uideris mihi non intelligere quod quæsisti. Illa enim interpretatio Septuaginta interpretum est, & ubicunq; uirgulæ, id est, obeli sunt, significatur quòd Septuaginta plus dixerint quàm habetur in Hebræo: ubi autem asteriscj, id est, stellæ prælucentes, ex Theodotionis æditione ab Origene additum est. Et ibi Græca transtulimus, hic de ipso Hebraico quod intelligebamus expressimus, sensuum potius ueritatem quàm uerborum interdum ordinem conseruantes. Et miror quomodo Septuaginta interpretum libros legas, non puros ut ab eis æditi sunt, sed ab Origene emendatos siue corruptos per obelos & asteriscos, & Christiani hominis interpretatiũculam nõ sequaris, præsertim cum ea quæ addita sunt ex hominis Iudæi atq; blasphemi post passionem Christi æditione transtulerit. Vis amator esse uerus Septuaginta interpretum, non legas ea quæ sub asteriscis sunt, imò rade de uoluminibus ut ueterum te fautorem probes. Quòd si feceris, omnes Ecclesiarum bibliothecas condemnare cogeris. Vix enim unus aut alter inuenietur liber, qui ista non habeat. Porrò quòd dicis nõ debuisse me interpretari post ueteres, & nouo uteris syllogismo: Aut obscura fuerunt quæ interpretati sunt Septuaginta, aut manifesta. Si obscura, te quoq; in eis falli potuisse credendum est. Si manifesta, illos in eis falli non potuisse perspicuum est. Tuo tibi sermone respondeo. Omnes ueteres tractatores qui nos in domino præcesserunt, & qui scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, quomodo tu post eos ausus es differere, quod illi explanare non potuerunt? Si manifesta, superfluum est te uoluisse differere, quod illos latere non potuit, maximè in Explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis uoluminibus, primus Origenes, secũdus Eusebius Cæsariensis, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicenus, sextus Didymus Alexandrinus. Feruntur & diuersorum in paucos Psalmos opuscula. Sed nunc de integro Psalmorum corpore dicimus. Apud Latinos autem Hilarius Pictauiensis, & Eusebius Vercellensis episcopi, Origenem & Eusebium transtulerunt: quorum priorem & noster Ambrosius in quibusdam se quutus est. Respondeat mihi prudentia tua, quare

Ambrosius

quare tu post tantos & tales interpretes in Ex- A planatione Psalmorum diuersa senseris? Si enim obscuri sunt Psalmi, te quoq; in eis falli potuisse credendum est. Si manifesti, illos in eis falli potuisse non creditur: ac per hoc utroque modo superflua erit interpretatio tua. & hac lege post priores nullus loqui audebit, & quodcunq; alius occupauerit, alius de eo scribendi non habebit licentiam: quin potius humanitatis tuæ est, in quo ueniam tibi tribuis, indulgere & cæteris. Ego enim non tam uetera abolere conatus sum, quæ linguæ meæ hominibus emendate de Græco in Latinum trãstuli, quàm ea testimonia quæ à Iudæis prætermissa sunt uel corrupta, proferre in medium, ut scirent nostri quid Hebræa ueritas contineret. Si cui le- B gere non placet, nemo compellit inuitum. Bibat uinum uetus cum suauitate, & nostra musta contemnat, quæ in explanatione priorum ædita sunt, ut sicubi illa non intelligũtur, ex nostris manifestiora fiant. Quod autem genus interpretationis in Scripturis sanctis sequẽdum sit, liber quem scripsi De optimo genere interpretandi, & omnes Præfatiunculæ diuinorum uoluminum, quas æditioni nostræ præposuimus, explicant, ad illasq; prudentem lectorem remittendũ puto. Et si me, ut dicis, in Noui testamenti emendatione suscipis, exponisq; causam cur suscipias, quia plurimi linguæ Græcæ habentes scientiam, de meo possent opere iudicare, C eandem integritatem debueras etiam in Veteri credere testamento, quòd non nostra confinximus, sed ut apud Hebræos inuenimus diuina, transtulimus. Sicubi dubitas, Hebræos interroga. Sed forte dices: Quid si Hebræi aut respondere noluerint, aut mentiri uoluerint? Tota frequentia Iudæorum in mea interpretatione reticebit, nullusq; inueniri poterit, qui Hebrææ linguæ habeat notionem: aut omnes imitabuntur illos Iudæos, quos dicis in Africæ repertos oppidulo in meam conspirasse calumniam? Huiuscemodi enim in epistola tua texis fabulam: Quidam frater noster coepiscopus, cum lectitare instituisset in ecclesia cui præest interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter à te positum apud Ionam prophetã, quàm D erat omniũ sensibus memoriæq; inueteratum, & tot ætatum successionibus decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus & inflammãtibus calumniam falsitatis, ut cogeretur episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia, an malicia, hoc esse in Hebræis codicibus respõderunt, quod & Græci & Latini habebant atq; dicebant. Quid plura? Coactus est homo uelut mendositatem corrigere, uolens post magnum periculum non remanere sine plebe. Vnde etiam nobis uidetur aliquando te quoq; in nonnullis falli potuisse. Dicis me in Iona propheta male quiddam interpretatum, & seditione populi conclamante, propter unius uerbi dissonãtiam, episcopum penè sacerdotium perdidisse. Et quid sit illud quod male interpretatus sim, subtrahis, auferens mihi occasionẽ defensionis meæ, ne quicquid dixeris me respondente soluatur: nisi forte ut ante annos plurimos, cucurbita uenit in medium, asserente illius temporis Cornelio & Asinio Pollione, me hederam pro cucurbita transtulisse. Super qua re in Commentario Io- Vide Hier. in næ prophetæ plenius respondimus. Hoc tan- 4. cap. Ionæ tum nunc dixisse contenti, quòd in eo loco ubi Septuaginta interpretes cucurbitam, & Aquila cum reliquis hederam transtulerunt, id est κισσόν, in Hebræo uolumine ciceion scriptum habetur, quàm uulgò Syri ciceiam uocant. Est In comment. autem genus uirgulti, lata habens folia, in mo- Ionæ habetur dum pampini. Cumq; plantatũ fuerit, citò con elceros surgit in arbusculam, absq; ullis calamorum & hastilium adminiculis, quibus & cucurbitæ & hederæ indigent, suo trunco se sustinens. Hoc ergo uerbũ de uerbo ediderẽs, si ciceion transferre uoluissem, nullus intelligeret: si cucurbitam, id dicerem quod in Hebraico non habetur: hederam posui, ut cæteris interpretibus cõsentirem. Sin autem Iudæi uestri, ut ipse asseris, malicia uel imperitia hoc dixerunt esse in uoluminibus Hebræorum, quod in Græcis & Latinis codicibus cõtinetur, manifestum est eos aut Hebræas ignorare literas, aut ad irridendos cucurbitarios uoluisse mentiri. Peto in fine epistolæ, ut quiescẽtem senem, olimq; ueteranum, militare non cogas, & rursum de uita periclitari. Tu qui iuuenis es, & in pontificali culmine constitutus, doceto populos, & nouis Africæ frugibus Romana tecta locupleta. Mihi sufficit cum auditore & lectore pauperculo in angulo monasterij susurrare.

Augustinus Hieronymo, negans se scripsisse librum in eum: in hoc errans, quòd aliquis prolixam epistolam, librum appellasset. Epist. XII

Domino charissimo & desiderantissimo & honorando in Christo fratri & compresbytero Hieronymo, Augustinus in domino Salutem.

A Vdiui peruenisse in manus tuas literas meas, sed quòd adhuc rescripta non merui, nequaquam imputauerim dilectioni tuæ. Aliquid proculdubio impedimenti fuit. Vnde agnosco à me dominum potius deprecandum, ut tuæ uoluntati det facultatem mittendi quod rescripseris. Nam rescribendi iam dedit, quia cum uolueris facillimè poteris. Etiam hoc ad me sanè perlatum, utrum quidẽ crederem dubitaui, sed hinc quoq; tibi aliquid utrum scriberem, dubitare non debui. Hoc autem breue est, suggestum esse charitati tuæ, à nescio quibus fratribus mihi dictum est, quòd librum aduersus te scripserim,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romamq; miserim. Hoc falsum esse noueris, deum nostrum testor hoc me non fecisse. Sed si forte aliqua in aliquibus scriptis meis reperiuntur, in quibus aliter aliquid quàm tu sensisse reperiar, non contra te dictum, sed quòd mihi uidebatur à me scriptum esse, puto te debere cognoscere: aut si cognosci nō potest, credere debere. Ita sanè hoc dixerim, ut ego non tantum paratissimus sim, si quid te in meis scriptis mouerit, fraternè accipere quid contra sentias, aut de correctione mea, aut de ipsa tua beneuolentia gauisurus, uerumetiam hoc à te postulem ac flagitem. O si licuisset, & si non cohabitante, saltem uicino te in domino perfrui ad crebrum & dulce colloquium. Sed quia id non est datum, peto ut hoc ipsum, quòd in Christo qua possumus simul sumus, conseruari studeas & augeri ac perfici, & rescripta quamuis rara non spernere. Saluta obsequio meo sanctū fratrem Paulinianum, & omnes fratres qui tecum ac de te in domino gaudent. Memor nostri exaudiaris à domino in omni sancto desiderio tuo, domine charissime & desiderantissime & honorande in Christo frater.

Hieronymus Augustino, iam accepta epistola quæ calumniatur de mendacio officioso, sed dubitans etiamnum an sit Augustini, negans se responsurum nisi certus de autore. Meminit & Ruffini ficto nomine. Epist. XIII

Domino uere sancto, ac beatissimo papæ Augustino, Hieronymus in Christo Salutem.

1 Ipso profectionis articulo, sancti filij nostri Asterij hypodiaconi necessarij mei, beatitudinis tuæ literæ superuenerunt, quibus satisfacis, te cōtra paruitatem meam librum Romam non misisse. Hoc nec ego factum audieram, sed epistolæ cuiusdā quasi ad me scriptæ, per fratrem nostrum Sysinnium diaconū huc exemplaria peruenerunt. In quibus hortaris me, ut παλινῳδίαν super quodam Apostoli capitulo canam, & imiter Stesichorum inter uituperationes & laudes Helenæ fluctuantem, ut qui detrahendo oculos perdiderat, laudando receperit. Ego simpliciter fateor dignationi tuæ, licet stilus & ἐνθυμήματα tua mihi uiderētur, tamen non temere exēplaribus literarum credendum putaui, ne fortè me respondente lædus, iustè expostulares, quòd probare antè debuissem tuum esse sermonem, & sic rescribere. Accessit ad mōram sanctæ & uenerabilis Paulæ longa infirmitas. Dum enim languenti multo tempore assēdimus, penè epistolæ tuæ, uel eius qui sub tuo nomine scripserat, obliti sumus, memores illius Eccls.2 uersiculi: Musica in luctu importuna narratio. Itaq; si tua est epistola aperte scribe, uel mitte exemplaria ueriora, ut absq; ullo rancore stomachi, in scripturarum disputatione uersemur, & uel nostrum emēdemus errorem, uel alium frustra reprehēdisse doceamus. Absit autem à me, ut quicquam de libris beatitudinis tuæ attingere audeam. Sufficit enim mihi probare mea, & aliena non carpere. Cæterum optime nouit prudentia tua, unumquenq; in suo sensu abundare, & puerilis esse iactantiæ (quod olim adolescentuli facere consueuerant) accusando illustres uiros, suo nomini famam quærere. Nec tam stultus sum, ut diuersitate explanationum tuarum me lædi putem, quia nec tu læderis si nos contraria senserimus. Sed illa est uera inter amicos reprehensio, si nostram peram non uidentes, aliorum (iuxta Persium) manticam considerēmus. Superest ut diligas diligentem, & in Scripturarum campo, iuuenis senem nō prouoces. B Nos nostra habuimus tempora, & cucurrimus quantum potuimus. Nunc te currēte, & longa spacia transmeante, nobis debetur ocium: si mulcq; ut cum uenia & honore tuo dixerim, ne solus mihi de poetis aliquid proposuisse uidearis, memētо Daretis & Entelli, & uulgaris proUirg.5 Aen. uerbij, quòd bos lassus fortius figat pedem. Tristes hæc dictauimus. Vtinam mereremur complexus tuos, & collatione mutua uel docerēmus aliqua uel discereмus. Misit mihi temeritate solita, maledicta sua Calphurnius cognomento Lanarius, quæ ad Aphricam quoq; studio eius didici peruenisse. Ad quæ breuiter ex parte respondi, & libelli eius uobis missi exemplaria, latius opus cum opportunum fuerit primo missurus tempore. In quo illud cauebam, ne in quoquam existimationem læderem Christianam, sed tātum ut delirantis imperitiq; mendacium ac uecordiam confutarem. Memento mei sancte ac uenerabilis papa. Vide quantum te diligam, ut ne prouocatus quidem uoluerim respondere, nec credam tuum esse quod in altero forte reprehēderem. Frater Communis suppliciter te salutat.

Persius, Sed præcedēti subiungitur manduca tergo

Ruffinus

Hieronymus Augustino, expostulans de epistola seu libro illius per Italiam sparso, quo taxabatur locus non rectè expositus in Epistola ad Galatas: hortans Augustinum, ut si pruriat amore gloriæ, iuuenes iuuenis potius ad certamē prouocet, senem emeritum sinat quiescere. Epistola XIIII

Domino uerè sancto & beatissimo papæ Augustino, Hieronymus in domino Salutem.

C Rebras ad me epistolas dirigis, & sæpe compellis ut respondeam cuidam epistolæ tuæ, cuius ad me (ut antè iam scripsi) per fratrem Sysinnium diaconum exemplaria peruenerunt, absq; subscriptione tua, & quæ primum per fratrem Profuturum, secundo per quēdam alium te misisse significas, & interim Profuturū retractum de itinere, & episcopum constitutum, ueloci morte subtractum: illum cuius nomen retices, maris timuisse discrimina, & nauigationis mutasse

tasse consilium. Quæ cum ita sint, satis mirari A nequeo, quomodo ipsa epistola & Romæ & in Italia haberi à pleriscq; dicatur, & ad me solum nō peruenerit, cui soli missa est: præsertim cum idem frater Sysinnius inter cæteros tractatus tuos dixerit eam se non in Africa, non apud te, sed in insula Adriæ ante hoc ferme quinquennium repperisse. De amicitia omnis tollenda suspicio est, & sic cum amico, quasi cum altero se, est loquendum. Nonnulli familiares mei & tuasa Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est, suggerebant non simplici à te animo factum, sed laudem atq; rumusculos & gloriolam populi requirente, ut de nobis cresceres, ut multi cognoscerent, te prouocare, me timere, te scribere ut doctum, me tacere ut imperitū, & tandem repperisse qui garrulitati meæ modum imponerer. Ego autem ut simpliciter fatear, dignationi tuæ, primum idcirco respondere nolui, quia tuam liquidò epiLitus mel le gladius stolam non credebam, nec ut uulgi de quibusdam prouerbium est, litum melle gladium. Deinde illud cauebam, ne episcopo communionis meæ, uiderer procaciter respondere, & aliqua in reprehendentis epistola reprehendere, præsertim cum quędam in illa hæretica iudicarem. Ad extremum, ne tu iure expostulares & diceres: Quid enim? Epistolam meam uideras, & notæ tibi manus in subscriptione signa deprehenderas, ut tam facilè amicum læderes, & alterius maliciam in meam uerteres contumeliam? C Igitur ut antè iam scripsi, aut mitte eandem epistolam tua subscriptam manu, aut senem latitantem in cellula lacessere desine. Sin autem tuam uis uel exercere uel ostentare doctrinam, quære iuuenes & disertos & nobiles, quorum Romæ dicuntur esse quamplurimi, qui possint & audeant tecum cōgredi, & in disputatione sanctarum Scripturarum iugum cum episcopo ducere. Ego quondam miles, nunc ueteranus, & tuas & aliorum debeo laudare uictorias, non ipse rursus effœto corpore dimicare, ne si me frequenter ad rescribendum impuleris, illius recorder historiæ, quòd Hannibalem iuueniliter exultātem Q. Maximus patientia sua fregerit: Omnia fert ætas, animū quoq; sæpe ego lōgos D Cantando puerum memini me condere soles: Nūc oblita mihi tot carmina, uox ąq; Mœrim Iam fugit ipsa. Et ut magis

2 Reg.19 de Scripturis sanctis loquar, Berzellai ille Galaadites, regis Dauid beneficia, omnesq; delicias iuueni delegans filio, ostendit senectutem hæc appetere non debere, nec oblata suscipere. Quòd autem iuras, te aduersum me librum non scripsisse, neq; Romam misisse quem non scripseris, sed si forte aliqua in tuis scriptis reperiantur, quæ à meo sensu discrepent, non me à te læsum, sed à te scriptum quod tibi rectum

Epistolam appellat librum uidebatur: Quæso, ut me patiēter audias. Non scripsisti librum, & quomodo mihi reprehensionis à te meæ, per alios scripta delata sunt? Cur habet Italia, quod tu non scripsisti? Qua ratione poscis ut rescribam ad ea quæ scripsisse te denegas? Nec tam hebes sum, ut si diuersa senseris, me à te læsum putem. Sed si mea commi nus dicta reprehendas, & rationem scriptorum expetas, & quæ scripserim emendare compellas, & ad παλινῳδίαν prouoces, & oculos mihi reddas, in hoc lædītur amicitia, in hoc necessitudinis iura uiolantur. Ne uideamur certare puerilіter, & fautoribus inuicem uel detractoribus nostris tribuere materiā contendendi, hæc scribo, quia te purè & Christianè diligere cupio, nec quicquam in mea mēte retinere, quod distet à labijs. Non enim conuenit, ut ab adolescentia usque ad hanc ætatem, in monasteriolo cum sanctis fratribus labore desudans, aliquid contra episcopum communionis meæ scribere audeam, & cum episcopum quem ante cœpi amare quàm nosse, qui me prior ad amicitiam prouocauit, quem post me orientem in scripturarum eruditione lætatus sum. Igitur aut tum negato librum, si forte non tuus est, & desine flagitare rescriptum ad ea quæ non scripsisti: aut si tuus est, ingenuè confitere, ut si in defensionem mei aliqua scripsero, in te culpa sit qui prouocasti, non in me qui respondere compulsus sum. Addis præterea te paratum esse, ut si quid me in tuis scriptis mouerit, aut corrigere uoluero, fraternè accipias, & non solum mea in te beneuolentia gauisurum, sed ut hoc ipsum faciam deprecaris. Rursum dico quod sentio. Prouocas senem, tacentem stimulas, uideris iactare doctrinam. Non est autem ætatis meæ putari maleuolum erga eum, cui magis fauorem debeo. Etsi in Euangelijs ac Prophetis peruersi homines inueniunt, quod nitantur reprehendere, miraris si in tuis libris & maximè in Scripturarum expositione, quæ uel obscurissimæ sunt, Obscuritas scripturarum quædam à recta linea discrepare uideantur. Et hoc dico, non quòd in operibus tuis quædam reprehendenda iam censeam. Neque enim lectioni eorum unquā operam dedi, nec horum exemplariorum apud nos copia est, præter Soliloquiorum tuorum libros, & quosdam Commentarios in Psalmos, quos si uellem discutere, non dicam à me (qui nihil sum) sed à ueterum Græcorum docerem interpretationibus discrepare. Vale mi amice charissime, ætate fili, dignitate parens, & hoc à me rogatus obserua, ut quicquid mihi scripseris, ad me primum facias peruenire.

Augustinus Hieronymo, offensus aculeis quibusdam literarum Hieronymi, de quibus multa argutatur, blanditijs leniens sententiarum asperitatē, multis uerbis deplorans inter Ruffinum & Hieronymum, tam amicos, doctos, celebres, senes & monachos, tam amarulentam discordiam incidisse, non sine graui totius ecclesiæ scandalo. Epistola XV

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domino uenerando & desiderantissimo fratri & compresbytero Hieronymo, Augustinus in domino Salutem.

Vamuis existimẽ anteq̃ istas sumeres, uenisse in manus tuas literas meas, quas per dei seruũ, filium nostrũ, Cyprianum diaconum misi, quibus certissime agnosceres meam esse epistolam, cuius exemplaria illuc peruenisse cõmemorasti: unde iam me arbitror rescriptis tuis uelut Entelinis grandibus atq; acribus cestibus, tanquam audacem Daretem cœpisse pulsari atq; uersari: Nunc tamen eis ipsis respõdeo literis tuis, quas mihi per sanctum filium nostrũ Asterium mittere dignatus es: in quibus multa in me comperi tuæ beneuolẽtissimæ charitatis, & rursus quẽdam non nullius à me tuæ offensionis indicia. Itaq; ubi mulcebar legens, ibi continuò ferieBar, hoc sane uel maxime admirans, quòd cum dicas te exemplaribus literarum mearum ideo temere non putasse credendum, ne forte te respondente læsus iuste expostularem, quòd probare ante debuisses, meum esse sermonẽ, & sic rescribere: postea iubeas, si mea est epistola, aperte me scribere, aut mittere exemplaria ueriora, ut absq; ullo rancore stomachi in scripturarum disputatione uersemur. Quo pacto enim possumus in hac disputatione sine rancore uersari, si me lædere paras? Aut si non paras, quomodo ego te non lædente, abs te læsus iuste expostularẽ, quod probare ante debuisses, meum esse sermonem, & sic rescribere? hoc est & sic lædere. Nisi enim rescribendo læsisses, ego iuste expostulare non possem. Proinde cum ita rescribis ut lædas, quis locus nobis relinquitur in disputatione scripturarum sine ullo rãcore uersandi? Ego quidem absit ut lædar, si mihi certa ratione uolueris & potueris demonstrare illud ex epistola apostoli, uel quid aliud scripturarũ sanctarum te uerius intellexisse quàm me. Imò uero absit, ut non cum gratiarum actione lucris meis deputem, si fuero te docẽte instructus, aut emendante correctus. Veruntamen tu mihi frater charissime, nisi te putares læsum scriptis meis, non me putares lædi posse rescriptis tuis. Nullo eñ modo id de te opinatus fuero, quòd non te arbitraris læsum, si sic tamen rescribis ut lædas. Aut si te non sic rescribente, ego propter nimiam stultitiã meam lædi posse putatus sum, hoc ipso læsisti plane, quòd de me ita sensisti. Sed nullo modo tu me, quem nunquam talem expertus es, temere talem crederes, qui literarum mearum exemplaribus etiam cum stilum meum nosses, temere credere noluisti. Si enim non immerito uidisti, me iuste expostulaturum fuisse, si temere crederes esse literas meas, quæ non essent meæ: quanto iustius expostularem meipsum temere putatũ talem, qualem me expertus non esset qui putauisset? Nequaquam ergo ita prolabereris, ut te non rescribente quo læderer, me tamen existimares nimis insipientem, etiam tali tuo rescripto lædi potuisse. Restat igitur ut lædere me rescribendo dispones, si certo documẽto meas esse illas literas nosceres. Atq; ita, quia nõ credo quòd iniuste me lædendum putares, supereſt ut agnoscam peccatum meum, quòd prior te illis literis læserim, quas meas esse negare non possum. Cur itaq; conor contra fluminis tractum, ac non potius ueniam peto? Obsecro te ergo per mãsuetudinem Christi, ut si læsi te, dimittas mihi, nec me uicissim lædendo malum pro malo reddas. Lædes autem me, si mihi tacueris errorẽ meum, quem forte inueneris in factis uel dictis meis. Nam si ea in me reprehenderis quę reprehẽdenda non sunt, te lædis magis quàm me: quod absit à moribus & sancto proposito tuo, ut hoc facias uoluntate lædẽdi, culpans in me aliquid dente maledico, quod mente ueridica esse scis non culpandum. Ac per hoc aut beneuolo corde arguas, etiam si caret delicto, quem arguendum putas: aut paterno affectu mulceas, quem abiicere nequeas. Potest enim fieri, ut tibi aliud uideatur quàm ueritas habet, dum tamen abs te aliud non fiat quàm charitas habet: ut & ego amicissimam reprehensionẽ gratissime accipiam, etiam si reprehẽdi non meruit quod recte defendi potest: aut agnoscam simul & beneuolentiam tuam & culpam meam, & quãtum dominus donat in alio gratus, in alio emendatus inueniar. Quid ergo, fortasse dura, sed certe salubria uerbatua, tanquã cestus Entelli pertimescam? Cædebatur ille, non curabatur: & ideo uincebatur, non sanabatur. Ego autem si medicinalem correptionem tuam tranquillus accepero, non dolebo: si uero infirmitas uelut humana mea, etiã cum ueraciter arguor, non potest nisi aliquantulum cõtristari, melius tumor capitis dolet dum curatur, quàm dum ei parcitur & non sanatur. Hoc est enim quod acutè uidit, qui dixit: Vtiliores esse plerunq; inimicos iurgantes, quàm amicos obiurgare metuentes. Illi enim dum rixantur, dicunt aliquãdo uera quæ corrigamus: isti autem minorem quàm oportet exhibent iustitiæ libertatem, dum amicitiæ timent exasperare dulcedinem. Quapropter etsi bos, ut tibi uideris, lassus senectute forte corporis, non uigore animi, tamen in area dominica fructuoso labore desudãs, ecce sum, si quid perperam dixi, fortius fige pedem. Non mihi esse debet molestum pondus ætatis tuæ, dummodo conteratur palea culpæ meæ. Proinde illud quod in extremo epistolæ tuæ posuisti, cum magni desiderij suspirio uel lego uel recolo. Vtinam, inquis, mererẽur complexus tuos, & collatione mutua uel doceremus aliqua uel disceremus. Ego autem dico, utinam saltẽ propinquis terrarum locis habitaremus, ut si non possent misceri nostrũ colloqa, literæ possent esse crebriores. Nũc uero tanto locorum interuallo absumus à sensibus

ὡς φλυαρᾶ

D

bus nostris, ut de illis uerbis Apostoli ad Galatas, iuuenem me ad tuam sanctitatem scripsisse meminerim, & ecce iam senex, necdum rescripta meruerim, faciliusq; ad te exemplaria epistolæ meæ peruenerint, nescio qua occasione præueniente, quàm ipsa epistola me curante. Homo enim qui eam tunc acceperat, nec ad te pertulit, nec ad me retulit. Tantæ autem mihi in literis tuis, quæ in manus nostras uenire potuerunt apparent res, ut nihil studiorum meorum mallẽ si possem, quàm inhærere lateri tuo. Quod ego quia non possum, aliquem nostrorum in domino filiorum erudiendum ad te mittere cogito, si etiam de hac re tua rescripta meFatetur uerũ ruero. Nam neq; in me tantum scientiæ scripturarum diuinarum est, aut esse iam poterit, quantum ineſſe tibi uideo. Et si quid in hac re habeo facultatis, utcunq; impendo populo dei. Vacare autem studijs diligentius quàm quæ populi audiunt instruendis, propter ecclesiasticas occupationes omnino non possum. Nescio quæ scripta maledica super tuo nomine ad Africam peruenisse audiuimus. Accepimus tamẽ quod Ruffinus dignatus es mittere, illis respondens maledictis. Quo perlecto, fateor multum doluí inter tam charas familiares q; personas, cunctis pene ecclesijs notissimo amicitię uinculo copulatas, tantum malum extitisse discordiæ. Et tu quidem quantum tibi modereris, quantumq; teneas aculeos indignationis tuæ, ne reddas maledictum pro maledicto, satis in tuis literis emi C net. Veruntamen eas ipsas cum legissem, contabui dolore, & obrigui timore: quid de me illa facerent, quæ in te ille scripsit, si in manus meas forte uenissent? Væ mundo ab scandalis. Ecce fit, ecce prorsus impletur quod ueritas ait: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quæ sibi enim iam fida pectora tuLegendum arbitror, in cuius sinũ totã. to refundantur? In cuius sensu tota se proijciat secura dilectio? Quis deniq; amicus non formidetur quasi futurus inimicus, si potuit inter Hieronymum & Ruffinum hoc quod plangimus exoriri? O misera & miserãda conditio. O infida in uoluntatibus amicorum scientia præsentium, ubi nulla est præscientia futurorum. Sed quid hoc alteri de altero gemendum putem, D quando nec ipse quidem sibi homo est notus in posterum? Nouit enim utcunq; uix forte nunc qualis sit, qualis autem postea futurus sit, ignorat. Hęc porrò non tantum scientia qualis quisque sit, uerumetiam præscientia qualis futurus sit, si est in sanctis & beatis angelis, quomodo fuerit diabolus beatus aliquando, cum adhuc angelus bonus esset, sciẽs futuram iniquitatem suam & sempiternũ supplicium, omnino non Quæstio octosa uideo. De qua re, si tamen eam nosse opus est, uellem audire quid sentias. Vide quid faciant terræ ac maria, quæ nos corporaliter dirimunt. Si hæc epistola mea, quam legis ego essem, iam mihi diceres quod quæsiui. Nunc uero quando rescribes? quando mittes? quando perueniet? quando accipiam? Et tamen utinam quandoq; fiat, quod tam citò fieri non posse quàm uolumus, quanta possumus tolerantia sustinemus. Vnde recurro ad illa uerba epistolę tuæ dulcissima, sanctiq; desiderij tui plenissima, & ea facio uicissim mea. Vtinam mereremur complexus tuos, & collatione mutua uel doceremus aliqua uel disceremus, si tamen esse ullo modo posset quod ego te docerem. In his autem uerbis non iam tuis tãtum, sed etiam meis, ubi delector & reficior, & ipso quamuis pendente & non attingente, utriusq; nostrum desiderio non parua ex parte cõsolor: ibi rursus acerrimis dolorum stimulis fodior, dum cogito inter uos, quibus deus hocipsum quod uterque nostrum optauit, largum prolixumq; concesserat, ut coniunctissimi & familiarissimi mella scripturarũ sanctarum pariter lamberetis, tantæ amaritudinis irrepsisse perniciem, quando non, ubi non, cui non homini formidandam, cum eo tempore quo abiectis iam sarcinis secularibus, iam expediti dominum sequebamini, & in ea terra uiuebatis simul, in qua dominus humanis pedibus ambulans: Pacem meam, inquit, do uobis: Io.14. pacem meam relinquo uobis, uiris ætate maturis, & in eloquio domini habitantibus uobis accidere potuit? Vere tentatio est uita humana su Iob 7 per terram. Heu mihi, qui uos alicubi simul inuenire non possum, forte ut moueor, ut doleo, ut timeo, prociderem ad pedes uestros, fierem quantum ualerem, rogarem quantum amarem: nunc unumquemq; uestrum pro seipso, nunc utrunq; pro alterutro, & pro alijs, & maxime infirmis, pro ꝗbus Christus mortuus est, qui uos tanquam in theatro uitæ huius cum magno sui periculo spectant: ne de uobis ea conscribendo spargatis, quæ quandoq; concordantes delere non poteritis, qui nunc concordare nolitis, aut quæ concordes legere timeatis, ne iterum litigetis. Verum dico charitati tuæ, nihil me magis quàm hoc exemplum tremuisse, cum quædam ad me in epistola tua legerem tuæ indignationis indicia, non tam illa de Entello & boue lasso, ubi mihi potius hilariter iocari, quàm iracunde minari uisus es, quàm illud quod serio te scripsisse satis apparet. Vnde supra eloquutus sum, plus fortasse quàm debui, sed non plus quàm timui: ubi aiisti, ne forte læsus iuste expostulares. Rogo te, si fieri potest, ut inter nos quę ramus & disseramus aliquid, quo sine amaritudine discordiæ corda nostra pascantur, fiat. Si autem non possum dicere quid mihi emendandum uideatur in scriptis tuis, nec tu in meis, nisi cum suspicione inuidiæ, aut læsione amicitiæ, quiescamus ab his, & nostræ uitæ salutiq; parcamus. Minus certe assequatur illa quæ inflat, dum non offendatur illa quæ ædificat. Ego me longè esse sentio ab illa perfectione, de qua scriptum est: Si quis in uerbo non offendit, Iac.3 hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic perfectus est uir. Sed plane in dei misericor A
dia puto me posse facile abs te petere ueniam,
si quid offendi: quod mihi aperire debes, ut cũ
te audiero, lucreris fratrem tuum. Neque enim
quia hoc propter lõginquitatem terrarum non
potes facere inter me & te, propterea debes si-
nere errare me. Prorsus quod ad ipsas res quas
nosse uolumus, attinet, si quid ueri me tenere
uel scio uel credo uel puto, in quo tu aliter sen-
tis, quantum dat dominus sine tua iniuria cona
bor asserere. Quod autem pertinet ad offensio-
nem tuam, cum te indignatum sensero, nihil a-
liud quàm ueniam deprecabor. Nec omnino ar
bitror te succensere potuisse, nisi aut hoc dice-
rem quod non debui, aut non sic dicerem ut de-
bui: quia nec miror minus nos scire inuicem, B
quàm scimur à coniunctissimis & familiarissi-
mis nostris. In quorum ego charitatem, fateor,
facile me totum proiscio, præsertim fatigatum
scandalis seculi, & in ea sine ulla sollicitudine
requiesco. Deũ quippe illic esse sentio, in quem
me securus proiscio, & in quo securus requie-
sco. Nec in hac mea securitate crastinum illud
humanæ fragilitatis incertum, de quo superius
gemui, omnino formido. Cum enim hominem
Christiana charitate flagrantem, eaq; mihi fide
lem amicũ factum esse sentio, quicquid ei consi
liorum meorũ cogitationumq; committo, non
homini committo, sed illi in quo manet ut talis
1 Io.4. sit. Deus enim charitas est, & qui manet in cha-
ritate, in deo manet: quam si deseruerit, tantum C
faciat necesse est dolorem, quantum manens fe
cerat gaudium. Veruntamen ex amico intimo
factus inimicus, quærat sibi potius quod fingat
astutus, non inueniat quod prodat iratus. Hoc
autem unusquisq; facile assequitur, non occul-
tando quod fecerit, sed non faciendo quod oc-
cultare uelit. Quod misericordia dei bonis pi-
isq; concedit, ut inter inimicos quoslibet futu-
ros liberi securiq; uersentur, aliena peccata sibi
commissa non prodant, quæ prodi timeant ipsi
nulla committant. Cum enim falsum quid à ma
ledico fingitur, aut omnino non creditur, aut
certè integra salute sola fama uexatur. Cum au-
tem malum perpetratur, hostis est intimus, eti-
am si nullius intimi loquacitate aut lite uulge- D
tur. Quapropter quis prudentium non uideat,
etiam tu, quàm tolerabiliter feras amicissimi
quondam & familiarissimi incredibiles nunc
inimicitias, consolante conscientia, & quemad
modum uel quod iactitat, uel quod à quibus-
dam forsitan creditur, in sinistris armis depu-
tes, quibus non minus quàm dextris contra dia
bolum dimicatur? Veruntamen illum malue-
rim aliquo modo mitiorem, quàm te isto mo-
do armatiorem. Hoc magnum & triste mira-
culum est, ex amicitijs talibus ad has inimici-
tias peruenisse: lætum erit & multo maius, ex
inimicitijs talibus ad pristinam concordiam re
uertisse.

Augustinus Præsidio, quem consacerdotem ap-
pellat, quum Hieronymus appellet diaconum,
si tamen idem est. Epistola XVI

Domino beatissimo & merito uenerando fra-
tri & consacerdoti Præsidio, Augu-
stinus in domino Salutem.

Icut præsens rogaui synceritatem tu
S am, nunc quoq; commoneo, ut lite-
ras meas sancto fratri & compresby
tero nostro Hieronymo mittere non
graueris. Vt autem nouerit charitas tua, quem
admodum etiam tu illi pro mea causa scribere
debeas, misi exemplaria literarum & mearum
ad ipsum, & ad me ipsius, quibus lectis pro tua
sancta prudẽtia facile uideas, & modum meum
quem seruandum putaui, & motum eius quem
non frustra timui. Aut si ego quod non debui,
uel quomodo non debui, aliquid scripsi, non ad
illum de me, sed ad meipsum potius fraterna di
lectione mitte sermonem, quo correctus petam
ut ignoscat, si meam culpam ipse cognouero.

Hieronymus Augustino, commendans illi Præ
sidium, & saluere iubens Alipium. Epist. XVII

Domino uere sancto & beatissimo papæ Augu
stino, Hieronymus in Christo Salutem.

Nno præterito per fratrem nostrum
A Asterium hypodiaconum dignatio-
ni tuæ epistolã miseram, promptum
reddens salutationis officium, quam
tibi arbitror redditam. Nũc quoq; per sanctum C
fratrem meum Præsidium diaconum obsecro
primum ut memineris mei. Deinde ut baiulum
literarum habeas commendatum, & mihi scias
germanissimum, & in quibuscũq; necessitas po
stulauerit, foueas atq; sustentes, non quo aliqua
re (Christo tribuente) indigeat, sed quod bono-
rũ amicitias auidissime expetat, & se in his con
iungendis maximum putet beneficium conse-
quutum. Cur autem ad Occidentem nauigaue
ritis ipso poteris narrãte cognoscere. Nos in mo
nasterio cõstituti, uariis hincinde fluctibus qua
timur, & peregrinatiõis molestias sustinemus.
Sed credimus in eo qui dixit: Confidite, ego ui
ci mundũ, quod ipso tribuente & præsule, con-
tra hostem diabolum uictoriam consequamur.
Sanctum & uenerabilem fratrem nostrum pa-
pam Alipiũ, ut meo obsequio salutes, obsecro.
Sancti fratres, qui nobiscum in monasterio do-
mino seruire festinant, oppidò te salutant. Inco
lumem te & memorem mei, Christus dominus
noster tueatur omnipotẽs, domine uere sancte
& suscipiende papa.

Hieronymus Augustino, hoc agens, quanquam
illi respondit de mendacio & cucurbita, tamen
amicitiam oportere manere incolumẽ, rogatq;
ut posthac abstineant ab huiusmodi quæstioni-
bus, quæ ferè in contentionẽ exeunt. Epi. XVIII

Domino uere sancto & beatissimo papæ Au-
gustino, Hieronymus in domino Salutem.

Cum

Vm à sancto fratre nostro Firmo so A
C licite quærerem, quid ageres, sospi-
tem te lætus audiui. Rursum cũ tuas
literas non dico sperarem, sed exige
rem, nesciente te de Africa se profectum esse di
xit. Itaq; reddo tibi per eum salutatiõis officia,
qui te unico amore complectitur, simulq; obse-
cro ut ignoscas pudori meo, quòd diu præcipi-
enti ut rescriberem, negare non potui. Nec ego
tibi, sed causæ causa respondit. Et si culpa est re-
spondisse, quæso ut patienter audias, multo ma
ior est prouocasse. Sed facessant istiusmodi que
rimoniæ. Sit inter nos pura germanitas, & de-
inceps non quæstionum, sed charitatis ad nos
scripta mittamus. Sancti fratres, qui nobiscum
domino seruiunt, affatim te salutant. Sanctos, B
qui tecum Christi leue trahunt iugum, præci-
pue sanctum & suscipiendum papam Alipium
ut meo obsequio salutes, precor. Incolumem te
& memorem mei Christus deus noster tueatur
omnipotens. Domine uere sancte & beatissime
papa, si legisti librum Explanationũ in Ionam,
puto quòd ridiculam cucurbitæ non recipias
quæstionem. Si autẽ amicus qui me primus gla
dio petijt, stilo repulsus est, sit humanitatis tuæ
atq; iustitiæ accusantem reprehendere, non re-
spondentem. In scripturarum campo, si placet,
sine nostro inuicem dolore ludamus.

Augustinus Hieronymo, accuratius respondet
de mendacio officioso, docens Petrum uere er-
rasse, atq; à Paulo uere iureq; reprehensum: de-
precaturq; ueniam quòd dictis quibusdam in-
cautioribus Hieronymi animum offenderit, ex-
cusans quòd nulla sua culpa epistola per multo
rum obambularit manus, prius quàm ad eum,
cui scripta erat, peruenerat. Epistola XIX

Domino dilectissimo, & in Christi uisceribus
honorando, sancto fratri & cõpresbytero Hie-
ronymo, Augustinus in domino Salutem.

Am pridem tuæ charitati prolixam
I epistolam misi, respondens illi tuæ,
quam per sanctum filium tuum Aste
rium, nunc iam non solum fratrem,
uerumetiam collegam meum mississe te recolis.
Quæ utrum in manus tuas peruenire meruerit,
adhuc nescio, nisi quòd per fratrem synceris- D
simum Firmum scribis: Si ille qui te primum
gladio petijt, stilo repulsus est, ut sit humanita-
tis meæ atq; iustitiæ accusantem reprehendere
non respondentem. Hoc solo tenuissimo indi-
cio utcunq; conijcio, legisse te illam epistolam
meam. In ea quippe deploraui tantam inter uos
extitisse discordiam, de quorum tanta amicitia
quaquauersum eam fama diffuderat, charitas
fraterna gaudebat. Quòd non feci reprehẽden
do in aliquo germanitatem tuam, cuius in ea re
aliquam culpam me cognouisse non ausus sum
dicere, sed dolendo humanam miseriam, cuius
in amicitijs mutua charitate retinendis, quanta
libet illa sit, incerta permansio est. Verum illud
malueram tuis nosse rescriptis, utrum mihi ue- A
niam tuis quam poposceram dederis. Quod aper-
tius mihi intimari cupio, quamuis hilarior qui-
dam uultus literarum tuarum etiam hoc me im
petrasse significare uideatur, si tamen post le-
ctam illam missæ sunt, quod in eis minime ap-
paret. Petis uel potius fiducia charitatis iubes,
ut in scripturarum campo, sine nostro inuicem
dolore ludamus. Equidem quantum ad me at-
tinet, ferio nos ista quàm ludo agere mallem:
Quòd si hoc uerbum tibi propter facilitatem
ponere placuit, ego (fateor) maius aliquid expe
to à benignitate uirium tuarum, prudẽtiaq; tam
docta & ociosa, annosa, studiosa, ingeniosa dili
gentia, hæc tibi non tantum donante, uerume-
tiam dictante spiritu sancto, ut in magnis & la- B
boriosis quæstionibus, non tãquam ludentem
in campo scripturarum, sed in montibus anhe-
lantem adiuues. Si autem propter hilaritatem,
quam esse inter charissimos differentes decet,
putasti dicendum esse, ludamus: siue illud aper-
tum & planum sit unde colloquimur, siue ardu-
um atq; difficile: hocipsum edoce obsecro te,
quó nam modo assequi ualeamus, ut cum forte
aliquid nos mouet, quod nobis etsi non cautius
attendentibus, certe tardius intelligẽtibus non
probatum est, & quid nobis uideatur contra cõ
namur asserere, si hoc aliquãto securiore liber-
tate dicamus, non incidamus in suspicionem
puerilis iactantiæ, quasi nostro nomini famam,
C uiros illustres accusando quæramus. Si autem
aliquid asperum quod refellẽdi necessitate de-
promptum fuerit, quò tolerabile fiat, leniore
circunfundamus eloquio, ne littm melle gla-
dium stringere iudicemur. Nisi forte ille mo-
dus est, quo utrunq; hoc uitium uel uitij suspi-
cionẽ caueamus, si cum doctiore amico sic dis-
putemus, ut quicquid dixerit, necesse sit appro-
bare, nec quærendi saltem causa liceat aliquan
tulum reluctari. Tum uerò sine ullo timore of-
fensionis tanquam in campo luditur, sed mi-
rum si nobis non illuditur. Ego enim fateor cha
ritati tuæ, solis eis scripturarum libris qui iam Dist. 9. cap.
Canonici appellãtur, didici hunc timorem ho- ego solis
noremq; deferre, ut nullum eorum autorem scri
bendo aliquid errasse firmissime credam. Ac si
aliquid in eis offendero literis, quod uideatur
contrarium ueritati, nihil aliud quàm uel men-
dosum esse codicem, uel interpretem non asse-
quutum esse quod dictum est, uel me minime
intellexisse non ambigam. Alios autem ita le-
go, ut quantalibet sanctitate doctrinaq; præ-
polleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita
senserunt: sed quia mihi uel per illos autores
Canonicos, uel probabili ratione, quod à uero
non abhorreat; persuadere potuerunt. Nec te,
mi frater, sentire aliquid aliter existimo: pror-
sus, inquam, non te arbitror sic legi tuos libros
uelle, tanquam Prophetarum, uel Apostolo-
rum: de quorum scriptis, quòd omni errore

careant

Universidad de Deusto
Biblioteca

careant,dubitare nefarium est. Absit hoc à pia humilitate & ueraci de temetipso cogitatione, qua nisi esses prædítus,non utiq; díceres: Vtinam mereremur complexus tuos,& collatione mutuâ uel doceremus aliqua uel díscéremus. Quòd si teipsum,consideratione uitæ ac morũ tuorum;non simulate nec fallaciter dixisse credo,quantomagis æquũ est me credere apostolum Paulum non aliud sensisse quàm scripserit,

Gal.2 ubi ait de Petro & Barnaba: Cum uiderẽ quia
ὀρθοποδοῦσιν non recte ingrediũtur ad ueritatem Euangelij, dixi Petro corã omnibus: Si tu cum sis Iudæus, gentiliter & non Iudaice uiuis,quomodo gentes cogis Iudaizare? De quo enim certus sim, quòd me scribendo uel loquendo non fallat,si

Gal.4 fallebat Apostolus filios suos,quos iterum par B turiebat,donec in eis Christus,id est Veritas formaretur. Quibus cum præmisisset, dicens:

Gal.1 Quæ autem scribo uobis,ecce coram deo quia non mentior:non tamẽ ueraciter scribebat,sed nescio qua dispẽsatoria simulatione fallebat,ui disse se Petrum & Barnabam nõ recte ad Euangelij ueritatem ingredientes,ac Petro in faciem restitisse,non ob aliud,nisi quòd gẽtes cogeret Iudaizare. At enim satius est credere apostolũ Paulum aliquid non uere scripsisse,quàm apostolum Petrum non recte aliquid gessisse. Hoc si ita est,dicamus(quod absit)satius esse credere mentiri Euangeliũ,quàm negatum esse à Petro Christum:& mentiri Regnorum librum,q̃ tãtum prophetam à domino deo tam excellenter electum,& in concupiscẽda atq; abducenda C uxore aliena,commisisse adulterium,& in marito eius necando tam horrẽdum homicídium: immò uerò sanctam scripturã in summo & cœlesti autoritatis culmine collocatam,de ueritate eius certus ac securus legam,& in ea homines uel approbatos,uel emendatos,uel damnatos ueraciter díscam,potius quàm facta humana, dum in quibusdam laudabilis excellentiæ personis aliquando credere timeo reprehẽdenda,ipsa diuina eloquia mihi sint ubiq; suspecta. Manichæi plurima diuinarum scripturarũ,quibus eorum nefarius error clarissima sententiarum perspicuitate cõuincitur,quia in alium sensum detorquere non possunt,falsa esse conten- D dunt: ita tamen,ut eandem falsitatem non scribentibus apostolis tribuant,sed nescio quibus codicum corruptoribus. Quod tamen quia nec pluribus siue antiquioribus exemplaribus,nec præcedentis linguæ autoritate(unde Latini libri interpretati sunt)probare aliquando potuerunt,notissima omnibus ueritate superati confusiq; díscedunt. Ita ne non intelligit prudentia sancta tua,quanta maliciæ illorum patescat occasio,si non ab alijs apostolicas literas esse falsatas, sed ipsos apostolos falsa scripsisse dicamus? Non est, inquis, credibile,hoc in Petro Paulum,quod ipse Paulus fecerat,arguisse. Nõ nunc inquiro quid fecerit, sed quid scripserit

A quæro:hoc ad quæstionem quam suscepi maxime pertinet,ut ueritas diuinarum scripturarũ, ad nostram fidem ædificandam memoriæ commendata,non à quibuslibet,sed ab ipsis apostolis,ac per hoc in canonicum autoritatis culmen recepta,ex omni parte uerax atq; indubitanda persistat. Nam si hoc fecit Petrus quod facere debuit, mentitus est Paulus quòd eum uiderit non recte ingredientem ad ueritatem Euangelij. Quisquis enim hoc facit quod facere debet,recte utiq; facit. Et ideo falsum de illo dicit,qui dicit eum non recte fecisse,quòd eum nouit facere debuisse. Si autem uerum scripsit Paulus,uerum est quòd Petrus non recte tunc ingrediebatur ad ueritatẽ Euangelij. Id ergo faciebat quod facere nõ debebat:& si tale aliquid Paulus ipse iam fecerat,correctum potius etiam ipsum credam coapostoli sui correctionem non potuisse negligere,quàm mendaciter aliquid in sua epistola posuisse,& epistola qualibet,quãtomagis in illa,in qua præloquutus ait: Quæ autẽ scribo Gal.1 uobis,ecce coram deo quia non mentior. Ego σκληρῶς quidem illud Petrum sic egisse credo,ut gentes cogeret Iudaizare. Hoc em̃ lego scripsisse Paulum,quem mentitũ esse non credo,& ideo non recte agebat hoc Petrus. Erat enim cõtra Euangelij ueritatẽ,ut putarent,qui credebãt in Christũ,sine illis ueteribus sacramentis saluos se esse non posse. Hoc enim contẽdebant Antiochiæ, qui ex circuncisione crediderant:contra quos C Paulus perseueranter acriterq; conflígit. Ipsum uerò Paulum non ad hoc id egisse,quòd uel Timotheũ circuncidit,uel Cenchreis uotum persoluit,uel Hierosolymis à Iacobo admonitus, cum eis qui uouerant,legitima illa celebranda susceperit,ut putari uideretur per ea sacramenta etiam Christianam salutem dari,sed ne illa quę prioribus ut cõgruebat temporibus,in umbris rerum futurarum deus fieri iusserat,tanquã ído lolatriam gentilium damnare crederetur. Hoc est enim quòd illi Iacobus ait,auditum de illo esse quod disciplinem doceat à Moyse. Quod *Non est* utiq; nefas est ut credentes in Christum discin- *sio,sed* dantur à prophetis Christi,tanquã eius doctri- *ctæ, hoc* nam detestantes atque damnantes,de quo ipse *discessio,* Christus dicit: Si crederetis Moysi,crederetis *defectio* & mihi,de me enim ille scripsit. Attende enim obsecro ipsa uerba Iacobi: Vides,inquit,frater quot milia sunt in Iudæa qui crediderũt in Christum,& hi omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te quia discissionem doces à Moyse,eorum qui per gentes sunt Iudæorum, dicens non debere circũcidere eos filios suos, neq; secundum consuetudinẽ ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet cõuenire multitudinem, audierũt enim te supuenisse,hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes super se,his assumptis sanctifica te cum ipsis,& impẽde in eos ut radãt capita,& scient omnes quia quæ de te audierunt,falsa sunt,sed

sequeris

sequeris & ipse,custodiens legem: de gentibus A autem qui crediderunt,nos mandauimus,iudicantes nihil eiusmodi seruare illos,nisi ut se obseruent ab idolis immolato,& à sanguine,& à

Omittit, Suffocatum fornicatione. Non,ut opinor,obscurũ est & Iacobũ hoc ideo monuisse,ut scirẽt falsa esse quæ de illo audierant,hi qui cum Christũ ex Iudæis credidissent,tamen æmulatores erant legis: ne per doctrinam Christi uelut sacrilega,nec deo mandante conscripta damnari putarentur,quę per Moysen patribus fuerant ministrata: hoc enim de Paulo iactauerant,non illi qui intelligebant quo animo à Iudæis fidelibus obseruari tunc ista deberent,propter commendandam scilicet autoritatem diuinam,& sacramẽtorum illorum propheticam sanctitatem,non propter B adipiscendam salutem,quæ iam in Christo reuelabatur,& per baptismi sacramentum mínistrabatur. Sed illi hoc de Paulo sparserant,qui sic ea uolebant obseruari,tanquã sine his in Euangelio salus credẽtibus esse non posset. Ipsum enim senserant uehemẽtissimum gratiæ prædicatorem,& intẽtioni eorũ maxime aduersum, docentem non per illam hominem iustificari, sed per gratiam Iesu Christi,cuius prænuncian-

Ceremoniæ dæ causa illæ umbræ in lege mandatæ sunt. Et ideo illi inuidiam & persequutionem moliẽtes concitare,tanquam inimicum legis mandatorumq; diuinorum criminabãtur: cuius falsæ criminationis inuidiã congruentius deuitare non posset,quàm ut ea ipse celebraret,quæ damna- C re tãquam sacrilega putabatur: atq; ita ostenderet nec Iudæos tunc ab eis tanquam à nefarijs prohibẽdos,nec gentiles ad ea tanquam ad necessaria compellendos. Nam si reuera sic ea reprobaret, quemadmodũ de illo auditum erat, & ideo celebranda susciperet,ut actione simulata suam posset occultare sententiam,non ei díceret Iacobus,Et scient omnes: sed diceret,Et putabunt omnes,quoniam quæ de te audierũt, falsa sunt: præsertim quia in ipsis Hierosolymis apostoli iam decreuerant,ne quisquam gentes cogeret Iudaizare: non autem decreuerant,ne quisquam tunc Iudæos Iudaizare prohiberet, quamuis etiam ipsos iam doctrina Christiana non cogeret. Proinde si post hoc apostolorũ de D cretum,Petrus habuit illam in Antiochia simulationẽ,qua gentes cogeret Iudaizare,quo iam nec ipse cogebatur,quamuis propter commendanda eloquia dei,quæ Iudęis sunt credita,non prohibebatur,quid mirum si cõstringebat eum Paulus libere asserere,quòd cum cęteris apostolis se Hierosolymis decreuisse meminerat? Si autem hoc(quod magis arbitror)ante illud Hierosolymitanum concilium Petrus fecit,nec sic mirum est quòd eum uolebat Paulus non timide obtegere,sed fidenter asserere quòd eum pariter sentire iam nouerat: siue quòd cum eo contulerat Euangelium: siue quòd in Cornelij Centurionis uocatione etiam diuinitus eum de hac re admonitum acceperat: siue quòd antequàm illi quos timuerat,uenissent Antiochiã,cum gentibus eum conuesci uiderat. Neq; enim negamus in hac sentẽtia fuisse iam Petrum,in qua & Paulus fuit. Non itaq; tunc eum quid in ea re uerum esset,docebat: sed eius simulationem,qua gentes Iudaizare cogebatur,arguebat: non ob aliud,nisi quia sic illa omnia simulatoria gerebantur,tanquam uerum esset quod illi dicebãt,qui sine circuncisione præputij atq; alijs obseruationibus umbræ futurorũ putabant credentes saluos esse non posse. Ergo & Timotheum circun- 33.q.9. *sent.* cidit propterea,ne Iudæis,& maxime cognatióni *tentiam* eius maternæ sic uiderentur,qui ex gentibus in Christum crediderant,detestari circuncisionem,sicut idololatria detestanda est, cum illam deus fieri præceperit,hanc Satanas persuaserit. Et Titum propterea non circũcidit,ne occasionem daret eis qui sine ulla circũcísione dicebant credentes saluos esse non posse,& ad deceptionem gentium hoc etiam Paulum sentire iactarent. Quod ipse satis significat,ubi ait: Sed Gal.2 neq; Titus,qui mecum erat,cum esset Græcus, compulsus est circuncidi: propter subintroductos autem falsos fratres,qui subintroierant per scrutari libertatẽ nostram,ut nos in seruitutem redigerent,quibus nec ad horam cessimus subiectioni,ut ueritas Euangelij permaneat apud nos. Hic apparet quid eos captare intellexerit, ut non faceret quod in Timotheo fecerat,& quòd ea libertate facere poterat,qua ostẽderat illa sacramenta nec tanquam necessaria debere appeti,nec tanquam sacrilega debere damnari. Sed cauẽdum est uidelicet in hac disputatione, ne sicut philosophi quædam facta hominũ media dicamus inter recte factum & peccatũ,quæ neq; in recte factis neq; in peccatis numerẽtur: & urgeamur,eo quòd obseruare legis ceremonias non potest esse indifferens,sed aut bonum aut malum: ut si bonum dixerimus,eas nos quoq; obseruare cogamur: si autem malum,non uere sed simulate ab apostolis obseruatas esse credamus. Ego uero apostolis non tam exemplum philosophorum timeo,quando & illi in sua disputatione ueri aliquid dicunt: quàm forensium aduocatorum,quando in alienarum causarum actione mentiuntur. Quorum similitudo si in ipsa expositione Epistolæ ad Galatas ad confirmãdam simulationem Petri & Pauli putata est decenter induci,quid ego apud te timeam nomen philosophorum: qui non propterea uani sunt,quia omnia falsa dicunt,sed quia & falsis pleriq; confidunt,& ubi uera inueniuntur dicere,à Christi gratia,q̃ est ipsa ueritas,alieni sunt. Cur autem non dicam præcepta illa ueterum sacramentorum nec bona esse,quia non eis homines iustificantur: umbræ enim sunt,prænũciantes gratiam qua iustificamur: nec tamen mala, quia diuinitus præcepta sunt,temporibus persónis congruentia,cum me adiuuet etiã prophe

Universidad de Deusto
Biblioteca

tica ſententia, qua dicit deus ſe illi populo de-
diſſe præcepta non bona. Forte enim propter-
ea non dixit mala, ſed tantum non bona, id eſt,
non talia, ut illis homines boni fiant, aut ſine il-
lis boni non fiant. Vellem me doceret benigna
ſynceritas tua, utrum ſimulate quiſquã ſanctus
orientalis, cum Romam uenerit, ieiunet ſabba-
Diſt.12.illa to, excepto illo die paſchalis uigiliæ? Quòd ſi
malum eſſe dixerimus, non ſolum Romanã ec-
cleſiam, ſed etiam multa ei uicina, & aliquanto
remotiora damnabimus, ubi mos idem tenetur
& manet. Si autem nõ ieiunare ſabbato malum
putauerimus, tot eccleſias Oriẽtis, & multo ma
iorem orbis Chriſtiani partem, qua temeritate
criminabimur? Placet ne tibi ut medium quid-
dam eſſe dicamus, quod tamen acceptabile ſit B
ei, qui hoc non ſimulate, ſed congruenti ſocieta
te atq; obſeruantia fecerit? Et tamen nihil inde
legimus in Canonicis libris præceptũ eſſe Chri
ſtianis: quãtomagis illud malum dicere non au
deo, quod deum præcepiſſe ipſa Chriſtiana fide
negare non poſſum: quia didici, non eò me iu-
ſtificari, ſed gratia dei per Ieſum Chriſtũ domi-
num noſtrum? Dico ergo circumciſionem præ-
putij, & cætera huiuſmodi, priori populo per te
ſtamẽtum quod Vetus dicitur, diuinitus data,
ad ſignificationem futurorũ, quę per Chriſtum
oportebat impleri: quibus aduenientibus, remã-
ſiſſe illa Chriſtianis legenda tantum, ad intelli-
gentiam præmiſſæ prophetiæ: non autẽ neceſ-
ſariò facienda, quaſi adhuc expectandũ eſſet ut C
ueniret fidei reuelatio, quæ his ſignificabat eſſe
uentura. Sed quamuis gentibus imponẽda non
eſſent, non tamen ſic debuiſſe auferri à conſue-
tudine Iudæorum, tanquã deteſtanda atq; dam
nanda. Senſim proinde atq; paulatim feruente
ſanè prædicatione gratiæ Chriſti, qua ſola noſ-
ſent credentes ſe iuſtificari ſaluosq; fieri, non il-
lis umbris rerum antea futurarum, tunc iam ue-
nientium atq; præſentium, ut in illorum Iudæo
rum uocatione, quos præſentia carnis domini,
& apoſtolica tempora ſic inuenerãt, omnis illa
actio cõſumeretur umbrarum: hoc eis ſuffeciſſe
ad cõmendationem, ut non tanquam deteſtan-
da, & ſimilis idololatriæ uitaretur, ultra uero nõ
haberet progreſſum, ne putaretur neceſſaria tã- D
quam uel ab illa ſalus eſſet, uel ſine illa eſſe non
poſſet. Quod putauerunt hæretici, qui dum uo
lunt & Iudæi eſſe & Chriſtiani, nec Iudæi nec
Chriſtiani eſſe potuerunt. Quorum ſententiam
mihi cauendam, quãuis in ea nunquam fuerim,
tamen beneuolẽtiſſime admonere dignatus es:
in cuius ſententiæ non conſenſionem ſed ſimu-
lationẽ Petrus timore inciderat, ut de illo Pau-
lus ueriſſimè ſcriberet, quòd eum uidiſſet nõ re-
cte ingredientẽ ad ueritatem Euangelij, eiq; ue
riſſime diceret, quòd gẽtes Iudaizare cogebat.
Quod Paulus utiq; non cogebat, ob hoc illa ue
tera ueraciter, ubi opus eſſet obſeruans, ut dam
nanda non eſſe monſtraret: prædicãs tamen in-

A ſtanter non eis, ſed reuelata gratia fidei, fideles
ſaluos fieri, ne ad ea quenquam uelut neceſſaria
ſuſcipienda compelleret. Sic autem credo apo-
ſtolum Paulum ueraciter cũcta illa geſſiſſe, nec
tamen nunc quenquam factum ex Iudæo Chri
ſtianũ, uel cogo uel ſino talia ueraciter celebra-
re: ſicut nec tu, cui uidetur Paulus ea ſimulaſſe,
cogis iſtũ uel ſinis talia ſimulare. An uis ut etiã
ego dicam hanc eſſe ſummam quæſtionis, imò
ſententiæ tuæ, ut poſt Euangeliũ Chriſti, bene
faciant credẽtes Iudæi, ſi ſacrificia offerant quę
obtulit Paulus, ſi filios circuncidant, ſi ſabbatũ
conſeruent, ut Paulus in Timotheo, & omnes
obſeruauere Iudæi, dum hæc ſimulate ac fallaci
ter agant: Hoc ſi ita eſt, non iam in hæreſim He
bionis, uel eorum quos uulgò Nazaræos nun-
cupãt, uel quamlibet aliam ueterem, ſed neſcio
in quam nouam delabimur, quæ ſit eo pernicio
ſior, quo non errore ſed propoſito eſt ac uolun-
tate fallaci. Quòd ſi reſpõdeas, ut te ab hac pur
ges ſententia, tunc apoſtolos iſta laudabiliter ſi-
mulaſſe, ne ſcandalizarentur infirmi qui ex Iu-
dæis multi crediderant, & ea reſpuenda nondũ
intelligebant: nunc uero cõfirmata per tot gen
tes doctrina gratiæ Chriſtianæ, cõfirmata etiã
per omnes Chriſti eccleſias lectiõe legis & pro
phetarum, quomodo hęc intelligenda non ob-
ſeruanda recitentur, quiſquis ea ſimulando age
re uoluerit, uideatur inſanire: cur mihi non licet
dicere apoſtolum Paulum, & alios rectæ fidei
Chriſtianos, tunc illa uetera ſacramenta paulu
lum obſeruando ueraciter commendare debu-
iſſe, ne putarentur illæ propheticæ ſignificatio-
nis obſeruationes à piſſimis patribus cuſtodi-
tæ, tanquam ſacrilegia diabolica à poſteris de-
teſtatæ? Iam enim cum ueniſſet fides quæ prius
illis obſeruationibus prænũciata, poſt mortem
& reſurrectionẽ domini reuelata eſt, amiſerant
tanquam uitam officij ſui. Verũtamen ſicut de-
functa corpora neceſſariorum officijs deducen
da erant quodãmodo ad ſepulturam, nec ſimti-
latè ſed religioſe, non autem deſerenda conti-
nuò, uel inimicorum obtrectationibus tãquam
canũ morſibus projcienda. Proinde nunc quiſ-
quis Chriſtianorũ, quamuis ſit ex Iudæis ſimi-
liter ea celebrare uoluerit, tanquam ſopitos ci-
neres eruens, nõ erit pius deductor uel baiulus
corporis, ſed impius ſepulturæ uiolator. Fateor
ſane in eo, quod epiſtola continet mea, quòd
ideo ſacramenta Iudæorum Paulus celebranda
ſuſceperat, cum iam Chriſti eſſet apoſtolus, ut
doceret non eſſe perniciosa his qui ea uellent,
ſicut à parentibus per legem acceperant, cuſto-
dire, minus me poſuiſſe, illo duntaxat tempore
quo primũ fidei gratia reuelata eſt. Tunc enim
hoc non erat perniciosum, progreſſu uero tem-
poris erat perniciosum, niſi illæ obſeruationes
ab omnibus Chriſtianis deſererẽtur: ne ſi tunc
fierẽt, non diſcerneretur quod deus populo ſuo
per Moyſen præcepit, ab eo quod in tẽplis dæ-
monio

moniorum ſpiritus immundus inſtituit. Proin- A
de potius culpanda eſt negligentia mea, quia
2 Retract.7 hoc non addidi, quàm obiurgatio tua. Verun-
tamen lõge antequàm literas tuas accepiſſem,
ſcribens contra Fauſtum Manichæum quomo
do eundem locum, quamuis breuiter explicaue
rim, & hoc illic non prætermiſerim, & legere
poterit ſi non dedignetur benignitas tua, & à
chariſſimis noſtris, per quos nunc hæc ſcripta
miſi, quomodo uolueris tibi fides fiat, illud me
ante dictaſſe: mihiq; de animo meo crede, quod
corã deo loquens iure charitatis expoſco, nun-
quam mihi uiſum fuiſſe, etiam nunc Chriſtia-
nos ex Iudęis factos, ſacramẽta illa uetera quo-
libet affectu celebrare, & quouis animo debere
ab eis ullo modo coli: cum illud de Paulo ſem- B
per ita ſenſerim, ex quo illius mihi literæ inno-
tuerunt, ſicut nec tibi uidetur hoc tempore, cui
quam eſſe ſimulanda iſta, cum hoc feciſſe apo-
ſtolos credas. Proinde ſicut tu è cõtrario loque
ris, & licet reclamante (ſicut ſcribis) mundo, li-
bera uoce pronuncias ceremonias Iudæorum,
& pernicioſas eſſe & mortiferas Chriſtianis, &
quicunq; eas obſeruauerit, ſiue ex Iudęis ſiue ex
gẽtibus eum in barathrum diaboli deuolutum:
ita ego hanc uocem tuam omnino confirmo, &
addo: Quicũq; eas obſeruauerit, ſiue ex Iudæis
ſiue ex gentibus, non ſolum ueraciter, uerum
etiam ſimulate, eum in barathrum diaboli deuo
lutum. Quid quæris amplius? Sed ſicut tu ſimu
lationem apoſtolorũ ab huius temporis ratione C
ſecernis, ita ego Pauli apoſtoli ueracem tunc in
his omnibus conuerſationem ab huius tempo-
ris, quamuis minime ſimulata ceremoniarũ Iu-
daicarum obſeruatione ſecerno, quoniam tunc
fuit approbanda, nunc deteſtanda. Ita quamuis
Luc.16 legerimus: Lex & prophetæ uſq; ad Ioannem
Baptiſtam, & quia propter ea quærebant Iudęi
Io.5 Chriſtum interficere, quia non ſolum ſoluebat
ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat deum,
Io.1 æqualem ſe faciens deo: & quia gratiã pro gra-
tia accepimus, & quoniam lex per Moyſen da-
ta eſt, gratia autem & ueritas per Ieſum Chri-
Hier.31 ſtum facta eſt. Et per Hieremiam promiſſum eſt
daturum deum teſtamentum nouum domui Iu
da, non ſecundum teſtamẽtum quod diſpoſuit D
patribus eorum: non tamen arbitror ipſum do-
minum fallaciter à parentibus circũciſum. Aut
ſi hoc propter ætatem minime prohibebat, nec
illud arbitror eũ dixiſſe fallaciter leproſo, quẽ
certe non illa per Moyſen præcepta obſerua-
tio, ſed ipſe mundauerat: Vade & offer pro te
ſacrificium quod præcepit Moyſes in teſtimo-
nium illis. Nec fallaciter aſcendit ad diem fe-
ſtum, uſq; adeo non cauſa oſtentationis coram
hominibus, ut non euidenter aſcenderit, ſed la-
Gal.5 tẽter. At enim dixit idem Apoſtolus: Ecce ego
Paulus dico uobis, quia ſi circũcidamini, Chri-
ſtus uobis nihil proderit. Decepit ergo Timo-
theum, & fecit ei nihil prodeſſe Chriſtum? An

quia hoc fallaciter factum eſt, ideo non obfuit?
At ipſe hoc non poſuit, nec ait, Si circuncida-
mini ueraciter: ſicut nec fallaciter, ſed ſine ulla
exceptione dixit: Si circuncidamini, Chriſtus
uobis nihil proderit. Sicut ergo tu uis hic locũ
dare ſententiæ tuæ, ut uelis ſubintelligi niſi fal-
laciter: ita non impudẽter flagito, ut etiam nos
illic intelligere ſinas eis dictum: Si circuncida-
mini, qui propterea uolebant circuncidi, quod
aliter ſe putabãt in Chriſto ſaluos eſſe non poſ-
ſe. Hoc ergo animo, hac uoluntate, iſta intentio
ne quiſquis tunc circuncidebatur, Chriſtus ei
nihil omnino proderat. Sicut alibi aperte dicit,
Nam ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis
mortuus eſt? Hoc ergo declarat, & quod ipſe
commemoraſti: Euacuati eſtis à Chriſto, qui in Gal.2
lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Illos itaq;
arguit qui ſe iuſtificari in lege credebant, non
qui legitima illa in eius honore à quo mandata
ſunt, obſeruabant, intelligẽtes & quia prænun
ciandæ ueritatis ratione mandata ſint, & quo-
uſque debeant perdurare. Vnde eſt illud quod
ait: Si ſpiritu ducimini, non adhuc eſtis ſub le-
ge: unde uelut colligis apparere, qui ſub lege
eſt, non diſpenſatiue, ut noſtros putas uoluiſſe
maiores, ſed uere ut ego intelligo eum ſpiritum
ſanctum non habere: magna mihi uidetur quæ-
ſtio, quid ſit eſſe ſub lege ſic, quemadmodum
Apoſtolus culpat. Neq; enim hoc eum propter
circunciſionem arbitror dicere, aut illa ſacrifi-
cia, quæ tunc facta à patribus, nunc à Chriſtia-
nis non fiunt, & cætera huiuſmodi, ſed hocip-
ſum etiam quod lex iubet: Non concupiſces,
quòd fatemur certe Chriſtianos debere obſer-
uare, atq; Euangelica maxime illuſtratione præ
dicari. Legem dicit eſſe ſanctam, & mandatum
ſanctum & iuſtum & bonum. Deinde ſubiun-
git: Quod ergo bonũ eſt, mihi factũ eſt mors? Rom.7
Abſit: ſed peccatum ut appareat peccatum, per
bonum mihi operatum eſt mortem, ut fiat ſu-
pra modum peccator aut peccatum, per man-
datum. Quod autẽ hic dicit, Peccatũ per man-
datum fieri ſupra modum: hoc alibi ait, Lex ſub Rom.5
intrauit ut abundaret delictum. Vbi autem ab-
undauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Et
alibi, cum ſuperius de diſpenſatione gratiæ lo-
queretur quòd ipſa iuſtificet, uelut interrogans
ait: Quid ergo lex? Atq; huic interrogationi cõ
tinuò reſpondit: Præuaricationis gratia poſita Gal.3
eſt, donec ueniret ſemẽ cui promiſſum eſt. Hos
ergo damnabiliter dicit eſſe ſub lege, quos reos
facit lex, non implentes legem, dum non intelli
gendo gratiæ beneficium ad facienda dei præ-
cepta, quaſi de ſuis uiribus ſuperba elatione pre
ſumunt. Plenitudo enim legis charitas. Chari- Rom.13
tas uero dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, non Rom.5
per nos ipſos, ſed per ſpiritum ſanctum qui da-
tus eſt nobis. Sed huic rei quantum ſatis eſt ex-
plicandæ, prolixior fortaſſe & ſui proprij uolu-
minis ſermo debetur. Si ergo illud quod lex ait,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non concupiſces,ſi humana infirmitas gratia dei adiuta non fuerit,ſub ſe reum tenet,& præuaricatum potius damnat,quàm liberat peccatorẽ:quanto magis illa quæ ſignificationis cauſa præcepta ſunt,circunciſio,& cætera,quæ reuelatione gratiæ latius innoteſcẽte neceſſe fuerat aboleri,iuſtificare neminem poterant? Non tamen ideo fuerant tãquam diabolica gentium ſacrilegia fugienda,etiam cum ipſa gratia iam cœperat reuelari,quę umbris talibus fuerat prę nunciata:ſed permittenda paulum eis,maxime qui ex illo populo cui data ſunt,uenerant. Poſtea uero tanquam cum honore ſepulta ſunt, à Chriſtianis omnibus irreparabiliter deſerẽda.

Diſpenſatio Hoc autem quod dicis,Non diſpẽſatiue,ut noſtri uoluere maiores:quid ſibi uult,oro te? Aut enim hoc eſt quod ego appello officioſum mendacium,ut hæc diſpẽſatio ſit officium uelut honeſte mentiẽdi:aut quid aliud ſit, omnino non uideo,niſi forte addito nomine diſpenſationis fiat,ut mendacium non ſit mendacium. Quòd ſi abſurdum eſt,cur ergo non aperte dicis officioſum mendacium defendẽdum,niſi forte nomen te mouet,quia non tam uſitatum eſt in Eccleſiaſticis libris uocabulum officij,quod Am-

Ambroſius broſius noſter non timuit,qui ſuos quoſdam libros utilium præceptionum plenos,De officijs uoluit appellare? An ſi officioſe mẽtiatur quiſq; culpãdus eſt,ſi diſpẽſatiue approbãdus? Rogo te mentiatur ubi legerit qui hoc putat,quia &

Mat.5 in hoc magna quæſtio eſt,ſit ne aliquando mentiri uiri boni,imò uiri Chriſtiani,qualibus dictum eſt: Sit in ore ueſtro,Eſt,eſt,non,non:ut non ſub iudicio decidatis. Et qui cum fide au-

Pſal.5 diunt,Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sed ut dixi & alia & magna quæſtio eſt:eligat quod uoluerit,qui hoc exiſtimat ubi mẽtiatur, dum tamen à ſcribẽtibus autoribus ſanctarum ſcripturarum & maxime canonicarum,inconcuſſe credatur & defendat omnino abeſſe mendacium:ne diſpenſatores Chriſti de quibus di-

1 Cor.5 ctum eſt,Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur,tanquam magnum aliquid ſibi fideliter didiciſſe uideantur,pro ue-

Fides ritatis diſpenſatione mentiri,cum ipſa fides,in Latino ſermone ab eo dicatur appellata,quia fit quod dicitur. Vbi autem fit quod dicitur, mentiẽdi utiq; non eſt locus. Fidelis igitur diſpenſator apoſtolus Paulus,proculdubio nobis exhibet in ſcribendo fidem,quia ueritatis diſpenſator erat,non falſitatis. Ac per hoc uerum ſcripſit,uidiſſe ſe Petrum non recte ingredientem ad ueritatem Euangelij,eiq; in faciem reſtitiſſe,quòd gentes cogeret Iudaizare. Ipſe uero Petrus, quod à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis,ſancta ac benigna pietate humilitatis accepit:atq; ita rarius & ſanctius exemplum poſteris præbuit,quo non dedignarentur,ſicubi forte recti tramitem relinquiſſent,etiam à poſterioribus corrigi,quàm Paulus,quo cõfiden-

ter auderent etiam minores maioribus pro defendẽda Euangelica ueritate ſalua fraterna charitate reſiſtere. Nam cum ſatius multo ſit à tenendo itinere in nullo quàm in aliquo declinare,multo eſt tamen mirabilius & laudabilius libenter accipere corrigentem, quàm audaciter corrigere deuiantem. Eſt laus itaq; iuſtæ libertatis in Paulo,& ſanctæ humilitatis in Petro:quę quantum mihi pro modulo meo uidetur,magis fuerat aduerſus calumniãtem Porphyrium defendenda,quàm ut ei daretur obtrectandi maior occaſio,qua multo mordacius criminaretur Chriſtianos fallaciter uel ſuas literas ſcribere, uel dei ſui ſacramenta tractare. Flagitas à me ut aliquem ſaltem unum oſtendam,cuius in hac re ſententiam ſim ſequutus,cum tu tam plures nominatim commemoraueris,qui te in eo quod aſtruis,præceſſerunt,petens ut in eo,ſi te reprehendo errantem,patiar te errare cum talibus: quorum ego fateor,neminem legi,ſed cum ſint fermè ſex uel ſeptem,horum quatuor autoritatem tu quoq; infringis. Nam Laodicenum,cuius nomen taces,de eccleſia dicis nuper egreſſum,Alexandrum autem ueterem hæreticum: Origenem uero ac Didymum,reprehẽſos abs te lego in recentioribus opuſculis tuis,& non mediocriter,nec de mediocribus quæſtiõibus, quamuis Origenem mirabiliter ante laudatoris. Cum his ergo errare puto,quia nec te ipſe patieris,quãuis hoc perinde dicatur,ac ſi in hac ſententia non errauerint. Nam quis eſt qui ſe uelit cum quolibet errare? Tres igitur reſtant,Euſebius Emiſenus,Theodorus Heracleotes,& quem paulo poſt cõmemoras,Ioannes,qui dum in pontificali gradu Conſtantinopolitanã rexit eccleſiã. Porrò ſi quæras uel recolas quid hinc ſenſerit noſter Ambroſius,quid noſter itidem Cyprianus,inuenies fortaſſe nec nobis defuiſſe,quos in eo quod aſſerimus ſequeremur: quanquam ſicut paulo ante dixi,tantummodo ſcripturis Canonicis hanc ingenuam debeam ſeruitutem,qua eas ſolas ita ſequar,ut conſcriptores earum nihil in eis omnino erraſſe,nihil fallaciter poſuiſſe non dubitem. Proinde cum quæro tertium,ut tres etiam ego tribus oppo-

Gal.2 nam,poſſem quidem(ut arbitror)facile reperire ſi multa legiſſem,uerumtamen ipſe mihi pro his omnibus,imò ſupra hos omnes apoſtolus Paulus occurrit. Ad ipſum confugio,ad ipſum ab omnibus qui aliud ſentiũt literarum eius tractatoribus prouoco,ipſum interrogãs interpellans & requiro,in eo quod ſcripſit ad Galatas,uidiſſe ſe Petrum non recte ingredientem ad ueritatem Euangelij,eiq; in faciem propterea reſtitiſſe,quòd illa ſimulatione gentes Iudaizare cogebat:utrum uerum ſcripſerit,an forte neſcio qua diſpenſatiua falſitate mentitus ſit. Et audio eum paulò ſuperius in eiuſdem narrationis exordio,religioſa uoce mihi clamantem: Quæ autem ſcribo uobis,ecce corã deo quia non mentior.

Dent ueniam quiſlibet aliud opinãtes,ego magis credo tanto Apoſtolo in ſuis & pro ſuis literis iurãti,quàm cuiquam doctiſſimo de alienis literis diſputãti. Nec dici timeo ſic Paulum defendere,quòd non ſimularit errorem Iudæorum,ſed uere fuerit in errore: quoniam neq; ſimulabat errorem,qui libertate apoſtolica,ſicut illi tempori congruebat,uetera illa ſacramenta ubi opus erat agendo, commendabat ea:non Satanæ uerſutia decipiẽdis hominibus,ſed dei prouidentia prænunciandis rebus futuris prophetice conſtituta. Nec uere fuerat in errore Iudæorum,qui non ſolum nouerat,ſed etiam inſtanter & acriter prædicabat eos errare,qui putabant gentibus imponenda,uel iuſtificationi quorumcũq; fidelium neceſſaria. Quòd autem dixi eum factum Iudæis tanquam Iudæum,& tanquam gentilem gentilibus,non mentientis aſtu,ſed compatientis affectu,quemadmodum dixerim parum mihi uiſus es attendiſſe, imò ego fortaſſe non ſatis hoc explanare potuerim. Neq; enim hoc ideo dixi,quòd miſericorditer illa ſimulauerit,ſed quia ſic non ea ſimulauit, quæ faciebat ſimilia Iudæis,quemadmodũ nec illa quæ faciebat ſimilia gentibus,quæ tu quoq; commemoraſti:atq; in eo me,quod non ingrate fateor,adiuuiſti. Cum enim abs te quæſiſſem in epiſtola mea quomodo putetur,ideo factus Iudæis tanquam Iudæus,quia fallaciter ſuſcepit ſacramenta Iudęorum,cum & gentibus tanquam gentilis factus ſit,nec tamen ſuſcepit fallaciter ſacrificia gentium: tu reſpondiſti,in eo factum gentibus tanquam gentilem,quòd præputium receperit,quòd indifferenter permiſerit ueſci cibis, quos damnant Iudæi: Vbi ego quæro,utrum & hoc ſimulate fecerit? Quòd ſi abſurdiſſimum atq; falſiſſimum eſt:ſic ergo & illa,in quibus Iudęorum conſuetudini congruebat libertate prudenti, non neceſſitate ſeruili, aut quod eſt indignius diſpenſatione fallaci potius quàm fideli. Fidelibus enim & his qui cognouerunt ueritatem,ſicut ipſe teſtatur,niſi forte & hîc fallit,omnis creatura dei bona eſt,& nihil abiiciendum,quod cum gratiarumactione accipitur. Ergo & ipſi Paulo non ſolum uiro,uerumetiam diſpẽſatori maxime fideli,non ſolum cognitori, uerumetiam doctori ueritatis,omnis utiq; in cibis creatura dei non ſimulate,ſed uere bona erat. Cur igitur nihil ſimulate ſuſcipiendo ſacrorum ceremoniarumq; gentilium,ſed de cibis & præputio uera ſentiendo atque docendo,tamen tanquam gentilis factus eſt gentibus,& non potuit fieri tanquam Iudæus Iudæis,niſi fallaciter ſuſcipiendo ſacramenta Iudæorum? Cur oleaſtro inſerto ſeruauit diſpenſationis ueracem fidem,& naturalibus ramis,non extra,ſed in arbore conſtitutis,neſcio quod diſpenſatoriæ ſimulationis uelamen obtendit? Cur factus tanquam gentilis gentibus, quod ſentit docet,quod ait ſentit: Factus autẽ

tanquam Iudæus Iudæis,aliud in pectore claudit,aliud promit in uerbis,in factis,in ſcriptis? Sed abſit hoc ſapere. Vtriſq; enim debebat charitatem de corde puro & conſcientia bona,& fide non ficta. Ac per hoc omnibus omnia fa- *1 Cor.9* ctus eſt,ut omnes lucrifaceret,non mentientis aſtu,ſed compatiẽtis affectu: id eſt,non omnia mala hominum fallaciter agendo,ſed aliorum omnium malis omnibus,tanquam ſi ſua eſſent, miſericordis medicinæ diligentiam procurando. Cum itaq; illa Teſtamenti ueteris ſacramenta etiam ſibi agenda minime recuſabat,non miſericorditer fallebat,ſed omnino non fallens,atque hoc modo à domino deo illa uſq; ad certi temporis diſpenſationem iuſſa eſſe commendans,à ſacrilegis ſacris gentium diſtinguebat. Tunc autem non mentientis aſtu,ſed compatientis affectu,Iudæis tanquam Iudæus fiebat, quando eos ab illo errore,quo uel in Chriſtum credere nolebant,uel per uetera ſacerdotia ſua ceremoniarumq; obſeruationes, ſe à peccatis poſſe mundari fieriq; ſaluos exiſtimabant,ſic liberare cupiebat,tanquam ipſe illo errore teneretur: Diligens utiq; proximum tanquam ſeipſum,& hæc alijs faciens,quæ ſibi ab alijs fieri uellet, ſi hoc illi opus eſſet. Quod cum dominus monuiſſet, adiunxit: Hæc eſt enim lex & *Mat.22* prophetæ. Hunc compatientis affectum,in ea-

Gal.6 dem Epiſtola ad Galatas præcipit, dicens: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis,inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis,attendens teipſum ne & tu tenteris. Vide ſi non dixit,fiere tanquam ille,ut illum lucrifacias. Non utique ut ipſum delictum fallaciter ageret,aut ſe id habere ſimularet,ſed ut in alterius delicto, quid etiam ſibi accidere poſſet,attenderet:atq; ita alteri tãquam ſibi ab altero uellet,miſericorditer ſubueniret,hoc eſt, non mentientis aſtu,ſed compatientis affectu: ſic Iudæo,ſic gentili,ſic cuilibet homini Paulus in errore uel peccato aliquo conſtituto,non ſimulando quod non erat,ſed compatiẽdo quia eſſe potuiſſet,tanquam qui ſe hominem cogitaret,omnibus omnia factus eſt,ut omnes lucrifaceret. Teipſum,ſi placet, obſecro te,pauliſper intuere: teipſum,inquam,erga memetipſum: & recole,uel ſi habes conſcripta,relege uerba tua in illa epiſtola,quam mihi per fratrem noſtrum iam collegam meum Cyprianũ breuiorem miſiſti,quàm ueraci,quàm germano,quàm pleno charitatis affectu,cum quædam me in te commiſiſſe expoſtulaſſes grauiter ſubiũxiſti: In hoc læditur amicitia,in hoc neceſſitudinis iura uiolantur,ne uideamur certare pueriliter,& fautoribus inuicem uel detractoribus noſtris tribuere materiam contendendi. Hæc abs te uerba, non ſolum ex animo dicta ſentio,uerumetiam benigno animo ad conſulendum mihi. Denique addis(quod etiam ſi non adderes,appareret)& dicis: Hæc ſcribo,quia pure & Chriſtiane dili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gere te cupio,nec quicquam in mea mente re/
tinere quod distet à labijs.O uir sancte,mihiq;
(ut deus uidet animam meam) ueraci corde di/
lecte, hoc ipsum quod posuisti in literis tuis,
quod te mihi exhibuisse non dubito,hocipsum
omnino apostolum Paulum credo exhibuisse
in literis suis, non unicuilibet homini, sed Iu/
dæis & Græcis,& omnibus gentibus filijs suis
quos in Euangelio genuerat,& quos pariẽdos
parturiebat,& deinde posterorum tot milibus
fidelium Christianorum,propter quos illa me/
moriæ mandabatur epistola,ut nihil in sua men
te retineret,quod distaret à labijs. Certè factus
es etiam tu tanquam ego,non mentientis astu,
sed compatiẽtis affectu,cum cogitares tam me
non relinquendum in ea culpa in quam me pro
lapsum existimasti,quàm nec te uelles,si eo mo
do prolapsus esses. Vnde agens gratias beneuo
læ menti erga me tuæ,simul posco ut etiam mi/
hi non succenseas,quod cum in opusculis tuis
aliqua me mouerent,motum meum intimaui ti
bi:hoc erga me ab omnibus seruari uolẽs,quod
erga te ipse seruaui,ut quicquid improbandum
putant in scriptis meis,nec laudent subdolo pe
ctore,nec ita reprehendant apud alios,ut tace/
ant apud me,hinc potius existimans lædi ami/
citiam & necessitudinis iura uiolari. Nescio e/
nim utrum Christianæ amicitiæ putandæ sint,
Terentius in quibus magis ualet uulgare prouerbiũ,Ob/
sequium amicos,ueritas odium parit:quàm ec
Prouer.27 clesiasticũ, Fideliora sunt uulnera amici,quàm
uoluntaria oscula inimici. Proinde charissimos
nostros,qui nostris laboribus syncerissimè fa/
uent,hoc potius quanta possumus instantia do
ceamus:quo sciant fieri posse,ut inter charissi/
mos aliquid alterutro sermone contradicatur:
nec tamen charitas ipsa minuatur, nec ueritas
odium pariat,quæ debetur amicitiæ,siue illud
uerum sit quod contradicitur,siue corde ueraci
qualecunq; sit dicitur,non retinendo in mente
quod distet à labijs. Credant itaq; fratres nostri
familiares tui, quibus testimonium perhibes
quod sint uasa Christi, me inuito factum, nec
mediocrẽ de hac re dolorem inesse cordi meo,
quod literæ meæ prius in multorum manus ue/
nerunt,quàm ad te ad quem scriptæ sunt perue
nire potuerint. Quo autem modo id acciderit,
& lõgum est enarrare,& nisi fallor superfluum,
cum sufficiat si quid mihi in hoc creditur,non
eo factum animo quo putatur,nec omnino meę
fuisse uoluntatis aut dispositionis aut consensio
nis aut saltem cognitionis ut fieret.Hoc si non
credũt,quod teste deo loquor,quid amplius fa
ciam non habeo.Ego tamen,absit ut eos credã
hæc tuæ sanctitati,maleuola mente suggerere,
ad excitandas inter nos inimicitias,quas mise/
ricordia domini dei nostri auertat à nobis,sed
sine ullo nocendi animo,facile de homine hu/
mana uitia suspicari. Hoc enim me de illis æ/
quum est credere, si uasa sunt Christi, non in

A contumeliam,sed in honorem facta & dispositi/
ta in domo magna à deo in opus bonum. Quod
si post hanc attestationem meam,si in notitiam
eorum uenerit,facere uoluerint,quàm non re/
cte faciant,& tu uides. Quod sane scripseram,
nullum me librum aduersus te Romam misisse,
ideo scripseram,quia & libri nomen,ab illa epi
stola discernebam. Vnde omnino nescio quid
aliud te audisse existimaueram,nec Romam ip
sam epistolam,sed tibi miseram,& aduersus te
non esse arbitrabar,quod synceritate amicitiæ,
siue ad admonendum,siue ad te,uel me abs te
corrigendum fecisse me noueram. Exceptis au
tem familiaribus tuis,teipsum obsecro per gra/
tiam qua redempti sumus,ut quæcunq; tua bo/
B na quæ tibi bonitate domini concessa sunt,in li
teris meis posui,nõ me existimes insidioso blã/
diloquio posuisse. Si quid autẽ in te peccaui,di
mittas mihi. Nec illud quod de te,nescio cuius
poetæ factum,ineptius fortasse quàm literatius
à me commemoratum est,amplius quàm dixi,
ad te trahas,cum continuò subiecerim non hoc
ideo me dixisse, ut oculos cordis recíperes,
quos absit unquam ut amiseris,sed ut aduerte/
res quos sanos ac uigiles haberes. Propter so/
lam ergo παλινῳδίαν, si aliquid scripserimus,
quod scripto posteriore destruere debeamus,
imitandam,non propter Stesichori cæcitatem,
quam cordi tuo nec tribui,nec timui,attingen/
dum illud existimaui:atque identidem rogo,ut
me fidenter corrigas, ubi mihi hoc opus esse
perspexeris. Quanquam enim secundum hono
rum uocabula,quæ iam ecclesiæ usus obtinuit,
episcopatus presbyterio maior sit:tamẽ in mul
tis rebus Augustinus Hieronymo minor est,li/
cet etiam à minore quolibet non sit refugienda
uel dedignanda correctio. De interpretatione
tua iam mihi persuasisti,qua utilitate scripturas
uoluerís transferre de Hebræis, ut scilicet ea
quæ à Iudæis prętermissa uel corrupta sunt,pro
ferres in medium. Sed insinuare digneris peto
à quibus Iudæis,utrum ab eis ipsis qui ante ad/
uentum domini interpretati sunt, & si ita est,
quibus uel quó nam eorum:an ab istis poste/
rius,qui propterea putari possunt,aliqua de co
D dicibus Græcis uel subtraxisse uel in eis corru/
pisse,ne illis testimonijs de Christiana fide con
uincerentur. Illi autem anteriores,cur hoc face
re uoluerint,non inuenio. Deinde nobis mittas
obsecro interpretationem tuam de Septuagin/
ta,quam te ædidisse nesciebam. Librum quoq;
tuum cuius mentionem fecisti De optimo ge/
nere interpretandi,cupio legere,& adhuc nos/
se quomodo coæquanda sit in interprete peri/
tia linguarum, coniecturis eorum qui scriptu/
ras edisserendo pertractant,quos necesse est eti
am si rectæ atq; unius fidei fuerint,uarias pare/
re in multorum locorum obscuritate sentẽtias,
quamuis nequaquam ipsa uarietas ab eiusdem
fidei unitate discordet:sicut etiam unus tracta/

tor

tor secundum eandem fidem,aliter atque aliter
eundem locum potest exponere,quia hoc eius
obscuritas patitur. Ideo autem desidero inter/
pretationem tuam de Septuaginta, ut & tanta
Latinorum interpretum, qui qualescunq; hoc
ausi sunt, quantum possumus imperitia carea/
mus:& hi qui me inuidere putant utilibus labo
ribus tuis,tandem aliquando,si fieri potest,in/
telligant,propterea me nolle tuam ex Hebræo
interpretationem in ecclesiis legi,ne contra Se
ptuaginta autoritatem,tãquam nouum aliquid
proferentes,magno scandalo perturbemus ple
bes Christi,quarum aures & corda illam inter/
pretationem audire consueuerunt, quæ etiam
ab apostolis approbata est. Vnde illud apud Io
nam uirgultũ,si in Hebræo nec hedera est nec
cucurbita: sed nescio quid aliud quod trunco
suo nixum,nullis sustentãdum adminiculis eri/
gatur,mallem iam in omnibus Latinis cucurbi
tam legi. Non enim frustra hoc puto Septua/
ginta posuisse,nisi quia & huic simile sciebant.
Satis me imò fortasse plus quàm satis, tribus
epistolis tuis respõdisse arbitror,quarum duas
per Cyprianũ accepi,unam per Firmum. Re/
scribe quod uisum fuerit ad nos uel alios instru/
endos. Dabo autem operam diligentiorẽ quan
tum me adiuuat dominus, ut litteræ quas ad
te scribo prius ad te perueniant,quàm ad quen
quam à quo latius dispergantur. Fateor enim,
nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me,quod de
meis ad te factum iustissimè expostulas. Ta/
men placeat nobis inuicem non tantum chari/
tas,uerum etiam libertas amicitiæ,ne apud me
taceas, uel ego apud te, quod in nostris lite/
ris uiciſſim nos mouet, eo scilicet animo, qui
oculis dei in fraterna dilectione non displicet.
Quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectio
nis pernicioſa offensione nõ putas,non fiat. Il/
la enim charitas quã tecũ habere uellem, pro/
fectò maior est: sed melior hæc minor, quàm
nulla est.

Augustinus Longiniano pagano philosopho,
prouocans illum ad scribendum quæ sit opti/
ma ad felicitatem uia,indicans quæ sit apud
Christianos. Epistola XX

Longiniano Augustinus.

Olere aiunt quendam ueterum dice
re,quibus satis persuasum esset,ut ni
hil mallẽt se esse quàm uiros bonos,
his reliquã facilem esse doctrinam.
Hæc sententia si rite recolo,Socratica est:lon/
gè antiquior prophetica præcesserat,præcipi/
ens hominibus breuiter & simul, non tantum
ut se nihil malint esse quàm bonos,uerum eti/
Matt.22 am unde fiant boni. Diliges,inquit,dominum
deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima
tua,& ex tota mente tua:& diliges proximum
tuum tanquam teipsum. Hoc cui persuasum es/
set,non ei reliquam facilem,sed eam totam esse
doctrinam duntaxat utilem ac salubrem. Mul/

A tæ enim doctrinæ sunt, si tamen doctrinæ di/
cendæ sunt,uel superfluæ uel noxiæ. Veterum
libris Christus attestans:In his,inquit,duobus
præceptis tota lex pendet & prophetæ. Proin/
de quia mihi uideor inspexisse tanquam in spe/
culo sermocinatiõis mecũ tuæ,nihil te esse mal
le quàm uirum bonum,deum quo nihil est me/
lius,& unde humanus animus haurit ut bonus
sit,quó nam modo colendũ credas,audeo per/
contari:nam quod eum colendum credas,iam
teneo. Quæro etiam quid de Christo sentias.
Quod enim eum non paruipendas aduerti:sed
utrum ea & sola uia quæ ab illo demõstrata est,
ad uitam beatam peruenirí posse existimes,&
aliqua ex causa non eam negligas ire,sed diffe/
B ras,an & aliam uel alias ad tam optimã & præ
omnibus appetendã possessionem uias esse ar/
bitreris,& aliquam earum iam te ingredi cre/
das,nosse cupio (ut opinor) non impudenter.
Diligo enim te propter id quod suprà dixi,mé/
que abs te diligi non temere existimo,nec ulla
de re alia inter eos qui se beneuole nouerunt,
sermo fructuosior,uel impenditur,uel reposci/
tur,uel accipitur,uel recipitur,quàm unde bo/
ni beatiq; simus.

Longinianus Augustino,ad id respondens
iuxta Trimegistum & Platonicos,per mino/
res deos perueniri ad summum deum, sed
non sine sacris purificatorijs. Epistola XXI

Domino uenerando & uerè ac merito per/
colendo sancto patri Augustino,
Longinianus.

Eatus sum & relucentis puro uirtu/
B tis tuę lumine admodum illustratus,
qui dignum me diuini tui affaminis
honore cumulandũ esse duxisti. Sed
graue mihi onus & difficillimam respon/
di prouinciam,domine uenerande satis impo/
nis,& præcipuè tuis percunctationibus,& sub
hoc tempore in talibus explicandis,per meæ
opinionis sententiam,id est,à pagano homine:
quæstionibus siquidem abundet,quod ex par/
te uel iamdudum inter nos cõuenerit,uel nunc
identidẽ literis magis magisq; conueniat præ/
ceptis, non dicam tantum Socraticis, nec tuis
D Romanorum uiruerè optime propheticis,aut
paucis Hierosolymiticis,sed etiam Orpheicis
atq; Ageticis,& Trimegistícis:longe ante illis
antiquioribus & penè rudibus adhuc seculis,
dijs autoribus enatis,& toti orbi terræ certis li/
mitibus partiti trifariam diuinitus ostensis:Pri
us quàm nomen aut Europa caperet,aut Asia
acciperet,aut Libya possideret,uirum bonũ ut
tu mediusfidius & eris & fuisti. Siquidem ad/
huc post hominum memoriã,nisi Xenophon/
tis figmentis compositæ fabulæ schema con/
cedas,adhuc audierim,legerim,uiderim nemi/
nem,aut certè post unum nullum,quod deo te/
ste, bono periculo certoq; dixerim, nisi te,de/
um connisi semper agnoscere,& posse puritatẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

animi corporisq; profecta grauedine sectari fa-
cillime, & spe perfectæ conscientiæ non dubia
credulitate tenere. Verum qua uia effici possit
magis est ut tu non nescias, & mihi non insinua
to extrinsecus aliquo dissseras, quàm ut à me do
mine percolende scias. Quia tunc fateor huius
boni in sedem profecturus sufficiens, ut mea ex
petunt sacerdotia, minimè necdum, & si tamen
potuero, uiaticum colligo. Verum quid tradi-
tum sanctè atq; antiquitus teneam atq; custodi-
am, ut potuero paucis edicam. Via est in deum
melior qua uir bonus, pijs, puris, iustis, castis,
ueris dictis factisq; suis, sine ulla temporum mu
tatorum captata iactatiõe probatus, & deorum
comitatu uallatus, dei utiq; potestatibus emeri
tus, id est eius unius & uniuersi & incõprehensi
bilis & ineffabilis infatigabilisq; creatoris im-
pletus uirtutibus, quos (ut uerum est) angelos
dicitis, uel quid alterũ post deum uel cum deo,
aut à deo aut in deum intẽtione animi mentisq;
ire festinat. Via est, inquam, qua purgati anti-
quorum sacrorum pijs præceptis expiationi-
busq; purissimis, & abstemijs obseruationibus
decocti, anima & corpore constantes deprope
rant. De Christo autem tuę iam credulitatis car
nali & spiritus dono, per quẽ in illum summũ
beatum uerum & patrem omnium ire securus
es domine pater percolende, nõn audeo nec ua
leo quid sentiam exprimere: quia quod nescio,
difficillimum credo definire. Vt autem me cul
torem tuarum uirtutum, dignatus es iam olim
scienti insinuare, quod diligas, satis ad bonæ ui
tæ testimonium habeo, quòd cum ne tibi displi
ceam, qui deo per te animamq; tuam quotidie
insinuas, custodio: intelligis proculdubio quòd
& ego te delectabiliter diligam, cum tui iudicij
de me habiti normam lineamq; accipiens te-
neam. Sed ante omnia quæso te, ut exiguæ opi-
nioni meæ ueniam concedas, & sermoni meo
ad te, quia coegisti, remisso forte incongruo fa-
cile indulgeas: & me quid de his existimes, uel
tu qd sentias, sanctis scriptis tuis, ut ille ait, iam
non melle sed nectare dulcioribus, si mereor, in
formare digneris. Dei pietate perfruaris domi-
ne pater, ac perpetua sanctitate Deo placeas,
quod necesse est.

A

B

C

D

Augustinus Longiniano, cætera probans, hoc tãtum explanari quærens, cur putarit opus sacrificijs ei, qui iam diuinis uirtutibus sit circumuallatus. Epi. XXII

Longiniano Augustinus.

Epi fructum scripti mei, rescriptum scilicet benenolẽtiæ tuæ. Vnde iam uideo exortũ & exorsum inter nos magnæ hac de re magna disputatio-
nis quasi sementem: hoc est quod uolebam pri-
us, deinde quod adhuc uolo, deus adiuuabit. Id
autem est, ut hoc cœptum debito ac salubri fine
claudatur. Proinde quòd de Christo nihil teme
re tibi negandum uel affirmandum putasti, hoc
in pagani animo temperamentum non inuitus
acceperim. Quòd uero etiam scriptis meis do-
ceri te cupis de hac re, nequaquam abnuam ne-
que desistam huic tam bonæ mihiq; charissimæ
seruire uoluntati tuæ. Sed prius opus est eliqua
re, quomodo recipiam sententiam tuam de an-
tiquis sacris. Cum enim dixisses, eam uiam in
deum esse meliorem, qua uir bonus, pijs, iustis,
puris, castis, ueris dictis factisq; sine ulla tempo
rum mutatorum captata iactatione probatus, et
deorum comitatu uallatus, dei utique potestati
bus emeritus, id est, eius unius & uniuersi & in-
comprehensibilis & infatigabilis, ineffabilisq;
creatoris adimpletus uirtutibus, quos (ut uerũ
est) angelos dicitis, uel quid alterum post deum
uel à deo, uel cum deo, in deum intentione ani-
mi mentisq; ire festinat. Quæ uerba ex epistola
tua recognoscis, cum addidisti & aisti: Via est,
inquam, qua purgati antiquorũ sacrorum pijs
præceptis, expiationibusq; purissimis, & abste
mijs obseruatiõibus decocti, anima & corpore
constantes deproperant. In his uerbis sentio, ni
fallor, uideri tibi non sufficere ad uiam qua itur
ad deum, uti uir bonus, pijs, iustis, puris, castis,
ueris, dictis factisq; promereatur deos, quorum
comitatu uallatus in illum summum deum om-
nium creatorẽ ire festinet, nisi etiam sacrorum
antiquorũ pijs præceptis expiationibusq; pur-
getur. Quamobrem uelim scire, quid arbitreris
esse per sacra purgandum, in eo qui piè, iustè,
purè, ueraciterq; uiuendo promeretur deos, &
per eos unum illum deorum deum. Si enim ad-
huc sacris purgandus est, utiq; mundus non est:
& si mũdus non est, piè, iustè, purè, castèq; non
uiuit. Si enim iam ita uiuit, iam mundus est. Por
rò iam mũdum atq; purum, quid opus est sacris
expiãdo purgari? Itaq; hic nodus est disputatio
nis nostræ, quo soluto consequẽtia uidebimus:
Viuat ne homo bene, ut sacris purgetur? An sa
cris purgetur, ut bene uiuat? An ipse quantuscũ
q; bene uiuendi in homine modus nondum sit
idoneus ad beatam uitam quæ ex deo capitur,
nisi accedant adiumenta sacrorum? An bene ui
uendi quædam uelut portio sit etiam sacra per
cipere, scilicet ut nõ aliud sit bene uiuere, aliud
sacratè uiuere, sed bene uiuẽdi terminis, etiam
sacrata uita claudatur. Horum quatuor quæ pro
posui, quod potissimũ probes, quæso te literis
aperire non pigeat. Plurimũ quippe interest ad
id quod suscepimus inter nos colloquẽdo pera
gere, ne cum multa non necessaria, tanquam ea
sentias quæ forte non sentis, refellere molior, tẽ
pus necessarium in superfluis insumatur. One-
rare te itaq; epistola nolui, ut te citò rescribente
cætera contexamus.

Augustinus Bonifacio episcopo, respondens qui fiat ut infantibus in baptismo prosit parẽtum fides, cum post baptismum non noceat illis parentum impietas: deinde quomodo susceptores in baptismo respondeant, illos credere, cum paruuli reuera non credant, & incertum sit an sint crediturí. Epistola XXIII

Bonifacio coepiscopo, Augustinus in dn. S.

Quæris

De conse. dist. 4. quæris

Væris à me utrum parentes bapti-
zatis paruulis suis noceant, cum eos
dæmoniorum sacrificijs sanare co-
nantur. Et si non nocent, quomodo
eis prosit cum baptizantur parentũ fides, quo-
rum eis non potest obesse perfidia. Vbi respon
deo, tantam illius sacramenti, hoc est baptismi
salutaris, esse uirtutem in sancta compage cor-
poris Christi, ut semel generatus per aliorũ car
nalem uoluptatem, cum semel regeneratus fue
rit per aliorum spiritalem uolũtatem, deinceps
non possit uinculo alienæ iniquitatis obstrin-
gi, cui nulla sua uoluntate consentit. Et anima
enim patris mea est, inquit, & anima filij mea
est: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. non
autem peccat ipsa, cum parentes ei omnino ne
scienti, uel quilibet alius adhibet sacrilegia dæ-
moniorum. Sed ideo ex Adam traxit, quòd sa-
cramenti illius gratia solueretur, quia nondum
erat anima separatim uiuens, id est, altera ani-
ma, de qua diceretur: Et anima patris mea est,
& anima filij mea est. Iam itaq; cum homo in se
ipso est, ab eo qui genuit alter effectus, peccato
alterius sine sua consensione non tenetur obno
xius. Traxit ergo reatum, quia unus erat cum il
lo & in illo à quo traxit, quãdo quod traxit ad-
mixtum est. Non autem trahit alter ab altero,
quando sua unoquoq; propria uita uiuente iam
est unde dicatur: Anima quæ peccauerit, ipsa
morietur. Vt autem possit regenerari per offi-
cium uolũtatis alienæ, cum offertur consecran
dus, facit hoc unus spiritus ex quo regeneratur
oblatus. Non enim scriptum est, Nisi quis rena
tus fuerit ex parentum uolũtate, aut ex offeren-
tium uel ministrantium fide: sed, Nisi quis rena
tus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhi-
bens forinsecus sacramentum gratiæ, & spiri-
tus operans intrinsecus beneficium gratiæ, sol
uens uinculum culpæ, reconcilians bonum na-
turæ, regenerant hominem in uno Christo, ex
uno Adam generatum. Regenerans ergo spiri
tus in maioribus offerentibus, & paruulo obla-
to renatoq; communis est: ideo per hanc socie-
tatem unius eiusdemq; spiritus prodest offeren
tium uoluntas paruulo oblato. Quando autem
in paruulum maiores peccant, offerentes eum
atque obligare conantes dæmonum sacrilegis
uinculis, non est anima utrorumq; communis,
ut etiam culpam possint habere communem.
Non enim sic cõmunicatur culpa per alterius
uoluntatem, quemadmodũ communicatur gra
tia per sancti spiritus unitatem. Potest enim &
in hoc & in illo homine esse unus spiritus san-
ctus, etiam si inuicem nesciãt, per quem sit utri-
usq; gratia communis. Non autem potest spiri-
tus hominis esse & huius & illius, per quẽ pec-
cante altero, & altero non peccante, sit tamen
culpa communis. Ac per hoc potest paruulus
semel ex parentum carne generatus, dei spiritu
regenerari, ut & ex illis obligatio cõtracta solua
tur. Non potest autem semel dei spiritu regene
ratus ex parentum carne regenerari, ut obliga-
tio quæ soluta est iterum contrahatur. Et ideo
semel perceptã paruulus Christi gratiam, non
amittit nisi propria impietate, si ætatis accessu
tam malus euaserit. Tunc enim etiam propria
incipiet habere peccata, quæ non regeneratio-
ne auferantur, sed alia curatione sanentur. Ve-
runtamen recte dicuntur parentes, uel quicũq;
maiores, filios seu quoslibet paruulos baptiza-
tos dæmoniorũ sacrilegijs obligare conantes,
spiritaliter homicidæ. Nam in illis quidem in-
terfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis
est interfectores fiunt. Rectéque illis dicitur,
quando ab hoc scelere prohibentur: Nolite oc-
cidere paruulos uestros. Dicit enim & Aposto
lus, Spiritum nolite extinguere: nõ quia ille ex-
tingui potest, sed quantum in ipsis est, extincto
res eius merito dicuntur, qui sic agunt ut extin-
ctũ uelint. Isto sensu recte intelligi potest, quod
scripsit beatus Cyprianus in epistola de lapsis,
cum eos qui tempore persequutionis idolis im-
molauerãt arguens: Ac ne quid deesset, inquit,
ad criminis cumulum, infantes quoq; parẽtum
manibus impositi uel attracti, amiserunt paruu
li, quod in primo statim natiuitatis exordio fue
rant consequuti. Amiserunt dixit, quantum at-
tinuit ad illorum scelus à quibus amittere coa-
cti sunt. Amiserunt in eorum mente ac uolun-
tate, qui in illos tantum facinus commiserunt.
Nam si in seipsis amississent, remansissent utiq;
diuina sententia sine ulla defensione damnan-
di. Quòd si sanctus Cyprianus arbitraretur, nõ
eorum defensionẽ continuò subijceret, dicens:
Nónne illi cum iudicij dies uenerit, dicẽt: Nos
nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo do-
mini, ad prophana contagia sponte properaui-
mus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sen-
simus parricidas. Illi nobis ecclesiam matrem,
illi patrem deum negauerunt, ut dum parui &
improuidi & tanti facinoris ignari per alios ad
consortiũ criminis iungimur, aliena fraude ca-
peremur. Hanc defensionem non subnecteret,
nisi iustissimam crederet, & in dei iudicio par-
uulis profuturam. Si enim uerè dicitur, Nos ni
hil fecimus: anima quę non peccauerit, ipsa cur
morietur? Nec illi peribunt sub dei iusto iudi-
cio, quos parentes suo scelere, quantum ad seip
sos attinet, perdiderunt. Illud uero quod in ea-
dem commemoratur epistola, quandam paruu
lam turbatis in fugam parẽtibus, nutrici dereli-
ctam, atq; ab eadem nutrice dæmonũ sacrilegijs
impactam, postea in ecclesia illatam sibi eucha-
ristiam miris motibus respuisse: ideo mihi uide
tur diuinitus factũ, ne maiores putarent nihil se
in paruulos in illa iniquitate peccare, sed potius
intelligerẽt, per illum significantẽ quodãmodo
gestũ corporis eorum qui loqui non poterãt, se
mirabiliter admoneri quid ipsi facere deberẽt,
qui post tantũ illud nefas sacramẽtis salutaribus

1 Thes. 5

Cyprianus excusatur

irrue

Universidad de Deusto
Biblioteca

irruebant,unde se utique pœnitendo abstinere deberent.Nec cum tale aliquid diuina prouidentia per infantulos agit,ipsos id agere scientia uel ratione credendum est.Neq; enim quia cuiusdam prophetæ dementiam deus uoluit, etiam asina loquente coercere,ideo admiranda est asinorũ sapientia.Porrò sicut per animal irrationale sonuit aliquid homini simillimũ,quod miraculo diuino non cordi asinino tribuẽdum sit:ita potuit omnipotens per infantis animam, non ubi ratio nulla erat,sed ubi adhuc sopita erat,gestu corporis eius ostendere,quid illi qui & in se & in paruulos suos peccauerant,curare deberent.Cæterum cum infans non redeat in parentem,ut cum illo & in illo unus homo sit, sed omnino alter sit,habens carnem suam & animam suam:Anima quæ peccauerit,ipsa morietur.Nec illud te moueat,quòd quidam non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt,ut gratia spiritali ad uitam regenerentur æternam,sed quòd eos putãt hoc remedio temporalem retinere uel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur,quia non ab istis hac intentione offeruntur.Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. Filios autem seu quoslibet paruulos,dæmoniorum sacrilegijs obligare conantes,spiritaliter sunt homicidæ.Nam in illis quidem interfectionem non faciunt,sed quantum in ipsis est,interfectores fiunt.Et recte illis dicitur quando ab hoc scelere prohibentur: Nolite occidere paruulos uestros.Non autem recte his dicitur:Nolite uerba sacramentorum,sine quibus consecrari paruulus non potest, recitare. Spiritus autem ille sanctus qui habitat in sanctis,ex quibus una illa columba deargentata charitatis igne conflatur,agit quod agit etiam per seruitutẽ,aliquando non solum simpliciter ignorantium,uerum etiam damnabiliter indignorum. Offeruntur quippe paruuli ad percipiẽdam spiritalem gratiam, non tam ab eis quorum gestantur manibus, quamuis & ab ipsis si & ipsi boni fideles sunt,quàm ab uniuersa societate sanctorum atq; fidelium.Ab omnibus nanq; offerri recte intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quorum sancta atq; indiuidua charitate ad communicationem sancti spiritus adiuuantur.Tota hoc ergo mater ecclesia quæ in sanctis est,facit:quia tota omnes,tota singulos parit.Nam si Christiani baptismi sacramentum quod unum atq; idipsum est,etiam apud hæreticos ualet & sufficit ad consecrationem,quamuis ad uitæ æternæ participationem non sufficiat,quæ consecratio rcum quidem facit hereticum extra domini gregem habentem dominicum characterem,corrigendum tamen admonet sana doctrina,non iterum similiter consecrandum:quanto potius in catholica ecclesia etiam per stipulæ ministerium frumenta purganda portantur,ut ad massæ societatem mediante area perducantur.Illud autem nolo te fallat,ut existimes reatus uinculum ex Adam tractum,aliter non posse dirumpi,nisi paruuli ad percipiendam Christi gratiam à parentibus offerantur. Sic enim scribens dicis,ut sicut parentes fuerunt autores ad eorum pœnam,per fidem parentum identidem iustificentur,cum uideas multos non offerri à parentibus,sed etiam à quibuslibet extraneis,sicut à dominis seruuli aliquando offeruntur.Et nonnunquã mortuis parentibus suis, paruuli baptizantur ab eis oblati,qui illis huiusmodi misericordiã præbere potuerunt.Aliquando etiam quos crudeliter parentes exposuerunt,nutriendos à quibuslibet,nonnũquam à sacris uirginibus colliguntur, & ab eis offeruntur ad baptismum. Quæ certe proprios filios non habuerunt ullos,nec habere disponũt: ac per hoc nihil aliud hic fieri uides,nisi quod in Euangelio scriptum est,cum dominus interrogasset,quis illi à latronibus sauciato,& semiuiuo in uia derelicto proximus fuisset.Responsum est enim,Qui in illum fecit misericordiã. Difficillimam sanè quæstionem tibi proposuisse uisus es,in extremo inquisitionis tuæ,ea uide licet intentione qua soles uehementer cauere mendacium. Si constituam,inquis,ante te paruulum,& interrogem, utrum cum creuerit futurus sit castus,uel fur non sit futurus:sine dubio respondebis,nescio. Et utrum in eadem paruula ætate constitutus,cogitet aliquid boni uel mali:dices,nescio. Si itaq; de moribus eius futuris nihil audes certi promittere,& de eius præsenti cogitatione,quid est illud quod quando ad baptismum offeruntur,pro eis parentes tanquam fidedictores respondent,& dicunt illos facere,quod illa ætas cogitare non potest:aut si potest,occultum est? Interrogamus enim eos à quibus offerũtur,& dicimus,Credit in deum: de illa ætate,quæ utrum sit Deus,ignoret: respondent,Credit:& ad cætera sic respondetur singula quæ geruntur. Vnde miror parentes in istis rebus,tam fidenter pro paruulo respondere,ut dicant eum tanta bona facere quæ ad horam qua baptizatur,baptizator interrogat, tamen eadem hora si subijciam,Erit castus qui baptizatur,aut non erit fur:nescio utrum audet dicere aliquis,Aliquid horum erit,aut non erit: sicut mihi sine dubitatione respondet,quòd credat in deum,& quòd se conuertat ad deum.Deinde scripta tua concludens,adiungis & dicis: Ad istas ergo quæstiones peto breuiter respondere digneris,ita ut non mihi de consuetudine prescribas,sed rationem reddas.His literis tuis lectis & relectis,& quãtum temporis angustiæ sinebant cõsideratis,recordatus sum Nebridiũ amicum meum,qui cum esset rerum obscurarũ ad doctrinam pietatis maxime pertinentiũ diligentissimus & acerrimus ingsitor,ualde oderat de quæstione magna responsionẽ breuẽ.Et quis quis hoc poposcisset,ægerrime ferebat,eũq; si eius

eius persona pateretur,uultu indignabũdus & uoce cohibebat,indignum deputans qui talia quæreret,cum de re tanta,tam multa dici posse deberet,nesciret. Sed ego tibi non similiter, ut solebat ille, succenseo. Es enim episcopus multis curis occupatus ut ego. Vnde nec tibi facile uacat prolixũ aliquid legere,nec mihi scribere.Nam ille tunc adolescens qui talia breuiter uolebat audire,& multa in nostra sermocinatione quærebat,ab ocioso quærebat ociosus.

De conse. dist. 4. quæris

Tu uero cogitans nunc,quis & à quo ista flagites,breuiter de re tanta respondere me iubes. Ecce facio quantum possum,dominus adiuuet, ut quod postulas possim.Nempe sæpe ita loquimur,ut pascha propinquante dicamus,crastinã uel perendinã domini passionem,cum ille ante tam multos annos passus sit,nec omnino nisi sub mel illa passio facta sit.Nempe ipso die domini co dicimus:Hodie dominus resurrexit,cum ex quo resurrexit tot anni transierunt.Cur nemo tam ineptus est,ut nos ita loquentes arguat esse mentitos,nisi quia istos dies secũdum illorum quibus hæc gesta sunt similitudinem nuncupamus,ut dicatur ipse dies qui non est ipse,sed reuolutione temporis similis eius:& dicatur illo die fieri,propter sacramẽti celebrationẽ,quod

Eucharistia

non illo die,sed iam olim factum est:Nonne semel immolatus est Christus in seipso,& tamen in sacramẽto non solum per omnes paschæ solẽnitates,sed omni die populis immolatur,nec utiq; mentitur qui interrogatus eum responderit immolari:Si enim sacramenta quandam similitudinem earum rerum quarum sacramenta sunt non haberent,omnino sacramenta non essent.Ex hac autem similitudine plerunq; etiam

4. sent. dist. 6. si uero 4. sent. dist. 4. nec tan.

ipsarum rerum nomina accipiũt.Sicut ergo secundum quendam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est,sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est,ita sacramentum fidei fides est.Nihil est autẽ aliud credere,quàm fidem habere.Ac per hoc cum respondetur paruulus credere,qui fidei nondum habet affectum,respondetur fidem habere propter fidei sacramentum,& conuertere se ad deum propter conuersionis sacramẽtum,quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti.Sicut de ipso baptismo Apostolus:Consepulti,inquit,sumus Christo per baptismũ in mortem.Non ait,sepulturam significamus!sed

Rom.6

prorsus ait,Consepulti sumus.Sacramẽtum ergo tantæ rei non nisi eiusdem rei uocabulo nuncupauit.Itaq; paruulum,etsi nondum fides illa quæ in credentium uoluntate consistit,iam tamen ipsius fidei sacramẽtum fidelẽ facit.Nam sicut credere respondetur,ita etiam fidelis uocatur,non rem ipsa mente annuendo,sed ipsius rei sacramentum percipiendo.Cum autem homo sapere cœperit,non illud sacramentum repetit sed intelligit,eiusq; ueritati cõsona etiam uoluntate coaptabitur.Hoc quamdiu non potest,ualebit sacramẽtum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates:& tantum ualebit ut si ante rationis usum ex hac uita emigrauerit,per ipsum sacramentũ commendante ecclesiæ charitate,ab illa cõdemnatione quæ per unum hominem intrauit in mundum,Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit & fieri non posse arbitratur,profecto infidelis est,& si habeat fidei sacramentum:longeq; melior est ille paruulus,qui etiam si fidem nondum habeat in cogitatione,non ei tamen obicem contrarię cogitationis opponit,unde sacramentum eius salubriter percipit.Respondi sicut existimo quæstionibus tuis,quantum attinet ad minus capaces & ad contẽtiosos non satis,quantum ad paratos & intelligentes plus forte quam sat est. Nec tibi ad excusationem meam obieci firmissimam cõsuetudinem,sed saluberrimæ consuetudinis reddidi quàm potui rationem.

Hieronymus Augustino & Alipio. aduersus Hieronymi libros quos scripsit contra Pelagianos, rescripserat Anianus quidam diaconus:hortatur itaq; Augustinum,ut ipse potius illi respondeat. Epistola XXIIII

Dominis uere sanctis atque omni affectione ac iure uenerandis, Alipio & Augustino episcopis,Hieronymus in Christo Salutem.

S Anctus Innocentius presbyter, qui huius sermonis est portitor,ãno præterito quasi nequaquam in Africam reuersurus,mea ad dignationem uestram scripta non sumpsit. Tamen deo gratias agimus, quod ita euenit ut nostrum silentium uestris epistolis uinceretis. Mihi enim omnis occasio gratissima est per quam scribo uestræ reuerentię,testem inuocans deum,quòd si posset fieri,assumptis alis columbæ,uestris amplexibus implicarer: semper quidem pro merito uirtutum uestrarum,sed nunc maxime quia cooperatoribus & adiutoribus uobis hæresis Celestina iugulata est:quæ ita infecit corda multorum,ut cum superatos damnatosq; esse se sentiant,tamen uenena mentium non omittant,& quod solum possunt nos oderint,per quos putant se libertatem docendæ hæreseos perdidisse. Quod autem quæritis utrum rescripserim contra libros Anniani pseudodiaconi Celedẽsis,qui copiosissime pascitur ut alienæ blasphemiæ uerba friuola subministret,sciatis me ipsos libros in schedulis missos à sancto fratre Eusebio presbytero suscepisse,non ante multum temporis, & exinde uel ingruentibus morbis uel dormitione sanctæ & uenerabilis filiæ uestræ Eustochij ita doluisse,ut propemodũ contemnendos putarem.In eodem enim luto hæsitat,& exceptis uerbis tinnulis atque emendicatis nihil aliud loquitur. Tamen multum egimus,ut dum epistolæ meæ respondere conatur, apertius se proderet, & blasphemias suas omnibus patefaceret. Quicquid enim in illa misera

Celestini iudẽ qui Pelagiani

Eustochij mors

Universidad de Deusto
Biblioteca

miserabili synodo Diospolitana dixisse se dene A
gat, in hoc opere profitetur, nec grande est ine/
ptissimis nænijs respondere. Si autem dominus
uitam tribuerit, & notariorum habuerimus co/
piam, paucis lucubratiunculis respondebimus,
non ut conuincamus hæresim emortuam, sed ut
imperitiam atq; blasphemiam eius nostris ser/
monibus cõfutemus. Meliusq; hoc faceret san/
ctitas uestra, ne compellamur cõtra hæreticum
nostra laudare. Sancti filij communes Albina
Pinianus & Melania plurimum uos salutant.
Has literulas de sancta Bethleem sancto pres/
bytero Innocẽtio dedi perferendas. Neptis ue
stra Paula miserabiliter precatur, ut memores
eius sitis, & multum uos salutat. Incolumes uos
& memores mei domini nostri Iesu Christi tu/ B
eatur clementia, domini uerè sancti atq; omni
affectione uenerabiles patres.

Hieronymus Augustino, gratulans illi quòd hæ
reticorum omnium meruerit odium, quod qui/
dem gaudet sibi cum illo esse commune. De Do
natistis potissimum sentit. Epistola XXV

Domino sancto ac beatissimo papæ
Augustino, Hieronymus.

Mni quidem tẽpore beatitudinem
O tuam eo quo decet honore uenera/
tus sum, & habitãtem in te dilexi do
minum saluatorem, sed nunc si fieri
potest cumulo aliquid addimus & pler a com/
plemus, ut absq; tui nominis mẽtione ne unam
quidem horam præterire patiamur, qui contra C
flantes uẽtos ardore fidei perstitisti, maluisti q;,
quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis,
quàm cum pereuntibus commorari. Scit quid
dicam prudentia tua. Macte uirtute in orbe ce/
lebraris, catholici te conditorem antiquæ rur/
sum fidei uenerantur, atq; suspiciunt: & quod si
gnum maioris gloriæ est, omnes hæretici dete
stantur: & me pari persequuntur odio, ut quos
gladijs nequeũt, uoto interficiant. Incolumem
& mei memorem te Christi domini clementia
tueatur domine uenerande & beatissime papa.

Hieronymus Augustino, per ænigma significãs
illi Romam esse captã à Gothis, nec tamen agno
scere manum dei, sed accersitis auxilijs moliri re
bellionem. Epistola XXVI D

Vlti utroque claudicant pede, & ne
M fractis quidem ceruicibus inclinan/
tur, habentes affectum erroris pristi
ni, cum prædicandi eandem non ha
beant libertatem. Sancti fratres qui cum nostra
sunt paruitate, præcipuè sanctæ ac uenerabiles
filiæ tuæ suppliciter te salutant. Fratres tuos do
minum meum Alipium, & dominum meum
Euodium, ut meo nomine salutes precor coro/
nam tuam. Capta Hierusalem tenetur à Nabu/
chodonosor, nec Hieremiæ uult audire consi/
lia, quin potius Aegyptum desiderat, ut moria/
tur in Taphnes, & ibi seruitute pereat sem/
piterna.

Hieronymus Marcellino & Anapsychiæ, expo/
nens diuersas & ueterum & recentium sentẽtias
de origine animarum, hortans ut reliqua petant
ab Augustino, indicansq; quibus ipse sit occu/
patus studijs. Epistola XXVII

Dominis uerè sanctis atq; omni officiorum cha
ritate uenerandis filijs Marcellino & Anapsy/
chiæ, Hieronymus in Christo Salutem.

Andem ex Aphrica uestræ literas
T unanimitatis accepi, & non me pœ/
nitet impudentiæ, qua tacẽtibus uo/
bis epistolas meas frequenter inges/
si, ut rescriptum mererer, & uos esse sospites nõ
alijs nunciantibus, sed uestro potissimũ sermo/
ne cognoscerem. Super animę statu memini ue *Animæ è*
stræ quæstiunculæ, imò maxime ecclesiasticæ *cœlo lapsæ*
quæstionis: Vtrum lapsa de cœlo sit, ut Pytha/
goras philosophus, omnesq; Platonici, & Ori/
genes putant, anima: An à propria dei substan/
tia, ut Stoici, Manichæus, & Hispaniæ Prisci/
liani hæreses suspicantur: An in thesauro habe/
antur dei olim conditæ, ut quidam ecclesiastici
stulta persuasione cõfidunt: An quotidie à deo
fiant, & mittantur in corpora, secundum illud
quod in Euãgelio scriptum est: Pater meus usq; Io. 5
modo operatur, & ego operor: An certe ex tra/
duce, ut Tertullianus, Apollinaris, & maxima *Tertullianus*
pars Occidentalium autumãt, ut quomodo cor *Apollinaris*
pus ex corpore, sic anima nascatur ex anima, &
simili cum brutis animantibus conditione sub/
sistãt. Super quo quid mihi uideatur, in opuscu/
lis cõtra Ruffinum scripsisse me noui aduersus
eum libellum, quem sanctæ memoriæ Anasta/
sio episcopo Romanæ ecclesiæ dedit. In quo lu
brica & subdola, imò stulta confessione, dum
auditorũ simplicitati illudere nititur, suæ fidei,
imò perfidiæ illusit, quos libros reor sanctũ pa/
rentem uestrum habere Oceanum. Olim enim
æditi sunt multis Ruffini libris aduersus calum
nias respõdẽtes. Certe habes ibi uirũ sanctũ &
eruditũ Augustinũ episcopũ, qui uiua (ut aiũt)
uoce docere te poterit, & suam, imò per se no/
stram explicare sententiam. Et Ezechielis uolu
men olim aggredi uolui, & sponsionem creber
rimam studiosis lectoribus reddere, sed in ipso D
dictandi exordio, ita animus meus Occidenta/
lium prouinciarum, & maxime urbis Romanæ
uastatione confusus est, ut iuxta uulgare prouer
bium, proprium quoq; ignorarem uocabulum,
diuq; tacui, sciens tempus esse lachrymarum.
Hoc autem anno cum tres explicassem libros,
subitus impetus barbarorum, de quibus tuus di
cit Vergilius: Lateq; uagantes Barcæi: & san/ *Virgilius*
cta Scriptura de Ismahel: contra faciem omniũ
fratrum suorũ habitabit, sic Aegypti limitem,
Palæstinæ, Phœnices, Syriæ percurrit instar
torrẽtis cuncta secum trahens, ut uix manus eo
rum misericordia Christi potuerimus euadere.
Quòd si iuxta inclytum oratorem silent inter ar *Cicero*
ma leges, quanto magis studia scripturarũ, quæ

& libro

& librorum multitudine & silẽtio, ac librariorũ A
sedulitate, quod q; propriũ est securitate & ocio
dictantium indigent: Duos itaq; libros missi san
ctæ filiæ meæ Fabiolæ, quorum exempla si uo/
lueris, ab ipsa poteris mutuari. Pro angustia qp
pe temporis alios describere non potui, quos
cum legeris & uestibula uideris, facilis conie/
ctura erit, qualis ipsa sit futura domus. Sed cre/
do in dei misericordia, qui nos adiuuit in diffi/
cillimo principio supradicti operis, quod ipse
adiuuet & in penultimis prophetæ partibus, in
quibus Gog & Magog bella narrãtur, & in ex/
tremis in quibus sacratissimi & inexplicabilis
templi ædificatio, uarietas mensuraq; describi
tur. Sanctus frater noster Oceanus, cui uos cu/
pitis commendari, tantus & talis est, & sic eru/ B
ditus in lege domini, ut absq; nostro rogatu in/
struere uos possit, & nostram super cunctis quę
stionibus scripturarum pro modulo communis
ingenij explicare sententiam. Incolumes uos &
prolixa ætate florentes, Christus deus noster
tueatur omnipotens domini uerè sancti.

Augustinus Hieronymo, recensens uarias de anima/
rum origine sententias, cupit doceri quæ potissimum
tenenda sit, aduersus Pelagianos. Epist. XXVIII

Eum nostrum qui nos uocauit in su/
D um regnum & gloriam, & rogaui &
rogo, ut hoc quod ad te scribo san/
ctæ frater Hieronyme, consulens te
de his quæ nescio, fructuosum esse nobis uelit.
Quanquam enim te multo quàm ego sum æta/ C
te maiorem, tamen etiam ipse iam senex consu
lo: sed ad discendum quod opus est, nulla mihi
ætas sera uideri potest, quia & si senes magis de
cet docere quàm discere, magis tamen discere
quàm quid doceant ignorare. Nihil equidem
molestius fero in omnibus angustijs meis quas
patior in difficillimis quæstionibus, quàm in tã
lõginqua tuæ charitatis absentia, ut uix possim
meas dare uel recipere literas tuas, per interual
la non dierum, non mensium, sed aliquot anno/
rum: cum, si fieri posset, quotidie præsentem te
habere uellem, cum quo loquerer quicquid uel
lem. Nec ideo tamẽ non debui facere quod po
tui, si nõ potui totum quod uolui. Ecce uenit ad
me religiosus iuuenis, catholica pace frater, ęta D
te filius, honore compresbyter noster Orosius,
uigil ingenio, paratus eloquio, flagrans studio,
utile uas in domo domini esse desiderans, ad re/
fellẽdas falsas pernicioſasq; doctrinas, quæ ani
mas Hispanorum multò infelicius quàm corpo
ra barbaricus gladius trucidarũt. Nam inde ad
nos usq; ab Oceani litore properauit, fama exci
tus, quod à me posset de his quæ scire uellet q;/
quid uellet audire. Neq; nullum cœpit aduen/
tus sui fructum. Primò ne de me multum famæ
crederet. Deinde docui hominem quod potui:
quod autem non potui, unde discere posset, ad/
monui, atq; ut ad te iret hortatus sum. Qua in re
consilium uel præceptum meum, cum libenter

& obediẽter acciperet, rogaui eum ut abs te ue/
niens, per nos ad propria remearet. Quam eius
pollicitationem tenens, occasionem mihi credi
di à domino esse concessam, qua tibi scriberem
de his quæ per te scire cupio. Quærebam enim
quem ad te mitterem, nec mihi facile occurre/
bat idoneus & fide agendi, & alacritate obedi/
endi, & exercitatione peregrinandi. Vbi ergo
istum iuuenẽ expertus sum, eumipsum esse qua
lem à domino petebam, dubitare nõ potui. Ac/
cipe igitur quæ mihi peto aperiri, ac disserere
nõ graueris. Quæstio de anima multos mouet, *Diuisio*
in quibus & me esse cõfiteor. Nam quid de ani/ *epistolæ*
ma firmissime teneam, non tacebo. Deinde sub
iungam, quid mihi adhuc expediri uelim. Ani/
ma hominis, immortalis est, secundũ quendam
modũ suum. Non enim omnimodo sicut deus, *Solus deus uè*
de quo dictum est, quia solus habet immortali/ *rè immortalis*
tatem. Nam de animæ mortibus sancta scriptu
ra multa cõmemorat. Vnde illud est: Sine mor
tuos sepelire mortuos suos. Sed quòd ita mori/
tur alienata à uita dei, ut tamen in natura sua ui/
uere non omnino desistat: ita mortalis ex aliqua
causa inuenitur, ut etiam immortalis nõ sine ra
tione dicatur. Non est pars dei, anima. Si enim *Anima non*
hoc esset, omnino incommutabilis atq; incorru *est pars dei*
ptibilis esset. Quod si esset, nec deficeret in dete
rius; nec proficeret in melius: nec aliquid in se/
metipsa uel inciperet habere quod non habe/
bat, uel desineret habere quod habebat, quantũ
ad eius ipsius affectiones pertinet. Quàm uero
aliter se habeat, non opus est extrinsecus testi/
monio, quisquis seipsum aduertit, agnoscit. Fru
stra autem dicitur ab eis, qui animã dei partem
esse uolunt, hanc eius labem ac turpitudinẽ quã
uidemus in nequissimis hominibus, hanc deni/
que infirmitatem & ægritudinem quam senti/
mus in omnibus hominibus, non ex ipsa illi es/
se, sed ex corpore. Quid interest unde ægrotet,
quæ si esset incõmutabilis aliquo modo, undeli
bet ægrotare non posset. Nam quod uerè incõ/
mutabile & incorruptibile est, nullius rei acces/
su commutari uel corrumpi potest. Alioquin
non Achillea tantum, sicut fabulæ ferunt, sed *Achilles in/*
omnis caro esset inuulnerabilis, si nullus ei ca/ *uulnerabilis*
sus accideret. Non est itaq; natura incommuta
bilis, quæ aliquo modo, aliqua causa, aliqua par
te mutabilis est. Deum autem nefas est, nisi ue/
rè summeq; incommutabilem credere. Non est
igitur anima pars dei. Incorpoream quoq; esse *Anima in/*
animã, & si difficile tardioribus persuaderi po/ *corporea*
test, mihi tamen fateor esse persuasum. Sed ne
uerbi controuersiã uel superfluò faciam uel me/
ritò patiar, quoniam cum de re constat, non est
opus certare de nomine: si corpus est, omnis
substantia uel essentia, uel si quid aptius nuncu/
patur id quod aliquo modo est in seipso, corpus
est anima. Item si eam solam incorpoream pla/
cet appellare naturam, quæ summè incommuta
bilis & ubiq; tota est, corpus est anima, quoniã

Universidad de Deusto
Biblioteca

tale aliquid ipsa non est. Porrò si corpus nō est, nisi quod per loci spacium aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita sistitur uel mouetur, ut maiore sui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiorem, minusq; sit in parte quàm in toto, non est corpus anima. Per totum quippe corpus quod animat, non locali diffusione, sed quadam uitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius particulas tota simul adest, nec minor in minoribus, & in maioribus maior, sed alicubi intentius, alicubi remissius, & in omnibus tota, & in singulis tota est. Neq; enim aliter quod in corpore etiam non toto sentit, tamen tota sentit. Nam cum exiguo puncto in carne uiua aliquid tangitur, quamuis locus ille non solum totius corporis non sit, sed uix in corpore uideatur, animam tamen totam non latet: neq; id quod sentitur per corporis cuncta discurrit, sed ibi tantum sentitur ubi sit. Vnde ergo ad totam mox peruenit, quòd nō in toto fit, nisi quia & ibi tota est ubi fit, nec ut tota ibi sit cętera deserit. Viuunt enim & illa ea præsente, ubi nihil tale factum est. Quod si fieret, & utrunq; simul fieret, simul utrunq; totam pariter non lateret. Proinde & in omnibus simul & in singulis particulis corporis sui, tota simul esse non posset, si per illas ita diffunderetur, ut uidemus corpora diffusa per spacia locorum, minoribus suis partibus minora occupare, & amplioribus ampliora. Quapropter si anima corpus esse dicenda est, non est certè corpus quale terrenum est, nec quale humidum, aut aereum, aut æthereum. Omnia quippe talia maiora, sunt in maioribus locis, & minora in minoribus, & nihil eorum in aliqua sui parte totum adest: sed ut sunt partes locorum, ita occupantur partibus corporū. Vnde intelligitur anima siue corpus siue incorporea dicenda sit, propriam quandam habere naturam, omnibus his mundanæ molis elementis excellentiore substantia creatam, quæ uerà citer non possit in aliqua phantasia corporalium imaginum quas per carnis sensus percipimus cogitari, sed mente intelligi, uitaq; sentiri. Nec hæc perinde loquor, ut quæ tibi nota sunt, doceam: sed ut aperiam quid firmissimè de anima teneam, ne me quisquam cum ad ea uenero quæ requiro, nihil de anima uel scientia uel fide tenere arbitretur. Certus etiam sum animam nulla dei culpa, nulla dei necessitate uel sua, sed propria uoluntate in peccatum esse collapsam: nec liberari posse de corpore mortis huius uel suæ uoluntatis uirtute tanquam sibi ad hoc sufficiente, uel ipsius corporis morte, sed gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum: nec omnino esse animam ullam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberationem mediator dei & hominū homo Christus Iesus. Quæcunq; autem sine gratia mediatoris & sacramēto eius in qualibet corporis ætate de corpore exierit, & in pœnam futuram & in ultimo iudicio recepturam corpus ad pœnam. Si autem post generationem humanam quæ facta est ex Adam, regeneretur in Christo, ad eius pertinens societatem, & requiem post mortem corporis habituram, & corpus ad gloriam recepturam. Hæc sunt quæ de anima firmissimè teneo. Nunc accipe quæso quid requiram, & noli me spernere, sic nō te spernat qui pro nobis dignatus est sperni. Quæro ubi contraxerit anima reatum, quo trahatur in condemnationem, etiam infantis morte præuenti, si ei per sacramentum quo etiam paruuli baptizantur, Christi gratia non subuenerit. Non enim es ex illis qui modo noua quædam garrire cœperunt, dicentes, nullum reatum esse ex Adam tractum, qui per baptismum in infante soluatur. Quod te sapere si scirem, imò nisi te id non sapere scirem, nequaquam hoc abs te quærerem aut quærendum putarem. Sed quia tenemus de hac re sententiam tuam concinentem catholicæ fundatissimæ fidei, qua & Iouiniani uaniloquia redarguens, adhibuisti testimoniū ex libro Iob: Nemo mundus in conspectu tuo, nec infans cuius est diei unius uita super terram. Deinde subiunxisti: Tenemurq; rei in similitudinem prævaricationis Adæ: & liber tuus in Ionam prophetam satis hoc insigniter dilucideq; declarat, ubi ieiunare paruulos propter ipsum originale peccatum, meritò coactos esse dixisti, Non inconuenienter abs te quæro, hunc reatum anima ubi contraxerit, unde oporteat eam etiam in illa ætate per sacramentum Christianæ gratiæ liberari. Ego quidem ante aliquot annos quum libros quosdam scriberem De libero arbitrio, qui in multorum manus exierunt, & nunc habentur à plurimis, quatuor opiniones de animæ incarnatione, Vtrum ex illa una quæ primo homini data est cæteræ propagentur: An singulis quibusque nouæ etiam modo fiant: An alicubi iam existentes, uel mittantur diuinitus, uel sponte labantur in corpora, ita putaui esse tractandas, ut quælibet earum uera esset, non impediret intentionem meam, qua tunc aduersus eos quantis poteram uiribus agebam, qui naturā mali suò principio præditam, aduersus deum cōnantur inducere, id est, contra Manichæos. Nam de Priscillianistis adhuc nihil audieram, qui non multum ab istis dissimiles blasphemias fabulantur. Ideo quintam opinionem nō addidi, quam in tua epistola inter cæteras commemorasti, ne aliquam præterires, ubi de hac quæstione interroganti, rescripsisti religiosæ memoriæ uiro nobisq; in Christi charitate gratissimo Marcellino, quòd anima non sit pars dei. Primò, quia non de incarnatione eius, sed de natura quæritur, cum hoc quæritur. Deinde quia hic hoc sentiunt illi contra quos agebam, & id maxime agebam, ut creatoris inculpabilem inuiolabilemq; naturam à creaturæ uitijs & labe secernerem, cum illi à substantia mali, cui proprium

Animæ reatus unde

Pelagiū notat

Quæstio pro quæ. ita scribendum locis tur

Anima sua culpa lapsa sola dei misericordia liberatur

principium principesq; tribuunt, ipsam boni dei substantiam ex parte qua capta est corruptam & oppressam, & ad peccādi necessitatem perductam esse contendunt. Hoc itaq; excepto hæreticæ opinionis errore, ex quatuor reliquis opinionibus, quæ nam sit eligenda scire desidero. Quæcunq; enim eligenda est, absit ut impugnet hanc fidem de qua certi sumus, omni animæ etiam paruuli infantis necessariam esse liberationem ex obligatiōe peccati, eamq; nullam esse nisi per Iesum Christum & hunc crucifixum. Proinde ne longum faciamus, hoc certè sentis, quòd singulas animas singulis nascentibus etiam modò deus faciat. Cui sententiæ ne obijciatur quòd omnes creaturas sexto die consummauerit deus, & septimo die requieuerit, adhibes testimonium ex Euāgelio: Pater meus usq; nunc operatur, & ego operor. Sic enim ad Marcellinum scripsisti: In qua epistola etiam mei commemorationem beneuolentissimè facere dignatus es, quòd hic me haberet in Africa, qui ei ipsam facilius posset explicare sententiam. Quod si potuissem, non ille hoc abs te tam longe posito inquireret, si tamen id tibi ex Africa scripsit. Nam quando scripserit nescio, tantum scio quòd de hoc benè cognouerit cunctationem meam. Vnde me inconsulto facere uoluit, quanquā etiam si consuleret, magis hortarer, & gratias agerem quòd nobis conferre omnibus posset, nisi tu breuiter rescribere ēq; respondere maluisses. Credo ne superfluò laborares, ubi ego essem, quem putabas id optimè scire, quòd ille quæsiuerat. Ecce uolo ut illa sententia etiam mea sit, sed nondum esse confirmo. Misisti ad me discipulos, ut ea doceam quę nondum ipse didici. Doce ergo quod doceam. Nam ut doceam multi à me flagitant, eisq; me sicut alia multa & hoc ignorare confiteor. Et fortasse quamuis in os meum uerecundentur, tamen apud se dicunt: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Quod quidem Dominus ei dixit qui erat unus illorum quos delectabat uocari Rabbi. Vnde etiam ad uerum magistrum nocte uenerat, quia fortassis erubescebat discere, qui docere consueuerat: me autem potius magistrum audire, quàm uelut magistrum delectat audiri. Recolo enim quid dixerit eis quos præ cæteris elegit: Vos autem, inquit, nolite uocari ab hominibus Rabbi: unus enim est magister uester, Christus. Nec alius docuit Moysen per Ietro, nec alius Cornelium etiam per priorem Petrum, nec alius Petrum etiam per posteriorem Paulum. A quocunq; enim uerum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa ueritas. Quid si ideo adhuc ista nescimus, & ea neq; orando, neque legendo, neq; cogitando & ratiocinando inuenire potuimus, ut probemur non solum indoctos quanta charitate doceamus, uerum à doctis etiam quanta humilitate discamus? Doce ergo quæso quod doceam, doce quod teneam, & dic mihi si animæ singillatim in singulis nascentibus fiunt, ubi in paruulis peccent, ut indigeant in sacramento Christi remissione peccati, peccantes in Adam, ex quo caro est propagata peccati: Aut si non peccant, qua iustitia creatoris ita peccato obligantur alieno, cum exinde propagatis membris mortalibus inseruntur, ut eas nisi per ecclesiam subuentum fuerit, damnatio cōsequatur, cum in earum potestate non sit, ut eis possit gratia baptismi subueniri. Tot igitur animarum milia quæ in mortibus paruulorum sine indulgentia Christiani sacramenti de corporibus exeunt, qua æquitate damnantur, si nouæ creatæ nullo suo præcedēte peccato, sed uoluntate creatoris singulæ singulis nascentibus adhæserunt, quibus eas animandis ille creauit & dedit, qui utique nouerat quod unaquæq; earum nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura? Quoniam igitur neque de deo possumus dicere, quòd uel cogat animas fieri peccatrices, uel puniat innocentes, neq; negare fas nobis est, eas quæ sine Christi sacramento de corporibus exierint, etiam paruulorum non nisi in damnationem trahi: obsecro te, quomodo hæc opinio defenditur, qua creduntur animæ non ex illa una primi hominis fieri omnes, sed sicut illa una uni, ita singulis singulæ? Ea uerò quæ dicuntur alia contra hanc opinionem, facilè puto me posse refellere, sicuti est illud, quo eam sibi quidam uidentur urgere, quomodo consummauerit deus omnia opera sua sexto die, & septimo requieuit, si nouas adhuc animas creat? Quibus si dixerimus q̄d ex Euangelio in supradicta epistola posuisti, Pater meus usq; nunc operatur: Respondent, operatur, dictum est institutas administrando, non nouas instituendo naturas, ne scripturæ Geneseos contradicatur, ubi aperte legitur, consummasse deū omnia opera sua. Nam & quod eum scriptum est requieuisse, utiq; à creandis nouis creaturis intelligendum est, non à gubernandis, quia tunc ea quæ non erant, fecit, à quibus faciendis requieuit: quia consummauerat omnia quæ antequam essent uidit esse facienda, ut deinceps non ea quæ non erant, sed ex his quæ iam erant, crearet, & faceret quicquid faceret. Ita utrunq; uerum esse monstratur, & quod dictum est, Requieuit ab operibus suis: & quod dictum est, Vsque nunc operatur: quoniam Genesi non potest Euangelium esse contrarium. Verum his qui hæc ideo dicunt, ne credatur modò deus, sicut illam unam nouas animas quę non erant facere, sed ex illa una quæ iam erat eas creare, uel ex fonte aliquo siue thesauro quodam quem tunc fecit, eas mittere, facile respondetur, etiam illis sex diebus multa deum creasse ex his naturis quas iam creauerat, sicut ex aquis alites & pisces: ex terra autem arbores, fœnum, animalia: sed quòd ea quæ non erant tunc fecerit, manifestum est. Nulla enim erat auis,

Argumētum Pelagianorū

Singulorū animæ singulæ

Gen. 2

Mat. 23

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullus piſcis,nulla arbor,nullum animal:& be/ A
ne intelligitur ab his creatis requieuiſſe, quæ
non erant,& creata ſunt:id eſt,ceſſaſſe,ne ultra
Animarum fons quæ non erant,crearentur. Sed nunc quòd dici
tur, animas non in neſcio quo fonte iam exi/
ſtentes mittere,nec de ſeipſo tanquam ſuas par
ticulas irrorare,nec de illa una originaliter tra/
here, nec pro delictis ante carnem commiſſis
carneis uinculis compedire: ſed nouas creare
ſingulas ſingulis ſuam cuique naſcenti,non ali/
quid facere dicitur,quod ante non fecerat. Iam
enim ſexto die fecerat hominem ad imaginem
ſuam,quod utique ſecundum animam rationa/
lem feciſſe intelligitur. Hoc & nunc facit,non
inſtituendo quod non erat,ſed multiplicando
quod erat. Vnde & illud uerum eſt,quòd à re/ B
bus quæ non erant inſtituendis, requieuit. Et
hoc uerum eſt, quòd non ſolum gubernando
quæ fecit,uerum etiam aliquid non quod non/
dum,ſed quod iam creauerat,numeroſius cre/
ando uſq; nunc operatur. Vel ſic ergo uel alio
modo quolibet eximus ab eo quod nobis obij/
citur de requie dei ab operibus ſuis,ne propter
ea non credamus nunc uſq; fieri animas nouas,
non ex illa una,ſed ſicut illã unã. Nam quod di
Anima cur datur mox morituris citur, quare facit animas eis quos nouit citò mo
rituros? Poſſumus reſpondere,parentum hinc
peccata uel conuinci uel flagellari. Poſſumus
etiam recte illius moderationi iſta relinquere,
Vniuerſi concentus quem ſcimus omnibus temporaliter tranſeun/
tibus rebus,ubi ſunt etiam animalium ortus & C
obitus,curſum ornatiſſimum atque ordinatiſſi/
mum dare:ſed nos iſta ſentire non poſſe,quæ ſi
ſentiremus,delectatiõe ineffabili mulceremur.
Eſt apud Eſa. cap. 40. iuxta editionem Septuaginta, ὁ ἐκφέρων κατ' ἀριθμὸν τὸν κόσμον αὐτοῦ Non enim fruſtra per Prophetam qui hæc diui
nitus inſpirata didicerat,dictũ eſt de deo: Qui
profert numeroſe ſeculum. Vnde muſica,id eſt
ſcientia ſenſus ue bene modulandi,ad admoni/
tionem magnæ rei, etiam mortalibus rationa/
les habentibus animas dei largitate cõceſſa eſt.
Vnde ſi homo faciendi carminis artifex,nouit
quas quibus moras uocibus tribuat, ut illud
quod canitur decedentibus ac ſuccedentibus
ſonis pulcherrimè currat ac tranſeat: quantoma
gis deus,cuius ſapientia per quam fecit omnia,
longè omnibus artibus præferenda eſt,nulla in D
naturis naſcentibus & occidẽtibus temporum
ſpacia,quæ tanquam ſyllabæ ac uerba ad parti/
culas huius ſeculi pertinent, in hoc labentium
rerum tãquam mirabili cantico,uel breuius,uel
productius, ꝙ modulatio præcognita & præ/
finita depoſcit,præterire permittit? Hoc cum
etiã de arboris folio dixerim,& de noſtrorum
numero capillorum,quanto magis de hominis
ortu & occaſu, cuius temporalis uita breuius
productiusq; non tenditur,quàm deus diſpoſi/
tor temporum nouit uniuerſitatis moderamini
conſonare? Id etiam quod aiunt: Omne quod
in tempore cœpit eſſe,immortale eſſe non poſ/
ſe: quia omnia orta occidunt,& aucta ſeneſcũt,
ut eo modo credi cogant, animum humanum A
ideo eſſe immortalem,quod ante omnia tempo
ra ſit creatus,non mouet fidem noſtram. Vt e/
nim alia taceam, cœpit eſſe in tempore immor/
talitas carnis Chriſti,quæ tamen iam non mo/
ritur, & mors ei ultrà non dominabitur. Illud
uerò quod in libro aduerſus Ruffinum poſuiſti,
quoſdam huic ſententiæ calumniari,quòd deum
dare animas adulterinis conceptibus uideatur
indignum,unde conantur aſtruere meritis ge/
ſtæ ante carnem uitæ,animas quaſi ad ergaſtu/ *Platonis ſententia*
la huiuſmodi iuſtè poſſe perduci,non me mo/
uet multa cogitantem,quibus hæc poſſit calum
nia refutari. Et quod ipſe reſpondiſti,non eſſe
uitium ſementis in tritico quod furto dicitur eſ/
ſe ſublatum,ſed in eo qui frumenta furatus eſt,
nec idcirco terram non debuiſſe gremio ſuo ſe/
mina confouere,quia ſator immunda ea proie/
cerit manu,elegantiſſima ſimilitudo eſt. Quam
& ante quàm legerem,nullas mihi obiectio iſta
de adulterinis fœtibus in hac quæſtione facie/
bat anguſtias,generaliter intuenti multa bona
deum facere, etiam de noſtris malis, noſtriſq;
peccatis. Animalis autem cuiuſcunq; creatio,ſi
habeat pium prudentemq; conſideratorem,in/
effabilem laudem creatori excitat,quanto ma/
gis creatio non cuiuslibet animalis,ſed homi/
nis? Si autem cauſa creandi quæritur,nulla ci/
tius & melius reſpõdetur,niſi quia omnis crea/
tura dei bona eſt. Et quid dignius,quàm ut bo/
na faciat bonus deus,quæ nemo poteſt facere, C
niſi deus? Hæc & alia quæ poſſum, ſicut poſ/
ſum dico,aduerſus eos qui hãc opinionem,qua
creduntur animæ ſicut illa una ſingulis fieri,la/
befactare conãtur. Sed cum ad pœnas uentum
eſt paruulorum, magnis mihi crede coartor an/
guſtijs,nec quid reſpondeam prorſus inuenio:
non ſolum eas pœnas dico quas habet poſt hãc
uitam illa damnatio,quò neceſſe eſt trahantur,
ſi de corpore exierint ſine Chriſtianæ gratiæ ſa
cramento,ſed eas ipſas quæ in hac uita dolen/
tibus nobis uerſantur ante oculos,quas enume
rare ſi uelim,prius tempus quàm exempla defi/
cient. Langueſcunt ægritudinibus,torquentur
doloribus,fame & ſiti cruciantur,debilitantur
membris, priuantur ſenſibus, uexantur ab im/ D
mundis ſpiritibus. Demonſtrandum eſt utique
quomodo iſta ſine ulla ſua mala cauſa iuſtè pa/
tiantur. Non enim dici fas eſt,aut iſta ignoran/
te deo fieri,aut eum non poſſe reſiſtere facien/
tibus,aut iniuſtè iſta uel facere uel permittere.
Nunquid nam ſicut illa animalia irrationabilia
recte dicimus in uſus dari naturis excellentio/
ribus,&ſi uitioſis,ſicut apertiſſime in Euange/
lio uidemus,porcos ad uſum deſideratum con/ *Mat. 8*
ceſſos eſſe dæmonibus,hoc & de homine recte
poſſumus dicere? Animal eſt enim,ſed rationa
le,&ſi mortale. Anima eſt rationalis in illis
membris,quæ tantis afflictionibus pœnas luit.
Deus bonus eſt,deus iuſtus eſt,deus omnipo/
tens

tens eſt,hoc dubitare omnino demẽtis eſt. Tan A
torum ergo malorum quæ fiunt in paruulis,cau
ſa iuſta dicatur. Nempe cũ maiores iſta patiun/
tur,ſolemus dicere,aut ſicut in Iob merita exa/
minari,aut ſicut in Herode peccata puniri. Et
de quibuſdam exemplis quæ deus manifeſta eſ
ſe uoluit,alia quæ obſcura ſunt hominum conie
ctare cõceditur,ſed hoc in maioribus. De par/
uulis autem quid reſpondeamus ediſſere,ſi pœ/
nis tantis nulla in eis ſunt punienda peccata.
Nam utiq; nulla eſt in illis ætatibus examinan/
da iuſticia. De ingeniorũ uerò diuerſitate quid
dicam,quæ quidem in paruulis latet,ſed ab ip/
ſis exordijs naturalibus ducta,apparet in gran/
dibus,quorum nonnulli tam tardi & obliuioſi
ſunt,ut ne prima quidem diſcere literarum ele/ B
menta potuerint. Quidam uerò tantæ ſunt fa/
tuitatis,ut non multum à pecoribus differant,
quos moriones uulgò uocant. Reſpõdetur for/
taſſe,corpora hoc faciunt. Sed nunquid ſecun/
dum hanc ſententiam quam defendi uolumus,
anima ſibi corpus elegit,& in eligendo cum fal
leretur,errauit? Aut cum in corpus cogeretur
intrare neceſſitate naſcendi,alia corpora præ/
occupantibus animarum turbis,ipſa aliud non
inuenit? & ſicut in ſpectaculo aliquo locum,ita
carnem non quam uoluit,ſed quam ualuit,oc/
cupauit? Nunquid hæc & talia uel dicere poſ/
ſumus uel ſentire debemus? Doce igitur quid
ſentire,quid dicere debeamus,ut conſtet nobis
ratio nouarum animarũ ſingillatimq; factarum C
ſingulis corporibus. Ego quidem non de inge/
nijs, ſed ſaltem de pœnis paruulorum, quas in
Lib. 3 De libero arbitrio hac uita patiuntur, dixi aliquid in libris illis De
libero arbitrio. Quod quale ſit, & cur mihi in
iſta quam habemus in manibus quæſtione non
ſufficiat, intimabo, & eum ipſum de tertio libro
locum ſecerptum his literis inſeram. Nam ita
ſe habet. De cruciatibus autẽ corporis quibus
affliguntur paruuli, quorum per ætatem nulla
peccata ſunt,ſi animæ quibus animantur,non
prius quàm ipſi homines eſſe cœperunt,maior
querela & quaſi miſericors depromi ſolet,cum
dicitur,quid mali fecerunt ut iſta paterentur?
Quaſi poſſit eſſe meritũ innocentiæ,antequàm
quiſquã nocere aliquid poſſit. Cum autem bo/ D
ni aliquid operatur deus in emendatione malo
rum,cum paruulorum ſuorum qui eis chari ſunt
doloribus ac mortibus flagellãtur,cur iſta non
fiant, quando cum tranſierint, pro non factis
erunt in quibus facta ſunt: propter quos autem
facta ſunt, aut meliores erunt ſi temporalibus
incommodis emendati,rectius elegerint uiue/
re,aut excuſationem in futuri iudicij ſupplicio
non habebunt,ſi uitæ huius angoribus,ad æter
nam uitam deſiderium conuertere noluerint?
Quis autem nouit,quid paruulis de quorũ cru/
ciatibus duritia maiorum contunditur,aut ex/
ercetur fides,aut miſericordia probatur. Quis,
inquam,ergo nouit quid ipſis paruulis in ſecre
to iudiciorum ſuorum bonæ compenſationis
reſeruet deus? Quoniam quanquam nihil recte
fecerint,tamen nec peccantes aliquid iſta per/
peſſi ſunt. Non enim fruſtra etiam infantes il/
los,qui cum dominus noſter Ieſus Chriſtus ne/
cãdus ab Herode quæreretur,occiſi ſunt,in ho/
nore martyrum receptos commendat eccleſia.
Hæc tunc dixi,cum hanc ipſam de qua nunc
agitur uellem communire ſententiam. Sicut e/
nim paulo ante commemoraui,quæcunq; illa/
rum de animæ incarnatione quatuor opinionũ
uera eſſet,inculpatam ſubſtantiam creatoris &
à noſtrorum peccatorum ſocietate remotiſſimã
nitebar oſtendere. Et ideo quæcunq; illarum ue
ritate poſſet conuinci & repudiari,ad curam in
tentionis meæ quam tunc habebam non perti/
nebat: quandoquidem cunctis diligentiore diſ/
putatione diſcuſſis,quæcunq; illarum recte uin
ceret cæteras,me ſecuriſſimo fieret,quando eti
am ſecũdum omnes id quod agebam inuictum
perſiſtere demonſtrabam. Nunc uero unam uo
lo ſi poſſum ratione recta eligere ex omnibus:
& propterea huius ipſius de qua nunc agimus
defenſionem in his quæ commemoraui de illo
libro uerbis meis attentius intuens,ualidam fir
mamq; non uideo. Nam uelut firmamentum e/
ius illud eſt quod ibi dixi: Quis autem nouit
quid paruulis, de quorum cruciatibus duritia
maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut
miſericordia probatur. Quis, inquam, ergo no/
uit quid ipſis paruulis in ſecreto iudiciorũ ſuo/
rum bonæ compenſationis reſeruet deus? Quo
niam quanquam nihil recte fecerint, tamen nec
peccantes aliquid iſta perpeſſi ſunt. Sed hoc
nõ immeritò dici uideo, de his qui uel pro Chri
ſti nomine ac uera religione tale aliquid etiam
neſcientes patiuntur, uel ſacramẽto Chriſti iam
imbuti ſunt, quia ſine ſocietate unius mediato/
ris liberari à damnatione non poſſunt, ut poſſit
eis etiam pro illis malis quæ hic in diuerſis affli
ctionibus pertulerunt, compenſatio iſta præſta
ri. Nunc autem cum iſta quæſtio non poſſit ab/
ſolui, niſi etiam de his paruulis reſpõdeatur, qui
poſt grauiſſimos cruciatus ſine ſacramẽto Chri
ſtianæ ſocietatis expirant, quæ circa eos cõpen
ſatio cogitãda eſt, quibus inſuper & damnatio
præparata eſt? Nam & de baptiſmo paruulo/
rum in eodem libro, non quidem ſufficienter,
ſed quantum illi operi ſatis eſſe uidebatur utcũ/
q; reſpondi, quod etiam neſcientibus, & fidem
ſuam nondum habentibus prodeſt: non tamen
de dãnatione eorum paruulorum, qui ſine illo
ex hac uita emigrant, tunc aliquid dicendũ pu/
taui, quia non quod nunc agitur, agebatur. Sed
ut omittamus & contemnamus ea, quæ breui
tempore patiũtur, nec tranſacta reuocãtur, nun
quid ſimiliter contemnere poſſumus, quòd per
unum hominem mors, & per unum hominem
reſurrectio mortuorum? Sicut enim in Adam *1 Cor. 15*
omnes moriũtur, ſic & in Chriſto omnes uiui/

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficabuntur. Per hanc enim apostolicam diui-
nam claramq; sententiam, satis euidenter elu-
cet, neminem ire in mortem nisi per Adam: ne-
minem ire in uitam æternã, nisi per Christum.
Hoc est quippe omnes & omnes, quia sicut om
nes homines per primam, hoc est per carnalem
generationem pertinent ad Adam: sic omnes
homines ad secũdam, id est spiritalem regene-
rationem ueniunt, quicũq; ad Christum perue-
niunt. Ideo ergo dictum est, & hic omnes, & ibi
omnes: quia sicut omnes qui moriũtur, non ni-
si in Adam moriuntur: ita omnes qui uiuifica-
buntur, non nisi in Christo uiuificabuntur. Ac
per hoc, quisquis nobis dixerit, quenquam in
resurrectione mortuorum uiuificari posse, nisi
in Christo, tanquam pestis communis fidei de-
testandus est. Itẽ quisquis dixerit, quòd in Chri
sto uiuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacra-
menti eius participatione de uita exeunt, hic
profecto & cõtra apostolicam prædicationem
uenit, & totam condemnat ecclesiam, ubi pro-
pterea cum baptizandis paruulis festinatur &
curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in
Christo uiuificari omnino non posse. Qui au-
tem non uiuificatur in Christo, restat ut in ea-
dem damnatione maneat, de qua dicit Aposto-
Rom.5 lus: Per unius delictum in omnes homines ad
condemnationem. Cui delicto obnoxios par-
uulos nasci, & omnis credit ecclesia, & ipse iã
contra Iouinianum disputans, & exponens lo-
nam prophetam, sicut paulo ante cõmemora-
ui, fide ueracissima definisti, credo & in alijs lo
cis opusculorum tuorum, quæ uel non legi, uel
in præsentia non recordor. Huius igitur dam-
nationis in paruulos causam requiro, quia neq;
animarum si nouæ fiunt singulis singulæ, uideo
esse ullum in illa ætate peccatũ, nec a deo dam-
nari aliquam credo, quam uidet nullum habere
peccatum. An forte dicendum est in paruulo,
carnem solam causam esse peccati, nouam uero
illi animam fieri, qua secundum dei præcepta
uiuente in adiutorio gratiæ Christi, & ipsi car-
ni eõmitæ ac subiugatæ possit incorruptionis
meritum comparare. Sed quia in paruulo ani-
ma nõdum id agere potest, nisi Christi accepe-
rit sacramentum, per hanc gratiam carni eius
acquiritur, quod illius moribus nõdum potuit.
Si autem sine illo sacramento anima paruuli
exierit, ipsa quidem in æterna uita erit, unde
eam nullum peccatum potuit separare, caro ue-
ro eius non resurget in Christo, non percepto
ante mortem illius sacramento: Hanc opinio-
nem nunquam audiui, nunquam legi. Sed pla-
nè audiui & credidi, propter quod & loquutus
Io.5 sum, quia ueniet hora quãdo omnes qui in mo-
numentis sunt, audient uocem eius: & proce-
dent qui bene fecerũt, in resurrectionem uitæ.
1 Cor.15 Ipsa est de qua dicitur: Et per unum hominem,
resurrectio mortuorum. Ipsa est qua in Christo
omnes uiuificabũtur. Qui autem male egerunt,
in resurrectionem iudicij. Quid hic ergo de il-
lis infantibus intelligẽdum est, qui prius quàm
possent agere uel bene uel male, sine baptismo
corpore exuti sunt? Nihil hic de talibus dictũ
est. Sed si caro eorum ideo non resurget, quia
nec boni aliquid fecerũt, nec mali: nec illorum
resurrectura est, qui percepta baptismi gratia,
in illa ætate defuncti sunt, in qua nihil bene uel
male agere potuerunt. Si autem illi inter san-
ctos resurgẽt, id est, inter eos qui bene egerunt,
inter quos & illi resurrecturi sunt, nisi inter eos
qui male egerunt, ne aliquas humanas animas
credamus corpora sua nõ recepturas, siue in re-
surrectionem uitæ, siue in resurrectionem iudi-
cij? Quæ sententia prius quàm refellatur, ipsa
B nouitate iam displicet. Deinde quis ferat, si cre
dant se illi qui ad baptismum cum suis paruulis
currunt, propter carnes eorum, nõ propter ani-
mas currere? Beatus quidem Cyprianus non Cyprianus
aliquod decretum condens nouum, sed eccle-
siæ fidem firmissimam seruans, ad corrigẽdum
eos qui putabant ante octauum diem natiuita-
tis non esse paruulum baptizandum: non car-
nem, sed animam dixit esse perdẽdam: & mox
natũ, rite baptizari posse, cum suis quibusdam
coepiscopis censuit. Sed contra Cypriani ali-
quam opinionem, ubi quod uidẽdum fuit, for-
tasse non uidit: sentiat quisq; quod libet, tãtum
cõtra apostolicam manifestissimam fidem ne-
mo sentiat, qui ex unius delicto omnes in con- Rom.5
C demnationem duci prædicat: ex qua condem-
natione non liberat, nisi gratia dei per Iesum
Christum dominum nostrum, in quo uno om-
nes uiuificantur, quicunq; uiuificantur. Contra
ecclesiæ fundatissimum morem nemo sentiat,
ubi ad baptismum si propter sola paruulorum
corpora curreretur, baptizandi offerrentur &
mortui. Quæ cum ita sint, quærenda causa est,
atq; reddenda, quare dãnentur animæ quæ no-
uæ creãtur singulis quibusq; nascẽtibus, si præ-
ter Christi sacramentũ paruuli moriãtur. Dam
nari enim eas, si sic de corpore exierint, & san-
cta scriptura, & sancta est testis ecclesia. Vnde
illa de animarum nouarum creatione sententia,
si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit
D & mea: si oppugnat, non sit & tua. Nolo mihi
dicatur, pro hac sententia debere accipi quod †Coniunctio
scriptũ est: Qui finxit spiritum hominis in ip- non, uidetur
so, & qui finxit singillatim corda eorum. Ali- supereſſe. Sed
quid fortissimum atq; inuictissimum requiren- mo pertinet
dum est, quòd nos † nõ cogat deum credere ul- ad argumen-
larum animarum, sine culpa aliqua, damnato- tionẽ Pelagia-
rem. Nam uel tantundem ualet, uel plus est for- ni, Si anima
sitan, creare, quàm fingere: & tamen scriptum singulis nouæ
est, Cor mũdum crea in me deus. Nec ideo pu- creantur, nec
tari potest, anima hoc loco optare se fieri, prius traxerũt pec-
quam aliquid esset. Sicut ergo iam existens cre catũ ex anima
atur innouatione iustitiæ, sic iam existẽs fingi- Adæ. iniuste
tur confirmatione doctrinæ. Nec illud quod in igitur dãnan-
Ecclesiaste scriptum est: Tunc conuertetur in tur
terram

terram puluis sicut fuit, & spiritus reuertetur ad
A dominum qui dedit illum: istam confirmat sen-
tẽtiam, quam uolumus esse nostram. Plus enim
hoc suffragatur eis, qui ex una putãt omnes es-
se animas. Nam sicut cõuertitur, inquiunt, pul-
uis in terram, sicut fuit: & tamen caro, de qua
hoc dictum est, ad hominem non reuertitur, ex
quo propagata est, sed ad terram, unde primus
homo factus est: sic & spiritus ex illius unius spi
ritu propagatus, non tamen ad eum reuertitur,
sed ad dominum, à quo illi datus est. Verum
quia hoc testimonium ita pro istis sonat, ut non
omnimodo huic opinioni quam defendi uolo,
uideatur esse contrarium, admonẽdam tantum
credidi prudentiam tuam, ne talibus testimo-
B nijs ex his angustijs me coneris eruere. Nam li- B
cet nemo faciat, optando ut uerum sit quod ue-
rum non est: tamen si fieri posset, optarem ut
hæc sententia uera esset: sicut opto, ut si uera est,
abs te liquidissime atq; inuictissime defenda-
tur. Hæc autem difficultas etiam illos sequitur,
qui iam existentes alibi animas, & ab initio di-
uinorum operum præparatas, à deo mitti opi-
nantur in corpora. Nam & ab his hoc idẽ quæ-
ritur, si animæ inculpatæ obedienter ueniunt
quò mittuntur, cur in paruulis, si non baptiza-
ti uitam istam finierint, puniũtur: Eadem pror-
sus in utraq; sententia difficultas est. Illi sibi ui-
dentur de hac facilius exire quæstione, qui ani-
mas asseuerant pro meritis uitæ prioris singu-
las singulis corporibus implicari. Hoc enim pu C
tant esse in Adam mori, in carne scilicet quæ
propagata est ex Adam, supplicia pendere. A
quo reatu, inquiunt, gratia Christi liberat pusil-
los cum magnis. Hoc quidem recte, ueraciter,
optimeq;, quòd gratia Christi liberat à reatu
11 De ciuitate dei, cap.23 peccatorum pusillos cum magnis. Sed in alia
superiore uita peccare animas, & inde præcipi
tari in carceres carneos: non credo, nõ acquie-
sco, non consentio. Primo quoniam nescio per
quos fieri circumitus, id aiunt isti, ut post ne-
scio quanta uolumina seculorũ iterum ad istam
sarcinam corruptibilis carnis & supplicia pen-
denda redeundum sit. Qua opinione quid hor-
ribilius cogitari possit, ignoro. Deinde quis tan
dem iustus defunctus est, de quo non (si isti ue- D
ra dicunt) solliciti esse debeamus, ne in sinu A-
brahæ peccans, in flammas illius diuitis deij-
ciatur? Cur enim non & post hoc corpus pec-
cari possit, si & ante potuit? Postremo, longe a-
liud est in Adam peccasse: unde dicit Aposto-
Rom.5 lus, In quo omnes peccauerunt. & aliud est, ex-
tra Adã nescio ubi peccasse: & ideo in Adam,
id est in carnem, quæ ex Adam propagata est,
tanquam in carcerem trudi. Illam uerò opinio-
nem, quòd ex una fiant omnes animæ, nec dis-
cutere uolo, nisi necesse sit. Atq; utinam ista de
qua nunc agimus, si uera est, sic abs te defenda-
tur, ut hoc necesse iam non sit. Quamuis autem
desiderem, rogem, uotis ardentibus exoptem
& expectem, ut per te mihi dominus huius rei
auferat ignorantiam: tamen si (quod absit) mi-
nime meruero, patientiam mihi petam à domi-
no deo nostro: in quem sic credimus, ut aliqua
nobis non aperiri etiam pulsantibus, nullo mo-
do aduersus eum murmurare debeamus. Me-
mini prius ipsius apostolis dictum: Multa ha-
beo uobis dicere, sed non poteſtis illa portare
modo. In his quantum ad me attinet, etiam hoc
deputem. Neq; qui hoc sciam, me indigner in-
dignum, ne hoc ipso etiam conuincar indigni-
or. Multa enim alia similiter nescio, quæ com-
memorare uel enumerare non possum. Et hoc
tolerabiliter ignorarem, nisi metuerem ne ali-
qua istarum opinionum contra illud quod fir-
missima retinemus fide, incautis obreperet mẽ
tibus. Sed antequàm sciam quæ nam earum po
tius eligẽda sit, hoc me non temere sentire pro-
fiteor, eam quæ uera est non aduersari robusti-
simæ ac fundatissimæ fidei, qua Christi eccle-
sia nec paruulos homines recentissime natos à
dãnatione credit, nisi per gratiã nominis Chri-
sti, quam in suis sacramentis cõmendauit, pos-
se liberari.

Augustinus Hieronymo, de loco qui est Iaco
bi secundo, Qui offenderit in uno, factus est
omniũ reus, multa obiter admiscens de Stoi
cis, qui docebant, omnia peccata esse paria,
& quisquis haberet unam uirtutem, habere
omnes: qui careret una, nullã habere. XXIX

Q Vod ad te scripsi honorande mihi
in Christo frater Hieronyme, quæ-
rens de anima humana, si nascenti-
bus singulis nouæ singulæ nunc usq;
fiunt, ubi peccati uinculum contrahant, quod
per sacramentum gratiæ Christi etiam in infan
tibus recenter natis, soluendum esse non dubi-
tamus, cum in non paruum uolumen procede-
ret, nolui ulla alia onerare quæstione, sed quod
urget acrius, multo minus est negligendũ. Pro-
inde quæro, & per deum obsecro, ut exponas
mihi quod multis existimo profuturum, aut si
iam uel abs te uel ab alio aliquo expositum ha-
bes, dirigas nobis, quomodo accipiendum sit
quod in Epistola Iacobi apostoli scriptum est: Iac.2
Quicunq; enim totam legem seruauerit, offen-
dat autem in uno, factus est omnium reus. quæ 2 Retract.
res talis ac tanta est, ut quod hinc tibi non iam cap.48
olim scripsi, multum me pœniteat. De agenda
nanq; præsenti uita, quomodo ad uitam perue-
niamus æternam, non de præterita perscrutan-
da, quã penitus demersit obliuio, sicut est illud
quod de anima quærendũ putaui, hæc uertitur
quæstio. Eleganter autem dictum esse narratur, Facetum
quod huic rei satis apte conuenit. Cum quidam
ruisset in puteũ, ubi aqua tanta erat, ut eum ma-
gis exciperet ne moreretur, quàm suffocaret ne
loqueretur, accessit alius, & eo uiso admirãs ait,
Quomodo huc cecidisti? At ille, Obsecro, in-
quit, cogita quomodo hinc me liberes, nõ quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo huc ceciderim, quæras. Ita quoniam fa-
temur, & fide catholica tenemus, de reatu pec-
cati, tanquam de puteo, etiam paruuli infantis
animam Christi gratia liberandam, satis est ei,
quòd modum quomodo salua fiat, nouimus, e-
tiam si nunquam quomodo in malum illud de-
uenerit, nouerimus. Sed ideo putaui esse quęrē
dum, ne forte ex illis opinionibus incarnatio-
nis animæ aliquam teneamus incautius, quæ li
berandam prorsus animam paruuli cōtradicat,
negans eam esse in isto malo. Hoc igitur firmis-
sime retento, quòd anima paruuli de reatu pec-
cati liberanda est, nec alio modo liberanda nisi
gratia dei per Iesum Christum dominum no-
strum, si possumus etiam ipsius mali causam &
originem nosse, uaniloquis non disputatoribus
sed litigatoribus paratius instructiusq; resisti-
mus. Si autem non possumus, non quia latet mi
serię principium, ideo pigrescere misericordiæ
debet officium. Aduersus eos autem qui sibi ui
dentur scire quod nescīūt, hoc tutiores sumus,
quòd hanc ignorantiam nostram non ignora-
mus. Aliud est enim, quod nescire malum est:
aliud, quod sciri uel non potest, uel non opus
est, uel ad uitam quā quærimus indifferens est.
Hoc uero quod de literis apostoli Iacobi nunc
requiro, in hac ipsa qua uiuimus, & ut semper
uiuamus, deo placere studemus, actione uersa-
tur. Quomodo igitur intelligendum est, obse-
cro te: Quicunq; totam legem seruauerit, offen
dat autem in uno, factus est omnium reus? Ità
ne qui furtum fecerit, imò uero qui dixerit di-
uiti, Sede hic: pauperi autem, Tu sta illic: & ho
micidij & adulterij & sacrilegij reus est? Quòd
si non est, quomodo qui in uno offendat, factus
est omnium reus? An illud quod dixit de diui-
te & paupere ad ista non pertinet, quorum si
quis in uno offenderit, fiet omnium reus? Sed
recolendum est unde uenerit illa sententia, &
quæ illam superiora pepererint, quibusq; con-
nexa dependeat. Fratres mei nolite, inquit, in
personarum acceptione habere fidem domini
nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit
in conuentū uestrū uir anulum aureum habens
in ueste candida, introierit autem & pauper in
sordido habitu, & intendatis in eum qui indu-
tus est ueste præclara, & dicatis ei, Tu sede hic
bene: pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut se-
de sub scabello pedum meorum: nónne iudica-
tis apud uosmetipsos, & facti estis iudices cogi
tationum iniquarum? Audite fratres mei dile-
ctissimi, nónne deus elegit pauperes in hoc mū
do, diuites in fide, & hæredes regni, quod re-
promisit deus diligentibus se? Vos autem ex-
honorastis pauperem, propter illum scilicet cui
dictum est, Sta illic: cum habenti anulum aure-
um dictum esset, Tu sede hic bene. Ac deinde
sequitur eandem ipsam sententiam latius uer-
sans & explicans: Nónne, inquit, diuites per
potentiam opprimunt uos, & trahunt ad iudi-
cia? Nónne ipsi blasphemant bonum nomen
quod inuocatū est super uos? Si quidem legem
perficitis regalem secundum scripturam: Dili-
ges proximum tuum sicut teipsum, bene faci-
tis. Si autem personas accipitis, peccatum ope
ramini, redarguti à lege quasi transgressores.
Vide quemadmodum transgressores legis ap-
pellat, qui dicunt diuiti, Sede hic: & pauperi,
Sta illic. Vnde ne putarent contemptibile esse
peccatum, in hac una re legē transgredi, sequu-
tus adiūxit: Quicunq; totam legem seruauerit,
offendat autem in uno, factus est omnium reus.
Qui enim dixit, non mœchaberis: dixit & non
occides. Quòd si non occides, mœcharis au-
tem, factus es trāsgressor legis: propter id quod
dixerat, Redarguti à lege, quasi transgressores.
Quæ cum ita sint, consequens uidetur (nisi alio
modo intelligendum ostendatur) ut qui dixerit
diuiti, Sede hic: & pauperi, Sta illic: huic non
honorem, quem illi deferens, & idololatra &
blasphemus et adulter et homicida, & ne (quod
longum est) cuncta commemorem, reus omni-
um criminum iudicādus sit. Offendens quippe
in uno, factus est omnium reus. At enim qui u-
nam uirtutem habet, omnes habet: & qui unam
non habet, nullam habet. Hoc si uerum est, con
firmatur ista sententia. Sed ego eam exponi uo
lo, non confirmari, quæ per seipsam apud nos
omnibus philosophorum autoritatibus firmior
est. Et illud quidem de uirtutibus & uitijs, si ue-
raciter dicitur, non est consequens, ut propter
hoc omnia peccata sint paria. Nam illud de in-
separabilitate uirtutum, nisi forsitan fallor, ta-
men si uerum memini, quod uix memini, om-
nibus philosophis placuit, qui easdem uirtutes
agendæ uitæ necessarias esse dixerunt. Hoc au
tem de parilitate peccatorum, soli Stoici ausi
sunt disputare, contra omnem sensum generis
humani: quam eorum uanitatem in Iouiniano
illo, qui in hac sententia Stoicus erat, in aucu-
pandis autem & defensandis uoluptatibus Epi
cureus, de scripturis sanctis dilucidissime con-
uicisti. In qua tua suauissima & præclarissima
disputatione satis euidenter apparuit, non pla-
cuisse autoribus nostris, uel ipsi potius quæ per
eos loquuta est ueritati, omnia paria esse pecca
ta. Quomodo autem fieri possit, ut etiam si hoc
de uirtutibus uerum est, non tamen ideo coga-
mur fateri æqualitatem omnium peccatorum,
quantum possum adiuuāte domino aperire co-
nabor. Quòd si effecero, approbabis: ubi uero
causæ defuero, tu supplebis. Certe hinc persua
dent, qui unam uirtutem habuerit, habere om-
nes, & omnes deesse cui una defuerit: quod pru
dentia, nec ignaua, nec iniusta, nec intempe-
rans potest esse. Nam si aliquid horum fuerit,
prudentia non erit. Porrò si prudentia tunc e-
rit, si & fortis & iusta & temperans sit, profec-
to ubi fuerit, secum habet cæteras. Sic & for-
titudo imprudens esse non potest, uel intem-
perans

Stoici peccata faciunt paria

Virtutum catheta

perans uel iniusta: sic temperantia necesse est,
ut prudens, fortis, & iusta sit: sic iustitia non est,
nisi sit prudens, fortis, & temperans. Ita ubi est
una uera aliqua earū, & aliæ similiter sunt: ubi
autem aliæ desunt, uera una illa non est, etiam si
aliquo modo similis esse uideatur. Sunt enim ut
scis, quædam uitia uirtutibus aperta discretio-
ne contraria, ut imprudentia prudentiæ. Sunt
autem quædā quæ tantum uitia sunt, ideo con-
traria, quadam tamen specie fallaci similia, ut
eidem prudentiæ, non imprudentia, sed astu-
tia. Nunc enim eam dico astutiam, quæ usita-
tius in malicios intelligi & uocari solet, non
sicut nostra loqui Scriptura consueuit, quæ sæ-
pe astutiam in bono ponit. Vnde: Estote astu-
ti ut serpentes. Et illud, Vt & innocentibus det
astutiam. Quanquam & apud illos, Romanæ
linguæ disertissimus dixerit, neq; illi tamen ad
cauendum dolus, aut astutia deerant, astutiam
ponens in bono: sed apud illos rarissimū, apud
nostros frequentissimum est. Item q; in partibus
temperantiæ apertissime contraria est effusio
parsimoniæ: ea uerò quæ tenacitas dici uulgò
solet, uitium quidem est, tamen parsimoniæ si-
mile, non natura, sed fallacissima specie. Item
dissimilitudine manifesta contraria est iniusti-
tia iustitiæ. Solet autem quasi imitari iustitiam
uindicandi se libido, sed uitium est. Ignauia for
titudini perspicuè contraria est, duritia uero di
stat natura, fallit similitudine. Constantia, pars
quædam uirtutis est: ab hac, inconstantia lon-
ge abhorret, & indubie contrasistit. Pertinacia
uerò constantia dici affectat, & non est; quia il-
la est uirtus, hoc uitium. Vt ergo non iterum
hæc eadem commemorare necesse sit, exempli
gratia ponamus aliquid, unde possint cætera in
telligi. Catilina, ut de illo scripserunt qui nosse
potuerunt, frigus, sitim, famem ferre poterat,
erátque patiens inediæ, algoris, uigiliæ, supra
quàm cuiquam credibile est: ac per hoc & sibi
& suis magna prædītus fortitudine uidebatur.
Sed hæc fortitudo prudens nō erat, mala enim
pro bonis eligebat. Temperans non erat, cor-
ruptelis enim turpissimis fœdabatur: iusta non
erat, nam contra patriam coniurauerat. Et ideo
nec fortitudo erat, sed duritia sibi, ut stultos fal-
leret, nomen fortitudinis imponebat. Nam si
fortitudo esset, non uitium, sed uirtus esset. Si
autem uirtus esset, à cæteris uirtutibus tāquam
inseparabilibus comitibus nunquam relinque-
retur. Quapropter dum quæritur etiam de ui-
tijs, utrum ipsa similiter omnia sint, ubi unum
erit: aut nulla sint, ubi unum non erit, laborio-
sum est id ostendere, propterea quia uni uirtuti
duo uitia opponi solent, & quod aperte contra-
rium est, & quod specie similitudinis adumbra
tur. Vnde illa Catilinæ, quia fortitudo nō erat,
quæ esset, cum secum uirtutes alias non habe-
bat, facilius uidebatur. Quod uero ignauia fue-
rit, ubi exercitatio quaslibet grauissimas mole-
stias perpetiendi atq; tolerandi, supra quàm cui
quam credibile est, fuit, ægrè persuaderi potest:
Sed fortè acutius intuentibus, ignauia apparet
ipsa duritia, quia laborem bonorum studiorum
quibus uera acquiritur fortitudo, neglexerat.
Veruntamen quia sunt audaces qui timidi non
sunt, et rursus timidi quibus abest audacia, cum
sit utrunq; uitium, quoniam qui uera uirtute for
tis est, nec temere audet, nec inconsulte timet,
cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus. Vn-
de aliquando uitium uitio tollitur, ut amore lau
dis, amor pecuniæ. Aliquando unum cedit ut
plura succedant: uelut qui ebriosus fuerit, si mo
dicum biberit, & tenacitatem & ambitionē di-
dicerit. Possunt itaque uitia etiam cedere uitijs
succedentibus, non uirtutibus, & ideo plura
sunt. Virtus uero quò una ingressa fuerit, quo-
niam secum cæteras ducit, profectò uitia cedēt
omnia quæcunq; inerant. Non enim omnia in-
erant, sed aliquando totidem, aliquando plu-
ra pauciorib⁹, uel pauciora pluribus succede-
bant. Hæc utrum ita se habeant, diligentius in-
quirendum est. Non enim & ista diuina senten
tia est qua dicitur, Qui unam uirtutem habue-
rit, omnes habet: eiq; nulla inest, cui una defue-
rit: sed hominibus hoc usum est, multum qui-
dem ingeniosis, studiosis, sed tamē hominibus.
Ego uerò nescio quemadmodū dicam, non di-
co uirum à quo denominata dicitur uirtus, sed
etiam mulierē, quæ uiro suo seruat thori fidem,
si hoc faciat propter præceptum & promissum
dei, & quæ primitus sit fidelis, non habere pudi
citiam, aut pudicitiam nullam uel paruam esse
uirtutem. Sic & maritum qui hoc idem seruat
uxori. Et tamen sunt plurimi tales, quorum sine
aliquo peccato esse neminem dixerim, & utiq;
illud qualecunq; peccatum ex aliquo uitio ue-
nit. Vnde pudicitia coniugalis in uiris fœmi-
nisq; religiosis cum proculdubio uirtus sit, non
enim aut nihil aut uitium est, non tamen secum
habet omnes uirtutes. Nam si omnes ibi essent,
nullum esset uitium: si nullum uitium, nullum
omnino peccatum. Quis autem sine aliquo pec
cato? Quis ergo sine aliquo uitio, id est, fomite
quodam uel quasi sine radice peccati, cum cla-
met qui supra pectus domini recumbebat: Si di
xerimus, quia peccatū non habemus, nos ipsos
decipimus, & ueritas in nobis nō est: Neq; hoc
apud te diutius agendum est, sed propter alios
qui forte hoc legerint hæc dico. Nam tu quidē
in eodem ipso opere splēdido contra Iouinianū
etiam hoc de scripturis sanctis diligēter proba-
sti. Vbi etiam ex hac ipsa epistola, cuius uerba
sunt, quorum nunc intellectum requirimus, po
suisti quod scriptum est: In multis enim offendi
mus omnes. Non enim ait, offenditis, sed offen
dimus omnes, cum Christi loqueretur Aposto-
lus. Et cum hoc loco dicat, Quicunq; autem to-
tam legem seruauerit, offendat autem in uno, fa
ctus est omniū reus. Ibi non in uno, sed in mul-
tis

Dolus & astutia in bonum

Salustius

1 Ioh. 1

Iac. 2 & 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis: nec quosdam, sed omnes dicit offendere. Abſit autem ut quiſquam fidelis exiſtimet tot milia ſeruorum Chriſti, qui ueraciter dicunt ſe habere peccatum, ne ſeipſos decipiant, & ueritas in eis non ſit, nullam habere uirtutem, cum uirtus magna ſit ſapientia. Dixit autem ipſa ſapientia homini: Ecce pietas eſt ſapientia. Abſit ergo ut dicamus tot ac tantos fideles & pios homines dei non habere pietatem, quam Græci uel ἀνάθεσιν, uel expreſſius & plenius θεοσέβειαν uocant. Quid autem eſt pietas, niſi dei cultus? Et unde ille colitur, niſi charitate? Charitas igitur de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta, magna & uera uirtus eſt, quia ipſa eſt & finis præcepti. Meritò dicta eſt fortis, ſicut mors: ſiue quia nemo eam uincit ſicut mortem, ſiue quia in hac uita uſque ad mortem eſt menſura charitatis: Sicut Dominus ait, Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis: ſiue potius, quia ſicut mors animam auellit à ſenſibus carnis, ſic charitas à concupiſcentijs carnalibus. Huic ſubſeruit ſcientia cum eſt utilis, nam ſine illa inflat. Quod uerò illa ædificando impleuerit, nihil ibi iſta inane quod inflet, inueniet. Vtilem porrò ſcientiam definiẽdo monſtrauit, ubi cum dixiſſet, Ecce pietas eſt ſapientia: continuò ſubiunxit, Abſtinere uerò à malis, ſcientia eſt. Cur ergo non dicimus, qui hanc uirtutem habet, habere omnes, cum plenitudo legis ſit charitas? An quanto magis eſt in homine, tanto magis eſt uirtute præditus? Quanto autem minus, tanto minus eſt uirtus, quia ipſa eſt uirtus: & quanto minus eſt uirtus, tanto maius eſt uitium? Vbi ergo illa plena & perfecta erit, nihil ex uitio remanebit. Proinde mihi uidentur Stoici falli, quia proficientem hominem in ſapientia nolunt omnino habere ſapientiam, ſed tunc habere cum in ea omnino perfectus fuerit: non quia illum profectum negant, ſed niſi ex profundo quodam emergendo repentè emicet in auras ſapientiæ liberas, nulla ex parte eſſe ſapientem. Sicut enim nihil intereſt ad hominem præfocandum, utrum aquam ſtadijs multis ſuper ſe habeat altam, aut unum palmum aut digitum: ſic illos qui tendũt ad ſapientiam proficere quidem dicunt, tanquam ab imo gurgitis ſurgentes in aerem, ſed niſi totam ſtultitiam uelut opprimentem aquam proficiendo uelut emergendo euaſerint, non habere uirtutem nec eſſe ſapientes. Vbi autem euaſerint, mox habere totam, nec quicquam ſtultitiæ remanere, unde omnino ullum peccatũ poſſit exiſtere. Hæc ſimilitudo ubi ſtultitia uelut aqua, & ſapientia uelut aer ponitur, ut animus à præfocatiõe ſtultitiæ tanquam emergens in ſapientia repentè reſpiret, non mihi uidetur ſatis accommodata noſtrarum ſcripturarum autoritati. Sed illa potius, ut uitium uel ſtultitia tenebris, lucí autem uirtus & ſapiẽtia comparetur, quantum iſta ſimilia de corporalibus ad intelligibilia duci poſſunt: non itaq; ſicut de aquis in aerem ſurgens, ubi earum ſummum tranſierit repente quãtum ſufficit inſpiratur, ſed ſicut de tenebris in lucem procedens paulatim progrediendo, illuminatur. Quod donec pleniſſime fiat, iam eum tamen dicimus tanquam de abditiſſima ſpelunca egredientem, uicinia lucis afflatum tanto magis, quanto magis propinquat egreſſui: ut illud quod in eo lucet, ſit utique ex lumine quò progreditur: illud autẽ quod adhuc obſcurum eſt, ſit ex tenebris unde egreditur. Itaq; & non iuſtificabitur in conſpectu dei omnis uiuens: & tamen iuſtus ex fide uiuit. Et induti ſunt ſancti iuſtitia, alius magis, alius minus. Et nemo hic uiuit ſine peccato, & hoc alius magis, alius minus: optimus autem eſt, qui minimum. Sed quid ego tanquam oblitus cui loquor, doctori ſimilis factus ſum, cum propoſuerim quid abs te diſcere uelim? Sed quia de peccatorum paritate, unde in id quod aiebam incidit quæſtio, examinandam tibi ſententiam meam promere ſtatuerã, iam eam tandem aliquando concludam. Quia & ſi uerum eſſet, eum qui habet unam, omnes habere uirtutes: eum qui unam non habet, nullam habere: nec ſic peccata ſunt paria: quia ubi uirtus nulla eſt, nihil quidem rectum eſt: nec tamẽ ideo non prauo prauius eſt, diſtortoq; diſtortius. Si autem, quod puto eſſe uerius ſacriſq; literis congruentius, ita ſunt animæ intẽtiones, ut corporis membra: non quod uideantur locis, ſed quod ſentiantur affectibus, & aliud illuminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine & tenebroſo inumbratur obſtaculo: profectò ita ut quiſque illuſtratione piæ charitatis affectus eſt, in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil: ſic poteſt dici habere aliam, & aliam non habere, aliam magis, aliam minus habere uirtutem. Nam & maior eſt in iſto charitas, quàm in illo, recte poſſumus dicere, & aliqua in iſto, nulla in illo, quãtum pertinet ad charitatem quæ pietatis eſt: & in ipſo uno homine quòd maiorem habuit pudicitiam quàm patientiam, & maiorem hodie quàm heri, ſi proficit: & adhuc non habeat continentiã, & habeat non paruam miſericordiam. Et ut generaliter breuiterq; complectar, quam de uirtute habeam notionem, quòd ad recte uiuendum attinet, uirtus eſt charitas, qua id quod diligendum eſt diligitur: hæc in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla eſt. Pleniſſima uerò quę iã non poſſit augeri, quamdiu hic homo uiuit eſt in nemine: quamdiu autem augeri poteſt, profectò illud quod minus eſt quàm debet, ex uitio eſt. Ex quo uitio non eſt iuſtus in terra qui faciat bonũ & non peccet. Ex quo uitio, nõ iuſtificabitur in conſpectu dei omnis uiuens. Propter quod uitium ſi dixerimus quòd peccatũ non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Propter quod etiam quantũlibet profeceri-

1 Tim.1
Cant.8
10.15
Pſal.142
Abac.2
3 Reg.8
Pſal.142
1 Io.1

mus

Mat.6 mus, neceſſarium eſt nobis dicere: Dimitte nobis debita noſtra, cum iam omnia in baptiſmo dicta, facta, cogitata, dimiſſa ſint. Quid itaque qui recte uidet, unde & quando & ubi ſperanda ſit illa perfectio, cui non ſit quod adijci poſſit? Si autem præcepta non eſſent, non utiq; eſſet ubi ſe homo certius inſpiceret & uideret, un de auerteretur, quò conaretur, quare gratularetur, qd precaretur. Magna eſt ergo utilitas præceptorum, ſi libero arbitrio tãtum detur, ut gratia dei amplius honoretur. Quę ſi ita ſe habent, unde fiet omnium reus, ſi in uno offendat qui totam legem ſeruauerit? An forte quia plenitudo legis charitas eſt, qua deus proximusq; diligitur, in quibus præceptis charitatis tota lex pendet & prophetæ, meritò ſit reus omniũ qui contra illam facit, in qua pendent omnia? Nemo autem peccat niſi aduerſus illã faciendo, quia non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatũ, in hoc ſermone recapitulatur, in eo quod diligis proximum tuum tanquam teipſum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo autem legis, charitas. Nemo autem diligit proximum, niſi diligens deum: & hoc quãtum poteſt, proximo impendat, quem diligit tanquam ſemetipſum, ut et ille diligat deum: quem ſi ipſe non diligit, nec ſe nec proximum diligit. Ac per hoc, qui totam legẽ ſeruauerit, ſi in uno offenderit, fit omnium reus: quia contra charitatem facit, unde tota lex pendet. Reus itaq; fit omnium, faciendo contra eam in qua pendent omnia. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatẽ, qui grauius peccat, minus qui leuius? Et hoc ipſo quod admittit, fit quidem omniũ reus, ſed grauius peccans: uel in pluribus peccans, magis reus: leuius autem uel in paucioribus peccans, minus reus: tanto maiore ſcilicet reatu, quanto amplius: tanto minore, quanto minus peccauerit: tamen etiã ſi in uno offenderit, reus omniũ eſt, quia contra eã facit, in qua pendent omnia. Quæ ſi uera ſunt, eo modo & illud abſoluitur
Iac.3 quod ait homo etiã apoſtolicę gratię: In multis enim offendimus omnes. Omnes enim offendimus, ſed unus grauius, alius leuius. Quãto quiſque grauius leuiusq; peccauerit, tanto in peccato committendo maior, quanto in diligendo deo & proximo minor. Et rurſus, tãto minor in peccati perpetratione, quanto maior in dei & proximi dilectione. Tanto itaq; plenior iniquitatis, quanto inanior charitatis. Et tunc perfecti ſumus in charitate, quando nihil reſtat ex infirmitate. Nec ſane quantum arbitror putandum eſt leue eſſe peccatum in perſonarũ acceptione habere fidẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, ſi illam diſtantiam ſedendi ac ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamus. Quis enim ferat eligi diuitem ad ſedem honoris eccleſiæ contempto paupere inſtructiore atque ſanctiore? Si autem de quotidianis conſeſſibus loquitur, quis non hic peccat, ſi tamen peccat, niſi cum apud ſeipſum intus ita iudicat, ut ei tanto melior quãto ditior illo eſſe uideatur? Hoc enim uidetur ſignificaſſe cum dicit: Nónne iudicatis apud uoſmetipſos, & facti eſtis iudices iniquarum cogitationum? Lex itaq; libertatis, lex charitatis eſt: de qua dicit: Si tamen legẽ perficitis regalem ſecundum ſcripturas, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, bene facitis. Si autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege tãquam tranſgreſſores. Et poſt illam ſententiam ad intelligendum difficillimam, de qua ſatis dixi, quod dicendum putaui, eandem legem libertatis commemorans: Sic loquamini, inquit, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari. Et quoniam quid paulò ante dixerit, nouit, quoniam in multis offendimus omnes, ſuggerit dominicam tanquam quotidianam quotidianis, & ſi leuioribus, tamen uulneribus medicinam. Iudicium enim, inquit, ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. Hinc enim & dominus: Dimittite, inquit, & dimittetur uobis: date, & dabitur uobis. Superexultat autem miſericordia iudicium, non enim eſt aduerſa iudicio, ſed ſuperexultat, quia plures per miſericordiam colliguntur, ſed qui miſericordiã præſtiterunt. Beati enim miſericordes, quia ipſis miſerebitur deus. Et hoc utiq; iuſtum eſt, ut dimittatur eis, quia dimiſerunt: & detur eis, quia dederunt. Ineſt quippe deo & miſericordia iudicanti, & iudicium miſeranti. Propter quod ei dicitur: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Nam quiſquis uelut nimium iuſtus iudicium ſine miſericordia quaſi ſecuris expectat, iram iuſtiſſimam prouocat, quam timens ille dicit: Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo. Vnde dicitur populo contumaci: Quid uultis mecum iudicio contendere? Cum enim rex iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? Aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato? Quæ igitur ſpes eſt, niſi ſuperexultet miſericordia iudicium? ſed erga illos qui miſericordiam fecerunt ueraciter dicendo, Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus: & ſine murmuratione dando. Hilarem enim datorem diligit deus. Denique ſanctus Iacobus iam ex iſto loco de miſericordiæ operibus loquitur, ut quos uehementer illa ſententia terruerat, conſoletur: cum admonet, quomodo etiam quotidiana peccata, ſine quibus hic non uiuitur, quotidianis remedijs expientur: ne homo qui cum in uno offenderit, ſit omnium reus in multis offendendo: quia in multis offendimus, propter magnum aggerem reatus ſui minutatim colleciam, ad tribunal tãti iudicis perueniat, & eam quam non fecit, miſericordiam non inueniat, ſed potius dimittendo atq; dando mereatur ſibi dimitti peccata, reddiq; promiſſa. Multa dixi, quibus ubi tædium fortaſſis inferrem, qui hæc

Solutio quæſtionis

Luc.6 καταιγὶς κάτου

Pſal.100

Pſal.142

Hier.2

Stare, ſedere, quid tropice

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ tamen approbas, non expectas discere, A quod ea docere cõsueuisti. Si quid autem est in eis, quantum ad rem ipsam pertinet, nam quali eloquio explicata sint, non nimis curo. Si quid ergo in eis est quod eruditionem offendat tuã, quæso ut rescribendo admoneas, & me corrige re non graueris. Infelix est enim qui non tantos & tam sanctos tuorum studiorum labores, & di gnè honorat, & de his domino deo nostro, cu/ius munere talis es, gratias agit. Vnde cum li/bentius debeam à quolibet discere, quod inuti liter ignoro, quàm promptius quoslibet doce/re quod scio, quanto iustius abs te hoc charita/tis debitum flagito, cuius doctrina in nomine & adiutorio Domini, tantum in Latina lingua ecclesiasticæ literæ adiutæ sunt, quantum nun/ B quam antea potuerunt. Maximè tamen istã sen tentiam: Quicunq; totam legem seruauerit, of/fendat autem in uno, factus est omnium reus, si quo alio modo exponi melius posse nouit tua dilectio, per Dominũ obsecro, ut id nobiscum communicare digneris.

Hieronymus Augustino, laudãs quidem illius duos libellos, sed excusans cur non respondent. Epi. XXX

Domino uerè sancto, & omni mihi affectione uenerabili papæ Augustino, Hiero/nymus in Christo Salutem.

V Irum honorabilem fratrem meum, filium dignationis tuæ Orosiũ pres/byterum, & sui merito & te iubente susce pi. Sed incidit tempus difficilli C mum, quando mihi tacere melius sit quàm lo/qui, ita ut nostra studia cessarent, & iuxta Ap/pium canina exerceretur facũdia. Itaq; duobus *Vide Chilia/des Erasmi* libellis tuis quos meo nomini dedicasti, erudi/tissimis & omni eloquentiæ splendore fulgenti bus, ad tempus respõdere non potui. Non quo quicquam in illis reprehendendum putem, sed *Rom.14.* quia iuxta Apostolum, Vnusquisq; in suo sensu abundet, alius quidem sic, alius autem sic. Cer/tè quicquid dici potuit & sublimi ingenio de scripturarũ sanctarum hauriri fontibus, à te po/situm atq; dissertum est. Sed quæso reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare inge/nium. Nos enim inter nos eruditionis causa dis/serimus. Cæterum æmuli, & maximè hæretici, D si diuersas inter nos sentẽtias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi au/tem decretum est te amare, te suscipere, colere, mirari, tuaq; dicta quasi mea defendere. Certè & in dialogo quem nuper ædidi, tuæ beatitudi nis ut dignum fuerat, recordatus sum: magisq; demus operam ut pernicioſissima hæresis de ec clesiis auferatur quæ semper simulat pœniten/tiam, ut docẽdi in ecclesiis habeat facultatem: ne si aperta se luce prodiderit, foras expulsa mo riatur. Sanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ Eustochi um & Paula, & genere suo & exhortatione tua digne gradiuntur, specialiterq; salutant beatitu dinem tuam: omnis quoq; fraternitas quæ no/biscum domino saluatori seruire conatur. San/ctum presbyterum Firmum, anno prẽterito ob rem earum Rauennam, & inde Africam Sici/liamq; direximus, quem putamus iam in Afri/cæ partibus commorari. Sanctos tuo adhæren/tes lateri, ut meo obsequio salutes, precor. Lite/ras quoq; meas ad sanctum presbyterum Fir/mum direxi, quæ si ad te uenerint ei dirigere nõ graueris. Incolumẽ te & mei memorem, Chri/stus dominus custodiat, domine uere sancte & beatissime papa. Grandem Latini sermonis in ista prouincia notariorum patimur penuriam, & idcirco prẽceptis tuis parere non possumus, maximè in æditione Septuaginta, quæ asteri/scis uerubusq; distincta est. Pleraq; enim prio/ris laboris, fraude cuiusdam amisimus.

Paulinus episcopus Augustino gratias agit pro libris quinq;, quos aduersus Manichæos scripserat, dono missis, prædicans illius eruditionem, ac uicissim pa/nem dono mittit, amicitiæ & eiusdem communionis symbolum. Epistola XXXI

Domino fratri unanimo & uenerabili Augusti no, Paulinus & Therasia peccatores.

H Aritas Christi quæ urget nos etiam C absentes, licet per unitatem fidei alli gat, ipsa fiduciam ad te scribendi, pu dore depulso, præstitit: teq; per lite/ras tuas uisceribus meis intimauit, quas & de scholasticis facultatibus affluentes, & de cœle/stibus fatis dulces, ut animæ meæ medicas & altrices, in quinque libris interim teneo, quos munere benedicti & uenerabilis nobis episco/pi nostri Alipij, non pro nostra instructione tan tum, sed pro ecclesiæ multarum urbium utilita/te suscepimus. Hos igitur nunc libros lectioni habeo, in his me oblecto, de his cibum capio, non illum qui perit, sed qui operatur uitæ æter/næ subſtantiam per fidem nostram qua adcor/poramur in Christo Iesu domino nostro, cum si des nostra quæ uisibilium negligens, inuisibili/bus inhiat, per charitatem omnia secundum ue ritatem omnipotentis dei credentem, literis & exemplis fidelium roboretur. O uere sal terræ, quo præcordia nostra ne possint seculi uanesce/re errore, condiũtur. O lucerna dignè supra can delabrum ecclesiæ posita, quæ latè catholicis urbibus de septiformi lino pastum oleo lætitiæ lumen effundens, densas licet hæreticorum ca/ligines discutis, & lucem ueritatis à confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubi las. Vides frater unanime, admirabilis in Chri sto domino & suscipiende, quàm familiariter agnouerim te, quanto admirer stupore, quàm magno amore complectar: qui quotidie collo/quio literarum tuarum fruor, & oris tui spiritu uescor. Os enim tuum fistulam aquę uiuæ & ue nam fontis æterni meritò dixerim, quia fons ui tæ aquæ salientis in uitam æternã Christus effe *Io.4.* ctus est. Cuius desiderio sitiuit in te anima mea, & ubertate tui fluminis inebriari terra mea con cupiuit

cupiuit. Ideoq; cum hoc Pentateucho tuo con/ A tra Manichæos me satis armaueris, si qua in a/lios quoq; hostes catholicæ fidei munimina cõ parasti, quia hostis noster cui mille nocendi ar/tes, tam uarijs expugnandus est telis, quàm op/pugnat insidijs, quæso promere mihi de arma/mentario tuo, & conferre non abnuas arma iu/sticiæ. Sum enim laboriosus, & iã nunc sub ma *Al. †honore* gno †onere peccator, ueteranus in numero pec/catorum, sed æterno regi nouus in corpore ty/ro militiæ. Sapiẽtiam mundi miser hucusq; mi/ratus sum, & per inutiles literas reprobatamq; prudẽtiam deo stultus & mutus fui. Postquàm inueteraui inter inimicos meos, & euanui in co gitationibus meis, leuaui oculos meos in mon/tes, ad præcepta legis & gratiæ dona suspiciẽs: B unde mihi auxilium uenit à domino, qui non se cundum iniquitates retribuens, illuminauit cæ cum, soluit compeditũ, humiliauit erectũ male, ut erigeret humiliatum pie. Sequor igitur non æquis adhuc passibus magna iustorũ uestigia, si possim orationibus uestris apprehẽdere, in quo dei miserationibus apprehẽsus sum. Rege ergo paruulum in terra reptantẽ, & tuis gressibus in/gredi doce. Nolo enim in me corporalis ortus magis quàm spiritalis exortus ætatem conside res. Quippe ætas mihi secũdũ carnẽ ea iam est, *Acto.3 & 4. dicitur annorum amplius quàm quadraginta* qua fuit ille ab apostolis in porta Speciosa uer/bi potestate sanatus. In natalibus autẽ animæ, il lius adhuc mihi tempus infantiæ est, quæ inten tatis Christo uulneribus immolata digno san/ C guine agni uictimã prærucurrit, & dominicam auspicata est passionem. Atq; ideo ut infantem adhuc uerbo dei & spiritali ætate lactentẽ, edu/ca uerbis tuis, uberibus fidei sapientiæ charita/tis inhiantem. Si officium cõmune consideras, frater es: si maturitatem ingenij tui & sensuum, pater mihi es, etsi forte sis æuo iunior, quia te ad maturitatẽ meriti honor seniorem prouexit, & iuuenem cana prudentia. Foue igitur & corro/bora me in sacris literis & spiritalibus studijs, tempore (ut dixi) recentem, & ob hoc post lon/ga discrimina, post multa naufragia, usu ru/dem, uix dum à fluctibus seculi emergentem, tu qui iam solido litore cõstitutus, tuto excipe si/nu, ut in portu salutis, si dignũ putas, pariter na/ D uigemus. Interea me de periculis uitæ istius & profundo peccatorũ euadere nitentem, oratio/nibus tuis tanquã tabula sustine, ut de hoc mun do quasi de naufragio nudus euadam. Idcirco enim me leuare sarcinis, & uestimentis oneran tibus exuere curaui, ut undosum hoc, quod in/ter nos & deum peccatis interlatrantibus sepa/rat, presentis uitę salum, omni amictu carnis, & cura diei sequentis, iubente & adiuuante Chri sto expeditus enatem: neq; id me perfecisse glo rior: quod & si gloriari possem, in domino glo/riarer, cuius est perficere quod nobis adiacet uelle. Sed concupiscit adhuc anima mea deside rare iudicia domini. Vide quãdo adæquatur ef/fectum dei uolũtatum, qui adhuc ipsum deside/rare desiderat. Quod in me tamẽ est, dilexi de/corem domus sanctæ, & quantũ in me fuit, ele/gerã abiectus esse in domo domini. Sed cui pla cuit segregare me ab utero matris meæ, & ab a/micitia carnis & sanguinis ad gratiam suam tra here, eidem placuit inopem me omnis boni me riti, suscitare de terra & de lacu miseriarũ, ac de luto fecis educere, ut collocaret me cum princi pibus populi sui, & partẽ meam in tua sorte po/neret, ut te præstante meritis, officio sociatus æ/quarer. Præsumptione igitur non mea, sed pla/cito & ordinatiõe domini, fraternitatis tuæ mi hi fœdus usurpans, tanto indignus honore me dignor, quia te pro tua sanctitate certo scio, nã ueritatem sapis, non alta sapere, sed humilibus *Rom.12 συναπαγόμενοι* congruere. Ideoq; prompte & intime receptu/rum spero charitatẽ humilitatis nostræ. Quam quidem iam recepisse te per sacerdotem Alipi/um, quia dignatur patrem nostrum, confido. Is enim sine dubio de se tibi exemplũ præbuit nos ante noticiam & supra meritũ diligendi, qui in cognitos sibi nos & lõginqua soli & sali interca pedine disparatos, spiritu ueræ dilectiõis, q ubi q; & penetrat & effunditur, & uidere diligẽdo potuit, & alloquẽdo pertingere. Hic nobis pri/ma affectus sui documenta, & charitatis tuæ pi gnora in supradicto munere librorum dedit. Et quanto studuit impendio, ut sanctitatem tuam non ipsius tantum uerbis, sed plenius eloquẽtia & fidę tua cognita non possemus amare medio C criter, tãtopere curasse eundẽ credimus, ut nos uicissim ipsius imitatione plurimũ diligas. Gra tia dei tecum, ut est, in æternum maneat, opta/mus frater in Christo domino unanime, uene/rabilis, desiderantissime: totam domum, & om nem comitem, & æmulatorẽ in domino sancti/tatis tuæ plurimo fraternitatis unanimæ saluta mus affectu. Panem unũ, quẽ unanimitatis in/dicio misimus charitati tuæ, rogamus accipien do benedicas.

Augustinus Paulino, amplectens illius beneuo/lentiam, & mutuum declarans amorem: nonnul la de Licentio, cuius ætati metuebat, ne uergeret ad ea quæ sunt mundi. Epistola XXXII

Domino uere sancto & uenerabili, & eximia in Christo laude prædicando, fratri Paulino, Augustinus in domino salutem.

B One uir & bone frater, latebas ani/ o mam meã, & ei dico ut toleret, quid adhuc lates oculos meos, & uix ob/temperat, imò non obtemperat. An uero tolerat? Cur ergo me excruciat desideriũ tui apud ipsam intus animã? Nam si molestias corporis paterer, & si non perturbarent æquita tem animi mei, recte illas tolerare dicerer. Cum autẽ non æquo animo fero quod te non uideo, intolerabile est istam appellare tolerãtiam. Sed quando tu talis es, esse sine te fortasse intolera/bilius toleraretur. Bene est ergo, quia æquo ani

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo ferre non possum: quòd si æquo animo ferrem, æquo animo ferendus non essem. Mirum est, sed tamẽ uerum quod mihi accidit: doleoq; quod te non uideo, & meipsum consolatur dolor. Ita mihi displicet fortitudo, qua patiẽter fertur absentia bonorum, sicuti es. Nam & Hierusalem futurã desideramus utiq;, & quãto impatientius desideramus ipsam, tanto patientius sustinemus omnia propter ipsam. Quis igitur potest non gaudere te uiso, ut posset quãdiu te non uidet, non dolere? Ergo neutrũ possum, & quoniam si possem, immaniter possem, nõ posse delector, atq; in eo quod delector nonnullum solatium est. Dolentẽ itaq; me non sedatus, sed consideratus cõsolatur dolor. Ne reprehẽdas quæso sanctuore grauitate qua præuales, & dicas nõ recte me dolere quod adhuc te non nouerim, cum animũ mihi tuum, hoc est teipsum interiorem aspiciendũ patefeceris. Quid enim si uspiam uel in terrena tua ciuitate didicissem fratrẽ & dilectorẽ meum, & tantum in domino ac talem uirum, nullúm ne me dolorem sensurũ fuisse arbitrareris, si non sinerer nosse domũ tuam? Quomodo ergo non doleam quod nõdum faciem tuã noui, hoc est domũ animæ tuæ, quam sicut meam noui? Legi enim literas tuas fluẽtes lac & mel, præferentes simplicitatẽ cordis tui, in qua quæris dominum, sentiens de illo in bonitate, & afferens ei claritatẽ & honorem. Legerunt fratres & gaudent infatigabiliter & ineffabiliter, tam uberibus & tam excellẽtibus donis dei, bonis tuis. Quotquot eas legerũt, rapiunt, quia rapiuntur cum legunt. Quàm suauis odor Christi, & quàm fragrat ex eis: dici non potest, illæ literæ cum te offerunt ut uidearis, quantum nos excitent ut quæraris: nam & perspicabilem faciunt & desiderabilem. Quanto enim præsentiam tuam nobis quodãmodo exhibent, tanto absentiã nos ferre non sinunt. Amant te omnes in eis, & amari abs te cupiũt. Laudatur & benedicitur deus, cuius gratia tu talis es. Ibi excitatur Christus, ut uentos & maria tibi placare tendenti ad stabilitatem suam dignetur. Ibi coniunx excitatur, non dux ad molliciem uiro suo, sed ad fortitudinem redux in ossa uiri sui: quam in tuam unitatem redactam & redditam, & spiritalibus tibi tanto firmioribus, quanto castioribus nexibus copulatã, officijs uestræ sanctitati debitis in te uno ore salutamus. Ibi cedri Libani ad terram depositæ, & in arcæ fabricam compagine charitatis erectæ, mũdi huius fluctus impatibiliter secant. Ibi gloria ut acquiratur, contemnitur: & mũdus ut obtineatur, relinquitur. Ibi paruuli, siue etiam grandiusculi filij Babylonis eliduntur ad petram, uitia scilicet confusionis superbiæq; secularis. Hæc atq; huiusmodi suauissima & sacratissima spectacula, literæ tuæ præbent legentibus, literæ illæ literæ fidei non ficticiæ, literæ spei bonæ, literæ puræ charitatis. Quomodo nobis anhelãt istim tuam, & desiderium defectumq; animæ tuæ in atria domini? Quid amoris sanctissimi spirant? Quãtam opulentiam synceri cordis exæstuant? Quas agunt gratias deo? Quas impetrant à deo? Blandiores sunt, an ardentiores: luminosiores, an fœcũdiores? Quid enim est quod ita nos mulcent, ita accendunt: ita cõpluunt, & ita serenæ sunt? Quid est quæso te, aut quid tibi pro eis repẽdam, nisi quia totus sum tuus in eo, cuius totus es tu? Si parum est, plus certe non habeo. Tu autem fecisti ut non mihi parũ uideatur, qui me in illa epistola tãtis laudibus honorare dignatus es, ut cũ tibi me refundo, si parũ hoc tibi putem, non credidisse conuincar. Pudet me quidem tantũ boni de me credere, sed plus piget tibi non credere. Est quod faciam: non me credam talem qualem putas, quoniã non agnosco: & credam me abs te diligi, quoniam sentio & plane percipio: ita nec in me temerarius, nec in te ingratus exitero. Et cum me tibi totum offero, parũ non est: offero enim quem uehemẽtissime diligis: & offero, si non qualẽ me esse arbitraris, eum tamen pro quo ut talis esse merear deprecaris. Hoc enim magis iam peto facias, ne minus optes mihi adijci ad id quod sum, dũ me existimas iam esse quod non sum. Ecce charissimus meus est, & ab ineunte adolescẽtia mihi familiariter amicissimus, qui hanc eximietati tuæ ac præstãtissimæ charitati epistolã apportat. Huius nomẽ est in libro de uera religione, quem tua sanctitas (quantum literis indicas) libentissime legit. Factus est enim tibi etiã tanti uiri, qui tibi eum mi sit, commẽdatione iocundior. Neq; tamẽ huic tam familiari amico meo uelim credas, quæ de me fortè laudans dixerit. Sensi enim etiã ipsum sæpe non mentiendi studio, sed amãdi propensione falli iudicantem, & arbitrari iam me accepisse quædam, quibus accipiẽdis à domino patẽte ore cordis inhiarem. Et si hoc in os meum, quis non conijciat quanta de me absente melio ra quàm ueriora lętus effundat? Librorũ autem nostrorũ copiam faciet uenerabili studio tuo: nam nescio me aliquid, siue ad eorum qui extra ecclesiã dei sunt, siue ad aures fratrum scripsisse, quod ipse non habeat. Sed tu cum legis misan cte Pauline, non te ita rapiant quæ per nostram infirmitatem ueritas loquitur, ut ea quæ ipse loquor, minus diligẽter aduertas: ne dum auidus hauris bona & recta, quæ data ministro, non ores pro peccatis & erratis quæ ipse committo. In his enim si aduerteris quæ tibi recte displicebunt, ego ipse conspicior: in his autem quæ per donũ spiritus, quod accepisti, recte tibi placent in libris meis, ille amandus, ille prædicãdus est, apud quem est fons uitæ, & in cuius lumine uidebimus lumen, & sine ænigmate & facie ad faciem, nunc autem in ænigmate uidemus. In his ergo quæ ipse de ueteri fermento eructaui, cum ea legẽs agnosco, me iudico cum dolore: in his uero quæ de azymis synceritatis & ueritatis dono

id est, bonatius quàm ra. Sic alibi ties loquitur Liuium tus

(dono dei) dixi, exulto cũ tremore. Quid enim habemus quod non accepimus? † Apud deum enim melior est, qui maioribus & pluribus, & qui minoribus & paucioribus donis dei diues est, quis negat? Sed rursus melius est uel de paruo dei dono gratias ipsi agere, quàm sibi agi uelle de magno. Hæc ut ex animo semper confitear, meumq; cor à lingua mea non dissonet, ora pro me frater. Ora obsecro, ut non laudari uolens, sed laudans inuocem dominũ, & ab inimicis meis saluus fiam. Est etiã aliud, quo istum fratrem amplius diligas: nam est cognatus uenerabilis, & uere beati episcopi Alipij, quẽ toto pectore amplecteris, & merito: nã quisquis de illo uiro benigne cogitat, de magna dei misericordia, & de mirabilibus dei muneribus cogitat. Itaq; cum legisset petitionem tuam, qua desiderare te indicasti, ut historiam suam tibi scriberet, & uolebat facere propter beneuolẽtiam tuã, & nolebat propter uerecũdiã suam. Quem cum uiderem inter amorẽ pudoremq; fluctuantem, onus ab illo in humeros meos transtuli: nã hoc mihi etiam per epistolam iussit. Cito ergo, si dominus adiuuerit, totũ Alipium inserã præcordijs tuis: nam hoc sum ego maxime ueritus, ne ille uereretur aperire omnia, quæ in eum dominus cõtulit, ne alicubi minus intelligẽti (non enim abs te solo illa legerentur) non diuina munera concessa hominibus, sed seipsum prædicare uideretur, & tu qui nosti quomodo hæc legas, propter aliorum cauendam infirmitatẽ, fraternæ notitiæ debito fraudareris. Quod iam fecissem, iamq; illũ legeres, nisi profectio fratris improuisa repente placuisset. Quem sic cõmendo cordi & linguæ tuæ, ut ita comitẽ te ei præbeas, quasi non nunc illum, sed mecum ante dideceris. Si enim cordi tuo non dubitauerit aperire seipsum, aut ex omni aut ex magna parte sanabitur per linguam tuam. Volo enim eum numerosius contũdi eorum uocibus, qui amicum non seculariter diligũt. Filiũ autem eius filium nostrũ, cuius etiam nomen in aliquibus nostris libris inuenies: & si ad tuæ charitatis præsentiã ipse non pergeret, statueram literis in manu tua tradere, consolandũ, exhortandũ, instruẽdum, non tam oris sono, quàm exemplo roboris tui. Ardeo quippe, ut dum adhuc ætas eius in uiridi fœno est, zizania cõuertat in frugem, & credat expertis, quod experiri periculose desiderat. Nunc ergo ex eius carmine, & ex epistola, quam ad eum misi, intelligit beneuolẽtissima & mansuetissima prudentia tua, quid de illo doleam, quid timeã, quid cupiam. Nec despero affuturum dominum, ut per te ministrum eius tãtis curarum æstibus liberer. Sanè quia multa scripta nostra lecturus es, multo erit mihi gratior dilectio tua, si ex his quæ tibi displicuerint, emendaueris me iustus in misericordia, & argueris me. Non enim talis es, cuius oleo timeã impinguari caput meum. Fratres non solum qui nobiscum habitant, & qui ubilibet habitãtes, deo pariter seruiunt, sed propè omnes qui nos in Christo libenter nouerunt, salutant, uenerãtur, desiderant germanitatem, beatitudinẽ, humanitatem tuam. Non audeo petere, sed si tibi ab ecclesiasticis muneribus uacat, uenias & uideas quid mecum sentiat Africa.

Al. † At enim

Paulinus Augustino, non recepto ab eo responso, denuo per alium scribit eadem quæ prius. Epistola XXXIII

Domino fratri sancto & unanimo Augustino, Paulinus & Therasia peccatores.

1 Am dudum frater in Christo domino mi unanime, ut te in sanctis & pijs laboribus tuis nesciẽtem agnoui, absentemq; uidi, tota mente complexus, alloquio quoq; familiari atq; fraterno per literas audire properaui. Et credo in manu & in gratia domini sermonẽ meum ad te fuisse perlatum: sed morante adhuc puero, quem ad te aliosq; dilectos æque deo salutandos, ante hyemem miseramus, non potuimus ultra & officiũ nostrum suspẽdere, & desiderium sermonis tui cupidissimũ temperare. Scripsimus itaq; itera to nunc, si priores ad te literæ nostræ peruenire meruerunt: aut primo, si illis in manus tuas perueniendi felicitas non fuit. Sed tu frater spiritaliter omnia iudicans, amorem in te nostrum nependas officio solo, aut tempore literarum. Do minus enim testis est, qui unus atq; idem operatur in suis ubiq; charitatẽ suam, iam abinde nobis, ex quo te beneficio uenerabilium episcoporum Aurelij & Alipij, per tua in Manichæos opera cognouimus ita inditã dilectionẽ tuam, ut nobis non nouam aliquam amicitiã sumere, sed quasi ueterem charitatem resumere uidere mur. Deniq; nunc & si sermone, non tamen tanquam & affectu rudes scribimus, teq; uicissim in spiritu per interiorẽ hominẽ quasi recognoscimus. Nec mirum si & absentes adsumus uobis, & ignoti nosmet nouimus, cum unius corporis membra simus, unum habeamus caput, una perfundamur gratia, uno pane uiuamus, una incedamus uia, eadẽ habitemus domo. Denicq; in omne quod sumus, tota spe ac fide quastamus in præsenti, nitimur in futurum, tam in spiritu quàm in corpore domini unum sumus, ne simus nihil si ab uno excidamus. Quãtulum ergo est quod absentia corporalis nobis inuidet nostri, nisi sanè fructum istum, quo pascuntur oculi temporalium expectatores: quamuis nec corporalis quidem gratia, tẽporalis in spiritalibus dici debeat, quibus etiam corporum æternitatẽ resurrectio largietur, ut audemus in uirtute Christi & bonitate dei patris uel indigni præsumere. Quare utinam hoc quoq; nobis munus annueret gratia dei, per dominũ nostrũ Iesum Christum, ut etiam in carne faciem tuam uideremus: nõ solum desiderijs nostris magnũ conferretur gaudiũ, sed etiam mentibus lumen

Universidad de Deusto
Biblioteca

accresceret,& ex tua copia locupletaretur inopia nostra. Quod quidem & absentibus largiri potes,hac præsertim occasione,qua filij nostri unanimes & charissimi nobis in domino,Romanus & Agilis,quos ut nos alteros tibi cõmẽdamus,in nomine Domini reuertentur,opere charitatis impleto,in quo tuæ charitatis affectu specialiter utantur,rogamus. Nosti enim quàm celsa promittat altissimus,fratri fratrẽ adiuuanti. Per hos,si quo me gratiæ,quæ tibi data est, dono remunerari uoles,tuto facies. Sunt enim, uelim credas,unum cor,& una nobiscum in domino anima. Gratia dei tecum,ut est,in æternũ maneat,frater in Christo domino unanime,uenerabilis,dilectissime & desiderabilis. Omnes in Christo sanctos,quales tibi cohærere nõ dubium est,à nobis saluta. Commenda nos omnibus sanctis,ut tecum pro nobis orare dignẽtur.

Augustinus Paulino, ad proximam epistolam respondet:nam superiorem nõdum acceperat. Epistola XXXIIII

Dominis dilectissimis & syncerissimis,uere beatissimis,atq; abundantissima dei gratia præstantissimis fratribus Paulino & Therasiæ,

Augustinus in domino Salutem.

Vm literas meas, quibus respondi
C prioribus uestris,si tamen uestris literis ullo modo à me respõderi potest, celerrime optauerim uenire in uestræ charitatis manus,ut quo pacto absens cito possem esse uobiscum,lucrum mihi uestræ epistolæ cõtulit tarditas mea. Bonus dominus qui non tribuit sæpe quod uolumus,ut quod malimus attribuat. Aliud est enim quod accepta epistola mea scripturi estis,aliud quod non accipiendo scripsistis. Quod cũ lætissime legeremus, defuisset nobis certe ista lætitia,si ut optauimus maximeq; uoluimus,cito ad uestram sanctitatẽ nostræ literæ permeassent. Nunc uero & hæc habere scripta,& illa sperare rescripta,gaudio cumulatiore delectat. Ita nec nostra culpa accusari potest, & domini largior benignitas fecit, quod nostro desiderio cõducibilius esse iudicauit. Sanctos fratres Romanũ & Agilem aliam epistolam uestram audientẽ uoces atq; reddentem,& suauissimam partem uestræ præsentiæ,
D quia uobis uisendis inhiaramus auidius,cũ magna in domino iucunditate suscepimus. Vnde, aut quando,aut quomodo uel uos præstare,uel nos possemus exigere,ut nos de uobis tãta scribendo doceretis,quãta eorum ore didicimus? Aderat etiam quod nulli chartæ adesse potest, tantum in narrãtibus gaudium,ut per ipsum etiam uultum oculosq; loquentium,uos in cordibus eorum scriptos cum ineffabili lætitia legeremus. Hoc quoq; amplius erat, quòd pagina quælibet quantacũq; bona scripta contineat,nihil ipsa proficit,quamuis ad profectum explicetur aliorum. Hãc autem epistolam uestram,fraternam scilicet animam,lic in eorum colloquio
A legebamus, ut tanto beatior appareret nobis, quanto uberius conscripta esset ex uobis. Itaq; illam ad eiusdem beatitatis imitationẽ,studiosissime de uobis omnia percunctando,in nostra corda transscripsimus. Nec ideo tamẽ eos tam cito à nobis,licet ad uos remeantes,sine molestia passi sumus. Videte enim quæso uos quibus quatiebamur affectibus:tanto uticq; dimittendi erant uelocius,quãto uobis impẽsius obedire cupiebant. Sed quanto id cupiebãt magis, tanto uos nobis præsentius exhibebãt:eo quippe indicabant quàm chara uestra uiscera essent. Tanto igitur eos minus dimittere uolebamus, quanto iustius ut dimitterẽtur,instabãt. O rem non ferendam,nisi à nobis ista discessione non
B discederemus,nisi unius essemus corporis mẽbra,unum haberemus caput,una perfunderemur gratia,uno pane uiueremus,una incederemus uia,cadẽ inhabitaremus domo. Cur enim non eisdem etiam uerbis uteremur? Agnoscis enim credo hæc esse ex epistola uestra. Sed cur potius hæc uestra sint uerba quàm mea,quæ utiq; quàm uera sunt,tam à nobis ab eiusdem capitis communione proueniunt? Et si aliquid proprium uobis donatũ habent,tanto magis ea sic dilexi,ut obsiderent uiam pectoris mei,neq; à corde ad linguam meam uerba trãsire sinerent, donec tanto priora,quãto sunt uestra,procederent. Sancti fratres & dilecti deo,nostraq; inuicem membra,quis dubitet nos uno spiritu uegetari,nisi qui non sentit qua nobis dilectione
C uinciamur? Vellem tamen scire,utrum hãc absentiam corporalem,uos patiẽtius quàm nos facilius toleretis? Si ita est,fateor non amo istam fortitudinẽ uestram,nisi forte quia nos tales sumus,ut minus à uobis desiderari,quàm uos desiderare debeamus. In me certe si esset patientia uestræ absentiæ perferẽdæ,displiceret mihi:segniter enim agerem,ut uos uiderem. Quid autem absurdius,quàm fortitudine fieri segniorem? Sed qua ecclesiæ cura teneat,ex hoc uestra charitas oportet attendat,quòd beatissimus pater Valerius,qui uos nobiscũ quantum salutet, *Valerij epi pi Augu nus ουνοψις*
quantum sitiat,audietis ex fratribus,nec presbyterum me esse suum passus est,nisi maiorem
D mihi coepiscopatus sarcinã imponeret. Quod quidem quia tãta eius charitate,tantoq; populi studio dominum id uelle credidi,nõnullis iam exemplis præcedentibus, quibus mihi omnis excusatio claudebatur,uehementer timui excusare. Sed quanquam iugum Christi per seipsum lene sit,& sarcina leuis,tamen propter nostram asperitatem atq; infirmitatẽ,si quid me mordet hoc uinculum, atq; urget hoc onus,ineffabiliter mihi aliquanto uestræ præsentiæ solatio,tolerabilius et portabilius redderetur. Vos audio curis eiusmodi expeditiores liberioresq; uiuere,quare non impudenter ego rogo uos,& postulo,& flagito,ut in Africam maiore taliũ hominum siti,quàm siccitatis nobilitate laboran-

tem

tem,uenire dignemini. Scit deus quia non so-
A lum propter desiderium meum,neq; solum propter eos qui uel per nos uestrum propositũ,uel undecũq; fama prædicante didicerunt,sed etiam propter cæteros qui partim non audiũt,partim audita non credunt,tamẽ possunt comperta diligere,uos istis terris etiã corporaliter adesse cupimus. Quamuis enim sedulo atq; miseri corditer id agitis,tamen etiam coram hominibus regionum nostrarũ luceant opera uestra,ut uideant bona facta uestra,& glorificẽt patrem uestrum qui in cœlis est. Piscatores uocante domino,quod nauiculas & retia dimiserũt,omnia se dimisisse,& dominũ sequutos esse,etiã commemorando lætati sunt. Et reuera omnia contẽ
B nit,qui non solum quantũ potuit,sed etiã quantum uoluit,habere contẽnit. Sed in eo quod cupiebatur,oculi dei testes sunt,in eo quod habebatur & hominum. Nescio quo autem modo, cum superflua & terrena diliguntur,artius adepta quàm concupita constringunt. Nam unde
Luc. 18 tristis ille discessit,qui cõsilium uitæ æternæ cõsequendæ quærebat à Domino, cum audisset uendenda esse omnia sua,& distribuenda esse pauperibus,& habẽdum thesaurum in cœlo,si uellet esse perfectus:nisi quia magnas,ut Euangelium loquitur,habebat diuitias? Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt,aliud iam incorporata diuellere. Illa uelut cibi repudiantur, illa uelut membra præciduntur. Quanto igitur & quãtum mirabili gaudio nostris temporibus
C Christiana charitas cõspicit,per domini Euangelium cum lætitia fieri,quod ex ore Domini cum tristitia diues audiuit? Quanquã nullis uerbis explicem conceptionem ac parturitionem cordis mei,tamen quia prudenter & pie intelligitis non esse istam uestram,hoc est humanam, sed in uobis domini gloriã. Nam & inimicum cautissime intuemini,deuotissimeq; agitis,ut tã quam discipuli Christi humiles corde & mites sitis. Vtilius enim terrena opulentia tenetur humiliter,quàm superbe relinquitur. Quia ergo recte intelligitis non hanc esse uestram,sed domini gloriam,uidetis quàm parua & exigua dixerim. Dixi enim de laudibus Christi,quibus
D sunt linguæ impares angelorũ. Hãc ergo Christi gloriam etiam oculis nostrorum hominũ cupimus admoueri,in uno cõiugio proposita utriq; sexui calcandæ superbiæ,non desperandæ perfectionis exempla. Nescio si quicquam misericordius agitis,quàm si tãtum nolitis latere, quod tales estis,quantũ tales esse uoluistis. Vestustinum impijs quoq; miserabilem puerum uestræ benignitati charitatiq; commendo:causas calamitatis & peregrinationis eius audietis ex ipso. Nam & propositum eius,quo seruituram se esse pollicetur deo,tempus prolixius,& ætas robustior,& trãsactus timor certius indicabũt. Tres libros,atq; utinam tam grandis quæstionis ita explicatores ut grandes,tanto minus me

tuens in te laborem legendi,quanto ardorẽ perspicio diligendi,missi sanctitati & charitati tuæ: nam quæstio eorum de libero arbitrio est. Hos autem non habere,aut omnes non habere fratrem Romanianum scio,per quem propè omnia,quæ quibuslibet auribus accõmodata scribere potui,studio in nos tuo non apportãda dedi,sed legenda indicaui. Habebat enim iam ille omnia,secumq; gestabat:per eum autem prima rescripta transmisi. Credo iam expertã sanctitatem tuam sagacitate spiritali,quam tibi dominus tribuit,quid ille uir boni animo gerat,& quæ in illo infirmitate pars claudicet. Vnde humanitati & charitati tuæ tam ipsum quàm filiũ eius,legisti(ut spero)qua sollicitudine commẽ
B dauerim,& quanta mihi necessitudine copulati sint. Aedificet eos per te dominus,quod ab illo magis petendũ est:nam id tu quàm uelis nosui. Aduersus paganos te scribere didici ex fratribus,si quid de tuo pectore meremur,indifferenter mitte ut legamus:nam pectus tuum tale Domini oraculum est,ut ex eo nobis placita cõtra implicita,& aduersus loquacissimas quæstiones explicatissima dari responsa præsumamus. Libros beatissimi papæ Ambrosij credo habere sanctitatem tuam,eos autem multũ desidero,quos aduersus nonnullos imperitissimos & superbissimos,qui de Platonis libris dominum profecisse contendunt,diligentissime & copiosissime scripsit. Beatissimus frater Seuerus de
C condiscipli natu nostro Mileuitanæ antistes ecclesiæ,bene apud eandem ciuitatẽ fratribus cognitus,debito nobiscum officio sanctitatem uestram salutat. Fratres quoq; omnes nobiscũ domino seruientes,tam id faciunt,quàm uos desiderant:tam uos desiderant,quàm uos diligunt: & tam diligunt,quàm estis boni. Panis quẽ misimus,uberior benedictio fiet,dilectione accipientis uestræ benignitatis. Custodiat uos dominus ab ista generatione in æternum,domini dilectissimi & syncerissimi uere benigni & abũdantissima domini gratia præstãtissimi fratres.

Ambrosius

Non extant

Paulinus Alipio episcopo, de libris Augustini quos recepit,excusans quòd serius miserit ad illũ Eusebij Chronica. Cupit edoceri de statu Alipij:ipse uicissim de suo nonnulla aperit,ueluti significans se uelle Alipij uitam in literas mittere. Tres panes dono mittit. Hoc argumentum præcedit epistolam trigesimãsecundam. Ep. XXXV

Domino merito honorabili,& beatissimo patri Alipio, Paulinus & Therasia peccatores.

Aec est uera charitas,hæc perfecta
H dilectio,quam tibi circa humilitatẽ nostram inesse docuisti,domine uere sancte & merito beatissime ac desiderabilis. Accepimus enim per hominem nostrum Iulianum de Carthagine reuertentem literas,tantam nobis sanctitatis tuæ lucem afferentes,ut nobis charitatẽ tuam non agnoscere, sed recognoscere uideremur. Quia uidelicet ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo, qui nos ab origine mundi prædestinauit sibi, charitas ista manauit, in quo facti sumus antequàm nati, quia ipse fecit nos, & nō ipsi nos, qui fecit quæ uentura sunt. Huius igitur præscientia & opere formati in similitudinem uolūtatum & unitatem fidei, uel unitatis fidem, prœuiente noticiam charitate cōnexi sumus, ut nos inuicem ante corporales conspectus reuelante spiritu nosceremus. Gratulamur itaq; & gloriamur in domino, qui unus atq; idem ubiq; terrarum operatur in suis dilectionē suam spiritu sancto, quem super omnem carnem effudit, fluminis impetu lætificās ciuitatem suam. In cuius te ciuibus principalē cum principibus populi sui, sede apostolica merito collocauit: nosq; etiam, quos erexit elisos, & de terra inopes suscitauit, in uestra uoluit sorte numerari. Sed magis gratulamur in eo domini munere, quo nos in pectoris tui habitatione constituit: quoq; ita uiscera tuis insinuare dignatus est, ut peculiarem nobis charitatis tuæ fiduciam uendicemus, his officijs atq; muneribus prouocati, ut nos diffidenter aut leuiter te amare non liceat. Accepimus enim insigne & præcipuū dilectionis & sollicitudinis tuæ opus, sancti & perfecti in domino Christo uiri, fratris nostri Augustini libris quinq; confectū, quod ita miramur atq; suspicimus, ut dictata diuinitus uerba credamus. Itaque fiducia suscipiendæ nobis unanimitatis tuæ, & ad ipsum scribere ausi sumus, dum nos illi per te, & de imperitia excusandos, & ad charitatem commendandos præsumimus, sicut & omnibus sanctis, quorum nos & absentiū officijs sospitare dignatus es, pari proculdubio curaturus affectu, ut per sanctitatem tuam, nostris inuicem salutentur obsequijs, & in clero sanctitatis tuæ comites, & in monasterijs fidei ac uirtutis tuæ æmulatores. Nam etsi in populis ac super populum agas, oues pascuæ domini regens sollicitis uigil pastor excubijs, tamē abdicatione seculi, & repulsa carnis ac sanguinis, desertum tibijpse fecisti, secretus à multis, uocatus in paucis. Sane uicario aliquatenus munere, licet per omnia tibi impar, ut iusseras prouidi illā Eusebij uenerabilis episcopi Constātinopolitani, de cunctis tēporibus historiam. Sed in hoc fuit obtēperādi mora, quod instructu tuo, quia ipse non haberem hunc codicem, Romæ repperi apud parentem nostrum uere sanctissimū Dominionem qui proculdubio promptius mihi paruit in hoc beneficio, quod tibi deferendum iudicauit. Verūtamen quia & loca tua mihi signi ficare dignatus es, ut ipse monuisti, ad uenerabilem socium coronæ tuæ, patrem nostrum Aurelium ita scripsimus, ut si nūc Hippone regio deGeres, illō tibi literas nostras, & transscribēdam in Carthagine membranā mittere dignaretur. Quod & sanctos uiros quos indices charitatis ipsorū tuo sermone cognouimus, Comitem & Euodium rogauimus, ut hæc scribere ipsi curarent, ne uel parenti Domnioni diutius codex suus deforet, & tibi transmissus sine necessitate redhibendi maneret. Specialiter autem hoc à te peto, quoniam me immerentē & inopinantem magno tui amore complesti, ut pro hac historia temporum, referas mihi omnem tuę sanctitatis historiam: ut quod genus, unde sis domo, tanto uocatus à domino, quibus exordijs segregatus ab utero matris tuæ, ad matrem filiorū dei prole lætantem, abiurata carnis & sanguinis stirpe transieris, & in genus regale & sacerdotale sis translatus, edisseras. Quod enim indicasti, iam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanum te didicisse, cum illic initiareris, fateor curiosius me uelle condiscere, ut ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler, si à suscipiēdo mihi patre nostro Ambrosio, uel ad fidem inuitatus es, uel ad sacerdotiū consecratus, ut eūdem ambo habere uideamur autorem. Nam ego etsi à Delphino Burdegaliæ baptizatus, à Lampio apud Barcilonam in Hispania, per uim inflammatæ subito plebis sacratus sim, tamen Ambrosij semper & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotij ordine confoueor. Deniq; suo me clero uēdicare uoluit, ut & si diuersis locis degam, ipsius presbyter censear. Sed de me ne quid ignores, scias antiquissimū peccatorē, non ita olim de tenebris & umbra mortis eductum, spiritum aurę uitalis hausisse, nec ita olim posuisse in aratro manum, & crucem domini sustulisse, quam ut in finē perferre ualeamus, orationibus tuis adiuuemur. Accumulabitur hæc meritis tuis merces, si interuentu tuo onera nostra releuaueris. Sanctus enim laborātem adiuuans, quia fratrem non audemus dicere, exaltabitur sicut ciuitas magna. Et tu quidem super montem ciuitas ædificata es, uel accensa super candelabrū lucerna in septiformi claritate colluces, nos sub modio peccatorū delitescimus: uisita literis tuis, & profer in lucem in qua ipse uersaris, super aurea candelabra cōspicuus. Eloquia tua lumen semitis nostris erunt, & oleo lucernæ tuæ impinguabitur caput nostrum. Et accendetur fides, cum de spiritu oris tui cibū mentis & lumen animæ sumpserimus. Pax & gratia dei tecum, & corona iusticiæ tibi maneat in die illo, domine pater merito dilectissime, & uenerabilis & exoptatissime. Benedictos sanctitatis tuę comites & æmulatores, in domino fratres (si dignantur) nostros, tā in ecclesiis q̄ in monasterijs, Carthaginī, Thagastæ, Hippone regio, & totis parochijs tuis atq; omnibus cognitis tibi per Africā locis, domino catholice seruientes, multo affectu & obsequio salutari rogamus. Si ipsam membranā sancti Domnionis acceperis, transscriptā nobis remittere dignaberis. Et hoc rogo scribas mihi, quē hymnū meū cognoueris. Panē unū sanctitati tuę unitatis gratia missimus, in quo etiā trinitatis soliditas continetur. Hunc panē eulogiā esse, tu facies dignatione sumēdi.

Paulinus

Panis dono missus

Paulinus

Paulinus Romaniano, gratulans ecclesiæ Hipponensi quòd Augustinum meruit episcopi collegam. Licentium pro quo scripserat Augustinus, hortatur & prosa & carmine, ut contempto aulæ fastu, se dedicet Christo. Epistola XXXVI

Domino merito prædicabili & honorando fratri Romaniano, Paulinus & Therasia.

PRridie quàm has daremus, reuersis ex Africa fratribus nostris, quorum expectatione nos pendere uidisti, optatissime sanctorum & charissimorum uirorū inde epistolas receperamus, id est Aurelij, Alipij, Augustini, Profuturi, Seueri, iā omnium pariter episcoporum. Ergo tot sanctorum talium recentissimis sermonibus gratulantes, properauimus ad te nostrā referre lętitiam, ut tibi quoq; expectatum in peregrinatione solicita gaudiū festiuissimis cōferremus indicijs. Si forte eadē de uenerabilibus & amantissimis uiris per aliarum aduentus nauium comperisti, per nos etiā repetita accipe, & quasi renouata hilaritate rursus exulta. Quod si primus hic à nobis tibi nuncius ueniet, gratulare tantā nobis in tua patria charitatē Christo donāte partā, ut qđ illic diuina prouidentia gerat, mirabilis semper (ut scriptum est) in sanctis suis, uel primi, uel cum primis sciamus. Non autem tantū hoc scribimus gratulandum, quod episcopatū Augusti nus acceperit, sed quod hanc dei curam meruerint Africanæ ecclesiæ, ut uerba cœlestia Augustini ore perciperēt, qui ad maiorem dominici muneris gratiam nouo more prouectus, ita consecratus est, ut nō succederet in cathedra episcopo, sed accederet. Nam incolumi Valerio Hipponensis ecclesię episcopo, coepiscopus Augustinus est. Et ille beatus senex, cui purissimam mentem nulla unquam liuentis inuidię macula suffudit, dignos sui cordis pace nūc ab altissimo fructus capit, ut quem successorē sacerdotij sui suppliciter optabat, hūc mereretur tenere collegam. Credi ne hoc potuit antequàm fieret? Sed in hoc quoq; omnipotentis opere dici Euangelicum illud potest: Hominibus hæc ardua, apud deum autem omnia possibilia. Exultemus itaq; & lætemur in eo qui facit mirabilia solus, & qui facit unanimes habitare in domo, quoniā ipse respexit humilitatem nostram, & uisitauit in bono plebem suam: qui erexit cornu in domo David pueri sui, & nunc exaltauit cornu ecclesiæ suæ in electis suis, ut cornua peccatorum (sicut per prophetam spondet) hoc est Donatistarum Manichæorūq; confringat. Vtinam hæc nunc domini tuba, qua per Augustinum intonat, filij nostri Licentij impulset auditus, sed ut illa audiat aure, qua Christus ingreditur, de qua non rapit dei semen inimicus. Tunc uere sibi summus Christi pōtifex Augustinus uidebit, quia se tūc & exauditum sentiet ab excelso, si quem tibi dignum genuit in literis, hunc & sibi digne filiū pariat in Christo. Nam & nunc, uelim cre-

Gratulatio

Hoc fieri uetuit in eo quē sibi συνπρὸν ex populi cōsensu designauit. Extat actum

das, flagrantissimā de ipso nobis sollicitudine scripsit. Credimus in omnipotētem Christum, quod adolescentis nostri uotis carnalibus spiritalia uota Augustini præualeant. Vincetur uel inuitus (mihi crede) uincetur pijssimi parentis fide, ne mala uictoria uincat, si maluerit in pernicie suam uincere, quàm pro salute superari. Ne uacuum fraternæ humanitatis officiū uideretur, de buccellato Christianę expeditionis, in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonā militamus, panes quinq; tibi pariter & filio nostro Licētio misimus. Non enim potuimus à benedictione secernere, quem cupimus eadem nobis gratia penitus annectere. Paucis tamē & ad ipsum loquamur, ne neget sibi scriptū, quod de se tibi scriptum est. Aeschino enim dicitur, quod audit Mitio. Sed quid de alienis loquar, cum de proprio cūcta possimus, & aliena loqui non soleat esse sani capitis, quo dei gratia sano & saluo sumus, quibus caput est Christus. Incolumē te ætate quàm plurima, & beatum semper cum tota domo tua, ut cupimus, habeamus in Christo, domine frater merito honorandissime & desiderantissime. Audi ergo fili legem patris tui, id est fidem Augustini, & noli repellere consilia matris tuæ, quod æque nomen in te Augustini pietas iure sibi uendicat, qui te tantillū gestauit sinu suo, & à paruulis primo lacte sapientiæ secularis imbutum, nunc etiā spiritalibus lactare & enutrire domino gestit uberibus. Quoniam te adultum ætate corporea, in spiritalibus adhuc cunabulis uagientem, uidet adhuc infantem uerbo dei uix dum in Christo primis passibus & uestigio titubante repentē, si tamen Augustini doctrina tāquam manus matris, & ulna nutricis instabilē regat paruulum. Quem si audias & sequaris, ut rursum te sermone Salomonis alliciam: Fili coronam accipies gratiarū tuo uertici. Et tunc uere eris ille non phantasmate somniatus, sed ab ipsa ueritate formatus consul & pōtifex, uacuas imagines falsi operis implente Christo solidis suæ operatiōis effectibus. Vere enim pontifex & uere consul Licenti eris, si Augustini uestigijs propheticis & apostolicis disciplinis, ut sacrato beatus Helisæus Helię, ut illustri apostolo Timotheus adolescens adhæreas, indiuulso per itinera diuina comitatu, ut & sacerdotiū corde perfecto discas mereri, & populis ad salutem magistri ore consulere. Sat hoc monitis & hortatui, Modico enim sermone & labore te arbitror mi Licēti ad Christum posse incitari, iam à pueris semper ad studia ueritatis & sapientiæ, quod utrunq; uere est Christus, & omnis boni summum, uenerabilis Augustini spiritu & ore flammatum. Qui si parum apud te pro te ualuit, quid ego tanto interuallo posterior, & omnium illius opum pauper, efficiam? Sed quia & illius facultatis potentia, & tui ingenij humanitate confisus, pleniora atque maiora in te spero elaborata, quàm elaboran-

Panes benedicti

Universidad de Deusto
Biblioteca

da,ausus sum hiscere duplici gratia,ut & illi uiro deuincta charitate comparar in sollicitudine tui,& inter eos qui salutem tuam diligũt,uel contestato numerarer affectu. Nam effectus in tui perfectione palmã Augustino potissimum destinatam scio. Vereor fili,ne aures tuas asperitate temerarij sermonis offenderim,& per aures animo etiã tuo tedij mei uulnus intulerim. Sed in mentem uenit epistola tua,qua te musicis familiarẽ modis intellexi. A quo studio ego æui quondam tui non abhorrui. Itaque mihi ad tuam mentẽ,si in aliquo exulcerassem,delinien dam, remediũ literas tuas recordatus repperi, ut te ad Dominũ harmoniæ omniformis artificem,modulamine carminis euocarem. Quæso te ut aure audias,neq; causam salutis tuæ in uer B bis meis spernas,sed piam curam & mẽtem paternam,etiam in despiciẽdis sermonibus liben ter accipias,quibus insitũ Christi nomen,quod est supra omne nomen,hanc deberi ueneratio nem facit,ut non possit à credente contemni.

Carmẽ elegiacũ Paulini ad Licentium

Quare age rũpe moras,& uincla tenacia secli:
Nec metuas placidi mite iugum Domini.
Pulchra quidẽ,sed mira uagis præsentia rerum
Mentibus,at sapiens non stupet ista animus.
Nunc te sollicitat uarijs malesuada figuris,
Heu ualidos etiam uertere Roma potens.
Sed tibi nate precor,semper pater Augustinus
Occurset,cunctas urbis ad illecebras.
Illum tanta inter fragilis discrimina uitæ
Aspiciens,& habens pectore,tutus eris. C
Hoc tamen & repetẽs iterumq; iterumq; monebo,
Vt fugias duræ lubrica militiæ.

Odit longam seruitutem

Blandum nomen honos,mala seruitus,exitus æger,
Quem nunc uelle iuuat,mox uoluisse piget.
Scãdere celsa iuuat,tremor est descẽdere celsis.
Si titubes,summa peius ab arce cades.
Nunc tibi falsa placent bona,nunc rapit omnibus auris
Ambitus,& uitreo fert caua fama sinu.
Ast ubi te magno damnosus cinxerit æstu
Baltheus,& sterilis fregerit inde labor,
Serus & incassum spes accusabis inanes,
Et modò quæ nectis rumpere uincla uoles. D
Tunc reminisceris frustra patris Augustini
Contemplisse dolens ueridicos monitus.
Quare si sapiens,& si pius es puer audi,
Et cape uerba patrum,consiliumq; senum.
Quid retrahis fera colla iugo? mea sarcina leuis,
Suaue iugũ Christi est,uox pia,crede deo:
Et caput adde iugis,da mollibus ora capistris,
Demissosq; leui subde humeros oneri.
Nunc potes hoc,dum liber agis, dum nulla retentant
Vincula,nulla thori cura,nec altus honor.
Hæc bona libertas Christo seruire,& in ipso
Omnibus esse supra:non dominis hominũ,
Non uitijs seruit,non regibus ille superbis, A
Tantum qui Christo se dederit domino.
Nec tibi nobilitas uideatur libera,quam nunc
Sublimem attonita conspicis urbe uehi.
Quam cernis tanta sibi libertate uideri,
Vt dedignetur flectere colla deo.
Multis ille miser mortalibus & quoq; seruis
Seruit,& ancillas ut dominetur,emit.
Norunt eunuchos & magna palatia passi,
Et quisquis Romam,sponte miser,patitur:
Quanto sudoris precio,damnoq; decoris
Constet,ibi chlamydis,hic honor officij.
Nec tamẽ ipse potens,qui celsior omnibus esse
Emerit,ut nulli seruiat,ad sequitur.
Cum bene se tota dominum iactauerit urbe,
Seruit dæmonijs,ac simulachra colit.
Proh dolor hos propter remoraris in urbe Licenti,
Et regnum Christi spernis,ut his placeas:
Hos uocitas dominos,curua & ceruice salutas,
Quos ligni seruos conspicis & lapidis.
Nomine diuino argentũ uenerantur & aurum,
Religio est quod amat morbus auariciæ.
Imprecor hos ut amet,qui nõ amat Augustinũ,
Non colat & Christũ,cui placet hos colere.
Inde ait ipse deus,dominis non posse duobus
Seruiri,quoniam mens placet una deo:
Vna fides,deus unus,& unicus è patre Christo,
Haud duplex,uni seruitus est domino.
Quanta etenim cœlo ac terris distãtia,tanta est C
Cæsaris & Christi,rebus & imperijs.
Tollere humo,sed nunc dum spiritus hos regit artus,
Mente polũ penetra,nisl mora carnis obest.
Corporeis iã nũc morere actibus,& bona uitæ
Cœlestis liquido præmeditare animo.
Spiritus es,quanquã tenearis corpore,si nunc
Mente pia uictor carnis opus perimas.
Hæc tibi chare puer fideli compulsus amore
Scripsi,si recipis,susc ipiere Deo.
Crede Augustinũ tibi nunc in me geminatum.
Sume duos una cum pietate patres.
Spernimur,abstraheris maiore dolore duobus,
Audimur,pignus dulce duobus eris.
In te læta patrum sudauit cura duorum,
Et tibi magnus honos lætificasse duos. D
Sed me Augustino cum copulo,nõ meritorum
Iacto parem,solo comparo amore tui.
Nã quid ego effundã,rorans tibi paupere riuo?
Me præter gemino flumine proluerís,
Frater Alipius est,Augustinusq; magister,
Sanguinis hic consors,hic sator ingenij.
Tanto fratre uales & præceptore Licenti,
Et dubitas pennis talibus astra sequi?
Quicquid agas(nã te nec sperat mũdus amicũ)
Non daberis terræ,debita Christo anima.
Tu thalamos licet & celsos mediteris honores
Nunc,olim domino restituere tuo.
Credo unum uincent iusti duo peccatorem,
Et tua fraternæ uota preces abigent.

Ergo

Ergo redi,qua uoce parẽs,qua sanguine frater, A
Ambo sacerdotes te remeare iubent.
Ad tua te retrahunt,nam nunc aliena petisses;
Hæc mage quæ retinent regna tui tua sint.
Hæc repete,his inhia,externis ne cõtere tẽpus;
Si tua nolueris,quisquam aliena dabit?
Non eris ipse tuus,missusq; per extera longe
Sensibus heu proprij pectoris exul ages.
Sollicitum satis hæc nato cecinisse parentem.
Dum tibi quæ mihimet,uel uolo,uel metuo.
Hæc tibi,si recipis,feret olim pagina uitam:
Si renuis,eadem hæc pagina testis erit.
Incolumem mihi te fili charissime,Christus
Annuat,& seruum det sibi perpetuo.
Viue precor,sed uiue deo,nam uiuere mundo
Mortis opus,uiua est uiuere uita deo. B

Seuerus Augustino è secessu prouocãs illum ad scribẽdum. An hic sit Seuerus Sulpitius, incertum. Epistola XXXVII

Venerabili ac desiderabili & toto sinu charitatis amplectendo episcopo Augustino,Seuerus.

Eo gratias frater Augustine, cuius
D donum est quicquid in nobis bonorum gaudiorũ est. Fateor,bene mihi tecum est,multum te lego:mirum dicam,sed uerum plane,quàm mihi absens solet esse præsentia,tã præsens facta est absentia tui. Nullæ se nobis interponunt turbulentæ actiones temporalium rerum. Ago quãtum possum, etsi non tantum possum quãtum uolo. quid ego C dicam,quantum uolo? Nosti optime quàm auarus sim tui:nec tamen murmuro,quia non tantum ago quantum uolo,quoniã rursus non minus ago quantum possum. Deo ergo gratias frater dulcissime,bene mihi tecum est,gaudeo tecum artius coniũctus:& ut ita dicam,unissime quantum potest adhærens tibi,redundantiam uberum tuorũ susc ipiens uires comparo,si possim idoneus effici ad ea concutienda & exprimenda:ut quicqd secretius & interius clausum custodiũt,remotis pellibus quas adhuc lacteuti fugendas inferunt,ipsa mihi uiscera si possibile est dignẽtur effundere. Viscera,inquam,mihi ut refundantur cupio:uiscera tua,uiscera pinguia sagina cœlesti,& condita omni dulcedine D spiritali:uiscera tua,uiscera pura,uiscera simplicia,nisi quod duplici sunt uinculo redimita germinæ charitatis:uiscera tua,uiscera perfusa lumine ueritatis,& refulgẽtia ueritatem. Horum me manationi uel resultatioi subijcio,quo nox mea in lumine tuo deficiat,ut in diei claritate si mul ambulare possimus. O uere artificiosa apis dei,cõstruens fauos diuini nectaris plenos,manantes misericordiã & ueritatem,per quos discurrens deliciatur anima mea, & uitali pastu quicquid in se minus inuenit,aut imbecillũ sentit,refarcire & suffulcire molitur. Benedicitur dominus per præconium oris tui,& fidele ministerium: quod sic concinere & respondere facis canenti tibi domino,ut quicquid de eius plenitudine ad nos usq; redundat,iucũdius efficiatur,& gratius per tuum elegantem famũlatum,& succinctam mundiciam,& fidele ac castum simplexq; ministerium:quod ita resplendere facis per argutias tuas & uigilantiã tuam, ut perstringat oculos,& in se rapiat:nisi tu idẽ innuas dominum,ut quicquid in te delectabile lucet,referentes nos ad illum,ipsius esse agnoscamus,de cuius bonitate tam bonus es,& de cuius puritate & simplicitate & pulchritudine, purus simplex & pulcher es. Et illi agẽtes grati as de bono tuo dño,qui dono suo dignatus est nos tibi adiungere,uel quoquo modo subiunge re,ut plenius subijciamur illi,cuius te ductu ac B moderatione talem gaudemus,ut & tibi contingat gaudere de nobis:quod non diffido fore,si tuis me orationibus adiuues,cuius imitatione nonnihil iam profeci,ut talis esse desiderem. Vides quid facias quod sic bonus es,quoniam nos rapias in amorem proximi,qui nobis primus ad dilectionem dei,& ultimus gradus est,& quasi limes quo sibi uterq; annectitur dei & proximi:in quo nos(ut dixi)quasi limite stãtes,amborum calore tangimur,& amborum flagramus amore. Sed quantum nos iste ignis exusserit & purgauerit proximi,tantum nos in illum puriorem dei ire compellit. In quo iam nullus nobis amãdi modus imponitur,quãdo ipse ibi modus est sine modo amare. Non ergo uerendum est ne plus amemus dominũ nostrum, sed ne minus timẽdum. Hæc epistola superior, quæ tibi me quasi absterso tristicia facilitate actionum,de liberali ocio quod tecũ mihi agere licuit in hoc rure posito,nã ita licere potuit,lætiorem offert,antequàm sanè uenerabilis episcopus nos uisitare dignaretur,quasi meta illorum gaudiorum scripta est,& quod uere miror eodem die uenit quo scripta est. Quid hoc est, quæso anima mea,nisi forte quod nos delectat, tamen & si honestum est,non tamen satis utile, quia in parte est: Interim licet uniuerso hanc ipsam partem,id est nos ipsos,quantum pro peccatis nostris nobis cedit materia,id est nos ipsi cedimus nobis elimatiores & compaginabilio res,si tamen admittis hoc uerbum,aptare mo D liamur. Habes epistolam non pro tua magnitudine,sed pro mea paruitate longiorem,qua & prouocauerim,ut iam non pro mea paruitate, sed pro tua magnitudine mihi epistola mittatur. Quæ tamen quantacunq; erit, mihi longa non erit,cui totum tempus breue est ad legendum. Rescribe mihi quando,aut ubi occurrere debeam,propter illã causam qua me iussisti occurrere. Quod si est integra,& non forte aliud melius placuit,tunc occurram:sin minus,rogo te,nolo me à cursu reuoces meo. Illa enim sola uisa est,quam præponerem mihi. Fratres omnes qui nobis in domino conseruí sunt,& desidero multum,& saluto.

Augu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustinus Læto, qui perfectũ mundi contemptum aggressus, uidebatur solicitari per satanã ad repetenda quæ reliquerat. Hunc animat, ut contemptis cognatorum affectibus fortiter pergat. Est quidẽ & erudita, nec infans epistola, cæterum plurimum dissonans à phrasi Augustini: uidetur Paulini. Epistola XXXVIII

Domino dilectissimo & desiderantissimo fratri Læto, Augustinus in domino Salutem.

L Egi epistolã, quam misisti fratribus cõsolari te cupiens, quòd multis tentationibus tua tyrocinia quatiantur. In qua etiam insinuasti desiderare te literas nostras. Cõdolui frater, & cessare ab scribendo non potui, ne non solum tuo, sed etiam meo desiderio negarem, quod me uidebam offício debere charitatis. Si te igitur tyronẽ Christi profiteris, castra ne deseras, in quibus tibi etiam ædificanda turris est, illa de qua in Euangelio dominus loquitur: In ea quippe stantem, & sub armis uerbi dei militantem, nulla ex parte penetrare ullæ tentationes ualent. Inde & iacta in aduersariũ tela, graui pondere ueniunt, & prospecta firmo munimine deuitantur. Considera etiam dominũ nostrum Iesum Christum cum sit rex noster, tamen à societate qua etiam frater esse dignatus est; reges appellasse milites suos, & unũquenq; ad bellandum cum rege qui habet uiginti milia, instructione decem milium idoneum esse debere prænouit. Sed paulò antequàm de turre & de rege exhortatorias simili
Luc.14. tudines poneret, attẽde quid dixerit: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem & uxorem & filios & fratres & sorores, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et si nõ tulerit crucem suam & uenerit post me, nõ potest meus esse discipulus. Deinde subiungit: Quis ex uobis uolens turrim ædificare, non primo sedet & computat si sumptus habet ad consummationem, ne quando cum posuerit fundamentum, non possit ædificare. Et omnes qui transeunt & uident, incipiãt dicere: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit perficere? Aut quis rex uadens cõmittere bellũ cum alio rege, non primum sedet & cogitat, si potens est cum decẽ milibus ei occurrere, qui cum uiginti milibus uenit ad illum? Cæterũ dum adhuc longe est, mittit legationẽ, rogans pacem. Quò autem pertinerent istæ similitudines, ipsa conclusione satis aperuit. Ait enim: Sic ergo omnis ex uobis, qui nõ renũciat omnibus quæ sunt eius, nõ potest meus esse discipulus. Itaq; & sumptus ad turrim ædificandã, & bellantiũ ualẽtia decẽ miliũ aduersus regẽ qui uiginti habet, nihil est aliud quàm ut renunciet unusquisq; omnibus quæ sunt eius. Præloquutio autẽ superior cum extrema cõclusione cõcordat. In eo enim quod unusquisq; renũciat omnibus quæ sunt eius, etiam illud continetur, ut oderit patrem suum & matrem & uxorẽ & filios & fratres & sorores, adhuc & animam suam. Omnia enim hęc propria eius sunt, quæ plerunq; implicant & impediunt ad obtinenda, non ista propria temporaliter transitura, sed in æternum mansura communia. Quo enim tibi modo nũc quædam mulier mater est, hoc ipso utiq; non est & mihi. Quapropter hoc temporale ac trãsitorium est: sicut transisse iam uides quod te concepit, quod gestauit utero, quod peperit, quod lacte nutriuit. Quod autem soror in Christo est, & tibi est & mihi, & omnibus quibus una cœlestis hæreditas, & pater Deus, & frater Christus, in eadem charitatis societate promittitur. Hæc æterna sunt: hæc nulla temporis labe deteruntur: hæc tanto firmius tenenda sperantur, quanto minus priuato, sed cõmuni potius iure obtinẽda prædicantur. Potes hoc facillime in ipsa tua matre cognoscere. Nam unde te nũc irretitum inuoluit, & ab instituto cursu retardatum inflectit & curuat, nisi ex quo tua propria mater est? Nam ex quo soror est omniũ, quibus est pater Deus, & mater Ecclesia, tam te nõ impedit, quàm neq; me, neq; omnes fratres nostros, qui eam non priuata, sicut tu in domo uestra, sed publica in domo dei charitate diligimus. Quod ergo tu illi etiam carnali necessitudine annecteris, ad sortem ualere debet familiarius colloquendi, & apertiore ianua consulendi, ut hoc ipsum quo te priuatim diligit, interficiatur in ea, ne quod ex utero suo te genuit, pluris pendat, quàm quod
C ex utero ecclesiæ genita est tecũ. Quod autem de matre dixi, hoc de tali cætera propinquitate intelligendũ est. Hoc etiam quisq; de anima sua cogitet, ut etiam in ipsa priuatũ affectum oderit, qui proculdubio temporalis est. Diligat autem in ea cõmunionem societatemq; illam, qua dictum est: Erat illis in deum anima una & cor unum. Sic enim anima tua non est propria, sed omnium fratrum, quorũ etiam animę tuæ sunt, uel potius quorum animæ cum tua nõ animæ, sed anima una est Christi unica, quæ de manu canis ut eruatur, canitur in psalmis. Inde ad contemptũ mortis facillime peruenitur. Nec succẽ seant parentes hoc præcipere dominum, ut eos oderimus, quando nobis hoc de anima nostra
D præcipitur. Nam sicut nũc de anima iubetur, ut eam propter Christũ cum parẽtibus oderimus: ita quod alio loco de anima idẽ dominus dicit, in parentes quoq; potest cõgruentissime conuenire: Qui amat, inquit, animã suã, perdet eam. Ioan.12. Dicat etiam fidenter: Qui amat parentes suos, perdet eos. De anima quippe hoc ibi dixit, oderit, quod hic Perdet. Sicut autem hoc præceptũ quo perdere iubemur animam nostram, non ad id ualet ut se quisq; interimat, quod inexpiabile nefas est: & tamen ualet ut interimat in se carnalem animæ affectum, quo cum impedimẽto futuræ uitæ præsens uita delectat. Hoc est enim quod dictum est, oderit animã suam, & perdat eam. Quod tamen diligendo fit, quãdoquidem aperAct.4

apertissime fructum eiusdem animæ acquirendæ, in eodem præcepto commemorat dicens: Qui perdidit eam in isto seculo, in uita æterna inueniet eam: ita de parentibus rectissime dicitur, ut qui eos amat perdat eos, non more paricidarum interficiẽs, sed spiritali gladio uerbo dei carnalem affectum eorum, quo & seipsos & eos quos genuerunt iritamentis huius seculi obligare conantur, pie fidenterq; percutiens & occidens, illud in eis uiuere faciat, quo fratres sunt, quo cum filijs suis temporalibus, parentes æternos deum ecclesiamq; cognoscũt. Ecce rapit te studium ueritatis cognoscẽdæ atq; percipiẽdæ uoluntatis dei in scripturis sanctis. Rapit euangelicæ prædicationis officium. Dat signum dominus ut uigilemus in castris, ut ędificemus turB rim, de qua hostem sempiternæ uitæ & prospicere & propellere ualeamus. Rapit militẽ Christi tuba cœlestis ad prælium, & retinet mater. Non planè talis, qualis Maccabeorũ fuit, nec saltem similis Lacedæmonijs matribus, de quibus memoriæ traditum est, quòd filios suos ut pro terrena patria sanguinem funderent, multo
ἢ πρὸς ἢ ἐπὶ πρὸς amplius atq; ardentius in certamina bellica, ẽs signorũ sonitus excitabant. Nam mater quæ te ad discendã uitam remoueri à curis secularibus non permittit, satis ostendit quemadmodũ te, si opus esset, ad obeũdam mortem penitus seculũ repudiare permitteret. Sed quid dicit, aut quid allegat? Forte decẽ illos menses, quibus uiscera eius oneraști, & dolores parturitiõis ac labores C educationis? Hoc hoc interfice uerbo salutari, hoc perde matris, ut in uitam æternam inuenias eam. Hoc memento ut oderis in ea, si diligis eam, si tyro Christi es, si turris fundamenLuc.14. ta posuisti, ne dicant transeũtes: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit perficere. Carnalis enim affectus est iste, & adhuc ueterẽ hominem sonat. Hunc carnalẽ affectum, & in nobis & in nostris, militia Christiana ut perimamus hortatur: nec tamen ita ut ingratus sit quisq; parentibus, & eadẽ ipsa beneficia, quibus in uitã hanc ædítus susceptus atque nutritus est, enumerata derideat: seruet potius ubiq; pietatem. Habent hæc locum ubi maiora nõ uocant. Mater ecclesia, mater est etiã matris tuæ. Hæc nos de Chri-D sto concepit, hæc martyrũ sanguine parturiuit, hæc in sempiternã lucem peperit, hæc fidei lacte nutriuit & nutrit, cibosq; maiores præparans, quod adhuc paruuli & sine dẽtibus uagire uultis, horrescit. Hæc mater toto orbe diffusa, tam uarijs & multiplicibus errorum infestationibus agitatur, ut abortiui iam filij eius aduersus eam infestis armis belligerare non dubitẽt. Ignauia etiam atq; torpore quorundã quos gremio continet, mẽbra sua frigescere plurimis locis & fouendis paruulis minus idonea fieri dolet. Vnde nisi per alios filios, unde nisi per alia membra, quorũ è numero es, iustũ ac debitum poscit auxilium? Huius ne tu necessitates deserens, ad carnalia uerba cõuertaris? Nónne hæc grauioribus querelis insonat auribus? Nónne hæc chariora uiscera, & cœlestia ubera ostentat? Adde uiri eius susceptionẽ carnis, ne carnalibus inhęreres, & à uerbo ęterno uniuersa, quę tibi mater improperat, ne his implicareris assumpta: adde contumelias, flagella, mortẽ, mortem autem crucis. Talibus concepit te semini-
Mat.12 bus, taliq; in uitam nouam connubio procreat: languescis & cõtabescis in ueterem hominem? Ità ne matrem terrenã, non habebat imperator tuus? Quæ tamen cum ei nũciaretur agenti cœlestia respõdit: Quę mihi mater, aut qui fratres? Et extendens manum in discipulos suos dixit, non pertinere ad cognationẽ suam, nisi qui faceret uoluntatẽ patris eius. In quo numero profecto etiam ipsam sanctã Mariam benignus inclusit: Faciebat enim & illa uoluntatem patris eius. Ita optimus magister atq; diuinus, & maternũ nomen quod ei quasi priuatũ propriumq; nunciauerant, quia terrenũ erat, in cõparatione cœlestis propinquitatis abiecit: & eãdem cœlestem propinquitatẽ, in discipulis suis commorans, quo sibi rursum cõsortio generis, cum cæteris sanctis uirgo sancta cohæreret, ostẽdit. Et ne isto saluberrimo magisterio, quo cõtemni carnalem affectũ in parentibus docuit, adminiculum error acciperet, quo matrem habuisse à quibusdã negatur, alio loco discipulos monuit, ne se patrẽ in terris dicant habere, ut quomodo
C illos manifestũ est habuisse patres, sic se habuisse matrem manifestaret, cuius tamen terrena cognatione contẽpta, contemnendarũ talium necessitudinũ discipulis præberet exemplũ. Hæc ergo interrumpũtur uocibus matris tuæ, & inter hæc locum inuenit cõmemoratio prægnantis atq; lactantis, ut de Adã & Eua, alius Adam nascereris & nutrireris. Respice potius, respice Adam secũdum de cœlo, & porta iam cœlestis imaginem, sicut terreni portasti: imò & hic habeãt locum materna ipsa beneficia, quæ tibi ad eneruationẽ cordis enumerãtur. Habeant prorsus locum, noli esse ingratus, repende gratiã matri tuę, repẽde spiritalia pro carnalibus, pro temporalibus sempiterna. Sed qui non uult sequi, D non impediat. Qui non ult cõuerti in melius, caueat ne in deterius peruertat & euertat. Quid interest utrum in uxore, an in matre, dum tamẽ Eua in qualibet muliere caueatur? Nam ista umbra pietatis de foliis illius arboris uenit, quibus se primum parẽtes nostri, in ista damnabili nuditate texerunt. Et quicquid in illis uerbis atq; suggestione, quasi officium tibi charitatis obtendit, ut à germanissima atq; synceríssima Euangelij charitate te detorqueat, ad astutiam serpentis pertinet, & ad duplicitatem regis illius qui habet uiginti milia, quam nos docemur decem miliũ, hoc est cordis, in qua deũ quærimus simplicitate superare. His potius intẽde charissime, & tolle crucem tuam & sequere dominum.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam cum te præsens animaduerterē domesti- A
cis curis à diuino studio retardari, ferri te potius & duci à cruce tua, non eam te ferre acducere sentiebam. Crucem enim nostram dominus quam portari à nobis iubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud quàm mortalitatē carnis huius significat? Ipsa enim nos cruciat donec absorbeatur mors in uictoriam. Crux ergo hæc ipsa crucifigenda est, & transfigēda est clauis timoris dei, ne solutis & liberis mēbris reluctantem portare non possis. Sequi enim dominum nisi eam portans, omnino non uales. Nam quomodo cum sequeris, si non es eius? Qui autem Iesu Christi sunt, ait Apostolus, carnem suam crucifixerūt cum passionibus & desideriis. Gal. 5 παθήμασι καὶ ἐπιθυμίαις
Si quid sanè pecuniæ res tua familiaris habet, B
cuius te implicari negocio nec oportet nec decet, reuera tribuendum est matri & domesticis tuis. Horum quippe indigētia si pauperibus ut sis perfectus instituisti distribuere talia, tui primum apud te locum obtinere debent. Si quis enim suis & maxime domesticis, ait Apostolus, non prouidet, fidem negauit, & est infideli deterior. Quibus ordinandis rebus, si ut collum exueris induendum sapientiæ uinculis, profectus à nobis es, quid tibi nocent, aut quo pacto te peruellūt lachrymæ fluentes carnem, aut seruus fuga, aut mors ancillarū, aut fratrum morbosa ualetudo? Si est in te charitas ordinata, sciens præponere maiora minoribus, & misericordia moueri, ut pauperes euangelizentur, ne messis C
domini copiosa operariorū inopia in prædam uolucribus iaceat, & paratum habere cor ad sequendam domini uoluntatē, in eo quod uel flagellando uel parcendo agere statuerit cum seruis suis, hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit in omnibus. Obsecro te ut caueas ne maiorem tristitiā des bonis fratribus torpore tuo, quàm lætitiā alacritate iam dederas. Commendare te autem literis quibus uoluisti, tam superfluum putaui, quàm si quisquam te mihi eodem modo commendare uoluisset. 1 Tim. 5

Augustinus Licentium iuuenem nobilem & doctum, quondam ipsius discipulum, hortatur ad mundi contemptum, abutens ad hoc ipsius Licentij carmine, quod olim ad præceptorem scripserat. Parum attentus aliquis, ex una epistola fecit tres. Nam Augustinus carmen Licentianum suæ epistolæ intertexuit. Nos tamen numeros relinquimus, ne dissentiant priorum ædition um codices. Epistola XXXIX

Ix reperi occasionem scribendi tibi. V
Quis credat? Sed mihi tamen Licentiū necesse est credere. Nolo te causas rationesq; rimari, quæ etiā si reddi possent, fidei tamen qua mihi credis non eas debeo. Nam & literas tuas non per eos accepi, per quos possem scripta redhibere. Quę autem petisti ut ueterem, curaui per epistolā quantum promene uidebatur, sed quid effecerim tu uideris. Quod si nondum effectū est, uel cum scie ro, agam instantius, uel cum rursus ipse admonueris. Hactenus quæ huius uitæ uincula perstrepunt, tecum loquutus sim: nunc paucis accipe pectoris mei æstus de spe tua non trāsitoria, quò nam modo uia tibi pateſcat in deum. Mi Licenti, etiam atq; etiam recusantem & formidantē compedes sapientiæ, timeo te rebus mortalibus ualidissime & pernicioſissime cōpediri. Nam sapientia quos primo alligauerit, & exercitatorijs quibusdam laboribus edomuerit, soluit postea, liberatisq; sese donat ad fruēdum: & quos primo temporalibus nexibus erudiuerit, post æternis amplexibus alligat. Quo uinculo nec iucundius nec solidius cogitari quicquā potest. Prima hęc aliquantulū dura esse confiteor: illa uero ultima, nec dura dixerim, quia dulcissima sunt, nec mollia, quia firmissima. Quid igitur nisi quod dici non potest, sed credi tamen & sperari & amari potest? Vincula uero huius mundi, asperitatē habent ueram, iucunditatem falsam: certum dolorem, incertam uoluptatem: durum laborē, timidā quietem: rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem. His ne tu inseras & collum & manus & pedes, cum & honoribus huiuscemodi subiugari affectas, & facta tua non aliter fructuosa existimas, & ambis inhærere, quò non modo inuitatus, sed nec compulsus quidē ire debuisti. Hic tu fortasse Terentiani serui mihi responsum dederis: Terentius
Ohe, tu uerba fundis hic sapientia.
Capę igitur ut fundam potius quàm effundam. C
Aut si ego canto, tu autem ad aliam uocem saltas, nec sic quidē me pœnitet. Habet enim suā hilaritatē ipsa cantatio, etiam cum ad eam membra non mouet, cui plena charitatis modulatione cātatur. Verba quædam in epistolis tuis me mouerunt, sed de his tractare cum factorum uiq; totius tuæ cura excoquat, ineptum putaui. ὠδὴν πρὸς ἐπῳδήν

Carmen heroicum Licentij ad Augustinum, declarans benevolentiam erga præceptorem nullis casibus intermorituram. Epist. XL

Arcanum Varronis iter scrutando profundi
Mens hebet, aduersamq; fugit conterrita lucē.
Nec mirum, iacet omnis enim mea cura legēdi
Te non dante manū, & cōsurgere sola uetur.
Nam simul ut perplexa uiri compendia tanti D Orbium
Voluere suasit amor, sacrosq; attingere sensus, stiū conce
Quis numerū dedit ille tonis, mundūq; tonanti Quis, pro
Disseruit canere, & pariles agitare choreas, quibus
Implicuit uaria nostrum caligine pectus,
Induxitq; animo rerum uiolentia nubem.
Inde figurarum positas in puluere formas Geometri
Posco amens, aliasq; graues offendo tenebras.
Ad summā, astrorum causas clarosq; meatus, Astrolog
Obscuros quorum ille situs per nubila mōstrat.
Sic iacui nutans, ut talem omnino ruinam,
Nec qui nos prohibet latebras agnoscere cœli, Periphra
Nec persona daret functorum freta cauernis. gnificau
Protea nanq; ferunt ueterū cōmenta pelasgum, um ac Bo
Qui dum sollicitis non uult aperire futura, bub

Spumat

Spumat ap, fluit unda, fremit leo, sibilat āguis, A
Alludit ad Aristeum
Captū aliquādo tñ in munera parua uolucrum.
At mihi qui nimium curis grauioribus angor,
Dulcia quię animæ, sed dulcia pabula quæro,
Varronis responsa latent: quod supplice cantu
Præsidiū nymphā, regēq; & flumina poscam?
An te uoce uocem, clari quem rector Olympi
Fontibus infantum præfecit, & abdita iussit
Vbertate animi longe ructare fluenta.
Ferto magister opem, ac tu ne desere uires
Inualidas, mecumq; sacras subuertere glebas
Incipe, tempus enim, nisi me mortalia fallunt,
Labitur, in seniumq; trahit: tibi noster Apollo
Corda replet, patremq; suū patremq; deorum
Conciliat, legemq; bonam, pacemq; cruentam
Monstrat, & abducto uelamine singula pandit. B
Viginti emensus nam longos forsitan orbes
Solis eras, cum te ratio pulcherrima mundi,
Ditior imperijs, & nectare dulcior omni
Corripuit, statuitq; uagum, medioq; locauit,
Omnibus unde aciem possēs intendere rebus.
O bone, carpe iter annorum, sapientia quātum
Crescit amore sui, iueniēs noua culmina semp.
Perge uiam qua te soboles præclara tonantis
Perducit, sternens in planos ardua campos.
Et cum luciferos præcordia uesper in ortus
Distulerit, sanctūq; super benedixeris ignem,
Sis memor ipse mei: bibulā qui ponitis aurem
Legibus inuitis, contundite pectora palmis,
Sternite membra solo, meritosq; ciete dolores,
Et, phibete nefas, deus imperat omnibus unū, C
Admonet antistes, ueniturąq; flumina terrent.
O mihi transactos reuocet si pristina soles
Lætificis aurora rotis, quos libera tecum
Ocia tentantes, & candida iura bonorum
Duximus Italiæ medio, montesq; per altos.
Non me dura gelu prohiberent frigora cano,
Nec fera tēpestas Zephyrūm, fremitusq; Borei,
Quin tua sollicito premerē uestigia passu. (ni,
Hoc opus ut iubeas tantum, cruor irriget artus,
Solstitio Neuros, bruma sectabimur Istrum.
Ignotus Garamas soluet mihi uincula gerris.
Exāpheosq; lacus fugiēs Hypanis ubi amarus
Calpidū Scythicas resonat spumosus ad ūdas.
Ibimus & Leucos, qua Leucia solis in ortus
Tenditur: & uasti deserta cacumina Casi, D
Quis Epidamneas æquat sibi Casia rupes,
Vnde quiescentem auroram, currusq; solutos,
Sopitamq; diem media sub nocte uiderem,
Te suadente petā: nec eū labor aut metus ullus
Terret, ubi insontē precibus deus audit aptis.
Et nunc Romulidum sedes & inania tecti
Culmia, bacchatasq; domus, uanosq; tumultus
Desererem, & totus semel in tua corda uenirē,
Ni mens coniugio incūbens retineret euntem.
Crede meis, ô docte, malis, ueroq; dolori,
Quòd sine te nullos promittūt carbasa portus,
Erramusq; procul turbata per æquora uitæ.
Præcipites densa ueluti caligine nautæ,
Quos furor Australis, stridēs & flatus ab Euro
Perculit, & raptis priuauit turbo magistris.
Protinus abruptis miseri uoluuntur in undis.
Nō forus aut proræ, nō lintea deinde procellas
Ferre ualent, ratioq; iacet stupefacta regendi.
Sic me uentus agit, uoluuntq; cupidinis æstus
In mare letiferum, nec terræ protinus absunt.
Sed mecū reputans, tua cādida uerba magister
Hæc magis esse reor, tibi credere callida res est.
Decipit, atq; animis molitur retia nostris.
Præteritos (oblitus enim præsentia) præsto
Nunc tibi chare tuo, nos nūc de pectore lapsi.
Hei mihi quò ferar, ūde uelim tibi pādere mētē.
Ante sub Aegeo optabunt pia tecta palumbes,
Et uersa halcyonē componat in arbore nidos,
Esuriens uitulos alat ante leæna sequaces,
Atq; impasta diu teneros lupa nutriat agnos,
Mutantesq; suis diuisum partibus orbem,
Aut Barcęus alet Taurū, aut Hyrcania Tauros.
Ante Thyesteis iterum maleterrita mensis,
Interrupta dies refugos uanescat in ortus.
Ante dabūt imbres Nilum, super æthera damę
Errabunt, montesq; canēt & flumina plaudent,
Quā mihi post tergū ueniāt tua dona magister.
Arcet amor, coplamq; tenet cōmunis honesti.
Hic hic regnat amicitiæ decus hoste fugato.
Nam neq; propter opes uitreas, aurūq; rebelle,
Iungimus assensus animorum, nam neq; uulgi
Nos fortuna ruens, quæ separat ardua, iunxit.
Sed labor interiora legens, uulgata libellis,
Atq; animis inuenta tuis, & nobile dogma
Indictum, contraq; bonos responsa relatus.
Et mea Calliope, quamuis te cominus altum
Horreat, & uultus abscondat, inutile tractans:
Hoc tamē hoc animi uinclum, nexusq; fideles,
Non qui montosis firmatas rupibus alpes
Fregit, & Italicas pressit cum mœnibus urbes,
Rumperet, aut nostro terreret robore quicquā.
Ite procul latices tumidis anfractibus Oxi,
Aut ab Arēphæis Rhipheos aut oppida Caspi
Cimmeriasq; domos seiungere flumine largo:
Mæotidūq; plagæ, pontus quas obruit Helles,
Europæ atq; Asiæ longe discrimina tendant.
Nónne boum per utrūq; latus armēta fatigans
Finibus abscidit lateri Dodona Molossos,
Cognatosq; Arabas: nec pacis fœdus amicum
Sidonios inter mansit regnumq; Pelopum,
Sacrilegosq; Phryges, quāuis pro tēpore cūctis
Hospitio commune fuit. quid deniq; fratrum
Dissidiū, pugnasq; canā: quid honesta parentū
Verbera: quid matrū furias, natosq; superbos?
Est etiam superum concors discordia rerum,
Totq; fluunt ritus, quot dat sententia leges.
Nec tenet unus amor, nō si mihi murmura cētū
Det Boreas, totidemq; animas, cētumq; per ora
Līgua rigēs adamāte fremat, memorare ualebo
Quæ sociata prius ueterum natura locorum
Distulit, & teretī limauit glarea mundo.
Sed nos præterea qui ab una exurgimus urbe,
Quod domus una tulit, q̄ sāguine tāgimur uno
Sceleru, Christiana fides connexuit: & quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nos iter immẽsum disterminat,& plaga ponti
Interfusa coercet,amor contemnit utrunque.
Gaudia qui spernens oculorum,semper amico
Absenti fruitur,quoniam de corde profundo
Pendet,& internæ rimatur pabula fibræ.
Interea uenient quæcunq; futura bonorum
Scripta salutiferi sermonis,& illa priorum
Aeqperãdà fauis,reputãs quæ pectore in alto,
Conceptũ in lucem uomuisti nectareum mel,
Præsentem ipsa mihi te reddent,si mihi morem
Gesseris,& libros quibus in te lenta recumbit
Musica tradideris,nam feruео totus in illos.
Annue,sic nobis uerum ratione patescat,
Sic plus Eridano fluat,& contagia mundi
Nequicquã uolitent nostri circum arua coloni.

Libri de musica

Reliquum superioris epistolæ Augustini. Epist.XLII

Si uersus tuus momentis inordinatis peruersus esset,si suis legibus nõ staret,si mensuris imparibus aures auditoris offenderet,puderet te certe,nec differres nec desisteres donec ordinares,corrigeres,statueres, æquares uersum tuũ, discendo & agendo artem metricam acerrimo studio,& labore quolibet. Quod cum inordinatus ipse peruerteris,cum legibus dei tui ipse nõ stas,neq; in agenda uita honestis tuorum uotis, & huic ipsi eruditioni tuæ concinis,abiṽciendũ post tergum putas & negligendũ,quasi præsono linguæ tuæ sis tibi & uoce uilior,& incõpositis moribus quod offendis aures dei leuius sit, quàm si incompositis syllabis tuis grammatica succenseret autoritas. Scribis:

O mihi transactos reuocet si pristina soles
Lætificis aurora rotis,quos libera tecum
Ocia tentantes,& candida iura bonorum
Duximus Italiæ medio,montesq; per altos:
Non me dura gelu prohiberent frigora cano,
Nec fera tẽpestas Zephyrũm fremitusq; Borի
Quin tua sollicito premerẽ uestigia passu. (ni,
Hoc opus ut iubeas tantum.

Me miserum,si ego non iubeo,si non cogo atq; impero,si nõ rogo ac supplico. Sed si aures tuæ aduersus meas uoces clausæ sunt,ori tuo patеant,pateant carmini tuo,exaudi teipsum durissi me,immanissime,surdissime. Quo mihi linguã auream & cor ferreum,quibus ego non carminibus sed lamẽtationibus sufficiã plangere carmina tua? In quibus uideo,quam animã,quod ingenium non mihi liceat apprehendere, & immolare deo nostro. Expectas ut ego iubeam,sis bonus,sis quietus,sis beatus,quasi quiddã mihi dierum gratius illucescat,quàm ut ingenio tuo fruar in domino,aut uere tu nescias quàm te esuriam & sitiam,aut non hoc ipso id carmine fatearis. Reuoca animum quo ista scripsisti,nunc mihi dic: Hoc opus ut iubeas tantum. Ecce iussum meum,da mihi te,si hoc opus est tãtum,da domino meo te,qui omniũ nostrũ dominus est, qui tibi illud donauit ingenium. Nam ego quid sum,nisi seruus tuus per ipsum,& cõseruus sub ipso. An ipse non iubet,audi Euangelium: Sta-

Mat.11

bat(inqt)Iesus,& clamabat, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego uos reficiam. Tollite iugum meum super uos,& discite à me quia mitis sum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus uestris. Iugũ enim meum lene est,& sarcina mea leuis est. Si hæc non audiuntur,aut usq; ad aures auditũr,expectas ne Licenti,ut Augustinus iubeat conseruo suo,& non plangat potius frustra iubere dominum suũ,imò non iubere,sed inuitare & rogare quodãmodo,ut qui laborant,reficiantur ab eo. Sed uidelicet fortissimo & præfidenti collo,iugum mundi,iugo Christi est iucundius,qui si laborare nos cogeret,uide quis cogeret,qua mercede cogeret. Vade in Campaniam,disce Paulinum egregium & sanctum dei seruum,quàm grandem fastum seculi huius,tãto generosiore, quanto humiliore ceruice incunctanter excusserit,ut eam subderet Christi iugo,sicut subdidit: & nunc illo moderatore itineris sui quietus & modestus exultat. Vade disce,quibus opibus ingeniị sacrificia laudis ei offerat,refundẽs illi quicquid boni accepit ex illo,ne amittat omnia,si non in eo reponat à quo hæc sunt. Quid æstuas? quid fluctuas? quid imaginationibus mortiferarum uoluptatum,aurem accõmodas, & auertis à nobis? Mentiuntur, moriuntur,in mortem trahunt. Mentiuntur Licenti,sic nobis (sicuti optas) Verum ratione patescat, Sic plus Eridano fluat. Nõ dicit uerum,nisi ueritas,quia Christus est ueritas. Veniamus ad eum,ne laboremus. Vt ipse nos reficiat,tollamus iugum eius super nos,& discamus ab eo,quoniam mitis est & humilis corde,& inueniemus requiem animabus nostris. Iugum enim eius lene est,& sarcina eius leuis est. Ornari abs te diabolus quærit. Si calicem aureũ inuenisses in terra,dõnares illum ecclesiæ dei. Accepisti à deo ingenium spiritaliter aureum,& ministras inde libidinibus,& in illo satanæ propinas teipsum. Noli obsecro,sic aliquãdo sentias,quàm miserq & miserando pectore hæc scripserim,& misereаris iam mei,si tibi uisuisti.

Augustinus Madaurenses idololatras hortatur, ut ab impietate se conuertant ad ueram religionem,ostendens illis mysterium sacræ trinitatis, & orbem miris incremẽtis,iuxta prophetarum & euangeliorũ oracula Christo subiectum. XLII

Dominis prædicabilibus & dilectissimis fratribus Madaurensibus,quorum per fratrem Florentinum epistolam accepi,Augustinus.

Idololatræ fratres nostri & domini prædicabiles et fratres dilectissimos

I forte illi q inter uos catholici Christiani sunt,talia mihi scripta miserũt, hoc tantum miror,quod non suo potius quàm ordinis nomine. Si autem reuera omnes aut propè omnes ordinis uiri ad me dignati estis literas dare,miror quod patri, & in domino salutem scripsistis,quorum mihi superstitiosus cultus idolorum,contra quæ idola facilius tẽpla uestra quàm corda clauduntur, uel

uel potius quæ idola non magis in tẽplis quàm in uestris cordibus includũtur,cum magno est dolore notissimus: nisi forte iam de salute ipsa, quæ in domino est,per quam me salutare uolui stis,tandem prudenti consideratione cogitetis. Nam si non ita est,quæso uos,quid læsi,quid offendi beneuolentiã uestram,ut me titulo epistolæ uestræ irridendum potius quàm honorandũ esse putaretis,domini prædicabiles & dilectissimi fratres. Quod enim scripsistis: Patri Augustino in domino æternam salutẽ,cum legerem tãta spe subito erectus sum,ut crederem uos ad ipsum dominum,& ad ipsam æternam salutem aut iam esse conuersos,aut per nostrum ministerium desiderare cõuerti. Sed ubi legi cætera,refriguit animus meus. Quæsiui tamen ab epistolæ perlatore,utrũ iam uel essetis Christiani uel esse cuperetis. Cuius responsione postea quàm comperi,nequaquam uos esse mutatos,grauius dolui,quod Christi nomen,cui iam totũ orbem subiectum esse conspicitis,non solũ à uobis repellendum,sed etiam in nobis irridendum esse credidistis. Non enim potui cogitare alterũ dominum secũdum quem posset episcopus pater à uobis uocari præter dominũ Christum. Et si esset hinc aliqua de interpretatione uestræ sententiæ dubitatio,subscriptione epistolæ tollere tur,ubi aperte posuistis: Optamus te domine in deo & Christo eius,per multos annos semper in clero tuo gaudere. Quibus omnibus perlectis atq; discussis,quid mihi aliud occurrere potuit,aut cuilibet homini potest,nisi aut uerídico aut fallaci scribentium animo hæc esse conscripta. Sed si uerídico animo ista scribitis,quis uobis ad hanc ueritatem intercluſit uiam? Quis aspera dumeta substrauit? Quis rupiũ præruptа inimicus oppositit? Postremo quis basilicæ ianuam ingredi cupientibus clausit,ut in eodem domino per quem nos salutatis,eãdem salutem nobiscum habere nolitis? Si autẽ fallaciter atq; irridenter hæc scribitis,ita ne tandem mihi negocia uestra curanda imponitis,ut nomen eius per quem aliquid possum,audeatis non uenеratione debita attollere,sed insultatione adulatoria uentilare? Sciatis me charissimi cum ineffabili pro uobis tremore cordis hoc dicere. Noui enim quanto grauiorem & pernicioſiorem causam sitis habituri apud deũ,si fruſtra uobis hoc dixero. Omnia quæ præteritis tẽporibus erga humanum genus maiores nostri gesta esse meminerunt,nobisq; tradiderunt: omnia etiã quæ nos uidemus,& posteris tradimus,quæ tamen pertinent ad ueram religionem quærendam & tenendã,diuina scriptura non tacuit,sed ita omnino cuncta transeunt,ut trãsitura esse prædicta

Iudei sparsi

sunt. Videtis certe populum Iudæorũ auulsum à sedibus suis,per omnes fere terras dissemіnatum atq; diffusum. Et origo eiusdem populi & incrementa & regni amissio & per cuncta dispersio, sicut prædicata, ita facta sunt. Videtis certe ex ipso populo uerbum dei,legemq; prodeuntem per Christum,qui ex illis mirabiliter natus est,omniũ gentium fidem occupasse atq; tenuisse. Ita hæc omnia prænũciata legimus ut uidemus. Videtis certe multos præcisos à radice Christianæ societatis,quæ per sedes apostolorum,& successiones episcoporũ,certa per orbem propagatiõe diffunditur,de sola figura originis,sub Christiano nomine,quasi arescentia sarmenta gloriari,quas hæreses & schismata nominamus: præuisa,prædicta,scripta sũt omnia. Videtis certe simulachrorũ templa,partim sine reparatiõe collapsa,partim diruta,partim clausa,partim in usus alios commutata. Ipsaq; simulachra uel confringi, uel incendi, uel includi, uel destrui: atque ipsas huius seculi potestates, quæ aliquando pro simulachris populum Christianum persequebãtur,uictas & domitas,non à repugnantibus,sed a morientibus Christianis, & contra eadem simulachra pro quibus Christianos occidebãt,impetus suos legesq; uertisse,& imperiị nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulchrũ piscatoris Petri,submisso diademate,supplicare. Hæc omnia scripturæ diuinæ,quæ in manus omnium iam uenerunt,ante lõgissima tempora futura esse testatæ sunt. Hæc omnia tanto robustiore fide lætamur fieri,quãto maiore autoritate prædicata esse in sanctis literis inuenimus. Nunquid nã obsecro uos,nunquid nam solum iudicium dei,quod inter fideles atq; infideles futurũ esse in eisdem literis legimus,cum illa omnia sicut prædicta sunt,euenerint: nũquid nam solum iudicium dei uenturum non esse putabimus? Imò uere ueniet,sicut illa omnia uenerunt. Nec quisquam erit homo nostrorum temporum,qui se in illo iudicio de sua possit infidelitate defendere,cum Christum cantet & iustus ad æquitatẽ,& periurus ad fraudem,& rex ad imperium,& miles ad pugnam, & maritus propter regimẽ,& uxor propter obsequium,& pater propter præceptum,& filius propter obedientiam,& dominus per dominationem,& seruus per famulatum,& humilis ad pietatem,& superbus ad æmulationẽ,& diues ut porrigat,& pauper ut sumat,& ebriosus ad phialam,& mendicus ad ianuam,& bonus ut præstet,& malus ut fallat,& Christianus uenerator,& paganus adulator. Omnes Christũ cantant,& qua uoluntate atq; ore cantent,eidẽ ipsi quem cãtant rationẽ sine dubio reddituri sunt. Est quiddam inuisibile,ex quo creatore principio sunt omnia quæ uidemus,summum,æternum,incommutabile & nulli effabile nisi tantũ sibi. Est quiddam quo se ipsa summitas maiestatis narrat & prædicat,non impar gignenti atq; narranti uerbum,quo ille qui uerbum gignit, ostenditur. Est quædam sanctitas omnium quæ sanctè fiunt sanctificatrix,ipsius incõmutabilis uerbi per quod narratur illud principium,& ipsius principiị quod pari se uerbo narrat,insepa-

Sepulchrum Petri

τελος

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabilis & indiuisa communio. Quis autem hoc totum quod non dicendo dicere conatus sum, & dicendo non dicere, quis hoc possit serenissima & syncerissima mente contueri, eoq; contutu beatitudinẽ ducere, atq; in id quod intuetur deficiens quodãmodo se obliuisci, & pergere in illud cuius uisiõe inuisibilis est, quod immortalitate est indui, & obtinere æternã salutẽ, per quam me salutare dignaminí? Quis hoc possit nisi qui omnes superbiæ suæ toros inanes, peccata sua confitens cõplanauerit, seq; substrauerit mitem atq; humilem ad excipiendum deum doctorem? Quoniam ergo à uanitate superbię, prius ad humilitatem deponẽdi sumus, ut inde surgentes solidam celsitudinem teneamus, non potuit hoc nobis tanto magnificentius, quanto blãdius inspirari, ut nostra ferocitas non ui sed persuasione sedaretur, nisi uerbũ illud per quod se angelis indicat deus pater, quod uirtus & sapientia eius est, quod corde humano uisibilium rerũ cupiditate cęcato, uideri non poterat, personam suam in homine agere atq; ostendere dignaretur, ut magis homo timeret extolli fastu hominis, quàm humiliari exemplo dei. Itaq; nõ Christus regno terreno decoratus, nec Christus terrenis opibus diues, nec Christus ulla terrena felicitate præfulgens, sed Christus crucifixus, per totũ terrarũ orbem prædicatur. Quod riserunt prius populi superborum, & adhuc rident reliquiæ. Crediderunt autem prius pauci tunc populi, quia tũc ad fidem paucorũ & contra irrisionem populorum, cum Christus crucifixus prædicaretur, claudi ambulabant, muti loquebantur, surdi audiebant, cæci uidebãt, mortui resurgebant. Sic tandem aduertit terrena superbia, nihil in ipsis terrenis esse potentius humilitate diuina, ut etiam saluberrima humilitas humana, contra insultantem sibi superbiam, diuinę imitatiõis patrocinio tueretur. Expergísci mini aliquãdo fratres mei & parentes mei Maurenses, hanc occasionẽ scribẽdi uobis, deus mihi obtulit: quãtum potui quidem in negocio fratris Florentini, per quem literas misistis (sicut deus uoluit) adfui & adiuui: sed tale negocium erat, quod etiã sine opera mea facile peragí posset. Propè omnes enim domus ipsius homines qui apud Hipponem sunt, nouerunt Florentinum & multum eius orbitatem dolẽt. Sed epistola mihi à uobis missa est, ut non impudẽs esset epistola mea, cum occasione à uobis accepta, idolorum cultoribus de Christo aliquid loqueretur. Sed obsecro uos, si eum non inaniter in ea epistola nominastis, ut non inaniter uobis ista scripserim. Si autem me irridere uoluistis, timete illum quem prius iudicatũ irrisit superbus orbis terrarum, & nunc iudicem subiectus expectat. Erit enim ei testis affectus in uos cordis mei, per hanc (quantum potui) paginam expressus. Erit testis uobis in iudicio eius, qui credentes sibi confirmaturus est, & incredulos confusurus. Deus uiuus & uerus, uos ab omni huius seculi uanitate liberatos cõuertat ad se domini prædicabiles & dilectissimi fratres.

Maximus Madaurensis Augustino, excusans à paganis unum deum uarijs nominibus coli, indignans mortuos homines coli pro dijs, irridẽs Punica quædam nomina, perstringens, opinor, Christianos, quòd uenerarentur sepulchra martyrum, ac notans quòd clãculum sua sacra peragerent. Epistola XLIII

A Vens crebro tuis affatibus lætifica ri, & instinctu tui sermonis, quo me paulo ante iucundissime salua chari/ tate pulsasti, paria redhibere non destiti, ne silentium meum pœnitudinem appellares. Sed quæso ut si hæc quasi seniles artus esse duxeris, benignarum aurium indulgentia prosequaris. Olympum montem deorum esse habitaculum, sub incerta fide Græcia fabulatur. At uero nostræ urbis forum salutarium numinum frequentia possessum nos cernimus & probamus. Equidem unum esse deum summum, sine initio, sine prole, naturæ ceu patrem magnũ atque magnificum, quis tam demens, tam mente captus neget esse certissimum? Huius nos uirtutes per mundanum opus diffusas, multis uocabulis inuocamus, quoniam nomen eius cuncti proprium uidelicet ignoramus. Nam deus omnibus religionibus commune nomen est. Ita fit ut dum eius quasi quædã membra carptim, uarijs supplicationibus prosequimur, totum colere profecto uideamur. Sed impatiẽtem me esse tanti erroris dissimulare nõ possum. Quis enim ferat Ioui fulmina uibranti præferri Mygdonẽ, Iunoni, Mineruæ, Veneri, Vestæq; Sanaem, & cunctis (proh nefas) dijs immortalibus archimartyrem Namphanionẽ, inter quos Lucitas etiam haud minore cultu suscipitur, atq; alíj interminato numero, dijs hominibusq; odiosa nomina, qui conscientia nefandorum facinorum, specie gloriosæ mortis, scelera sua sceleribus cumulãtes, dignum moribus factisq; suis exitum maculati reppererunt. Horum busta si memoratu dignum est, reiectis templis, neglectis maiorum suorum manibus, stulti frequentant, ita ut præsagium uatis illius indigne ferẽtis emineat,

Lucanus

Inq; deum templis iurauit Roma per umbras.

Sed mihi hac tempestate propemodum uidetur bellum Actiacum rursus exortum, quo Aegyptia monstra in Romanorum deos audeant tela uibrare, minime duratura. Sed illud quæso, uir sapientissime, uti remoto facundiæ robore atq; exploso, qua cunctis clarus es, omissis etiam quibus pugnare solebas Chrysippeis argumentis, postposita paululum dialectica, quæ neruorum suorum luctamine nihil certi cuíquam relinquere nititur, ipsa re approbes, quis sit iste deus, quem uobis Christiani, quasi propriũ uendicatis, & in locis abditis præsentem uos uidere cõponitis. Nos etenim deos nostros luce palam

lam aute oculos omnium, atque aures omnium mortalium pijs precibus adoramus, & per suaues hostias propitios nobis efficimus, & à cunctis hæc cerni & probari contendimus. Sed ulterius huic certamini me senex inualidus subtraho, & in sententiã Mantuani rhetoris libenter pergo: Trahit sua quenque uoluptas.

Virg. in Buc.

Post hæc non dubito, uir eximie, qui à mea secta deuiasti, hãc epistolam aliquorum furto detractam, flammis uel quolibet pacto perituram. Quod si acciderit, erit damnum chartulæ, non nostri sermonis, cuius exemplar penes omnes religiosos perpetuo retinebo. Dij te seruẽt, per quos & eorum atq; cunctorum mortalium communem patrem, uniuersi mortales quos terra sustinet, mille modis concordi discordia uenerantur & colimus.

B

Augustinus Maximo grammatico respondet ad superiora, sed sic ut ostendat indigna quibus respondeatur, digna quæ rideantur. Epistola XLIIII

Erium'ne aliquid inter nos agimus, an iocari libet? Nam sicut tua epistola loquitur, utrum causæ ipsius infirmitate, an morum tuorum comitate sit factũ, ut malles esse facetior, quàm paratior, incertum habeo. Primo enim Olympi montis & fori uestri comparatio facta est: quæ nescio quò pertinuerit, nisi ut me commonefaceret in illo monte Iouem castra posuisse, cum aduersus patrem bella gereret, ut ea docet historia, quam uestri etiam sacram uocãt: & in isto foro recordarer esse in duobus simulachris, unum Martẽ nudum, alterũ armatũ, quorum dæmoniũ infestissimum ciuibus, porrectis tribus digitis contra collocata statua humana comprimeret. Ergo ne unquam ego crediderim, mentione illius fori facta, numinum talium memoriam mihi te renouare uoluisse, nisi iocari potius quàm serio agere maluisses. Sed illud plane quod tales deos quædam dei unius magni membra esse dixisti, admoneo, quia dignaris, ut ab huiusmodi sacrilegis facetijs te magnopere abstineas. Siquidem illum deum dicis unum, de quo (ut dictum est à ueteribus) docti indoctiq; consentiunt, huius ne tu membra dicis esse, quorum immanitatem, uel (si hoc mauis) potentiam, mortui hominis imago compescit? Plura hinc posse dicere: Vides enim pro tua prudentia, quàm locus late iste pateat reprehensioni. Sed meipse cohibeo, ne à te rhetorice potius quàm ueridice agere existimer. Nam quod nomina quędam Punica mortuorum collegisti, quibus in nostram religionem, festiuas (ut tibi uisum est) cõtumelias iaciendas putares, nescio utrum refellere debeam, an silentio præterire. Si enim res istæ uidentur tam leues tuæ grauitati quàm sunt, iocari mihi non multũ uacat. Si autem graues tibi uidentur, miror quòd nominum absurditate commoto, in mentem non uenerit habere tuos, & in sacerdotibus Eucaddires, & in numinibus Abaddires. Nam puto ego ista tibi cum scribéres in animo non fuisse, sed more humanitatis & leporis tui, commonefacere nos uoluisti ad relaxandum animum, quanta in uestra superstitione ridenda sint. Neq; enim usq; adeo teipsum obliuiscí potuisses, ut homo Afer scribens Afris, cum simus utriq; in Africa constituti, Punica nomina exagitanda existimares. Nam si ea uocabula interpretemur, Namphanio quíd aliud significat quàm boni pedis hominem, id est, cuius aduentus afferat aliquid felicitatis: sicut solemus dicere, secundo pede introisse, cuius introitum prosperitas aliqua consequuta sit. Quæ lingua si improbatur abs te, nega Punicis libris, ut à uiris doctissimis proditur, multa sapiẽter esse mãdata memorię. Pœniteat te certe ibi natum, ubi huiusmodi linguæ cunabula recalent. Si uero & sonus nobis non rationabiliter displicet, & me bene interpretatum illud uocabulum recognoscis, habes quod succenseas Virgilio tuo, qui Herculem uestrum ad sacra quę illi ab Euandro celebrantur, inuitat hoc modo:

Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo. Virg. 8 Aen.

Secũdo pede optat ut ueniat. Ergo uenire Herculem optat Namphanionem, de quo tu multũ nobis insultare dignaris. Veruntamen si ridere delectat, habes apud nos magnam materiam facetiarum: deum Stercutium, deam Cloacinam, Venerem caluam, deum Timorem, deum Pallorem, deam Febrem, & cætera innumerabília huiuscemodi, quibus Romani antiqui simulachrorum cultores templa fecerunt, & colenda censuerunt: quę si negligis, Romanos deos negligis: ex quo intelligeris, non Romanis initiatus sacris, & tamen Punica numina tanquã numinum Romanorũ altaribus deditus, contemnis ac despicis. Sed mihi uideris omnino plus quàm nos fortasse illa sacra nihilipendere, sed ex eis nescio quam captare ad huius uitæ tranquillum uoluptatem, quippe qui etiam non dubitaueris ad Maronem cõfugere, ut scribis, & eius uersu te tueri, quo ait:

Venus calua

Sacra historia

C

Trahit sua quenque uoluptas. Virg. in Buc.

Nam si tibi autoritas Maronis placet, sicut placere significas, profecto etiam illud placet,

Primus ab æthereo uenit Saturnus olympo, Virg. 8 Aen.
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.

Et cætera, quibus eum atq; huiuscemodi deos uestros uult intelligi homines fuisse. Legerat enim Euhemeri historiam uetusta autoritate roboratam; quam etiam Tullius legerat, qui hoc idem in dialogis plus quàm postulare auderemus commemorat, & perducere in hominum noticiam, quantũ illa tempora patiebantur, molitur. Quod autem dicis, eo nostris uestra sacra præponi, quòd uos publice colitis deos, nos autem secretioribus conuenticulis utimur: primũ illud abs te quæro, quomodo oblitus sis Líberum illum quem paucorum sacratorum oculis

Bacchanalia

Universidad de Deusto
Biblioteca

committendum putatis: deinde tu ipse indicas nihil aliud te agere uoluisse, cum publicam sacrorum uestrorum celebrationē commemorares, nisi ut nobis decuriones & primates ciuitatis per plateas uestræ urbis bacchantes ac furentes, ante oculos quasi spectacula poneremus: in qua celebritate siue numine inhabitamini, certe uidetis quale illud sit quod admit mentem. Si autem fingitis, quæ sunt ista etiam in publico uestra secreta, uel quò pertinet tam turpe mendacium: deinde cur nulla futura canitis, si uates estis, aut cur spoliatis circūstantes, si sani estis? Cum igitur hæc nos & alia quæ nunc præter/
mittenda existimo, per epistolam tuam feceris recordari, quid nos non derideamus deos uestros, quos abs te ipso subtiliter derideri nemo non intelligit, qui & ingenium tuum nouit, & legit literas tuas? Itaq; si aliquid inter nos his de rebus uis agamus quod ætati tuæ prudentiæq; congruit, quod denique de nostro proposito iure à charissimis nostris flagitari potest, quære alia quid nostra discussione dignum: & ea pro uestris numinibus cura dicere, in quibus non te causæ præuaricatorem putemus, quo nos magis commoneas, quæ contra illos dici possunt, quàm pro eis aliquid dicas. Ad summā tamen, ne te hoc lateat, & in sacrilega conuitia imprudentē trahat, scias à Christianis catholicis, quorum in uestro oppido etiam ecclesia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil denique ut numen adorari quod sit factum & conditū à deo, sed unum ipsum Deum, qui fecit & condidit omnia. Differentur ista latius, ipso uero & uno deo adiuuante, cum te grauiter agere uelle cognouero.

Augustinus Armentarium Riparium, & huius uxorem hortatur ad perfectum mundi contemptum, quem iam nouerāt, uetans tamen ne coniunx uotum exequeretur absq; coniugis consensu. Pia & erudita epistola, sed cuius phrasis nihil habet Augustini: uidetur eiusdem, cuius est trigesimaoctaua. Epistola XLV

Dominis eximijs meritoq; honorabilibus ac desiderabilibus filijs, Armentario & Paulinæ, Augustinus in domino Salutem.

Ir egregius filius meus Ruferius affinis uester retulit mihi quid domino
V noueritis: qua eius narratione hilaratus, & ibidem metuens, ne aliud suadeat ille tentator, qui bonis talibus antiquitus inuidet, exhortandā paucis credidi charitatem tuam domine eximie meritoq; honorabilis & desiderabilis filij, ut cogites quod in diuinis elo
Eccli. 5 quijs legitur: Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem: atq; arripias cures; reddēdum, quod ei te uouisse nosti, qui & debita exigit, & promissa persoluit. Nam &
Psal. 75 hoc scriptum est: Vouete, & reddite Domino deo uestro. quanquam & si non uouisses, quid aliud tibi suadendū fuit, aut quid melius ab homine fieri potest, quàm ut ei se restituat, à quo institutus est: præsertim quia charitatis erga nos Dei tantum apparuit atq; eluxit indicium, ut filium suum unigenitum mitteret, qui pro nobis moreretur? Restat ergo ut fiat quod Apostolus ait: propterea mortuū esse Christum, ut 2 Cor. 5
qui uiuunt, non sibi iam uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit: nisi forte adhuc mundus amandus est, tanta rerum labe contritus, ut etiam speciē seductionis amiserit. Nam quantum illi laudandi atq; prædicandi, qui dignati non sunt etiam cum mundo florente florere: tantum increpādi & accusandi sunt, quos perire cum pereunte delectat. Labores & pericula & exitia huius transitoriæ uitæ, si pro eadem uita quandoq; finienda subeūtur, ut mors eius non omnino auferatur, sed paululum differatur: quanto magis pro æterna subeunda sunt, ubi mortem nec natura sollicite cauet, nec ignauia turpiter timet, nec sapiētia fortiter sustinet? Nulli quippe erit quæ non erit. Habeat igitur te uita æterna in dilectoribus suis. Nónne cernis, hæc uita miserabilis & egena, quàm uehementes habeat, quantumq; sibi obliget amatores suos? qui tamen periculo eius sæpe turbati, citius eā finiunt, eo ipso quod finire formidant, & mortem dum declinant, accelerant, ueluti si quisquam fluuio rapiendus irruat, latronem bestiam ue fugiendo. Iactant in mare tempestate sæuiente aliquādo & alimenta: & ut uiuant, proijciunt unde uiuant, ne cito finiatur, quod uel in labore uiuitur. Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur, & mors cum impendere cœperit, ideo cauetur, ut diutius timeatur? Nam inter tot casus fragilitatis humanę, quàm multæ mortes timentur, quarum certe una cum uenerit, restat cæteras non timeri: & tamen fugitur una, cum omnes timeātur. Quibus excruciantur doloribus, qui curantur à medicis & secantur? Nunquid ut non moriantur, sed ut aliquanto serius moriantur? Multi cruciatus suscipiuntur certi, ut pauci dies adijciantur incerti. Et nonnūquam ipsis doloribus uicti continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt. Et cum omnino non eligant uitam finire ne dolеant, sed dolere ne finiant, accidit eis ut doleant & finiant: non solum quia & sanati utiq; uitam finiunt post dolores, quæ tantis pœnis comparata nec sempiterna esse potest, quia mortalis est: nec diuturna, quia tota breuis est: nec de ipso breui spacio sui secura, quia semper incerta est: uerumetiam quod aliquādo eam dolore finierunt, quam ne finirent, dolere uoluerunt. Habet etiam hoc magnum malum ac uehementer execrandum & horrendum nimius amor uitæ istius, quod multi dum uolunt paulo diutius uiuere, grauiter offendunt Deum, apud quem est
Psal. 35 fons uitę. Atq; ita dum ab eis frustra, qui necessario futurus est uitæ finis metuitur, illinc prohibentur, ubi sine fine uiuitur. Huc accedit quia

uita

uita misera etiā si posset esse perpetua, nullo modo beatæ uitæ etiam breuissimæ comparanda est, & tamen isti amando miserrimam atq; brevissimam, perdunt beatissimā ac sempiternam: cum in hac ipsa quam male diligunt hoc uelint quod in altera perdunt, quia utiq; in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse uolunt, nec breuitatem, nam eam finiri nolunt: sed tātum quia uita est, sic amatur, ut sępe propter eam (licet miseram & breuem) beata & sempiterna amittatur. His cōsideratis, quid magnum uita æterna iubet amatoribus suis, quum se iubet sic amari, quemadmodum hæc amatur à suis? An uero dignum est, uel ferendum, cum contēnuntur omnia quæ amantur in mundo, ut uita post paululum finienda, saltem ipsum paululum teneatur
B in mundo: & non contemnitur mundus, ut obtineatur uita quæ sine fine apud illum est, per
2 Retrac. 43 quem factus est mundus? Modo cum ipsa Roma domicilium clarissimi imperij barbarico uastaretur incursu, quàm multi huius uitæ temporalis amatores, ut eam uel infeliciter producendam nudamq; redimerēt, dederunt omnia quæ illi non solum oblectandæ & ornandæ, uerum etiam sustentandæ tuendæq; seruabant. Solent certe amatores illis quas amant, ut eas habeant multa conferre: isti amatam suam non haberēt, nisi amando inopem reddidissent, nec ei multa conferrent, sed cuncta potius auferrent, ne sibi eam hostis auferret. Nec eorū reprehendo consilium. Quis enim nesciat perituræ fuisse ipsam,
C si non ea perisset, quæ recondita fuerant propter ipsam? quāuis & quidam perdiderint prius illa, & mox ipsam: quidam uero licet parati cuncta perdere propter ipsam, prius perdiderint ipsam. Sed hinc admonendi sumus, quales æternæ uitæ dilectores esse debeamus, ut propter eam contemnamus cuncta superflua, cum pro hac transitoria uita contempta sint, quæ illi fuerāt necessaria. Neq; enim amatam nostram, sicut illi suam, ut teneamus expoliamus, sed illi æternæ adipiscendæ, istam temporalem uelut famulam expeditiorē seruire facimus. Sic eam nec ornamentorum uanorum uinculis alligemus, nec curarum noxiarū sarcinis oneremus, audiamusq; Dominum qui nobis illam uitam
D summo ardore desiderādam fidelissime pollicetur, uelut in totius mundi concione, clamātem:
Mat. 11 Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego uos reficiam. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quoniam mitis sum
χρησὸν & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meū lene, & onus meum leue est. Hæc disciplina pię humilitatis, uentosam & turbidam cupiditatem, auidam rerum extra nostram potestatem constitutarum pellit ex animo, & quodāmodo expirat. Ibi enim labor, ubi multa quæruntur & diliguntur, quibus adipiscendis atq; retinendis uoluntas non satis est, quia consequentem non habet facultatem.

A Iusta uero uita, cum uolumus adest, quia eam ipsam plene uelle, iustitia est. Nec plus aliquid perficienda iustitia est, quàm perfectam uolun tatem requirere. Vide si labor est, ubi uelle satis est: unde diuinitus dictum est, Pax in terra ho- Luc. 2
minibus bonæ uolūtatis. Vbi pax, ibi requies: ubi requies, ibi finis appetendi, & nulla causa laborandi. Sed hæc uoluntas ut plena sit, oportet ut sana sit. Erit autem sana, si medicum non refugiat, cuius solius gratia sanari potest à morbo desideriorum noxiorum. Ipse est ergo medicus qui clamat: Venite ad me omnes qui laboratis, iugum suum lene, & onus leue, dicēs: quia diffusa per spiritum sanctum charitate in cordibus nostris, profecto amabitur quod uidebitur,
B & non erit asperum nec onerosum, si sub hoc uno iugo, quantominus tumida, tantomagis libera ceruice seruiatur. Et hæc est una sarcina, qua eius basulus non premitur, sed leuatur. Diuitiæ si diliguntur, ibi seruientur, ubi perire non possunt. Honor si diligitur, illic habeatur ubi nemo indignus honoratur. Salus si diligitur, ibi adipiscēda desideretur, ubi adeptæ nihil timetur. Vita si diligitur, ibi acquirat ubi nulla mor te finitur. Reddite igitur quod uouistis, quia uos ipsi estis, & ei uos redditis à quo estis, reddite obsecro. Neq; enim quod redditis, reddendo minuetur, sed potius seruabitur & augebitur. Benignus enim exactor est, non egenus: & qui non crescit ex redditis, sed in se crescere facit redditores. Huic ergo quod non redditur, perditur: quod autem redditur, reddendo additur: imò uero in eo cui redditur, ipse reddēs seruatur. Idipsum quippe erit redditum & reddi-
tor, quia idipsum erat debitum & debitor. Deo nanq; seipsum debet homo, eiq; reddendus est ut beatus sit, à quo accepit ut sit. Hoc significat quod in Euangelio dominus ait: Reddite Cæsa- Mat. 22
ri quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt. Hoc enim dixit, cum sibi demōstrato nūmo, & quæsito cuius haberet imaginem, respondsum esset, Cæsaris: ut hinc intelligerent, quod deus exigeret ab homine imaginem suam in homine ipso, sicut Cæsar suam exigebat in nummo. Quanto magis ergo reddenda est cum promittitur, cui
D etiam non promissa debetur. Quapropter charissime, possem quidem pro mea quantulacūq; facultatula, sancti propositi quod deo uouisse uos comperi, uberius laudare fructū, ac demonstrare quid distet inter Christianos dilectores mundi huius, & cōtemptores, quamuis fideles utriq; dicātur: eodemq; utriq; lauacro sacri fontis abluti sunt, eisdem imbuti consecratiq; mysterijs, utriq; eiusdem euangelij, non auditores tātum, uerum etiam prædicatores: nec utriq; tamen regni dei lucisq; participes, & uitæ æternæ, quæ sola est beata, cohæredes. Dominus enim Iesus non ab eis qui non audiūt, sed eos inter se auditores uerborū suorū, latissimo limite, nō tenui distinctione discreuit. Qui audit, inqt,

Hæc oratio sic spensa est usq; ad illa uerba, Sed quia iam &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.7 Luc.6 uerba mea hæc & facit ea, similabo eũ uiro pru A
denti, qui ædificauit domũ suam supra petram:
descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt
uenti, & impegerũt in domum illam, & non ce/
cidit: fundata enim erat supra petram. Qui au/
tem audit uerba mea hæc, & non facit ea, simi/
labo eum uiro stulto, qui ædificauit domum su
am super harenam: descendit pluuia, uenerunt
flumina, flauerunt uenti, & impegerunt in do/
mum illam, & cecidit, & facta est ruina eius ma
gna. Audire ergo illa uerba, ędificare est. In hoc
utrique pares sunt. In faciendo autem, & non fa/
ciendo quod audiunt, tantum dispar est, quan/
tum ædificium petræ solidatæ fundatũ, dispar
est ei, quod sine ullo fundamento facili harenæ
mobilitate subuertitur. Nec ideo quisquis om/ B
nino non audit, tutius sibi aliquid cõparat. Ni/
hil enim ædificãs, sine ullo tecto multo facilius
obruendus, rapiendus, & dispergendus imbri/
bus, fluuijs uentisq; donatur. Possim etiam pro
modulo meo eosdem ipsos pertinentes ad dex
teram regnumq; cœlorum in suis gradibus me/
ritisq; distinguere, atq; ostendere, quo differat
uita coniugalis filios procreãtium, patrum ma/
trumq; familiãs, ueruntamen religiosorũ ac pio
rum, ab ea uita quam uos Deo uouistis, si nunc
ad eam uouendam exhortandus esses: sed quia
iam uouisti, iam te obstrinxisti, aliud tibi facere
non licet. Prius quàm esses uoti reus, liberum
fuit quo esses inferior: quamuis nõ sit gratulan/
da libertas, qua fit ut nõ debeatur quod cum lu/ C
cro redditur. Nunc uero quia tenetur apud deũ
sponsio tua, non te ad magnam iustitiam inui/
to, sed à magna iniquitate deterreo. Non enim
talis eris, si nõ feceris quod uouisti, qualis man/
sisses, si nihil tale uouisses. Minor enim tunc es/
ses non peior. Modo autem tanto (quod absit)
miserior, si fidem deo fregeris: quanto beatior,
si persolueris. Nec ideo te uouisse pœniteat, im
mo gaude iam tibi sic non licere, quod cum tuo
detrimento licuisset. Aggredere itaq; intrepi/
dus, & dicta imple factis: ipse adiuuabit, qui uo
ta tua expetit. Felix est necessitas, quæ in melio
ra compellit. Vna sola esse causa posset, qua te
33.q.5.una. 4. sentẽ. dist. 32.cap.1 id quod uouisti, non solum non hortaremur, ue
rũetiam prohiberemus implere, si forte tua con D
iunx hoc tecum suscipere animi seu carnis infir
mitate recusaret. Nam & uouẽda talia non sunt
Matrimoniũ cõsummatum & ratum à coniugatis, nisi ex consensu & uoluntate com
muni. Et si præpropere factum fuerit, magis est
corrigenda temeritas quàm persoluenda pro/
missio. Neq; enim deus exigit, si quis ex alieno
aliquid uouerit, sed potius usurpare uetat alie/
num. Diuina quippe de hac re per Apostolum
est prolata sententia: Vxor non habet potesta/
tem corporis sui, sed uir: similiter & uir non ha/
bet potestatem corporis sui, sed mulier. sexum
nomine corporis nuncupauit. Sed cum illã tam
paratam esse audiam deo dicare continentiam,
ut eo solo impediatur, si tibi debitum reddere
coniugali iure compellitur: ambo deo reddite,
quod ambo uouistis, ut illi persoluatur quod ab
alterutro non exigitis. Si continentia uirtus est,
sicuti est, cur ad eam sit promptior sexus infir/
mior, cum uirtus à uiro potius cognominata ui
deatur, sicut similitudo uocabuli resonat? Noli
ergo uir abhorrere à uirtute, quã mulier est pa/
rata suscipere. Sit uester cõsensus oblatio ad su/
pernum altare creatoris, & uicta concupiscẽtia
tanto fortius quanto sanctius uinculum charita
tis. Gaudeamus de uobis in abundanti gratia
Christi, domini eximij meritoq; honorabiles
& desiderabiles filij.

Augustinus Valentino, in cuius contubernio quidam erat, qui uidebatur non recte sentire de libero arbitrio: docens nec liberum arbi/ trium sic asserendum, ut nihil tribuamus gra tiæ: nec gratiam ita prædicandã, ut negemus liberum hominis arbitrium. Epistola XLVI

Domino dilectissimo, & in Christi mẽbris ho/
norando fratri Valentino, & fratribus qui te/
cum sunt, Augustinus in domino Salutem.

Venerunt ad nos duo iuuenes, Cresco nius & Felix, de uestra cõgregatio/ ne se esse dicentes, qui nobis retule/ runt monasterium uestrum nonnul/ la dissensione turbatum, eo quod quidam in uo bis sic gratiam prædicent, ut negent hominis esse liberum arbitrium: & quod est grauius, di/ cant, quòd in die iudicij non sit uel redditurus deus unicuiq; secundum opera eius. Etiam hoc tamen indicauerunt, quòd plures uestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuuari fa/ teantur per dei gratiam, ut recta sapiamus atq; faciamus, ut cum uenerit dominus reddere uni cuiq; secundũ opera eius, inueniat opera nostra bona, quæ præparauit deus ut in illis ambule/ mus. Hoc qui sentiũt, bene sentiũt. Obsecro ita q; uos fratres, sicut Corinthios obsecrauit apo/ stolus, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & nõ sint in uobis schis mata. Primo enim dominus noster Iesus Chri/ stus, sicut scriptum est in euangelio Ioãnis apo/ stoli, non uenit ut iudicaret mundum, sed ut sal/ Io.3 uaretur mũdus per ipsum. Postea uero sicut scri bit apostolus Paulus, iudicabit deus mundum quando uẽturus est, sicut tota ecclesia in symbo lo confitetur, iudicare uiuos & mortuos. Si igi tur non est dei gratia, quomodo saluat mundũ? Et si non est liberum arbitrium, quomodo iudi/ cat mundum? Proinde librum uel epistolã me/ am, quam secum ad uos supradicti attulerũt, se/ cundum hanc fidem intelligite, ut neq; negetis dei gratiam, neq; liberum arbitrium sic defen/ datis, ut à dei gratia separetis, tanquam sine illa uel cogitare aliquid uel agere secundum deum ulla ratione possimus, quod omnino non possu mus. Propter hoc enim Dominus cum de fru/ ctu iustitiæ loqueretur, ait discipulis suis: Si/ ne me nihil potestis facere. Vnde supradi/

ctam epistolam ad Sixtum Romanæ ecclesiæ A
presbyterum, contra nouos hæreticos Pelagia
nos nouerit is esse conscriptam, qui dicunt gra/
tiam dei secundũ merita nostra dari, ut qui glo/
riatur, nõ in domino sed in seipso glorietur, hoc
est in homine, non in domino. Quod prohibet
Apostolus, dicens: Nemo glorietur in homine.
Et alio loco: Qui gloriatur, inquit, in domino
glorietur. Illi uero hæretici seipsos à seipsis iu/
stos fieri putãtes, quasi hoc eis nõ dederit deus,
sed ipsi sibi, non utiq; in domino, sed in semetip
sis gloriantur. Talibus enim dicit Apostolus:
Noua inter/ pretatio Quis enim te discernit? Quod ideo dicit, quia
de massa illius perditiõis quæ facta est ex Adã,
nõ discernit hominem, ut eum faciat uas in ho/
norem non in cõtumeliam, nisi deus. Sed quo/ B
niam homo carnalis & inaniter inflatus cũ au/
disset: Quis enim te discernit, posset respõdere
uel uoce uel cogitatione, & dicere: Discernit
me fides mea, discernit me oratio mea, discer/
nit me iustitia mea. Mox Apostolus occurrit
cogitationibus eius, & dixit: Quid enim habes
quod non accepisti? Si autẽ accepisti, quid glo/
riaris, quasi non acceperis? Sic autem glorian/
tur quasi nõ acceperint, qui se à seipsis iustifica/
ri putant, ac per hoc in semetipsis, non in domi
no gloriantur. Propter quod ego in hac epistо/
la quæ ad uos peruenit, probaui per testimonia
sanctarum scripturarum, quæ ibi potestis inspi/
cere, & bona opera nostra, & pias orationes, &
rectam fidem nullo modo in nobis esse potuis/ C
se, nisi hæc acceperimus ab illo, de quo dicit a/
Iac.1 postolus Iacobus, Omne datum optimum, &
omne donum perfectum desursum est, descen/
dens à patre luminum. Nec quisquam dicat me
ritis operum suorum, uel meritis orationum sua
rum, uel meritis fidei suæ, sibi traditam dei gra/
tiam, & putetur uerum esse quod illi hæretici di
cunt, gratiam dei secundum merita nostra dari,
quod omnino falsissimum est: non quia nullum
est meritum, uel bonum piorum, uel malum im
piorũ, alioquin quomodo iudicabit deus mun/
dum? Sed misericordia & gratia dei conuertit
Psal.78 hominẽ, de qua Psalmus dicit: Deus meus mise
ricordia eius præueniet me: ut iustificetur im/
pius, hoc est ex impio fiat iustus, & incipiat ha/ D
bere meritũ bonum, quod deus coronabit quã/
do iudicabitur mundus. Multa erant quę uobis
mittere cupiebam, quibus lectis, totam ipsam
causam quę concilijs episcopalibus acta est ad/
uersus eosdem Pelagianos hæreticos, diligen/
tius & plenius nosse possetis: sed festinauerunt
fratres qui ex numero uestro ad nos uenerunt,
per quos uobis non rescripsimus ista, sed scripsi
mus. Nullas enim ad nos uestræ charitatis lite/
ras attulerunt, tamen suscepimus eos, quoniam
simplicitas eorum satis indicabat, nihil illos no
bis potuisse confingere. Ideo autem festinaue/
runt, ut apud uos agerent pascha, quo possit ad/
iuuante domino tam sanctius dies uestrã pacem
quàm dissensionem potius inuenire. Melius au
tem facitis (quod multum rogo) si ipsum à quo
dicunt se fuisse turbatos, ad me mittere non gra
uemini. Aut enim non intelligit librum meum,
aut forte ipse non intelligitur, quando difficilli
mam quæstionem & paucis intelligibilem sol/
uere atq; enodare conatur. Ipsa est enim quæ/
stio de gratia dei, quæ fecit ut homines non in/
telligentes, putarẽt apostolum Paulum dicere:
Faciamus mala ut ueniant bona. Vnde aposto
lus Petrus in secunda epistola sua: Quapropter
(inquit) charissimi, hæc expectãtes satagite, in/ 2 Pet.3
uiolati & immaculati apud eum repperiri in pa
ce, & domini nostri patientiam salutem existi/
mantes. Sicut & dilectissimus frater noster Pau
lus, secundum eam quæ data est ei sapientiã scri
psit uobis, ut & in omnibus epistolis loquẽs in
eis de his in quibus sunt quædam difficilia in/
tellectu, quę indocti & instabiles homines per/
uertunt, sicut & ceteras scripturas ad proprium
suum interitum. Cauete ergo quod tantus apo/
stolus tam terribiliter dicit, & ubi sentitis uos
nõ intelligere, interim credite diuinis eloquijs,
quia & liberum est hominis arbitrium, & gra/
tia dei, sine cuius adiutorio liberum arbitrium
nec conuerti potest ad deum, nec proficere in
deo. Et quod pie creditis, ut etiam sapienter in/
telligatis orate. Et ad hoc ipsum enim, id est, ut
sapienter intelligamus, est utiq; liberũ arbitriũ.
Nisi enim libero arbitrio intelligeremus atq; sa
peremus, non nobis præciperetur dicente scri/
ptura: Intelligite ergo qui insipiẽtes estis in po/ Psal.93
pulo, & stulti, aliquando sapite. Eoipso quippe
quo præceptum & imperatum est, ut intelliga/
mus atq; sapiamus, obedientiam nostram requi
rit, quę nulla potest esse sine libero arbitrio. Sed
si posset hoc ipsum sine adiutorio dei gratiæ fie
ri per liberum arbitrium, ut intelligeremus atq; Psal.118
saperemus, non diceretur deo: Da mihi intelle/
ctum, ut discam mandata tua. Neq; in Euange/
lio scriptum esset: Tunc aperuit illis sensum ut Luc.24.
intelligerent scripturas. Nec Iacobus apostolus
diceret: Si quis autem uestrum indiget sapien/ Iac.1
tia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter,
& non improperat, & dabitur ei. Potens est au
tem dominus, qui & uobis donet & nobis, ut
de uestra pace & pia consensione, nuncijs celer
rimis gaudeamus. Saluto uos, non solum meo
nomine, sed etiam fratrum qui mecum sunt, &
rogo ut pro nobis cõcorditer atq; instanter ore
tis. Sit uobiscum dominus.

Augustinus Valentino de eodem argumen/ to. Hæ duæ epistolæ præferuntur duobus li/ bris, quorum alter habet titulum De gratia & libero arbitrio, alter De correptione & gra tia. Epistola XLVII

Domino dilectissimo, & in Christi membris honorando fratri Valentino, & fratri/ bus qui tecum sunt, Augustinus in domino Salutem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resconsum Felicem & alium Feli-
C cem dei seruos, qui ex uestra congre-
gatione ad nos uenerunt, nobiscum
egisse pascha nouerit charitas uestra.
Quos ideo tenuimus aliquãto diutius, ut instru-
ctiores ad uos rediret, aduersus nouos hæreti-
cos Pelagianos, in quorũ errorem cadit, qui pu-
tat aliquo merito humano gratiam dei dari, quę
Rom.7 sola hominem liberat per dominum nostrum Ie-
sum Christum. Sed rursum qui putat, quãdo ad
iudicium dominus uenerit, non iudicari homi-
nem secundũ opera sua, qui iam per ætatem uti
potuit libero uolũtatis arbitrio, nihilominus in
errore est. Soli enim paruuli, qui nondũ habent
opera propria, uel bona uel mala, secundum so-
lum originale peccatum damnabuntur, quibus
B per lauacrum regenerationis non subuenit gra-
tia saluatoris. Cæteri autẽ omnes, qui iam uten-
tes libero arbitrio, sua propria peccata, origina-
li peccato insuper addiderunt, si de potestate te-
nebrarũ per gratiã dei non eruuntur, nec trans-
ferũtur ad regnum Christi, non solum secundũ
originis, uerũetiam secũdum propriæ uolunta-
tis merita, iudiciũ reportabũt. Boni uero etiam
ipsi quidem, non solum secũdum suæ bonæ uo-
luntatis merita præmiũ consequẽtur, sed etiam
ipsam bonam uoluntatẽ per dei gratiam conse-
Rom.7 quuti sunt, ac sic impletur quod scriptũ est: Ira
& indignatio, tribulatio & angustia in omnem
animã hominis operantis malum, Iudæi primũ
& Græci: gloria autem & honor & pax omni
C operanti bonum, Iudeo primum & Græco. De
qua difficillima quæstione, hoc est de uolũtate
& gratia, non opus habui etiam in hac epistola
diutius disputare, quoniã & aliam iam eis dede-
ram, tanquam citius redituris. Et scripsi ad uos
etiam librum, quem si (adiuuante domino) dili-
gẽter legeritis, & uiuaciter intellexeritis, nullas
existimo inter uos de hac re dissensiões ulterius
iam futuras. Portant autẽ secum & alia, quæ uo
bis dirigẽda esse credidimus, quibus cognosca
tis quemadmodũ catholica ecclesia, in dei mise
ricordia Pelagianæ hæresis uenena reppulerit.
Innocentius Quod enim scriptum est ad papam Innocentiũ
Romanæ urbis episcopum, de concilio prouin
ciæ Carthaginẽsis, & de concilio Numidiæ, & D
aliquanto diligẽtius à quinq; episcopis, & quæ
Zosimus papa ipse ad tria ista rescripsit: item quod papæ Zosi
mo de Africano concilio scriptum est, eiusq; re
scriptũ ad uniuersos totius orbis episcopos mis
sum: & quod posteriori cõcilio plenario totius
Africæ contra ipsum errorẽ breuiter constituí-
mus, & supramemoratũ librum meum, quem
modo ad uos scripsi: hæc omnia & in præsenti
legimus cũ ipsis, & per eos misimus uobis. Le-
gimus eis etiam librum beatissimi martyris Cy
Lib. de gratia & libero arbitrio, cap. 29 priani De oratione dominica, & ostendimus
quemadmodum docuerit omnia quæ ad mores
nostros pertinent, quibus recte uiuimus, à patre
nostro qui in cœlis est, esse poscenda, ne de libe-
A ro præsumẽtes arbitrio, à diuina gratia decida-
mus. Vbi etiam demõstrauimus quomodo ad-
monuerit idem gloriosissimus martyr, etiã pro
inimicis nostris, qui nondum in Christum cre-
diderunt, nos ut credãt orare debere. Quod uti-
que inaniter fieret, nisi ecclesia crederet etiã ma-
las atq; infideles hominum uoluntates, per dei
gratiam in bonũ posse conuerti. Sed hunc librũ
sancti Cypriani, quia dixerunt etiam illic apud
uos esse, non misimus. Meam quoq; epistolam
ad Sixtum Romanæ ecclesiæ presbyterum da-
tam, quam secũ ad nos attulerunt, legimus cum
eis, & ostendimus aduersus eos esse conscriptã
qui dicunt, gratiam Dei secundum merita no-
stra dari, hoc est aduersus eosdem Pelagianos.
B Quantum ergo potuimus, egimus cum istis &
uestris & nostris fratribus, ut in fide sana catho
lica perseuerent. Quæ neq; liberum arbitrium
negat, siue in uitam malam siue in bonam, neq;
tantum ei tribuit, ut sine gratia Dei ualeat ali-
quid, siue ut ex malo conuertatur in bonum, si-
ue ut in bono perseueranter proficiat, siue ut ad
bonum sempiternũ perueniat, ubi iam non ti-
meat ne deficiat. Vos quoq; charissimi, etiam
in hac epistola exhortor, quod nos omnes ex-
hortatur Apostolus: Non plus sapere, quàm o- Rom.12
portet sapere, sed sapere ad temperãtiam, sicut
unicuiq; deus partitus est mensuram fidei. At-
tendite quid per Salomonem moneat spiritus
sanctus: Rectos cursus, inquit, fac pedibus tuis, Prouer.4
C & uias tuas dirige, ne declines in dexterã, neq;
in sinistram, auerte autem pedẽ tuum à uia ma-
la. Vias enim quæ à dextris sunt, nouit Domi-
nus: peruersę uero sunt, quæ à sinistris sunt. Ipse
autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem
tua in pace producet. In his uerbis sanctæ scri-
pturæ considerate fratres, quia si non esset libe-
rum arbitrium, nõ diceretur: Rectos cursus fac
pedibus tuis, & uias tuas dirige, ne declines in
dexteram, neq; in sinistram. Et tamen sine Dei
gratia, si posset hoc fieri, non postea diceretur:
Ipse autem rectos faciet cursus tuos, & itinera
tua in pace producet. Nolite ergo declinare ne-
q; in dexteram neq; in sinistram: quamuis lau-
dentur uiæ quæ à dextris sunt, & uituperentur
D quæ sunt à sinistris. Hoc est enim propter quod
addidit: Auerte autem pedem tuum à uia mala:
hoc est, à sinistra. Quod manifestat in sequen-
tibus, dicens, Vias enim quæ à dextris sunt, no
uit Dominus: peruersę uero sunt, quæ à sinistris
sunt. Eas utique uias ambulare debemus, quas
nouit Dominus: de quibus in Psalmo legitur,
Nouit dominus uiam iustorum, & uia impio- Psal.1
rum peribit. Hanc enim non nouit Dominus,
quia sinistra est. Sicut dicturus est etiam illis ad
sinistram constitutis: Non noui uos. Quid est
autem quod ille non nouit, qui utiq; nouit om-
nia, siue bona hominum, siue mala? Sed quid
est, Non uos noui: nisi tales uos ego non fe-
ci? Quemadmodum illud quod dictum est de

ipso domino Iesu Christo, quia nõ nouerat pec-
A catũ, quid est, nisi quia non fecerat? Ac per hoc
quod dictum est, Vias quæ à dextris sunt nouit
dominus: quomodo intelligẽdum est, nisi quia
ipse fecit uias dextras, id est uias iustorum, quæ
sunt utiq; opera bona, quæ præparauit deus, si-
cut dicit Apostolus, ut in illis ambulemus. Vi-
as autẽ sinistras peruersas, id est uias impiorũ,
non utiq; nouit, quia non eas ipse fecit in homi-
ne, sed homo sibi. Propter quod dicit: Odiui au-
tem ego peruersas uias malorum, ipsæ sunt à si-
nistris. Sed respondetur nobis: Cur ergo dixit,
Ne declines in dextram neq; in sinistram: cum
potius dicere debuisse uideatur, Tene dexte-
ram, & ne declines in sinistram? Si bonæ sunt
B uiæ quæ à dextris sunt, cur putamus, nisi quia
ita uiæ sunt bonæ quæ à dextris sunt, ut in dex-
teram tamen declinare non sit bonum? Decli-
nare quippe ille est intelligendus in dexteram,
qui bona ipsa opera quæ ad uias dexteras perti
nent, sibi uult assignare non deo. Et ideo cum di
xisset: Vias enim quæ à dextris sunt nouit do-
minus, peruersæ autem sunt quę à sinistris sunt,
tanquam diceretur ei: Quomodo ergo non uis
ut declinemus ad dexteram, sequutus adiũxit:
Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera au-
tem tua in pace producet. Sic ergo intellige, qđ
tibi præceptum est: Rectos cursus fac pedibus
tuis, & uias tuas dirige, ut noueris cum hoc fa-
cis, à domino deo tibi præstari ut hoc facias, &
C nõ declinabis ad dexteram, quamuis ambules
in uijs dextris, non confidens in uirtute tua: &
ipse erit uirtus tua, qui rectos faciet cursus tuos,
& itinera tua in pace producet. Quapropter di
lectissimi, quicũq; dicit, uoluntas mea mihi suffi
cit ad facienda opera bona, declinat in dexte-
ram. Sed rursus illi qui putãt bonam uitam esse
deserendam, quando audiunt sic dei gratiã præ
dicari, ut credatur & intelligatur uoluntates ho
minum ipsas ex malis bonas facere, ipsas etiam
Rom.3 quas fecerit custodire, & propterea dicunt: Fa-
ciamus mala ut ueniunt bona, in sinistram decli
nant. Ideo uobis dixit: Non declinetis in dexte
ram neq; in sinistram. Hoc est, non sic defenda-
tis liberum arbitrium, ut ei bona opera sine dei
gratia tribuatis: nec sic defendatis gratiam, ut D
quasi de illa securi, mala opera diligatis, quod
ipsa gratia dei auertat à uobis. Talium quippe
uerbã sibi præponẽs Apostolus ait: Quid ergo
Rom.6 dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia
abundet? Atq; his uerbis hominum errantium,
& dei gratiam non intelligẽtium, respondit ut
debuit, dicẽs: Absit. Si enim mortui sumus pec
cato, quomodo uiuemus in eo? Nihil potuit di-
ci breuius & melius. Quid emi nobis gratia dei
utilius confert in hoc præsenti sęculo maligno,
nisi ut moriamur peccato? Ac per hoc ipsi gra-
tiæ inuenietur ingratus, qui propter illam uult
uiuere in peccato per quam moriuntur peccato.
Deus autẽ qui diues est in misericordia, det uo-
bis & sanum sapere, & usq; in finem proficiẽtes
in bono proposito permanere. Hoc pro uobis,
hoc pro nobis, hoc pro omnibus qui uos dili-
gunt, & pro eis qui uos oderunt, instanter in pa
ce fraterna & uigilanter orate, ut deo uiuatis.

Augustinus Vincentio ex hæresi Rogatiana, do-
cens se fuisse aliquãdo eius sententiæ, ut arbitra-
retur cum hæreticis nulla ui, sed solo dei uerbo
agẽdum, uerum aliorum sententijs & exemplis
superatum mutasse sententiam, & arbitrari leges
principũ recte implorari aduersus hostes fidei,
modò id fiat animo corrigendi non studio uindi
candi, aliaq; multa cõtra anabaptismum Dona-
tistarum, & pertinaciam illorum. Epist. XLVIII.

Doctissimo fratri Vincentio,
Augustinus.

Ccepi epistolã quam tuam esse non
A mihi incredibile uisum est. Attulit e-
nim eam, quem catholicum Christia
num esse cõstaret, qui (ut opinor) mi
hi mentiri non auderet. Sed si forte non sunt li-
teræ tuæ, ego ei qui scripsit rescribendum pu-
taui. Nunc me potius quietis esse auidum & pe
tentem, quàm tunc cum me adolescentem uiuo
adhuc Rogato cui successisti & apud Carthagi
nem noueras. Sed Donatistæ nimium inquieti 33.q.4.ni-
sunt, quos per ordinatas à deo potestates cohi- mium
beri atq; corrigi mihi non uidetur inutile. Nam
de multorum iam correctione gaudemus, qui 2 Retract. 5.
tam ueraciter unitatẽ catholicã tenent atq; de-
fendunt, & à pristino errore se liberatos esse læ De uerbis Do
tantur, ut eos cũ magna gratulatione miremur. mini, ser.6
Qui tamen nescio qua ui consuetudinis nullo
modo mutari in melius cogitarent, nisi hoc ter- Cogi ad fidẽ
rore perculsi, solicitam mentem ad cõsideratio- quatenus ex-
nem ueritatis intenderent, ne forte non pro iu- pedit
stitia, sed pro peruersitate & præsumptione ho
minum ipsas temporales molestias, infructuosa
& uana tolerantia paterẽtur, & apud deũ post-
ea non inuenirent nisi debitas pœnas impiorũ,
qui eius tam lenem admonitionem, & paterna
flagella contempserint. Ac sic ista cogitatione
docibiles facti, non in calumnijs & fabulis hu-
manis, sed in diuinis libris promissam per om-
nes gentes inuenirent ecclesiam, quam suis ocu
lis reddi conspicerent, in quibus & Christum
prænunciatũ, etiam non uisum, super cœlos es-
se minime dubitarent. Nunquid nam ego isto-
rum saluti inuidere debebam, ut collegas meos
ab huiusmodi paterna diligẽtia reuocarem, per
quam factum est, ut multos uideamus accusare
suam pristinam cæcitatem: qui cum super cœ-
los exaltatum Christum, etiam non uidentes
credebant: gloriam tamen eius super omnem
terram, etiam uidentes negabant, cum prophe-
ta utrunque una sententia tanta manifestatio- Psal.107
ne complexus sit, dicens: Exaltare super cœlos
deus, & super omnem terram gloria tua? Istos
ergo atroces quondam inimicos nostros, pa-
cem & quietem nostram uarijs uiolentiarum
& insidiarum generibus grauiter infestantes, si

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic contẽneremus & toleraremus, ut nihil omni A
no quod ad eos terrendos ac corrigẽdos ualere
posset, excogitaretur & agitaretur à nobis, uere
malum pro malo redderemus. Si enim quisquã
inimicum suum periculosis febribus phreneti/
cum factum, currere uideret in præceps, nónne
tũc potius malum pro malo redderet, si eum sic
currere permitteret, quàm si corripiẽdum ligan
dumq; curaret, & tamẽ tunc ei molestissimus &
aduersissimus uideretur, quando utilissimus &
misericordissimus extitisset? Sed planè salute
reparata, tanto uberius ei gratias ageret, quãto
sibi eum minus pepercisse sensisset. O si possem
tibi ostendere, ex ipsis Circũcellionibus quàm
multos iã catholicos manifestos habeamus, dã
nantes suam pristinam uitam & miserabilẽ erro B
rem, quo se arbitrabãtur pro ecclesia dei facere
quicquid inquieta temeritate faciebant: qui ta
men ad hanc sanitatem non perducerentur, nisi
legum istarum, quæ tibi displicent uinculis tan
quam phreneticis ligarẽtur. Quid illud alterum
genus morbi grauissimi eorum, qui turbulentã
quidem audaciam non habebant, sed quadã ue
tusta socordia premebãtur, dicentes nobis: Ve
rum quidem dicitis, non est quod respõdeatur,
sed durum est nobis traditionem parentũ relin/
quere: nónne salubriter regula temporaliũ mo
lestiarum excutiendi erant, ut tanquam de som
no lethargico emergerẽt, & in salutem unitatis
euigilarent? Quàm multi ex ipsis nunc nobiscũ
gaudẽtes, pristinum pondus pernicios sui ope/ C
ris accusant, & fatẽtur nos sibi molestos esse de
buisse, ne tãquam mortifero somno, ita morbo
ueternosæ cõsuetudinis interirent. At enim qui
busdam ista non prosunt, nunquid ideo negli/
genda est medicina, quia nonnullorũ est insana
bilis pestilẽtia? Tu non attendis nisi eos qui ita
duri sunt, ut nec istam recipiãt disciplinam. De
talibus enim scriptũ est: Frustra flagellaui filios
uestros, disciplinã non receperunt. Puto tamen
quia dilectione non odio flagellati sunt. Sed de/
bes etiam tam multos attendere, de quorum sa
lute gaudemus. Si enim terrerentur & non do/
cerentur, improba quasi dominatio uideretur.
Sed rursus si docerentur & non terrerentur, ue/
tustate consuetudinis obdurarentur, & ad eape D
scendam uiam salutis pigrius mouerẽtur: quan
doquidem multi, quos bene nouimus, reddita
sibi ratiõe & manifestata ex diuinis testimoniis
ueritate, respõdebant nobis, cupere se in eccle/
siæ catholicæ cõmunionem transire, sed & uio
lentas perditorum hominum inimicitias formi
dare, quas quidem pro iusticia & pro æterna ui
ta utiq; cõtemnere debuerunt. Sed talium infir/
mitas donec firmi efficiantur sustinẽda est non
desperanda. Nec obliuiscendum quod ipse do/
minus adhuc infirmo Petro ait: Non potes me
modo sequi, sequeris autem postea. Cum uero
terrori utili doctrina salutaris adiũgitur, ut non
solum tenebras erroris lux ueritatis expellat, ue

23.q.4.ni/ nium

Pro bello

Circumcel/ liones

rumetiam malæ cõsuetudinis uincula uis timo/
ris abrumpat, de multorum, sicut dixi, salute læ
tamur, benedicentiũ nobiscum, & gratias agen
tium deo, quod sua pollicitatiõe completa, qua
reges terræ Christo seruituros esse promisit, sic
curauit morbidos, sic sanauit infirmos. Nõ om
nis qui parcit, amicus est: nec omnis qui uerbe/
rat, inimicus. Meliora sũt uulnera amici, quàm
uoluntaria oscula inimici. Melius est cum seue/
ritate diligere, quàm cũ lenitate decipere. Vti/
lius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iu
sticiam negligebat, quàm esurienti panis fran/
gitur, ut iniusticiæ seductus acquiescat. Et qui
phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat,
ambobus molestus, ambos amat. Quis nos po/
test amplius amare, quàm deus? Et tamen nos
non solum docere suauiter, uerumetiam salubri
ter terrere non cessat. Fomentis lenibus quibus
consolatur, sæpe etiam mordacissimũ medica/
mentum tribulationis adiungens, exercet fame
patriarchas etiam pios & religiosos, populum
contumacẽ pœnis grauioribus agitat. Non au/
fert ab Apostolo stimulũ carnis tertio rogatus,
ut uirtutem in infirmitate perficiat. Diligamus *Mat.5*
etiam inimicos nostros, quia hoc iustum est, &
hoc præcepit deus, ut simus filij patris nostri q
in cœlis est, qui facit solem suum oriri super bo
nos & malos, & pluit super iustos & iniustos.
Sed sicut ista dona eius laudamus, ita etiam fla/
gella eius in eos quos diligit, cogitemus. Putas
neminem debere cogi ad iusticiam, cum legas
patremfamilias dixisse seruis: Quoscunq; inue
neritis cogite intrare? Cum legas etiam ipsum
primo Saulum, postea Paulum, ad cognoscen/
dam & tenendam ueritatem, magna uiolentia
Christi cogentis esse compulsum, nisi forte cha
riorem putas hominibus esse pecuniã, uel qua/
lemlibet possessionem, quàm lucem istam quæ
oculis carpitur. Hanc ille cœlesti prostratus lu/
mine subito amissam non recuperauit, nisi cum
sanctæ incorporararetur ecclesiæ. Et putas nullã
uim adhibendam esse homini, ut ab erroris per/
nicie libereturr cum ipsum deũ quo nemo nos
utilius diligit certissimis exẽplis hoc facereui/
deas, & Christum audias, dicentem: Nemo ue/ *Io.6*
nit ad me, nisi quem pater attraxerit: quod fit in
cordibus omnium qui se ad eum diuinæ iracun
diæ timore conuertunt: & noueris aliquãdo fu
rem auertẽdis pecoribus pabulum spargere, &
aliquando pastorem flagello ad gregem pecora
errantia reuocare. Nónne contumacẽ ancillam *Gen.16*
data sibi potestate, Sara potius affligebat? Et u/
tiq; non eam quam superius beneficio suo ma/
trem fecerat, crudeliter oderat, sed in ea super/
biam salubriter edomabat. Non autem ignoras
quòd istæ duæ mulieres Sara & Agar, & duo fi
lij earum Isaac & Ismael, pro spiritalibus & car
nalibus figurẽtur. Et cum legamus ancillam &
filium eius à Sara passos graues molestias, Pau
lus tamen apostolus dicit, quòd ab Ismaele per/
sequu/

sequutionem sit passus Isaac. Sed sicut tunc, in/ A
quit, ille qui erat secundũ carnem, persequeba/
tur eum qui erat secũdum spiritum, ita & nunc:
ut qui possunt intelligãt, magis ecclesiam catho
licam persequutionẽ pati superbia & impietate
carnalium, quos tẽporalibus molestijs atq; ter/
roribus emẽdare conatur. Quicquid ergo facit
uera & legitima mater, etiam si asperũ amarũq;
sentiatur, nõ malũ pro malo reddit, sed bonum
disciplinæ expellendo malum iniquitatis appo
nit, non odio nocendi, sed dilectione sanandi.
Cum boni & mali eadem faciunt, eademq; pa/
tiuntur, non factis & pœnis, sed causis utiq; dis/
cernendi sunt. Pharao populum dei duris labo
ribus atterebat, Moyses eundem populũ impie
agentem duris coercionibus affligebat: similia B
fecerunt, sed non similiter prodesse uoluerunt:
ille dominatione inflatus, iste zelo inflãmatus
est. Iezabel occidit prophetas, Helias occidit
pseudoprophetas. Puto quod diuersa sint meri/
ta faciẽtium, & diuersa passorum. Aspice etiam
tempora Noui testamenti, quãdo iam ipsa man
suetudo charitatis, non solum in corde erat ser/
uanda, uerũetiam in luce monstranda, quando
Petri gladius Petri gladius in uaginam reuocatur à Christo,
& ostenditur non debuisse de uagina eximi nec
pro Christo. Legimus tamen non solum quod
ceciderũt Iudæi Paulum apostolum, uerũetiam
quod ceciderunt & Græci pro Paulo apostolo
Sosthenen Iudæũ: Nónne similitudo facti qua/
si utrosq; coniungit, & tamen eos causæ dissimi C
Rom.8 litudo discernit? Nempe deus proprio filio suo
non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit il
Gal.2 lum. Nempe de filio ipso dicitur: Qui me dile/
xit & tradidit semetipsum pro me. Nẽpe & de
Io.13 Iuda dicitur, quod introierit in eum satanas, ut
traderet Christum. Cum ergo & pater tradide/
rit filiũ suum, & ipse Christus corpus suum, &
Iudas dominũ suum, cur in hac traditione deus
est pius, & homo reus, nisi quia in re una quã fe
cerunt, causa non una est ob quã fecerunt. Tres
cruces in loco uno erant: in una, latro liberan/
dus: in alia, latro dãnandus: in media, Christus,
alterum liberaturus, alterum dãnaturus. Quid
similius istis crucibus? quid dissimilius istis pen
Act.16 dentibus? Traditus est Paulus includendus & D
colligãdus, sed quolibet custode carceris peior
est utiq; satanas, cui tamen ipse Paulus tradidit
1 Cor.5 hominem in interitum carnis, ut spiritus saluus
sit in die domini Iesu. Et hic quid dicimus? Ec
ce mitiori tradidit crudelis traditor, crudeliori
tradidit misericors traditor. Discamus frater in
similitudine operum discernere animos operã/
tium, ne clausis oculis calumniemur, & beneuo
los pro nocẽtibus accusemus. Item cum ait idẽ
1 Tim.1 Apostolus, tradidisse se quosdã satanæ, ut disce
rent non blasphemare, malum pro malo reddi/
dit, an potius malos etiam per malũ emendare,
bonum opus esse indicauit? Si semper esset lau/
dabile persequutionẽ pati, sufficeret domino di

cere: Beati qui persequutionem patiuntur, nec *Mat.5*
adderet, propter iusticiam. Item si semper esset *23.q.4.*
culpabile persequutionẽ facere, non scriptum *nimium*
esset in sanctis libris: Detrahẽtem proximo suo *Psal.100*
occulte, hunc persequebar. Aliquando ergo &
qui eam patitur, iniustus est, & qui eam facit, iu
stus est. Sed planè semper, & mali persequuti
sunt bonos, & boni persequuti sunt malos. Illi
nocendo per iniusticiam, illi consulendo per di
sciplinam. Illi immaniter, illi tẽperanter. Illi ser
uientes cupiditati, illi charitati. Nam qui truci/
dat, non cõsiderat quemadmodũ laniet: qui au
tem curat, considerat quemadmodũ secet. Ille
enim persequitur sanitatem, ille putredinẽ. Oc/
ciderunt impij prophetas, occiderũt impios &
prophetæ. Flagellauerunt Iudæi Christum, Iu/
dæos flagellauit & Christus. Traditi sunt apo/
stoli ab hominibus potestati humanæ, tradide/
rũt & apostoli homines potestati satanæ. In his
omnibus quid attenditur, nisi quis eorũ pro ue
ritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa,
quis emendandi? Non inuenitur exemplum in *23.q.4.non*
euangelicis & apostolicis literis, aliquid petitũ *inuenitur*
à regibus terræ pro ecclesia & contra inimicos
ecclesiæ, quis negat non inueniri? Sed nondum
implebatur illa prophetia: Et nunc reges intelli
gite, & erudimini qui iudicatis terram: seruite
domino in timore. Adhuc enim illud impleba/
tur, quod in eodem Psalmo paulò superius dici *Psal.2*
tur: Quare fremuerunt gentes, & populi medi/
tati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & prin/
cipes conuenerunt in unum aduersus dominũ,
& aduersus Christum eius. Verũtamen si facta
præterita in propheticis libris, figuræ fuerunt
futurorum, in rege illo qui appellabatur Nabu/
chodonosor, utrunq; tempus figuratum est, &
quod sub apostolis habuit, & quod nunc habet
ecclesia. Temporibus itaq; apostolorũ & mar/
tyrum illud implebatur quod figuratũ est quan
do rex memoratus pios & iustos cogebat ado/
rare simulacra, & recusantes in flammas mitte/
bat. Nũc autem illud impletur quod paulo post *Hic nimium*
in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad *profecimus*
honorãdum deum uerũ, decreuit in regno suo,
ut quicunq; blasphemaret deum Sidrac, Misac *Dan. 2*
& Abdenago, pœnis debitis subiaceret. Prius
ergo tẽpus illius regis, significabat priora tem/
pora regum infideliũ, quos passi sunt Christia/
ni pro impijs. Posterius uero tẽpus illius regis,
significauit tempora posteriorũ regum iam fi/
delium, quos patiuntur impij pro Christianis.
Sed planè in eis qui sub nomine Christi erãt se/
ducti à peruersis, ne forte oues Christi sint errã
tes, & ad gregem aliter reuocandæ sint, tempe/
rata seueritas & magis mansuetudo seruatur, ut
coercione exiliorũ atq; damnorum tribulatio/ *Nũc mortibus*
ne admoneantur considerare quid & quare pa/
tiantur, & discant præponere rumoribus & ca/
lumnijs hominum scripturas quas legunt. Quis *Lex aduersus*
enim nostrum, quis uestrum nõ laudat leges ab *paganos*

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperatoribus datas aduersus sacrificia paga-
norum: Et certe longe ibi pœna seuerior consti-
tuta est, illius quippe impietatis capitale suppli-
cium est. De uobis autem corripiendis atq; co-
ercendis, habita ratio est, quo potius admonere
mini ab errore discedere, quàm pro scelere pu-
niremini. Potest enim fortasse etiam de uobis
Rom.10 dici, quod ait Apostolus de Iudæis: Testimo-
nium illis perhibeo, quia zelum dei habẽt, sed
non secundum scientiam. Ignorantes enim dei
iusticiam, & suam uolentes constituere, iusticię
Dei non sunt subiecti. Quid enim aliud & uos
quàm uestram iusticiam uultis cõstituere, quan
do non dicitis iustificari nisi eos qui à uobis po
tuerunt baptizari? In hac ergo apostolica sen-
tentia quam de Iudęis protulit, hoc distatis à Iu B
dæis, quod uos habetis sacramẽta Christiana,
quibus illi adhuc carent. Cęterum ad hoc quod
ait: Ignorantes dei iusticiam, & suam uolentes
constituere, & quod zelum dei habent, sed non
secundum scientiam, pares estis omnino, excę-
ptis duntaxat illis, quicunq; in uobis sunt, scien
tes quid uerũ sit, & pro animositate suæ pertur
batis, contra ueritatem etiam sibi notissimã di-
micantes. Horum quippe impietas, etiam ido-
lolatriam forsitan superat. Sed quia non facile
conuinci possunt (in animo nanq; latet hoc ma
lum) omnes tanquam à nobis minus alieni le-
uiori seueritate coercemini. Et hoc quidem uel
de omnibus hæreticis qui Christianis sacramẽ
tis imbuuntur, & à Christi ueritate siue unitate C
dissentiũt, uel Donatistis omnibus dixerimus.
Quod autem ad uos attinet, qui nõ solum cum
illis communiter Donatistæ à Donato, uerum
etiam proprie Rogatistæ à Rogato appellami-
Circum- ni, mitiores quidẽ esse uidemini, quia cum Cir-
cellliones cumcellionũ immanissimis gregibus non sæui
tis, sed nulla bestia si neminẽ uulneret propter
ea mansueta dicitur, quia dentes & ungues non
habet. Sæuire uos nolle dicitis, ego nõ posse ar
bitror. Ita enim estis numero exigui, ut mouere
uos contra aduersarias uobis multitudines non
audeatis, & si cupiatis. Sed ponamus uos etiam
nolle, quod non ualetis, ponamus uos Euange-
Mat.5 licam sententiam, qua scriptum est: Si quis tibi
uoluerit tunicam tollere, & iudicio tecum con- D
tẽdere, dimitte illi & pallium: sic intelligere, sic
tenere, ut persequentibus uos non solum nulla
iniuria, uerumetiam nullo iure resistendũ pute-
tis, hunc certe intellectũ Rogatus autor uester,
aut non habuit, aut non impleuit: qui de nescio
quibus rebus ut dicitis uestris acerrima perseue
rantia etiam forensi disceptatione cõflixit. Cui
si diceretur, quis unquam apostolorum in causa
fidei, res suas iudicio publico defendit, sicut tu
in epistola tua posuisti, quis unquam apostolo-
rum in causa fidei res alienas inuasit: nullũ qui-
dem in diuinis literis huius facti reperiret exẽ-
plum, sed tamẽ forte inueniret aliquam ueram
defensionem, si ueram ecclesiã retineret, & non

A sub ecclesiæ uero nomine impudẽter aliquid
possideret. Quod autem pertinet ad terrenarũ
potestatum iussa, contra schismaticos aut hære
ticos uel impetranda uel exerenda, illi quidem
à quibus uos separastis acerrimi fuerunt, & con
tra uos (quantũ audire potuimus) & contra Ma
ximianistas, quod gestorum etiam certis docu-
mentis probamus: sed tamen nondum ab eis se
parati eratis, quando Iuliano imperatori in sua Iulianus
petitione dixerũt, quod apud eum sola iusticia apostata
locum haberet, quem certe apostatam nouerãt,
& idololatrĩs deditum sic uidebant, ut aut iusti
ciam esse idololatriam faterẽtur, aut se scelerate
mentitos, negare non possent, ut apud eum di-
cerent solam locum habere iusticiã, apud quem
B magnum locum cernerẽt habere idololatriam.
Sed fuerit error in uerbo, de facto ipso quid di-
cis: Si nihil iustum ab imperatore petẽdum est,
cur à Iuliano petitum est, quod iustum putatum
est? An hoc petendum est, ut sua quisque recu-
peret, non ut aliquem quo ab imperatore coer-
ceatur, accuset? Interim & in suarum rerum re-
cipiendarum repetitione ab apostolicis exem-
plis receditur, quia hoc fecisse nemo inuenitur
illorum. Sed tamen cum maiores uestri ipsum
Cæcilianum tunc ecclesiæ Carthaginensis epi- Cæcilianũ
scopum, cui tanquam crimĩoso communicare
noluerunt, apud principem Constantinum per
Anulinum proconsulem accusauerunt, non res
suas amissas repetiuerunt, sed innocẽtem (sicut
exĩstimamus, & sicut ipse iudiciorũ exitus do-
cuit) calumniose appetiuerũt. Quo quid scelera
tius ab eis fieri potuit? Si autem (sicut falso arbi
tramini) uere crimĩosum iudicãdum terrenis
potestatibus tradiderunt, quid nobis obĵcitis
quod uestrorũ prĕsumptio primitus fecit: quod
eos non argueremus quia fecerũt, si non animo
inuido & noxio, sed emendandi & corrigendi
uoluntate fecissent. Vos autem indubitãter ar-
guimus, quibus crimẽ uidetur de inimicis com
muniõis nostræ, Christiano imperatori aliquid
cõqueri, cum libellus à maioribus uestris Anu-
lino proconsuli datus, & Constantino impera-
tori mittendus, ita suprascriptus sit: Libellus Libellus
ecclesiæ catholicæ, crimĩum Cæciliani, tradi- criminum
tus à parte maiori. Illos autẽ magis hinc argui- D
mus, quia cum apud imperatorem ultrò Cæci-
lianum accusassent, quem primo utiq; apud col
legas transmarinos cõuincere debuerant, ipso
autem imperatore longe ordinatius agente, ut
episcoporũ causam ad se delatam, ad episcopos
mitteret, nec uicti pacem cum fratribus habere
noluerunt: sed rursus ad eundem imperatorẽ ue
nerunt, rursus non Cæcilianum tantum, uerum
etiam datos sibi episcopos iudices, apud terre-
num regem accusauerũt. Rursus ab alio episco-
pali iudicio ad eundem imperatorẽ appellauer-
runt. Nec eoipso inter partes cognoscente atq;
iudicante, uel ueritati uel paci cedendũ esse di-
xerunt. Quid autẽ aliud statueret Constantinus

aduersus

aduersus Cæcilianum & socios eius, si essent ue A
strĩs maioribus accusantibus uicti, quàm quod
statuit in eos ipsos, qui cũ ultrò accusassent, nec
ea quæ intẽdebant, probare potuissent: Nolue-
23.q.4.ni- runt enim ueritati cõsentire, nec uicti. Ille quip
mium pe imperator primus constituit in hac causa, ut
res conuictorũ, & unitati pertinaciter resisten-
tium, fisco uendicarẽtur. Sed uidelicet si uestris
maioribus accusantibus atq; superantibus, con
tra cõmunionem Cæciliani imperator tale ali-
quid decreuisset, prouisores ecclesiæ, defenso-
res pacis & unitatis nominari uelletis. Cũ uero
in eos qui ultro accusantes nihil probare potue
runt, nec oblato sibi gremio pacis, quo correcti
exciperentur, consentire uoluerũt, ab imperato
πάντα ἐν- ribus talia decernũtur, indignũ facinus clamita B
τισεῖσθαι tur, neminem ad unitatẽ esse cogẽdum, malum
pro malo reddendum nemini esse contenditur.
Quid est aliud quam id quod de uobis quidam
Hemistichiũ scripsit: Quod uolumus sanctũ est: Et nunc non
Tychonij erat magnũ neq; difficile cõsiderare atq; cogita
re Constãtini iudiciũ atq; sententiã contra uos
uigere, quæ uestris maioribus Cæcilianũ apud
imperatorẽ totiens accusantibus & non cõuin-
centibus, aduersus uos promulgata est: eam ne
cessario sequi cæteros imperatores, maxime ca
tholicos Christianos, quotiẽs de uobis aliquid
agere uestræ obstinationis necessitas cogit. Fa
cile erat ista cogitare, ut uobis ipsis aliquãdo di
ceretis: Si Cæcilianus uel innocens fuit, uel no
cens, & conuinci non potuit, quid in hoc nego C
cio tam longe lateq; diffusa societas Christiana
peccauit? Cur orbi Christiano non licuit igno
rare, quod non potuerũt qui accusauerãt demõ
strare? Cur illi quos Christus in agro suo, id est
in hoc mundo, seminauit, & inter zizania cre-
scere usq; ad messem prĕcepit: cur tot milia fide
lium in omnibus gẽtibus, quorum multitudinẽ
stellis cœli & harenæ maris dominus compara
uit, quos in semine Abrahæ benedicẽdos pro-
misit & reddidit, propterea negantur esse Chri
stiani, quia in hac causa in qua discutienda non
interfuerũt, iudicibus potius suo periculo iudi-
cantibus, quàm uictis litigatoribus credere ma
23.q.4.ni- luerũt? Certe nullius crimen maculat nescientẽ.
mium Quomodo fideles toto orbe diffusi, crimen tra- D
1.q.4.nullius ditorum cognoscere poterãt, quod accusatores
etiã si nouerãt, tamen eis ostẽdere non ualebãt?
Hos ergo ab hoc crimine innocentes esse, nẽpe
ipsa ignorantia facillime ostendit. Cur ergo in-
nocentes falsis criminibus accusantur, quia cri
mina aliena seu falsa seu uera nescierũt? Quis lo
cus innocẽtiæ reseruatur, si crimen est propriũ,
23.q.4. nimi- nescire crimen alienum? Porrò si tot gentiũ po-
um, & cap. pulos, ipsa ignorantia (sicut dictum est) innocen
quàm magnũ tes ostendit, cuĵs magnum crimen est ab istorum
innocentiũ cõmunione separari? Nam & facta
nocentiũ, quæ innocentibus demõstrari, uel ab
innocẽtibus credi non possunt, non inquinant
quẽquã, si propter innocentiũ consortiũ etiam

cognita sustinentur. Non enim propter malos
boni deserendi, sed propter bonos mali toleran
di sunt: sicut toleranerũt prophetæ, contra quos
tanta dicebãt, nec cõmunionem sacramentorũ
illius populi relinquebãt: sicut ipse dominus no
centem Iudam usq; ad condignũ eius exitũ tole
rauit, & eum sacram cœnam cum innocentibus
cõmunicare permisit: sicut tolerarunt apostoli
eos qui per inuidiã (quod ipsius diaboli uitium
est) Christum annũciabant: sicut tolerauit Cy-
prianus collegarũ auariciam, quam secundum
Apostolũ appellat idololatriã. Postremo quic-
quid tunc inter illos episcopos gestum est, etiã
si forte ab aliquibus eorũ sciebatur, si non sit ac-
ceptio personarũ nunc ab omnibus ignoratur.
Cur ergo nũc ab omnibus pax amatur? Hæc fa
cillime cogitare possetis, aut fortasse etiam co-
gitatis. Sed melius erat, ut amaretis possessiões
terrenas, quas timẽdo perdere cognitæ ueritati
consentiretis, cuĵ ut amaretis uanissimã hominũ
gloriã, quam uos putatis perdere, si cognitæ ue
ritati consenseritis. Vides itaq; iam (ut opinor) 23.q.6.uides
non esse considerandũ quod quisq; cogitur, sed
quale sit illud quò cogitur, utrum bonũ an ma-
lum: nõ quo quisq; bonus possit esse inuitus, sed
timendo quod non uult pati, uel relinquit impe
dientem animositatẽ, uel ignoratam cõpellitur
cognoscere ueritatem, ut timens uel respuat fal
sum de quo contendebat, uel quęrat uerũ quod
nesciebat, & uolens teneat iã quod nolebat. Su
perfluo hoc fortasse diceretur quibuslibet uer-
bis, si non tam multis ostẽderetur exẽplis. Non
illos aut illos homines, sed multas ciuitates ui-
demus fuisse Donatistas, nunc esse catholicas,
detestari uehementer diabolicã separationem,
diligere ardenter unitatem. Quæ tamẽ timoris
huius, qui tibi displicet, occasionibus catholicę
factæ sunt per leges imperatorũ, à Constantino
apud quem primum uestri ultro Cæcilianũ ac-
cusauerunt, usq; ad præsentes imperatores, qui
iudiciũ illius quem uestri elegerunt, quem iudi
cibus episcopis prætulerunt, iustissime contra
uos custodiẽdũ esse decernũt. His ergo exẽplis
à collegis meis mihi, ppositis cessi. Nã mea pri- Prior Augu-
mitus sentẽtia erat, neminem ad unitatẽ Christi stini sententia
esse cogẽdum, uerbo esse agendũ, disputatione D cõsentiebat cũ
pugnandũ, ratione uincẽdum, ne fictos catholi Luterana
cos haberemus, quos apertos hæreticos nouera
mus. Sed hæc opinio mea, non contradicentiũ
uerbis, sed demonstrantiũ superabatur exẽplis:
nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quę
cum tota esset in parte Donati, ad unitatẽ catho
licam timore legum imperialiũ cõuersa est, quã
nũc uidemus ita huius uestræ animositatis per-
niciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credã
tur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim cõme
morabãtur, ut ipsis rebus agnoscerem etiam in
hac causa recte intelligi posse quod scriptũ est:
Da sapienti occasionẽ, & sapientior erit. Quàm Prouer. 9
multi enim, quod certo scimus, iã uolebant esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

catholici, manifestissima ueritate commoti,& offensionem suorum reuerendo quotidie differebant. Quàm multos non ueritas(in qua nunquam præsumpsistis)sed obduratæ consuetudinis graue uinculum colligabat,ut in eis compleretur diuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus,si enim & intellexerit, non obediet. Quàm multi propterea putabant uerā ecclesiā esse partem Donati,quia eos ad cognoscendā catholicā ueritatem,securitas torpidos, fastidiosos,pigrosq; faciebat. Quàm multis adimebant intrandi obserabant rumores maledicorū, qui nescio quid aliud nos in altare dei ponere iactitabant. Quàm multi nihil interesse credentes in qua quisq; parte Christianus sit,ideo permanebant in parte Donati,quia ibi nati erāt,& eos inde discedere,atq; ad catholicā nemo transire cogebat. His omnibus harum legū terror, quibus promulgādis reges seruiunt domino in timore,ita profuit,ut nunc alij dicant,Iam hoc uolebamus. Sed deo gratias,qui nobis occasionem præbuit,iamq; faciendi & dilationū moras amputauit:alij dicāt,Hoc esse uerū iam sciebamus,sed nescio qua cōsuetudine tenebamur. Gratias domino,qui uincula nostra diruptt,& nos ad pacis uinculū transtulit. Alij dicant,Nescìebamus hic esse ueritatē,nec eam discere uolebamus,sed nos ad eam cognoscēdam metus fecit intentos,quo timuimus ne forte sine ullis rerum æternarū lucris damno rerum temporalium feriremur. Gratias domino,qui negligentiam nostrā stimulo terroris excussit,ut saltem solliciti quæreremus,quod securi nunquā nosse curauimus. Alij dicāt,Nos falsis rumoribus terrebamur intrare,quos falsos esse nescìremus,nisi intraremus:nec intraremus,nisi cogeremur. Gratias domino,qui trepidationē nostram flagello abstulit,expertos docuit q̄ uana & inania de ecclesia sua mendax fama iactauerit. Hinc iā credimus & illa falsa esse,quæ autores huius hęresis criminati sunt,quando posteri eorum tam falsa & peiora finxerunt. Alij dicant,Putabamus quidē nihil interesse ubi fidem Christi teneremus:sed gratias domino qui nos à diuisiōe collegit,& hoc uni deo congruere,ut in unitate colatur,ostendit. His ergo dominicis lucris impediendis,ad contradicendū me opponerē collegis meis,ne in mōtibus & collibus uestris,id est in tumoribus superbiæ uestræ,Christi oues errantes in pacis ouile colligerētur,ubi est unus grex & unus pastor. Ita sane huic prouisioni cō tradicere debui,ne res quas dicitis uestras,perderetis,& securi Christū proscriberetis:ut iure Romano testamenta conderetis,& iure diuino patribus conditum testamentū,ubi scriptū est, In semine tuo benedicentur omnes gentes:calumnioſis criminationibus rūperetis:ut in emptionibus & uenditionibus liberos contractus haberetis,& uobis diuidere qd' Christus emit uenditus auderetis:ut quod quisq; uestrum cui quam donasset,ualeret,& quod donauit Deus deorum,à solis ortu usq; ad occasum uocatis filijs non ualeret:ut de terra corporis uestri in exiliū non mitteremini,& de regno sanguinis sui, à mari usq; ad mare,& à flumine usq; ad terminos orbis terræ Christū exulem facere conaremini? Imò uero seruiāt reges terræ Christo,etiā leges ferendo pro Christo. Maiores uestri Cæcilianum & socios eius regibus terræ puniēdos falsis criminibus obiecerunt:conuertantur leones ad cōminuenda ossa calumniantiū,nec Daniel ipse intercedat innocens comprobatus,& de lacu quo illi pereunt liberatus. Qui enim parat proximo suo foueā,ipse iustius cadet in eā. Eripe te frater,dū in hac carne uiuis,ab ira quæ uētura est pertinacibus & superbis. Terror temporalium potestatum,quando ueritatem oppugnat,iustis fortibus gloriosa probatio est,infirmis periculosa tentatio:quando autem ueritatē prædicat errantibus & discordātibus,cordatis utilis admonitio est,& insensatis inutilis affligio. Non est tamen potestas nisi à deo:qui autē resistit potestati,dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt timori bono operi,sed malo. Vis autem nō timere potestatem:Bonum fac, & habebis laudē ex illa. Siue enim potestas ueritati fauens aliquem corrigat,laudē habet ex illa qui fuerit emēdatus:siue inimica ueritati in aliquem sæuiat,laudem habet ex illa qui uictor fuerit coronatus. Tu autem nō bonum facis,ut timere nō debeas potestatem,nisi forte bonum est sedere,& non aduersus fratrē detrahere,sed aduersus fratres omnes in omnibus gentibus constitutos,quibus testimoniū perhibent prophetæ,Christus,apostoli:cum legitur,In semine tuo benedicētur omnes gentes:cum legitur, Ab ortu solis usq; ad occasum,sacrificium mundum offertur nomini meo, quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus,dicit dominus. Audi,Dicit dominus:non,dicit Donatus, aut Rogatus,aut Vincentius, aut Hilarius,aut Ambrosius, aut Augustinus:sed, Dicit dominus:cum legitur,Et benedicentur in te omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabūt eum: Benedictus dominus deus Israel,qui fecit mirabilia solus:Et benedictū nomen gloriæ eius in æternum,& in seculum seculi:Et replebitur gloria eius omnis terra,fiat fiat. Et tu sedes Carthenis,& cum decem Rogatistis,qui remansistis, dicitis:Non fiat,non fiat. Audis loqui Euangeliū:Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me:& tunc aperuit illis sensum,ut intelligerēt scripturas,& dixit eis,Quoniam sic scriptum est,& sic oportebat pati Christum,& resurgere à mortuis tertia die,& prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissionem peccatorum per omnes gētes, incipiētibus ab Hierusalem. Legis etiam Actus apostolorum,quemadmodū hoc euangeliū cœperit ab Hierusalem,ubi primo illos centum uiginti

Prouer.29 *Phryx plagis*

Regum uis Christo fauent

Gen.26

Malac.1

Psal.71

Luc.24

Mire argumētatur à minore ad maius

ginti spiritus sanctus impleuit,atq; inde in Iudæam atq; Samariam,& in omnes gentes exierit,sicut eis dixerat ascensurus in cœlum:Eritis mihi testes in Hierusalē,& in tota Iudæa & Samaria,& usq; in fines terræ:quia in omnē terrā exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ uerba eorum. Et tu contradicis diuinis testimonijs tanta firmitate roboratis,tanta luce manifestatis,& ad istam proscriptionē Christi hæreditatem perducere conaris:ut cum in eius nomine (sicut dixit)prædicetur pœnitentia in omnibus gētibus,quisquis hac fuerit prædicatione commotus,in qualibet parte orbis terrarū,nisi quæ fierit & inuenerit latentē in Mauritania Cæsariensi Cartēnensem Vincentiū,aut aliquem ex eius nouem aut decē consortibus,dimitti ei pec cata non possint. Quid non audeat typhus mortis tuæ,paruulū scilicet & infirmū,propter quem Christus est mortuus,nondū cibo paterno idoneum,sed adhuc materno lacte nutriendum:& Hilarij libros mihi opponis,uti neges ecclesiā crescentem in omnibus gentibus usq; in finem seculi,quam deus contra incredulitatē uestram cum iuratione promisit:Et cū essetis infelicissimi,si tunc quādo promittebat resisteretis,nunc etiam cum redditur cōtradicitis. Sed historicus doctus magnum aliquid inuenisti,quod contra dei testimonia proferēdū putares. Dicis enim, quātum ad totius mundi pertinet partes,modica pars est in compēsatione totius mūdi,in qua fides Christiana nominatur:nec uis attendere, aut te nosse dissimulas,in q̄ multas iam barbaras nationes tam paruo tempore uenerit Euangeliū,ut nec inimici Christi dubitare iam possint breui tempore futurum,quod discipulis respondit de seculi fine quærentibus, Et prædicabitur hoc Euangelium in uniuerso orbe,in testimonium omnibus gētibus,& tunc ueniet finis. Nunc & clama & contende quantū potes,etiā si apud Persas & Indos euāgelium prædicetur, ubi quidē iam diu prædicatur,nisi quisquis hoc audierit Cartennas uenerit,uel in uiciniā Carthennensium,mūdari omnino à delictis suis non poterit:ita ne si caueris ista uoce,rideri te metuis:& cum ea non careas,fleri te non uis? Acutum autē aliquid uideris dicere,cum catholicæ nomen nō ex totius orbis cōmunione interpretaris,sed ex obseruatione præceptorū omnium diuinorū,atq; omnium sacramētorū:quasi nos etiam(si forte hinc sit appellata catholica,quod totum ueraciter teneat,cuius ueritatis nōnullæ particulæ etiam in diuersis inueniuntur hæresibus)huius nominis testimonio nitamur ad demonstrādū ecclesiam in omnibus gentibus,& non promissis dei,& tam multis tamq; manifestis oraculis ipsius ueritatis. Sed nempe hoc est totum quod nobis persuadere conaris,solos remansisse Rogatistas,qui catholici rectè appellā dì sunt,ex obseruatione præceptorū omnium diuinorum atq; omniū sacramentorū:& uos esse solos,in quibus inueniat fidem cū uenerit filius hominis. Da ueniam,nō credimus. Licet enim & hoc audeas forsitan dicere,ut in uobis possit inueniri fides,quam se in terra non inuenturum dominus dixit,& non uos in terra sed in cœlo esse deputandos,nos tamen Apostolus ita cautos reddidit,ut etiā angelū de cœlo nobis aliud euāgelizantem,præterq̄ quod accepimus,anathema debere esse præceperit. Quomodo autē cōfidimus ex diuinis literis accepisse nos Christum manifestū,si non inde accepimus & ecclesiā manifestā? Quaslibet quisq; ansas & uncos aduersus simplicitatem ueritatis intexat,quasli bet nebulas callidæ falsitatis offundat,sicut anathema erit,qui annūciauerit Christū neq; passum esse,neq; tertia die resurrexisse,quoniā in ueritate euāgelica accepimus:Oportebat Christum pati,& resurgere à mortuis tertia die:sic erit anathema quisquis annūciauerit ecclesiam præter cōmunionem omnium gentiū:quia eadem ueritate cōsequenter accepimus & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissionem peccatorū per omnes gentes,incipientibus ab Hierusalē:& inconcusse tenere debemus,quisquis uobis annūciauerit,præterq̄ quod accepistis,anathema sit. Si autē uniuersos Donatistas non audimus,se pro ecclesia Christi supponentes,quia nullum pro se testimoniū de diuinis libris proferunt,quo id doceant:quātominus rogo te Rogatistas audire debemus,qui nec illud pro se interpretari conabūtur,quod scriptū est: Vbi pascis,ubi cubas in meridie? Si enim hoc loco scripturarū meridies Africa intelligenda est,in parte Donati,quæ sub cœli feruētiori plaga est,omnes uos Maximianistæ superabunt, quorū schisma in Byzatio,& in Tripoli exarsit. Sed confligant cum eis Arzuges,& hoc magis ad se pertinere cōtēdant,Mauritania tamen Cæsariensis,occidentali q̄ meridianæ parti uicinior,quādo nec Africā se uult dici,quomodo de meridie gloriabitur? non dico aduersus orbem terrarum,sed aduersus ipsam partem Donati;unde pars Rogati,breuissimū frustū de frusto maiore præcisum est. Quis autem nō impudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se interpretari,nisi habeat & manifesta testimonia,quorū lumine illustrentur obscura? Quod autē omnibus Donatistis dicere solemus,quanto uobis fortius dicimus:si possunt(quod fieri non potest)aliqui habere causam iustā,qua cōmunionem suā separent à cōmunione orbis terrarum,eamq; appellent ecclesiā Christi, quòd se iuste ab omnium gentiū cōmunione separauerint:unde scitis in Christiana societate,tā longe lateq; diffusa,ne forte anteq̄ uos separaretis, iam se aliqui iusta causa separauerint in longin-

Typhus, pro fastu,frequēs apud Augustinum

Christianorū angusta ditio

Universidad de Deusto
Biblioteca

quissimis terris,unde ad uos eorũ iusticiæ fama
nõ potuerit peruenire? Quomodo in uobis po-
test esse ecclesia,potius q̃ in illis qui se priores
forte separauerunt? Ita fit ut cũ hoc nescitis,in-
certi uobismetipsis sitis:quod necesse est cõtin
gat omnibus,qui pro sua societate utuntur testi
monio non diuino sed suo. Neq; enim potestis
dicere,si hoc contigisset,nos latere non posset,
cũ in Africa ipsa,quot iam partes factæ sint ex
parte Donati,si interrogemini non dicatis:præ
sertim quia tanto sibi uidentur qui hoc facitũt iu
stiores,quanto fuerint pauciores,& utiq; tanto
sunt latetiores. Ac per hoc incerti estis,ne forte
aliq; pauci iusti & ideo minime noti,alicubi lon
ge contra Africæ meridiẽ,anteq; pars Donati
iusticiã suam à cæterorũ hominũ iniquitate se-
cerneret,se primitus causa æquissima separaue-
rint in latere Aquilonis,& ipsa sit potius eccle-
sia dei tãq; Sion spiritalis,quæ uos omnes iusta
separatiõe præuenit,multoq; præsumptius pro
se interpretetur quod scriptũ est,Mons Sion la
tera Aquilonis,ciuitas regis magni:q; pro se in
terpretatur pars Donati,Vbi pascis,ubi cubas
in meridie. Et tamẽ uereris,ne cum imperialib.
legibus ad unitatẽ cogimini,nomẽ dei à Iudæis
& paganis diutius blasphemetur:quasi nesciãt
Iudei quemadmodũ primus populus Israel etiã
bello delere uoluerit duas illas tribus & dimidi
am,quę ultra Iordanẽ terras acceperãt,quando
eas putauerũt se ab unitate sui populi separasse.
Pagani uero magis nos blasphemare possunt
de legibus,quas contra idolorũ cultores Chri-
stiani imperatores tulerũt,& tamẽ ex eis multi
correcti,& ad deum uiuũ uerumq; cõuersi sunt,
& quotidie conuertũtur. Sed plane & Iudæi &
pagani,si tam paucos putarẽt esse Christianos,
q̃s pauci uos estis qui solos uos Christianos esse
perhibetis,nec blasphemare uos dignarent,sed
& nunquã ridere cessarent. Non timetis ne uo-
bis dicant Iudæi: Vbi est quod Paulus uester ec
clesiam uestrã intelligit ubi dictũ est,Lætare ste
rilis quæ non paris,erũpe & exclama quæ non
parturis,quoniã multi filij deserte magis q̃ eius
quæ habet uirum,præponẽs multitudinẽ Chri-
stianorũ multitudini Iudęorũ,si Christi ecclesia
est paucitas uestra? Hoccine illis dicturi estis,
Ideo magis iusti sumus,quia pauci sumus:nec
attenditis eos respõsuros,quodlibet uos esse di
catis,non tamen estis illi de quibus dictum est,
Multi filij deserte:si tam exiguo numero remã
sistis? Hic tu oppositurus es exemplũ iusti illius
in diluuio,qui cum domo sua solus liberari di-
gnus inuentus est. Vides ergo adhuc q̃ lõge sis
a iusticia prorsus,donec ad septẽ remaneas,qui
bus tu sis octauus,iustũ te esse non dicimus:si ta
men non istam iusticiã sicut dicebam præripuit
aliquis ante partem Donati,& cum suis septem
iusta aliqua causa cõmotus,se longe alibi sepa-
rauit,& à mundi huius diluuio liberauit. Quod
cum ignoretis an factũ sit,atq; ita uobis inaudi-
tum,sicut multis populis Christianorũ in lõgin
quis terris constitutorũ nomẽ Donati inauditũ
est,incerti estis ubi sit ecclesia. Ibi enim erit,ubi
primũ forsitã factũ est quod postea uos fecistis,
si potuit esse ulla iusta causa,qua uos à cõmunio
ne omniũ gentiũ separare possetis. Nos autem
ideo certi sumus,neminẽ se à cõmuniõe omniũ
gentiũ iuste separare potuisse,quia nõ quisq; no
strũ in iusticia sua,sed in scripturis diuinis quæ-
rit ecclesiã,& ut promissa est,reddi cõspicit. Ip-
sa est enim de qua dicitur,Sicut lilium in medio
spinarũ,ita proxima mea in medio filiarũ:quæ
nec spinę dici possent,nisi malignitate morum:
nec filiq,nisi cõmunione sacramentorũ. Ipsa est
quæ dicit,A finibus terræ ad te clamaui,cũ an-
xiaretur cor meum. Quæ in alio Psalmo dicit:
Tædiũ detinuit me à peccatoribus derelinquẽ
tibus legẽ tuã,& uidi insensatos,& tabescebã.
Ipsa est quæ dicit sponso suo: Vbi pascis,ubi cu
bas in meridie,ne forte fiam sicut operta super
greges sodaliũ tuorũ. Id est quod alibi dicitur:
Dexterã tuam notã fac mihi,& eruditos corde
in sapiẽtia. In quibus luce fulgẽtibus & charita-
te feruentib. quasi in meridie requiescis,ne for-
te uelut operta,id est occulta & ignorata,irruã
non in gregẽ tuum,sed in greges sodaliũ tuorũ,
id est hæreticorum. Quos ita sodales dicit,sicut
spinas illas filias,propter cõmunionẽ sacramen
torũ. De quib. alibi dicitur: Tu uero unanimis
meus,& dux meus,& notus meus,q̃ simul me-
cũ dulces capiebas cibos,in domo domini ãbu
lauimus cum cõsensu: Veniat mors super illos,
& descendãt in infernũ uiuẽtes,sicut Dathan et
Abiron,impiæ separatiõis autores. Ipsa est cui
continuo respõdetur,Nisi cognoueris temetip
sam,ô pulchra inter mulieres,exi tu in uestigijs
gregũ,& pasce hœdos tuos in tabernaculis pa-
storũ. O respõsio dulcissimi sponsi: Nisi cogno-
ueris temetipsam,inquit. Quia utiq; non potest
ciuitas abscõdi supra montẽ constituta: & ideo
non es operta,ut incurras in greges sodaliũ tuo
rum. Ego enim sum mons paratus in cacumine
montiũ,ad quem uenient uniuersæ gentes. Nisi
ergo cognoueris temetipsam,nõ in uerbis calũ
niosorũ,sed in testimonijs librorũ meorũ. Nisi
cognoueris temetipsam,quia de te dictum est,
Porrige longius funiculos,& palos ualidos cõ-
firma: etiã atq; etiã in dexterã atq; sinistrã exten
de. Semen enim tuũ hæreditabit gentes,& ciui
tates quæ desertæ erãt,inhabitabis. Non est qd
metuas,prævalebis enim,nec erubescas quod
detestabilis fueris. Confusionẽ enim in æternũ
obliuiscẽris,ignominiæ uiduitatis tuæ non eris
memor. Ego em̃ sum dominus qui facio te,do-
minus nomen ei. Et qui eruit te,ipse deus Israel
uniuersæ terræ uocabitur. Nisi cognoueris te-
metipsam,ô pulchra inter mulieres: quia de te
dictũ est,Cõcupiuit rex speciẽ tuam: quia de te
dictũ est,Pro patribus tuis nati sunt tibi filij,cõ-
stitues eos principes super omnẽ terrã. Nisi er-

go

Psal.47 — Gal.4 — Quodlibet, pro quodcunque — Psal.60 — Psal.118 — Cant.1 — Psal.89 — Psal.54 — Cant.2 — Mat.5 — Isa.54 — Quæ sit uersio, — Psal.44

go cognoueris temetipsam,exi tu: nõ ego te eij
cio,sed exi,ut dicatur de te: Ex nobis exierunt,
sed non erant ex nobis. Exi tu in uestigijs gre-
gum,non in uestigijs meis,sed in uestigijs gre-
gum: nec unius gregis,sed gregum diuersorũ et
errantiũ. Et pasce hœdos tuos,nõ sicut Petrus,
cui dicitur,Pasce oues meas: sed pasce hœdos
tuos in tabernaculis pastorũ,nõ in tabernaculo
pastoris,ubi est unus grex & unus pastor. Co-
gnoscit enim semetipsam,ne hoc ei contingat,
quia eis cõtingit hoc,qui se in illa non cognoue
runt. Ipsa est,de cuius paucitate dicitur in cõpa
ratiõe plurimorũ malorũ: quia angusta & arcta
uia est quę ducit ad uitã,& pauci sunt qui ambu
lãt in ea. Et rursus ipsa est,de cuius multitudine
dicitur: Sic erit semen tuum,sicut stellæ cœli,& B
sicut harena maris. Iidẽ quippe fideles sancti &
boni,& in cõparatione plurimorũ malorũ pau
ci sunt,& per se ipsi multi sunt: quia multi filij
desertæ,magis q̃ eius quæ habet uirũ. Et multi
ab Oriente & Occidente uenient,& recũbent
cum Abrahã,Isaac & Iacob in regno cœlorũ:
& quia exhibet sibi deus populũ abundantẽ æ-
mulatorẽ bonorum operũ. Et multa milia quæ
numerare nemo potest,uidẽtur in Apocalypsi,
ex omni tribu & lingua in stolis albis palmisq;
uictricibus. Ipsa est quę aliquãdo obscuratur,&
tanq; obnubilatur multitudine scãdalorũ,quan
do peccatores intendũt arcum,ut sagittẽt in ob
scura luna rectos corde. Sed etiã tunc in suis fir
missimis eminet. Et si aliqua in his uerbis diui- C
nis distributio faciẽda est,fortasse nõ frustra di
ctum sit de semine Abrahæ,Sicut stellę cœli,&
sicut harena quæ est ad oram maris: ut in stellis
cœli pauciores,firmiores,clariores q̃ intelligã-
tur,in harena autẽ maritimi littoris magna mul
titudo infirmorũ atq; carnaliũ: quæ aliquando
trãquillitate temporis quieta & libera apparet,
aliquãdo autem tribulationũ & tentationũ flu-
ctibus operitur atq; turbatur. Tale tũc erat tem
pus,de quo scripsit Hilarius,unde putasti insidi
andũ contra testimonia tot diuina,tanq; perie-
rit ecclesia de orbe terrarũ. Potes hoc modo di-
cere,nec tot ecclesias Galatiæ tunc fuisse,quan
do dicebat Apostolus: O stulti Galatæ,q̃s uos
fascinauit,ut cum spiritu cœperitis,nunc carne D
cõsummemini? Sic enim calũniaris docto uiro,
qui tardicordes & timidos grauiter increpabat,
quos iterũ parturiebat,donec Christus forma-
retur in eis. Quis enim nescit illo tẽpore obscu-
ris uerbis multos parui sensus fuisse delusos,ut
putarent hoc credi ab Arianis,quod etiam ipsi
credebant: alios autẽ timore cessisse & simulate
cõsensisse,non recte ingrediẽtes ad ueritatẽ euã
gelij,quibus tu postea correctis sic quẽadmodũ
notum est,nolles ignoscí? Prorsus nõ nosti lite-
ras dei. Lege enim quid de Petro scripserit Pau
lus,& quid inde etiã senserit Cyprianus,& nõ
tibi displiceat ecclesiæ mãsuetudo,quæ mẽbra
Christi dispersa colligit,nõ collecta dispergit:
quãquã & illi qui tũc firmissimi fuerũt,& uer-
ba hæreticorum insidiosa intelligere potuerũt,
sed pauci quidẽ sunt in cõparatione cæterorũ,
sed tamen etiã ipsi quidã pro fide fortiter exula
bant,quidã toto orbe latitabãt. Ac sic ecclesia,
quę per omnes gentes crescit,in frumẽtis domi
nicis conseruata est,& usq; in finẽ,donec omni
no gentes omnes,etiã barbaras teneat,cõseruа
bitur. Ipsa est igitur ecclesia in bono semine,qd
seminauit filius hominis,& usq; ad messem cre
scere inter zizania,prędicauit. Ager aũt mun
dus est,messis finis est seculi. Hilarius ergo de-
cem prouinciarũ Asianarũ,aut zizania non tri
ticum arguebat,aut ipsum etiã triticũ,quod de-
fectu quodã periclitatur,quanto uehemẽtius,tã
to utilius arguendũ putabat. Habent enim etiã
scripturæ canonicæ hunc arguẽdi morẽ,ut tan-
quam omnibus dicatur,& ad quosdã uerbũ per
ueniat. Quod etiã Apostolus dicit ad Corinthi
os decimoquinto capite: Quomodo dicũt qui-
dam in uobis,quia resurrectio mortuorũ nõ est?
Manifestat utiq; nõ omnes esse tales,uerũtamẽ
& tales non extra,sed in eis fuisse testatur: à qui
bus ne illi seducerentur,qui non ita sentiebant,
paulo post monuit,dicens: Nolite seduci,Cor-
rumpunt mores bonos colloquia mala. Sobrij
estote iuste,& nolite peccare. Ignorantiã enim
dei quidã habent. Ad reuerentiã uobis loquor.
Quod autẽ dicit: Cum enim sint inter uos æmu 1 Cor.3
latio & cõtentio,nonne estis carnales,& secun
dum hominẽ ambulatis? tanq; omnibus dicit.
Et uides q̃ sit graue quod dicit. Proinde nisi in 1 Cor.1
ipsa epistola legeremus: Gratias ago deo meo
semper pro uobis in gratia dei,quæ data est uo-
bis in Christo Iesu,quia in omnibus ditati estis
in illo in omni uerbo & scientia,sicut testimo-
nium Christi cõfirmatũ est in uobis,ita ut nihil
desit uobis in ulla gratia: putaremus omnes Co
rinthios carnales & animales,non percipiẽtes
quæ sunt spiritus dei,contentiosos,æmulos,se-
cundum hominẽ ambulãres. Itaq; & totus mun 1 Io.5
dus in maligno positus est, ꝓpter zizania quæ
sunt per totum mundũ: & Christus propitiator
est peccatorũ nostrorum,non tantũ nostrorum
sed totius mũdi,propter triticũ quod est per to-
tum mundum. Refrigescet autem charitas mul Mat.24
torum propter scandalorũ abundantiã,quanto
magis magisq; glorificato Christi nomine con
gregabuntur in cõmunionem sacramentorum
eius etiã maligni,& perseuerabũt omnino per-
uersi,sed tamen tãquam palea de area domini-
ca non nisi ultima uentilatione separandi: non
extinguent isti frumenta dominica,in eorũ qui
dem comparatione pauca,sed multa per seip-
sa,non extinguent electos Dei congregandos
in fine seculi,sicut Euangelium loquitur,à qua-
tuor uentis,à summis cœlorum usq; ad termi-
nos eorum. Ipsorum enim uox est: Saluum me
fac domine,quomodo defecit sanctus? Quo- Psal.11
niam diminutæ sunt ueritates à filijs homi-

Gal.3 — Calũnior tibi — Mat.24 — Psal.11

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. De quibus & dominus dicit inter abun-
Mat.24. dantiam iniquitatis: Qui perseuerauerit usq; in
finem, hic saluus erit. Deniq; non unũ hominẽ,
sed plures in eodem Psalmo loqui consequẽtia
docent, ubi dicitur: Tu domine seruabis nos, &
custodies nos à generatione hac in æternũ. Pro
pter hanc enim abundantiã iniquitatis, quã do
minus futuram esse prædixit, etiam illud positũ
Luc.18 est: Cum uenerit filius hominis, putas inueniet
fidem in terra? Dubitatio enim cuncta scientis
nostrã in illo dubitationẽ præfigurauit, quando
ecclesia ex multis, de quibus multũ sperauit, sæ
pe decepta, quod aliter q̃ credebantur inuenti
sunt, sic perturbatur in suis, ut de nullo facile bo
ni aliquid uelit credere. Ipsos tamen quorũ in-
uenturus est fidem in terra, per totum agrũ cum
zizaniis crescere, dubitare fas nõ est. Ipsa est er
go ecclesia, quę intra sagenã dominicã cum ma
lis piscibus natat, à quibus corde semper & mo
Eph.5 ribus separatur atq; discedit, ut exhibeatur uiro
suo gloriosa, non habẽs maculam neq; rugam.
Corporalẽ autem separationẽ in littore maris,
hoc est in fine seculi expectat, corrigẽs quos po
test, tolerans quos corrigere non ualet: non ta-
men propter corũ quos nõ corrigit, iniquitatẽ,
Dist.9.noli frater ipsa bonorũ deserit unitatem. Noli ergo frater
contra diuina tam multa, tam clara, tam indubi
tata testimonia colligere uelle calũnias ex epi-
scoporũ scriptis, siue nostrorũ, sicut Hilarij, siue
anteq; pars Donati separaretur, ipsius unitatis,
sicut Cypriani & Agrippini: primo, quia hoc C
genus literarũ ab autoritate canonis distinguen
dum est. Non enim sic leguntur, tanq; ita ex eis
testimoniũ proferatur, ut contra sentire non li-
ceat, sicubi forte aliter sapuerint q̃ ueritas postu
lat. In eo quippe numero sumus, ut nõ dedigne
Philip.3 mur etiam nobis dictũ ab Apostolo accipere.
Et si quid aliter sapitis, id quoq; deus uobis re-
ἀποκάλυψις uelauit. Verũtamen in id quod peruenimus in
eo ambulemus, in illa uia scilicet, quæ est Chri-
Psal.66 stus. De qua uia ita Psalmus loquitur: Deus mi-
sereat nostri, & benedicat nobis, illuminet uul-
tum suũ super nos: ut cognoscamus in terra uiã
tuã, in omnibus gentibus salutare tuũ. Deinde
si sancti Cypriani episcopi & glorioſi martyris
te delectat autoritas, quã quidem sicut dixi, à ca D
nonica autoritate distinguimus: cur in eo te nõ
delectat, quod unitatem orbis terrę atq; omniũ
gentiũ, & diligendo tenuit, & disputãdo defen
dit: quod eos qui se tanq; iustos ab ea separare
uoluissent, arrogãtissimos & superbissimos iudi
cauit, irridens eos hoc sibi assumere, quod nec
Apostolis cõcessit dominus; ut ante tempus zi
zania colligerent, aut tanq; ipsis palam ferre,
Paleas à tri- & aream purgare cõcessum sit, paleas conaren-
tico separare, tur à tritico separare: quod unũquenq; peccatis
dei est. alienis maculari non posse monstrauit, quã sibi
omnes impiæ seditionis autores solam causam
separationis assumũt: quod in eoipso in quo ali
ter sapuit, collegas diuersa sentientes, nec iudi-

A candos, nec à iure cõmunionis amouẽdos esse
decreuit: quod in ea ipsa epistola ad Iubaianũ
quæ in cõcilio (cuius autoritatẽ ad rebaptizan-
dum sequi uos dicitis) primitus recitata est, cũ
fateatur in præteritum sic esse admissos in eccle
siã qui fuerant alibi baptizati, ut denuo non ba
ptizarẽtur, unde illos sine baptismo fuisse arbi- ἀναβαπ-
tratur: tantum tamen ponit utilitatis & salubri- τισμούς
tatis in pace ecclesiæ, ut propter illam non eos
credat ab ecclesiæ muneribus separari. Qua in
re sicut ingeniũ tuum noui, facillime perspicis
totam causam uestrã penitus euersam & extin-
ctam. Si enim sacramẽta cum peccatoribus cõ-
municãdo, sicut putatis, perijt ecclesia quæ fue-
rat in orbe terrarum, nam uos ideo separastis,
B iam prius tota perierat, cum sicut dicit Cypria-
nus, in eam sine baptismo admittebantur, ac sic
nec ipse Cyprianus habebat in qua ecclesia na-
sceretur, quãto magis multo posterior uester au
tor pater q; Donatus: Si autem illo tẽpore, cum
in eam sine baptismo admittebãtur, erat tamen
ecclesia quæ pareret Cyprianũ, pareret & Do-
natum, manifestum est non contaminari iustos
alienis peccatis, quãdo cum eis sacramenta cõ-
municant. Ac per hanc separationem qua exi-
stis ab unitate, qua excusatione possitis abluere
non habetis, impleturq; in uobis sanctæ scriptu
ræ illud oraculũ: Filius malus ipse se iustum di-
cit, exitum autem suum non abluit. Meritis au-
tem Cypriani sic non æquatur, qui propter pa-
ria sacramenta nec ipsos hæreticos audet reba
ptizare, sicut non æquatur meritis Petri, quis-
quis non cogit gentes Iudaizare. Sed illa Petri
non tantum claudicatio, uerũetiam correctio in
scripturis canonicis continetur. Cyprianus au-
tem sensisse aliter de baptismo, quam forma &
consuetudo habebat ecclesiæ, non in canonicis
sed in suis & in concilij literis inuenitur. Corre
xisse autem istam sententiã non inuenitur, non
incongruenter tamen de tali uitio existimãdum
est quod correxerit, & fortasse suppressum sit
ab eis qui hoc errore nimium delectati sunt, &
tanto uelut patrocinio carere noluerunt: quan-
quam non desint, qui hoc Cyprianum prorsus
non sensisse contendant, sed sub eius nomine à
præsumptoribus atq; mendacibus fuisse confi-
ctum. Neq; enim sic potuit integritas atq; noti-
tia literarũ, unius quãlibet illustris episcopi cu-
stodiri, quẽadmodũ scriptura canonica, tot lin-
guarũ literis & ordine & successiõe celebratio
nis ecclesiastica custoditur, cõtra quam tamen
non defuerũt, qui sub nominibus apostolorum
multa cõfingerent: Fruſtra quidem, quia illa sic
cõmendata, sic celebrata, sic nota est: uerũ quid
possit aduersus literas, nõ canonica autoritate
fundatas, etiã hinc demõstrauit impiæ conatus
audaciæ, quòd & aduersus eas quæ tãta notitię
mole firmatæ sunt, sese erigere nõ prætermisit.
Nos tamen duas ob res, non negamus illud sen Ex stilo ipsi-
fisse Cypriani: quod & stilus eius habet quan- dicium
dam

dam propriã faciẽ qua possit agnosci: & quod A
ibi magis contra uos nostra causa mõstratur in-
uictior, uestræq; separationis præsumptio, uide
licet ne macularemini peccatis alienis, tota faci
litate subuertitur, cum apparet in literis Cypria
ni, cõmunicata esse cum peccatoribus sacramẽ
ta, cum admissi sunt in ecclesiam, qui secundum
uestram, & sicut uultis, illius sententiam, baptis-
mum non habebant, & tamen ecclesiã non pe-
risse, sed in sui generis dignitate per totum or-
bem sparsa dominica frumẽta mansisse. Ac per
hoc si perturbati tanquam ad aliquem portum,
sic ad autoritatem Cypriani confugitis, uidetis
quem illic scopulũ uester error offendit. Si autẽ
iam nec illuc confugere audetis, sine ullo lucta-
mine naufragatis. Porrò autem Cyprianus, aut B
non sensit omnino quod eum sensisse recitatis:
aut hoc postea correxit in regula ueritatis: aut
hunc quasi neuum sui cãdidissimi pectoris coo
peruit ubere charitatis, dum unitatem ecclesiæ
toto orbe crescẽtis, & copiosissime defendit, &
perseuerantissime tenuit uinculũ pacis. Scriptũ
Pet. 4 est enim: Charitas cooperit multitudinem pec
4.sen.dist.6. catorum. Accessit huc etiam, quod tanquã sar-
sunt tamen mentũ fructuosissimũ, si quid in eo fuerat emen
dandũ, purgauit pater falce passionis. Sarmen-
tum autẽ, ait dominus, quod in me facit fructũ,
purgat illud pater meus, ut maiorẽ fructum affe
rat. Vnde nisi quia hærens in diffusiõe uitis, ra
dicem non deseruit unitatis? Nam etsi traderet
corpus suum ut arderet, charitatẽ autem non ha C
beret, nihil ei prodesset. Attende adhuc paulu-
lum in literas Cypriani, ut aduertas q̃ inexcusa
bilem ostẽderit, qui se uoluerit ab unitate eccle
siæ (quam deus in omnibus gẽtibus promisit &
reddidit) quasi iusticiæ suæ causa separare, ma-
gisq; intelligas q̃ sit uera sententia pauloante à
Locus est in li- me cõmemorata: Filius malus ipse se iustum di
bri 4. epist.2. cit, exitum autẽ suum non abluit. Ponit in qua-
unde hæc de- dam epistola sua, quam scripsit ad Antonianũ,
prauatissima rem quandam satis rei de qua nunc agimus ne-
restituimus, ò cessariam, sed melius eius uerba inferimus. An
scribas impios tecessores, inquit, nostri quidam de episcopis
isthinc, in prouincia nostra dandã pacem mœ-
chis non putauerunt, & in totum pœnitẽtiæ lo- D
cum contra adulteria clauserũt: non tamen à co
episcoporũ suorum collegio recesserunt: aut ca
tholicæ ecclesiæ unitatem uel duricie uel censu
ræ suæ obstinatione ruperũt, ut quia apud alios
adulteris pax dabatur, qui nõ dabat, de ecclesia
separaretur, manẽte concordiæ uinculo, & per-
seuerãte catholicæ ecclesiæ indiuiduo sacramẽ
to. Actum suum disponit & dirigit unusquisq;
episcopus, rationẽ propositi sui domino reddi-
turus. Quid ad hæc dicis, frater Vincenti? nem
pe intueris hunc tantum uirum pacificũ episco
pum, & fortissimũ martyrem nihil uehemẽtius
fategisse, q̃ ne unitatis uinculũ rumperetur. Vi
des eũ parturientẽ, non solũ ut paruuli in Chri-
sto concepti nascantur, uerũetiam ne iam nati,

A de sinu matris excussi, moriantur. Porrò autem
ipsam rem, quã contra impios separatores com
memorauit, attende. Si adulteris cõmunicabãt,
qui pœnitentibus adulteris pacem dabant, nun
quid illi qui hoc non faciebant, collegio macu-
labantur istorum? Si autem quod ueritas habet,
& quod ecclesia merito tenet, recte pœnitenti-
bus adulteris pax dabatur, illi qui in totũ locũ
pœnitentiæ contra adulteros claudebãt, impie
utiq; agebant, qui membris Christi sanitatẽ ne-
gabant, & claues ecclesiæ pulsantibus subtrahe
bant, & misericordissimæ patientiæ dei, quæ il
los propterea sinebat uiuere, ut pœnitẽdo sana-
rentur sacrificio contriti spiritus & cõtribulati
cordis oblato, dura crudelitate cõtradicebant.
B Nec tamẽ istos misericordes & pacificos, cum
eis Christiana sacramẽta cõmunicantes, & eos
intra unitatis retia tolerãtes, donec ad littus per
ducti separarẽtur, tam immanis eorum error &
impietas inquinabat, ut si inquinaret, iam tunc
ecclesia malorum cõmunione deleta esset, nec
erat quę pareret ipsum Cyprianũ. Si autẽ, quod
certum est, permãsisset ecclesia, certũ est etiam
peccatis alienis in unitate Christi neminẽ posse
maculari, non malorũ factis consentientem, ne
ipsis peccatis communicando pollueretur, sed
propter societatem bonorũ, malos tanq; paleas
usq; ad ultimam uẽtilationem in area dominica
tolerantẽ. Quæ cum ita sint, ubi est præsumptio
separationis uestræ? Nónne filij mali estis, qui
C ipsi uos iustos dicitis, exitum autem uestrũ non
abluitis? Iam si uelim & illa cõmemorare quæ
Tychonius homo cõmunionis uestræ scriptis Tychonius
suis inserit, qui magis cõtra uos, p ecclesia catho Donatist.
lica scripsit, fruſtra se ab Afrorũ, quasi traditorũ
cõmunione secernẽs, quo uno eũ Parmenianus
suffocat, quid respõdere poteritis, nisi quod de
uobis idem Tychonius dixit, & ego pauloante
recolui, quod uolumus sanctũ est? Scribit enim
ille Tychonius homo (ut dixi) uestræ cõmunio
nis, à ducentis & septuaginta episcopis uestris
conciliũ Carthagini celebratũ. In quo concilio
per septuaginta & quinq; dies postpositis omni
bus præteritis, limatã esse sentẽtiã atq; decretã,
ut traditoribus immẽsi criminis reis, si baptiza
ri nollẽt, pro integris cõmunicaretur. Deuteriũ
autem Macrianẽsem episcopũ cõmunionis ue
stræ, dicit traditorũ plebẽ congregatã, ecclesiæ
misceri esse, & secũdũ statuta illius cõcilij a ducen
tis & septuaginta episcopis uestris factũ, fecisse
cum traditorib. unitatẽ, eiq; Deuterio post hoc
factum iugiter cõmunicasse Donatũ: nec solum
huic Deuterio, sed etiã uniuersis Maurorũ epi-
scopis per quadraginta ãnos, quos dicit usq; ad
persequutionẽ per Macharij factam, traditori-
bus sine baptismo cõmunicasse. Sed dicis: quis
mihi est iste Tychonius? Ille est Tychonius,
quẽ Parmenianus rescribendo cõpescit, & eum
deterret ne talia scribat, nõ tamẽ refellit ea ipsa
quæ scribit: sed uno, sicut supra dixi, eũ premit:

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd cũ talia diceret de eccleſia toto orbe diffu A
ſa,& quòd neminem in eius unitate macularẽt
aliena peccata,ab Afrorum ſe tamen quaſi tra/
ditorum cõtagione remouebat,& erat in parte
Donati.Poſſet autem dicere Parmenianus,iſta
eum omnia eſſe mentitũ:ſed ſicut idem Tycho
nius commemorat, adhuc uiuebant multi,per
quos hæc certiſſima & apertiſſima eſſe oſtẽde/
rentur. Sed de his taceo,cõtende Tychonium
eſſe mẽtitũ,ad Cypriani te reuoco,cuius men/
tionem ipſe feciſti.Prorſus ſecundũ ſcripta Cy
priani,ſi peccatis alienis in unitate quiſq; macu
latur, iam ante Cyprianum periit eccleſia, nec
erat unde exiſteret ipſe Cyprianus. Si autẽ hoc
ſentire ſacrilegum eſt,& certum eſt eccleſiã per
manere, nemo alienis peccatis in eius unitate B
maculatur,fruſtra filij mali iuſtos uos eſſe dici/
tis,exitum ueſtrum non abluitis,non purgatis.
Cur ergo,inquis,nos quæritis:cur ſic ſuſcipitis
quos hæreticos dicitis? Vide quàm facile bre/
uiterq; reſpondeam. Quærimus uos quia peri/
ſtis,ut de inuentis gaudeamus,de quibus perdi
tis dolebamus.Hæreticos autem uos eſſe dici/
mus,ſed antequàm ad pacem catholicã conuer
tamini,anteq; errore quo irretiti eſtis exuami/
ni. Cum autem tranſitis ad nos,prius utiq; relin
quitis quod eratis,ne ad nos hæretici trãſeatis.
Baptiza ergo me,inquis. Facerẽ ſi baptizatus
non eſſes,aut ſi Donati uel Rogati, non Chriſti
baptiſmo baptizatus eſſes.Nõ ſacramẽta Chri
ſtiana faciunt te hæreticũ,ſed praua diſſenſio. C
Non propter malum quod proceſſit ex te,negã
dum eſt bonum quod remãſit in te,quod malo
tuo habes,ſi non ibi habes unde eſt bonũ quod
1.q.1.ex habes.Ex catholica enim eccleſia ſunt omnia
catholica dominica ſacramenta,quæ ſic habetis & datis,
quemadmodũ habebantur & dabantur,etiam
prius q; inde exiretis.Non tamen ideo non ha/
betis,quia ibi non eſtis unde ſunt quæ habetis.
Nõ in uobis mutamus in quibus nobiſcũ eſtis.
In multis enim eſtis nobiſcum.Nam & de tali/
Pſal.54 bus dictum eſt: Quoniam in multis erãt mecũ.
Sed ea corrigimus in quibus nobiſcũ non eſtis,
& ea uos hic accipere uolumus,quæ non habe/
tis illic ubi eſtis.Nobiſcũ autem eſtis in baptiſ/
mo,in ſymbolo,in cæteris dominicis ſacramen D
tis.In ſpiritu autem unitatis,& uinculo pacis,in
ipſa deniq; catholica eccleſia,nobiſcũ nõ eſtis.
Hæc ſi accipiatis,non tũc aderunt,ſed tunc pro
derũt quæ habetis.Non ergo ſicut putatis ſuſci
pimus ueſtros,ſed ſuſcipiẽdo efficimus noſtros
qui recedunt à uobis,ut ſuſcipiantur à nobis.Et
ut incipiant eſſe noſtri,prius deſinũt eſſe ueſtri.
Nec nobis coniungi cõpellimus(operatios qui
dem erroris deteſtamur)ſed ideo nobis illos ho
mines coniungi uolumus,ne hoc ſint quod de/
teſtamur.Sed baptizauit,inquis,poſt Ioannem
Paulus apoſtolus:nunquid poſt hæreticũ? Aut
ſi forte audes illum amicum ſponſi hæreticũ di
cere,& in unitate eccleſiæ nõ fuiſſe,uolo & hoc

ſcribas.Si autem hoc dementiſſimũ eſt,uel ſen
tire,uel dicere,iam tuæ prudentiæ eſt conſidera
re,quare poſt Ioannẽ Paulus apoſtolus baptiza
uerit.Si enim poſt æqualẽ,omnes poſt uos ba/
ptizare debetis. Si poſt maiorem,debes & tu
poſt Rogatum.Si poſt minorem,debuit poſt te
Rogatus cum presbyter baptizaſſes.Si autem
baptiſmus qui nunc datur,ideo pariter ualet in
eis quibus datur,quãuis ſint imparis meriti per
quos datur,quia Chriſti eſt,nõ eorum à quibus
miniſtratur:puto quod iam intelligas,ideo Pau
lum dediſſe quibuſdam baptiſmũ Chriſti,quia
Ioannis baptiſmo fuerant baptizati,non Chri/
ſti.Ioãnis quippe baptiſmus ille dictus eſt,ſicut
multis locis diuina ſcriptura teſtat,quod et ipſe
dominus dicit:Baptiſmus Ioãnis unde erat,de Mat.21
cœlo an ex hominibus? Baptiſmus autẽ quem
dedit Petrus,nõ erat Petri ſed Chriſti,& quem
dedit Paulus nõ erat Pauli ſed Chriſti,& quem
dederũt qui tempore apoſtolorũ non caſte,ſed
per inuidiã Chriſtum annũciabant,non erat eo
rum,ſed Chriſti.Et quem dederũt qui tempore
Cypriani fundos inſidioſis fraudibus rapiebãt,
uſuris multiplicãtibus fœnus augebãt,non erat
eorũ ſed Chriſti.Et quia Chriſti erat,ideo quã/
uis non per æquales daretur eis,tamen quibus
dabatur æqualiter proderat.Nã ſi tanto melius
quiſq; baptizãtur,quãto à meliore fuerit bapti/
zatus,nõ recte gratias agit Apoſtolus,quòd ne
minem Corinthiorũ baptizauerit, niſi Criſpũ
C & Caium,& Stephanæ domũ.Tanto enim me
lius baptizarẽtur,quanto erat Paulus melior,ſi
ab ipſo baptizarentur. Deniq; cum dicit:Ego
plãtaui, Apollo rigauit,uidetur ſignificare ſe eu
angelizaſſe,illum baptizaſſe.Nunquid melior
Apollo q; Ioannes? Cur ergo poſt iſtum nõ ba/
ptizauit,qui poſt Ioãnẽ baptizauerat,niſi quia
iſte baptiſmus per quẽlibet datus,Chriſti erat:
ille autem per quẽlibet datus,quamuis Chriſto
uiam prẽpararet,tamen Ioannis erat? Inuidioſe
dici uidetur,poſt Ioãnem baptizatũ eſt,& poſt
hæreticos nõ baptizatur.Sed poteſt & hoc in/
uidioſe dici,poſt Ioãnem baptizatũ eſt,& poſt
ebrioſos non baptizatur.Melius enim hoc ui/
tium commemoro,quod nec occultare poſſunt
D in quibus regnat,& q; multi ubiq; ſint,quis uel
cæcus ignorat? Et tamẽ inter opera carnis,quæ
qui agunt,regnum dei non poſſidebũt,etiã hoc
ponit Apoſtolus,ubi etiam hæreſes enumerat.
Manifeſta autem,inquit,ſunt opera carnis;quę Gal.5
ſunt fornicationes,immundiciæ,luxuria,idolo
rum ſeruitus, ueneficia,inimicitiæ, contentio/
nes,æmulationes,animoſitates,diſſenſiões,hæ
reſes,inuidiæ,ebrietates,comeſſationes, & his
ſimilia,quæ prædico uobis ſicut prædixi,quo/
niã qui talia agunt,regnũ dei non poſſidebunt.
Hac ergo ratione,quãuis baptizatũ ſit poſt Io/
annem,non baptizatur poſt hæreticum:qua ra
tione quamuis baptizatũ ſit poſt Ioannem,non
baptizatur poſt ebrioſum,quoniam & hæreſes
&

& ebrietates in eis operibus ſunt,quę opera qui A
agunt,regnum dei non poſſidebũt.Nonne tibi
uidetur quaſi intolerabiliter indignum,ut cum
baptizatũ fuerit poſt eum qui nõ ſobrie uinum
bibens,ſed uinum omnino non bibens,regno
dei uiam parauit,nõ baptizetur poſt ebrioſum,
qui regnũ dei non poſſidebit? Quid hic reſpon
detur,niſi quia ille baptiſmus erat Ioannis,poſt
quem Chriſti baptiſmo baptizauit Apoſtolus:
iſte autẽ baptiſmus Chriſti eſt,quo baptizauit
ebrioſus? Inter Ioannem & ebrioſum à cõtrario
multum intereſt:inter baptiſmum Chriſti & ba
ptiſmũ Ioannis non à contrario,ſed tamen mul
tum intereſt.Inter apoſtolum & ebrioſum mul
tum intereſt:inter baptiſmũ Chriſti,quem de/
dit apoſtolus,& baptiſmũ Chriſti quem dedit B
ebrioſus,nihil intereſt. Sic inter Ioãnem & hæ/
reticum,à cõtrario multum intereſt,& inter ba
ptiſmum Ioannis & inter baptiſmum Chriſti,
quem dat hæreticus,non à contrario,ſed mul/
tum intereſt.Inter baptiſmũ autẽ Chriſti,quem
dedit apoſtolus,& baptiſmũ Chriſti quem dat
hæreticus,nihil intereſt.Agnoſcitur enim ſacra
mentorum ſpecies æqualis,etiam cum magna
differentia eſt in hominũ meritis.Sed da ueniã,
erraui,quando te uolui de ebrioſo baptizante
conuincere,exciderat mihi cum Rogatiſta me
rem habere,non cum qualicũq; Donatiſta.Po/
tes enim tu in tam paucis collegis tuis,& in om
nibus clericis ueſtris nullum inuenire forſitan
ebrioſum. Vos enim eſtis,qui non ex totius or C
bis cõmunione,ſed ex obſeruatione præcepto/
rum omnium diuinorũ atq; omniũ ſacramento
rum tenetis catholicã fidem:in quibus eam ſo/
lis inuẽturus eſt,cũ uenerit filius hominis,quan
do nõ inueniet fidẽ in terra:quia nec terra eſtis,
nec in terra,ſed cœleſtes in cœlo habitatis:nec
luc.4. timetis,nec attenditis,quia deus ſuperbis reſi/
Luc.18 ſtit,humilibus autẽ dat gratiam. Nec uos Euan
gelij locus ipſe cõpũgit,ubi dominus ait: Cum
uenerit filius hominis,putas inueniet fidem in
terra? Continuo quippe tanquã præſciens non
nullos ſibi ſuperbe arrogaturos hanc fidẽ,dixit
ad quoſdam,qui ſibi iuſti uidebantur,& ſperne
bant cæteros,ſimilitudinẽ hanc. Duo quidam
aſcẽderũt in templũ orare,unus Phariſæus,& D
alter publicanus,& cætera. Iam tibi quæ ſequũ
tur,ipſe reſponde. Inſpice tamen diligẽtius ip/
Ebrietas re/ ſos paucos ueſtros,utrum nullus illic baptizet
gnabat in ebrioſus. Tam enim late uaſtat hæc peſtilentia
Africa animas,& tãta libertate dominatur,ut multum
mirer,ſi non etiam ueſtrum gregiculũ penetra/
uerit:quamuis ante ipſum aduẽtum filij hominis
unius boni paſtoris,iam uos oues ab hœdis ſe/
paraſſe iactetis. Audi ſanè per me uocem domi
nicorum frumentorũ,in area dominica uſq; ad
ultimam uentilationẽ inter paleam laborãtium
per totum ſcilicet mundũ,qua deus uocauit ter
23.q.7.cap. ram à ſolis ortu uſq; ad occaſum,ubi etiã pueri
quicunque laudant dominũ:quicunq; uos ex occaſione le/

gis huius imperialis,non dilectione corrigẽdi,
ſed inimicandi odio perſequitur,diſplicet no/
bis.Et quãuis res quæq; terrena recte à quoquã
poſſideri nõ poſſit,niſi uel iure diuino,quo cun
cta iuſtorum ſunt,uel iure humano,quod in po
teſtate regũ eſt terræ:ideoq; res ueſtras falſo ap
pellatis,quas nec iuſti poſſidetis,& ſecundũ le/
ges regũ terrenorũ amittere iuſſi eſtis:fruſtraq;
dicatis,nos eis congregãdis laborauimus,cum
ſcriptum legatis:Labores impiorũ iuſti edent.
Sed tamẽ quiſquis ex occaſiõe huius legis,quã
reges terræ Chriſto ſeruientes,ad emendãdam
ueſtrã impietatẽ promulgauerunt,res proprias
ueſtras cupide appetit,diſplicet nobis. Quiſq;s
deniq; ipſas res pauperũ,uel baſilicas congrega
tionũ,quas ſub nomine eccleſiæ tenebatis(quę
omnino non debentur niſi ei eccleſiæ,quę uera
Chriſti eccleſia eſt)non per iuſticiã ſed per aua/
riciã tenet,diſplicet nobis.Quiſquis pro aliquo 24.q.1.
flagicio uel facinore proiectum à uobis ita ſuſci quiſquis
pit,ſicut ſuſcipiuntur qui(excepto errore quo à
nobis ſeparamini)ſine crimine apud uos uixe/
runt,diſplicet nobis.Sed nec facile iſta mõſtra/
tis,& ſi monſtretis,nonnullos toleramus,quos
corrigere uel punire nõ poſſumus:neq; propter
paleam relinquimus areã domini,neq; propter
piſces malos rumpimus retia domini,neq; pro/
pter hœdos in fine ſegregandos,deſerimus gre
gem domini,neq; propter uaſa facia in cõtume
liã,migramus de domo domini.Tu autẽ frater,
quãtum mihi uidetur,ſi uanam gloriã hominũ
non attendas,& inſenſatorũ contemnas oppro
briũ,qui dicturi ſunt,Quare modo? ſine dubio
tranſies ad eccleſiã,quam uerã ſentire te intelli
go,nec huius ſentẽtiæ tuæ teſtimonia longe pe
to.Tu quippe in eiuſdẽ tuæ epiſtolæ principio,
cui nũc reſpõdeo,hęc uerba poſuiſti:Cum opti
me,inquis,nouerim te,longe adhuc à fide Chri
ſtiana ſepoſitũ,et ſtudijs olim deditũ literarum,
quietis & honeſtatis fuiſſe cultorẽ.Cumq; poſt
ea cõuerſus ad Chriſtianã fidem(ut ex multorũ
relatione cognoui)diſputationib.legalibus ope
ram dares.Certe ſi tu ad me illã epiſtolã miſiſti,
hæc uerba tua ſunt.Cum ergo fatearis me con/
uerſum ad Chriſtianã fidẽ,cum ego nec ad Do
natiſtas,nec ad Rogatiſtas conuerſus ſim,ſine
ulla dubitatiõe cõfirmas,& præter Rogatiſtas,
& præter Donatiſtas eſſe Chriſtianã fidẽ.Hæc
ergo fides,ſicut diximus,in omnibus gentibus
dilatatur,quæ ſecundũ dei teſtimoniũ in ſemi/
ne Abrahæ benedicũtur.Quid igitur adhuc du
bitas tenere quod ſentis,niſi quia id quod non
ſentis,uel aliquãdo ſenſiſſe,uel aliud defendiſſe
cõfunderis,& dum erubeſcis corrigere errorẽ,
non erubeſcis permanere in errore,quod utiq;
potius erubeſcẽdũ fuit:Hoc eſt illud quod ſcri/ Eccli.4.
ptura non tacuit.Eſt confuſio adducens pecca/
tum,& eſt cõfuſio adducens gratiã & gloriam.
Cõfuſio adducit peccatũ,cum erubeſcit quiſq;
prauam mutare ſententiam,ne aut inconſtans
putetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

putetur,aut diu erraſſe ſeipſo iudice teneatur: A facerē quod petiſti,ita tu quoq; facias quod peto. Hoc eſt autē,ut breuiter quemadmodū à te, ſicut mihi indicaſti,poſtulauit:ad omnia illi reſpondere non graueris,quod & ante facere potuiſti. Scies enim cum legeris,nihil penè à me dictum,quod ipſe non noueras,aut quod me tacente noſſe non poteras. Sed hoc opus meum rogo habeas cum cæteris,quorū ſtudio ſcis cō uenire. Tuum uero illud quod flagito, habeat ipſe cui hoc potiſſimū congruit,& cæteri quos non parum iſta delectant,quemadmodum dici poſſunt abs te, inter quos & ipſe ſum. Viuas ſemper in Chriſto noſtri memor.

Pſal.54. Num.16 ita deſcēdunt in infernum uiuentes,id eſt ſuam perditionē ſentientes,quos Dathan & Abiron & Chore hiatu terræ abſorpti,tanto ante futuros figurauerunt. Confuſio autem adducit gratiam & gloriā,cum erubeſcit quiſq; de propria iniquitate,& pœnitendo in melius cōmutatur: quod te facere piget illa pernicioſa confuſione ſuperatum,ne tibi ab hominibus neſcientibus Gal.2 quid loquātur,obijciatur illa apoſtolica ſententia. Si enim quæ deſtruxi,hæc eadem iterū ædifico,prævaricatorem meipſum conſtituo. Quæ ſi dici poſſet etiam in eos qui ueritatem correcti prædicant,quam peruerſi oppugnabant,in ipſum Paulum primitus diceretur,in quo eccleſię Chriſti magnificabāt deum,audientes quod eu B angelizaret fidem,quā aliquādo uaſtabat. Nec De pœni.diſt. 1. neminem quenquam putes ab errore ad ueritatem,uel à quocunq; ſeu magno ſeu paruo peccato ad correctionem ſine pœnitētia poſſe tranſire. Sed nimis impudens error eſt,hinc uelle calūniari eccleſiam,quā tot diuinis teſtimonijs conſtat eſſe eccleſiā Chriſti,quod aliter tractat illos qui eā deſerant,ſi hoc ipſum pœnitendo corrigant,aliter illos qui in ea nondum fuerunt,& tunc primum eius pacem accipiunt,illos amplius humiliando,iſtos lenius ſuſcipiendo,utroſq; diligendo,utriſq; ſanādis materna charitate ſeruiēdo. Habes epiſtolam prolixiorē fortaſſe quàm uelles. Eſſet autem multo breuior,ſi te tantum in reſpondēdo cogitarē. Nunc uero etiā ſi tibi nihil C profit,non puto nihil eis profuturā,qui eam legere cum dei timore,& ſine perſonarum acceptione curauerint. Amen.

Auguſtinus Deogratias preſbytero,reſpondens ad quæſtiones à quodā pagano ipſi propoſitas, admonens ut ipſe potius illi reſpōdeat,quando/quidem ei quæſtiones erant propoſitæ, propriumq; librum ſuo nomine mittat ad paganū: cæterum Auguſtini librum communicet tantum Chriſtianis. Epiſtola XLIX

Syncerisſimo fratri & compresbytero Deogratias, Auguſtinus in domino Salutem.

2 Retract.31 Quæſtiones tibi propoſitas mihi delegare maluiſti,non ut opinor pigritia,ſed quod ea quoq; ipſa quę noſti, libentius per nos audis,dum nos ni- D mis diligis. At ego propterea malebam à te illas aperiri,quod ille ipſe amicus qui eas propoſuit,quantū ex hoc conijci datur,quod mihi ad quaſdam epiſtolas nō reſcripſit,quaſi nos uereundatur ſequi,uiderit quā ob cauſam. Hoc tamen ſuſpicor,nec ſuſpicio mea uel maleuola eſt uel abſurda,cū & optime noueris quātum eum diligam,quantoq; mihi dolori ſit quod nōdum Chriſtianus eſt,& utiq; non inconuenienter arbitrer eum,quē uideo mihi reſcribere noluiſſe, nihil ſibi à me ſcribi uoluiſſe. Proinde obſecro te,ut quēadmodū ego tibi parui,atq; inter meas arctiſſimas occupationes tuam ſanctā mihiq; chariſſimam uolūtatem offendere timui,ſi non

Quæſtionem primam ſoluens,docet reſurrectionem mortuorum talem fore,qualis fuit non Lazari,ſed Chriſti:& quòd Chriſtus poſt reſurrectionem comedit,& cicatrices uulnerum habuit non fuiſſe ficticiū,nec neceſſitatis ſed uoluntatis.

Quæſtio

MOuet quoſdam,& requirunt de duabus reſurrectionibus,quæ cōueniat promiſſę reſurrectioni,utrum nam Chriſti,an Lazari? Si Chriſti,inquiunt,quomodo poteſt hæc conuenire reſurrectioni natorū ex ſemine,eius qui nulla ſeminis cōditione natus eſt? Si autem Lazari reſurrectio cōuenire aſſeritur,nec hæc quidem cōgruere uidetur. Siquidem Lazari reſurrectio facta ſit de corpore nondum tabeſcente, de eo corpore quo Lazarus dicebat: noſtra autem multis ſeculis poſt ex confuſo eruetur. Deinde ſi poſt reſurrectionē ſtatus beatus futurus eſt,nulla corporis iniuria,nulla neceſſitate famis,quid ſibi uult cibatum Chriſtum fuiſſe,& uulnera mōſtrauiſſe? Sed ſi propter incredulum fecit,finxit: ſi autem uerum oſtendit,ergo in reſurrectiōe accepta futura ſunt uulnera. Quibus reſpondetur,ideo non Lazari reſurrectionem, ſed potius Chriſti congruere promiſſæ reſurrectioni,quia Lazarus ita reſurrexit,ut iterū moreretur: Chriſtus autem(ſicut de illo ſcriptū eſt) Rom.6 ſurgens à mortuis,iam nō moritur,& mors illi ultra nō dominabitur. Quod etiam promiſſum eſt reſurrecturis in fine ſeculi,& cum illo regnaturis in æternum. Sic autē non pertinet ad reſurrectionem,differentia natiuitatis Chriſti & noſtræ,quod ille ſine uirili ſemine,nos autem non ſine uiro & fœmina creati ſumus,ſicut etiā non pertinet ad ipſius mortis differentiā. Non enim propterea illius non uera mors fuit,quia ſine uirili ſemine natus eſt: ſicut nec ipſius primi hominis aliter exorta caro quàm noſtra,quando/quidem ille ſine parentibus de terra creatus eſt, nos uero ex parentibus,aliquid attulit ad differentiā mortis,ut aliter ille moreretur,aliter nos. Sicut autem ad mortis,ſic nec ad reſurrectionis differentiam ualet diuerſa natiuitas. Sed ſi nec hoc quod ſcriptum eſt de primo homine,ſimiliter infideles homines uolunt credere,quæraht uel animaduertāt,ſi uel hoc poſſunt,quam multorum animalium genera ſine parētibus ex terra procreentur,quæ tamen coeūdo pariant etiā

Solutio

ipſa

ipſa ſui ſimile,nec propter diuerſitatē natiuita- A tis interſit aliquid ad naturam eorum,quæ procreata ſunt ex terra,& eorum quæ illis coeunti bus orta ſunt. Similiter enim uiuunt,ſimiliterq; moriuntur,quāuis diſſimiliter nata ſint. Ita non eſt abſurdū,ut ſimiliter reſurgant corpora,quæ diſſimiliter orta ſunt. Huiuſmodi autem homines non ualentes intueri,ad quā rem interſit aliquid diuerſum,& ad quam nō interſit,ubi aduerterint aliquā diſtātiam primordiorū,etiam omnia cōſequentia diſtare oportere cōtendūt: poſſunt tales putare,oleū ex adipibus nō debere natare ſuper aquam,ſicut illud quod ex oliua eſt,quoniam longe eſt utriuſq; origo diſſimilis, quādo illud ex ligno,hoc ex carne profluxerit. Quantum autem attinet ad illam differentiam, B quòd Chriſti corpus,non diſſolutum tabe atq; putredine,die tertio reſurrexit,noſtra uero poſt longū tēpus,ex ea in quā ſoluta diſceſſerāt confuſione reparabuntur: humanæ facultati utrūq; impoſſibile eſt,diuinæ autem poteſtati utrunq; facillimum. Vt enim radius oculi noſtri,non citius peruenit ad propinquiora,cū ad lōginquiora,ſed utraq; interualla,parili celeritate contingit: ita cum in nictu oculi,ſicut Apoſtolus dicit, fit reſurrectio mortuorum,omnipotētiæ dei & ineffabili nutui tam facile eſt quæq; recentia,cū diuturno tēpore dilapſa cadauera ſuſcitare. Incredibilia ſunt hęc quibuſdam,quia inexperta, cum omnis natura rerum,tam ſit plena miraculis,ut non quaſi facili perueſtigatione rationis, C ſed uidendi cōſuetudine,mira non ſint,atq; ob hoc,nec cōſideratione,nec inquiſitione digna uideantur. Nam ego & mecum quicūq; inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intelligere moliūtur,aut non minus aut amplius admiramur,in unō ſeminis tam paruulo grano,omnia quæ laudamus in arbore tanq; liciata latuiſſe: q; mundi huius tam ingentē ſinum,quę de corporibus humanis dum dilabūtur aſſumit,reſurrectioni futuræ tota & integra redditurū. Quomodo autē contrariū eſt,& Chriſtum poſt reſurrectionem cibatum,& in reſurrectione quæ promittitur ciborum indigentiā non futuram: cum & angelos legamus eiuſdē modi eſcas eodemq; modo ſumpſiſſe,non ficto & inani phantaſmate,ſed D manifeſtiſſima ueritate,nec tamen neceſſitate, ſed poteſtate? Aliter enim abſorbet terra aquā ſitiens,aliter ſolis radius cādens. Illa indigētia, iſte potētia. Futurę ergo reſurrectionis corpus, imperfectæ felicitatis erit,ſi cibos ſumere non potuerit: imperfectæ felicitatis,ſi cibis eguerit. Poſſem hic de cōmutationibus corporaliū qualitatum,& de præpotenti ualentia in inferiora corpora corporū ſuperiorum latius diſputare: ſed breuiter mihi reſpōdere propoſitū eſt,& talibus ingenijs hoc ſcribitur,quę admonere ſufficerit. Sciat ſanè qui has propoſuit quæſtiōes, Chriſtum poſt reſurrectionē cicatrices non uulnera demonſtraſſe dubitantibus, propter quos

etiam cibum ac potum ſumere uoluit,nō ſemel ſed ſæpius,ne illud nō corpus,ſed ſpiritum eſſe arbitrarentur,& ſibi nō ſolide,ſed imaginaliter apparere. Tunc autem illę falſæ cicatrices fuiſſent,ſi nulla uulnera præceſſiſſent,& tamen nec ipſæ eſſent,ſi eas eſſe noluiſſet. Voluit autē cētæ diſpenſationis gratia,ut eis quos ædificabat in fide non ficta,nō aliud pro alio,ſed hoc quod crucifixum uiderant, reſurrexiſſe monſtraret. Quid eſt ergo quod dicitur: Si propter incredulum fecit,finxit: quaſi uero ſi quiſquā uir fortis pro patria dimicans,multa aduerſa uulnera exciperet,& peritiſſimo medico,qui hæc ita curare ualeret,ut cicatrices nullæ apparerēt,ipſe potius diceret,ſic ſe uelle ſanari,ut magis eſſent in corpore ſuo ueſtigia uulnerū tanquam tituli gloriarum: ideo ille medicus cicatrices finxiſſe diceretur,quia cum per artem efficere potuerit ut non eſſent,certa exiſtente cauſa,per artem effecit potius ut eſſent,quæ uno ſolo modo,ſicut ſuperius dixi,falſæ conuincerentur,ſi nulla uulnera ſanarentur.

Quæſtionem ſecūdam ſoluens docet,& ante aduentum Chriſti pios ſeruatos fuiſſe per Chriſtū, cuius gratia nulli gēti,nullo ſeculo unquam defuit,nec ideo diuerſam eſſe religionem,ſi culturæ modus conſillo diuino,prout expedit hominum ſaluti,uariatur.

Quæſtio

ITem alia propoſuerūt,quæ dicerent de Porphyrio contra Chriſtianos, tanq; ualidiora decerpta. Si Chriſtus ſe,inquiūt,ſalutis uiam dicit,gratiam & ueritatem,in ſeq; ſolo ponit animis ſibi credentibus reditū,quid egerunt tot ſeculorum homines ante Chriſtū? Vt dimittam, inquit,tempora ante Latiū regnatū,ab ipſo Latio quaſi principiū humani nominis ſumamus: in ipſo Latio ante Albam dñ culti ſunt,in Alba æque religiones ritusq; ualuere templorū. Non paucioribus ſeculis ipſa Roma,longo ſeculorū tractu, ſine Chriſtiana lege fuit. Quid,inquit, actū de tam innumeris animis,qui omnino in culpa nulla ſunt: ſiquidē is cui credi poſſet,nondum aduentū ſuum hominibus commodarat? Orbis quoq; cum ipſa Roma in ritibus templorum caluit. Quare,inqt,ſaluator qui dictus eſt, ſeſe tot ſeculis ſubduxit? Sed ne,inquit,dicant lege Iudaica hominū uetere curatū genus,longo poſt tempore lex Iudæorum apparuit ac uiguit anguſta Syriæ regione,poſtea uero prorepſit etiā in fines Italos,ſed poſt Cæſarē Caium, aut certe ipſo imperante. Quid igitur actum de Romanis animis uel Latinis,quæ gratia nondū aduenientis Chriſti uiduatæ ſunt,uſq; in Cæſarū tempus? Huic propoſitioni reſpondetur, ut Reſponſio primo ipſi dicāt,utrum profuerint hominibus deorum ſuorum ſacra,quæ conſtat certis tēporibus inſtituta. Quæ ſi negant aliquid profuiſſe ad animarū ſalutē,nobiſcū ea deſtruunt,& eſſe inania confitētur. Nos quidē etiam pernicioſa mōſtramus,ſed paruum non eſt ut ipſi interim

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius inania fateantur. Si uero ea defendunt,& sapienter atq; utiliter asserunt instituta, quæro quid actũ sit de his qui antequàm hæc instituta essent morte obierũt,hac enim utiq; salute atq; utilitate fraudati sunt. Si autem potuerunt alio modo purgari,cur non idem modus perseuerauit in posteros? Quid opus erat instituere nouitias cõsecrationes,quæ antiquitus non fuerũt? Hic si dicunt deos quidẽ ipsos semper fuisse,& ad liberãdos cultores suos pariter ubiq; ualuisse,sed pro uarietate rerum temporaliũ ac terrenarum,quæ scirent certis tẽporibus locisq; cõgruere,in his aliàs atq; aliàs,alibi atq; alibi,aliter atq; aliter sibi uoluisse seruiri:cur hanc quæstionem Christianæ religioni ingerunt,in qua nobis ipsi pro dijs suis aut respondere non possint,aut si possunt in eo ipso sibi etiã pro nostra religione respondeant. Ita nihil interesse pro diuersa temporũ locorumq; congruẽtia,quàm diuersis sacramẽtis colatur,si quod colitur sanctũ est,sicut nihil interest pro diuersa linguarũ auditorumq; congruentia,quàm diuersis sonis dicatur,si quod dicitur uerũ est: dum hoc sane intersit,quod linguæ sonos quibus inter se sua sensa cõmunicent,etiam homines pacto quodã societatis sibi instituere possunt: quibus autem sacris diuinitati cõgruerent,uoluntatẽ dei sequuti sunt,qui recte sapuerunt. Quæ omnino nunquam defuit ad salutẽ iusticiæ pietatiq; mortalium,& si qua in alijs atq; in alijs populis,una eademq; religione sociatis uarie celebrãtur,quatenus fiat plurimũ refert,quo & humana exhortetur uel toleretur infirmitas,& diuina non oppugnetur autoritas. Quamobrẽ cum Christũ dicamus uerbum dei,per quod facta sunt omnia,& ideo filium,quia uerbũ,nec uerbum dictũ atq; transactũ,sed apud incõmutabilem patrem incõmutabile ipsum atq; incõmutabiliter manẽs, sub cuius regimine uniuersa creatura spiritalis & corporalis,pro congruẽtia temporum locorumq; administratur,cuius moderandæ & gubernandæ,quid,quando & ubi,circa eam fieri oporteat,sapientia & scientia penes ipsum est: profecto & antequàm propagaret Hebræorum gentem,per quam sui aduentus manifestationẽ congruis sacramẽtis præfiguraret,& ipsis temporibus Israelitici regni,& deinde cũ se in carne de uirgine accepta mortalib. mortaliter monstrauit,& deinceps usq; nunc,cum implet omnia quæ per prophetas ante prędixit,& abhinc usq; in finem seculi,quo sanctos ab impijs dirẽpturus est,& sua cuique retributurus,idem ipse est filius dei,patri coæternus,& incõmutabilis sapiẽtia,per quam creata est uniuersa natura,& cuius participatione omnis rationalis anima fit beata. Itaq; ab exordio generis humani,quicũque in eum crediderunt,eumq; utcunq; intellexerunt,& secundũ eius præcepta pie & iuste uixerunt,quãdolibet & ubilibet fuerint,per eum proculdubio salui facti sunt. Sicut enim nos in eum credimus & apud patrem manentẽ,& qui in carne iam uenerit: sic credebant in eum antiqui,& apud patrem manentem,& in carne uenturum. Nec quia pro temporũ uarietate nunc factum annũciatur,quod tunc futurum prænunciabatur,ideo fides ipsa uariata,uel salus ipsa diuersa est. Nec quia una eademq; res,alijs atque alijs sacris & sacramẽtis uel prædicatur aut prophetatur,ideo alias atq; alias res,uel alias atque alias salutes oportet intelligi. Quid autem quãdo fiat quod ad unam eãdemq; fidelium & piorum liberationem pertineat,consilium Deo tribuamus,nobis obediẽtiam teneamus. Proinde alijs tunc nominibus & signis,alijs autem nũc, & prius occultius,postea manifestius,& prius à paucioribus,postea à pluribus,una tamen eademq; religio uera significatur & obseruatur. Nec nos eis obijcimus,quod aliter Numa Pompilius deos colendos Romanis instituit,atque aliter ab eis uel Italis antea colebãtur,nec quod Pythagoreis temporibus illa philosophia celebrata est,quæ antea uel omnino non erat,uel in paucissimis eadem sentiẽtibus,non tamen eodem ritu uiuẽtibus fortasse latitabat: sed utrum illi dij,ueri aut colendi sint: & utrũ illa philosophia animarũ saluti aliquid profit,hoc cum eis agimus,hoc in quæstionẽ uocamus,hoc disputando cõuellimus. Desinant igitur obijcere nobis,quod omni sectæ,& omni nomini religionis obijci potest. Cum enim non fortuito labi, sed diuina prouidẽtia tempora ordinari fateantur,quid cuiq; tempori aptũ & opportunũ sit, humanũ consilium prętergreditur,& illinc dispergitur,unde ipsa prouidentia rebus consulit. Si enim dixerint propterea non semper nec ubique fuisse Pythagoricã disciplinã,quia Pythagoras homo fuit,neq; hoc in potestate habere potuit: nũquid hoc etiam dicere possunt,eo ipso tempore quãdo fuit,& in his terrarum locis ubi illa philosophia uiguit,omnes qui eum audire potuerunt,etiam credere sectariq; eum uoluisse? Ac per hoc magis si tantę potestatis fuisset Pythagoras,& ubi uellet,& quando uellet, sua dogmata prædicaret: & si haberet etiã cum ea potestate summam rerum præsciẽtiam,nusquam & nũquam appareret,nisi ubi & quando sibi homines credituros esse prænosceret. Proinde cum Christo non obijciant,quod eius doctrinam non omnes sequũtur: sentiunt enim & ipsi,nequaquam hoc recte obijci posse,uel philosophorũ sapientiæ uel etiam numini deorum suorum: quid respõdebunt si excepta illa altitudine sapiẽtiæ & scientiæ dei,ubi fortassis aliud diuinum consiliũ longe secretius latet,sine præiudicio etiam aliarum forte causarũ,quæ à prudentibus inuestigari queunt,hoc solum eis breuitatis gratia,in huius quæstionis disputatione dicamus,tũc uoluisse hominib. apparere Christum,& apud eos prædicari doctrinam suam, quãdo sciebat & ubi sciebat esse qui in eum fuerant

Iugulat illos suo gladio

rant crediturí? His enim temporibus & his locis, quibus Euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali præsentia fuerũt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere uoluerunt: quales etiam nunc multos uidemus, cum tanta manifestatione de illo compleantur præconia prophetarum, nolle adhuc credere, & malle humana astutia resistere, quàm tam claræ atq; perspicuæ tamq; sublimi & sublimiter diffamatæ diuinæ cedere autoritati. Quandiu paruus & infirmus est intellectus hominis, diuinæ debet credere ueritati. Quid ergo mirũ si tam infidelibus plenum orbem terrarũ Christus prioribus seculis nouerat,ut eis apparere, uel prædicari merito nollet, quos nec uerbis nec miraculis suis credituros esse præsciebat? Neq; enim incredibile est tales fuisse tunc omnes,quales ab eius aduẽtu usq; ad hoc tempus, tam multos fuisse & esse miramur: & tamen ab initio generis humani,aliàs occultius,aliàs euidentius,sicut congruere temporibus diuinitus uisum est,nec prophetari destitit,nec qui in eũ crederent defuerũt,ab Adam usq; ad Moysen, & in ipso populo Israel,qui speciali quodã mysterio gens prophetica fuit,& in alijs gentibus antequàm uenisset in carne. Cum enim nonnulli cõmemorãtur in sanctis Hebraicis libris, iam ex tempore Abrahæ, nec de stirpe carnis eius,nec ex populo Israel,nec ex aduentitia societate in populo Israel,qui tamen huius sacramenti participes fuerũt: cur non credamus etiã in cæteris hac atq; illac gẽtibus,aliàs alios fuisse,quamuis eos cõmemoratos in eisdem autoritatibus non legamus? Ita salus religionis huius, per quam solã ueram salus uera ueraciterq; promittitur, nulli unquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit,dignus nõ fuit. Et ab exordio propagationis humanæ,usq; in finem,quibusdam ad præmium,quibusdam ad iudicium prædicatur. Ac per hoc & quibus omnino annunciata non est,non crediturí præsciebantur; & quibus non crediturís tamen annũciata est,in illorum exemplo demõstrantur. Quibus autem crediturís annũciatur,hi regno cœlorum & sanctorum angelorum societati præparantur.

Quæstionem tertiam soluens docet,immolationem pecudum & incendium thuris non reprehensum in Iudæis,quoniam hæc uero Deo immolabantur. Latriam nec hominibus pijs, nec angelis bonis exhibendam: multo minus saxis ac dæmonibus. Deniq; non ideo religionẽ apud Christianos aliam esse quàm fuit apud Iudæos aut pios ante legem, quod ritus sacrificiorum sunt nouati.

Quæstio IAm uideamus eam quæ sequitur quæstionem. Accusant, inquit, ritus sacrorum, hostias, thura, & cætera quæ templorũ cultus exercuit, cum idẽ cultus ab ipsis, inquit, uel à deo quem colunt exorsus est tẽporibus priscis, cum inducitur Deus primitus eguisse. Huic respondetur, quoniam ex illo scripturarum nostrarum loco hæc quæstio proposita agnoscitur, ubi scriptum est: Cain ex fructibus terræ, Abel autem ex primitiuis ouiũ obtulisse munus Deo. Hinc potius esse intelligendum, quàm sit res antiqua sacrificium, quod non nisi uni Deo uero offerri oportere, ueraces & sacræ literæ monent: non quod illo egeat Deus, cum in eisdem ipsis literis apertissime sit scriptum: Dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorũ meorum nõ eges: sed quod etiam in his, uel acceptãdis uel repropandis uel percipiẽdis, non nisi hominibus cõsulat. Nobis enim prodest colere deum, nõ ipsi deo. Cum ergo inspirat & docet quomodo colendus sit, non solum sua nulla indigentia facit, sed nostra maxima utilitate. Significatiua sunt autẽ omnia talia sacrificia, & quarũdam rerum similitudines, quibus admoneri nos oporteat ad ea ipsa quorum similitudines sunt, siue scrutanda, siue noscenda, siue recolenda. De qua re quantum satis est differenda, non breuis sermo flagitandus est, quo nunc respõdere nobis propositum non est, præsertim quia in alijs opusculis nostris, de hac re multa iam diximus. Et qui ante nos Dei eloquia tractauerũt, de similitudinibus sacrificiorũ Veteris testamẽti, tanquam umbris figurisq; futurorũ copiose loquuti sunt. Hoc sane nec in ista breuitate prætereundũ est, quòd templum, sacerdotem, sacrificium, & alia quæcunq; ad hæc pertinentia, nisi uni uero deo deberi, nossent dij falsi, hoc est dæmones, qui sunt præuaricatores angeli, nũquam hæc sibi à cultoribus suis quos decipiũt, expetissent. Verum hæc cum exhibẽtur deo, secũdum eius inspirationem atq; doctrinã, uera religio est: cum autem dæmonibus secundũ eorum impiam superbiã, noxia superstitio. Quapropter qui Christianas literas utriusq; testamẽti sciunt, non hoc culpant in sacrilegis ritibus Paganorum, quod construant templa, & instituant sacerdotia, & faciant sacrificia, sed quod hæc idolis & dæmonijs exhibeant. Et idola quidem omni sensu carere, quis dubitet? Verũtamen cum his locãtur sedibus, honorabili sublimitate, ut à precãtibus atq; immolãtibus attẽdantur, ipsa similitudine animatorũ membrorũ atq; sensuum, quamuis insensata & exanima afficiũt infirmos animos, ut uiuere ac spirare uideantur, accedẽte præsertim ueneratione multitudinis, qua tãtus eis cultus dei impenditur. Quibus morbidis & pestilentiosis affectibus medetur scriptura diuina, quæ rem quidem notam, sed tamen salubri remedio admonitionis inculcat, dicens: Oculos habent & non uident, aures habent & non audiunt, & cætera talia. Hæc enim uerba quo magis aperta & populariter uera sunt, eo magis incutiũt salubrem pudorem illis, qui cum talibus simulachris diuinum cum timore cultum exhibent, eaq; uiuentibus similia uenerantes, adorantesq;

Responsio

Gen. 4.

Psal. 15

10 De ciuita- te dei, cap. 19 & 20

Psal. 113

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantesq; contuētur, eisq; uelut præsentibus pre A cut impia superbia, siue hominum, siue dæmo/
ces allegant, uictimas immolāt, uota persoluūt, num, sibi hos diuinos honores exhiberi uel iu/
sic afficiuntur omnino ut ea sensu carentia puta bet uel cupit: ita pia humilitas uel hominum uel
re non audeant. Ne arbitrētur autem isti hoc so angelorū sanctorum, hæc sibi oblata recusauit,
lum nostros libros uelle sonare, quod huiusce & cui deberetur, ostēdit. Cuius rei manifestissi/
modi affectus humano cordi ex idolis innasci/ ma in sacris literis nostris exēpla monstrantur.
Psal.95 tur, apertissime scriptum est, Quoniam omnes Dispertita autem diuinis eloquijs sacrificia pro
dij gentium, dæmonia. Vnde & apostolica di/ temporū congruentia, ut alia fierent ante mani
sciplina non solum dicit, quod apud Ioannē le/ festationem Noui testamēti, quod ex ipsa uera
gitur, Fratres, cauete à simulachris: uerūetiam & in unius sacerdotis uictima, hoc est effuso
quod apud Paulum, Quid ergo? dico quòd ido Christi sanguine ministratur, & aliud nūc quod
lis immolatū sit aliquid, aut idolum est aliquid? huic manifestationi est congruū, qui iam decla
sed quæ immolāt gentes, dæmonijs & non deo rato nomine Christiani appellamur offeramus,
immolant: nolo autē uos, socios fieri dæmonio non solum euangelicis, uerū etiam propheticis
rum. Vnde satis intelligi potest, nō tam ipsam literis demonstratur. Mutatio quippe non Dei
immolationē (nam uero Deo prisci sancti im/ B non ipsius religionis, sed sacrificiorū & sacra/
molauerunt) sed quod dijs falsis & impijs dæ/ mentorum impudēter nunc uideretur prædica
monijs immolatur, reprehēdi à uera religione, ta, nisi fuisset ante prædicta. Quēadmodū enim
in superstitionibus gētium. Sicut enim ueritas unus idemq; homo, si deo mane aliud offerat,
hortatur, homines fieri socios sanctorū angelo/ aliud uespere, pro congruētia diurni temporis,
rum, ita seducit impietas ad societatem dæmo/ non deum mutat, non religionē, sicut nec salutē
niorum, cui præparatur ignis æternus, sicut re/ qui alio modo mane, alio modo uespere salu/
gnum æternū societati sanctorū. Neq; illinc ex/ tat: ita uniuerso tractu seculorū, cum aliud obla
cusant impij sua sacrilega sacra & simulachra, tum est ab antiquis sanctis, aliud ab eis qui nūc
quod eleganter interpretātur quid quæq; signi/ sunt offertur, nō humana præsumptione, sed au
ficent. Omnis quippe illa interpretatio ad crea toritate diuina tēporibus congrua sacra myste/
turam refertur, non ad creatorem, cui uni debe/ ria celebrātur, non deus aut religio cōmutatur.
latreia tur seruitus religionis, illa quæ uno nomine la/
tria Græce appellatur. Nec nos dicimus terrā, Quæstionem quartam soluens, ostendit quomo
maria, cœlum, solem, lunam, stellas, et quasdam do perpendenda peccatorum & æternæ pœnæ
non in promptu sitas cœlites potestates esse dæ C proportio, quodq; iustè Deus pro temporarijs
monia: sed cum omnis creatura partim corpo/ delictis reddit æterna supplicia.
ralis sit, partim uero incorporalis, quam etiā spi
ritalē uocamus, manifestū est id quod à nobis IAm nunc deinde uideamus, quale sit quod Quæstio
pie ac religiose fit, à uoluntate animi proficisci, de mensura peccati atq; supplicij proposuit,
quæ creatura spiritalis est, & omni corporali sic euangelio calūniatus. Minatur, inquit, Chri
præponēda. Vnde colligitur corporali creatu/ stus sibi non credētibus, æterna supplicia. Et ali
ræ non esse sacrificandū. Restat spiritalis, quæ bi ait: In qua mensura mensi fueritis, remetietur Mat.7
uel pia uel impia est: pia scilicet in hominibus uobis. Satis, inquit, ridicule atq; cōtrarie. Nam
& angelis iustis & deo rite seruientibus: impia si ad mēsuram redditurus est pœnam, & omnis
uero in hominib. & angelis iniquis, quos etiam mensura circūscripta est fine temporis, quid si/
dæmones dicimus. Ac per hoc nec spiritali, bi uolunt minæ infiniti supplicij? Istam quæ/ Solutio
quāuis iustæ creaturæ sacrificandū est, Quoniā stionem à qualicunq; philosopho esse obiectam
quātomagis pia est & subdita deo, tanto minus atq; propositā, difficile est credere. Quippe qui
se tali honore dignatur, quē scit non deberi nisi ait, omnis mēsura circūscribitur tempore, qua/
deo. Quāto ergo pernicios ius est sacrificare dæ D si non soleat nisi temporū esse mensura, sicut ho
monijs, hoc est iniquæ spiritali creaturæ, quę in rarum & dierum & annorum: uel sicut dicimus
hoc proximo & caliginoso cœlo inhabitās, tan breuem syllabā simplum habere temporis, ad
quam in aereo carcere suo prædestinata est sup syllabā lōgam. Puto enim modios & rabones,
plicio sempiterno: Quamobrem etiam, cum se urnas & amphoras, non temporū esse mēsuras.
homines superioribus cœlestibus potestatibus, Quomodo ergo omnis mensura circūscribitur
quæ non sunt dæmonia, sacrificare dicūt, & so/ tempore: Nónne ipsi dicunt, solem istum sem/
lius nominis interesse arbitrantur, quod illi de/ piternum esse, qui tamen quantus sit ad terram,
os, nos eos angelos appellamus, non se oppo/ mensuris geometricis perscrutari audent & re/
nunt eis ludificandis multiplici fallacia, nisi dæ nūciare: Quod siue possint siue nō possint, con/
mones qui errore delectantur & quodāmodo stat eum tamē propriam sui orbis habere men/
pascūtur humano, quoniā sancti angeli non ap/ suram. Quia & si cōprehēdunt quantus sit, men
probant sacrificiū, nisi quod ex doctrina ueræ surā eius comprehēdunt, & si hoc non assequū/
sapientiæ, ueræq; religionis offertur uni uero tur, mensurā eius utiq; non comprehēdunt, nec
deo, cui sancta societate deseruiunt. Proinde si/ ideo nulla est, quia homines eam nosse nō pos/
sunt. Potest igitur aliquid & sempiternū esse, &
certam sui modi habere mensuram. Secundum
ipsos

ipsos enim de solis æternitate loquutus sum, ut A liberabimini: uel in qua uoluntate malefeceri/
sua sententia conuincantur atq; concedant esse tis, in ipsa puniemini. Velut si quispiam ad tur/
posse aliquid eum mēsura sempiternum. Ac sic pem concupiscētiam oculis utens excæcari iu/
non ideo putent non esse credendum de supplī beretur, rectè utiq; audiret, In quibus oculis pec
cio sempiterno, quod minatus est Christus, qa casti, in eis supplicium meruisti. Iudicio enim
idem dixit: In qua mensura mensi fueritis, reme quisq; animi sui, seu bono seu malo utitur uel ad
tietur uobis. Si enim dixisset, quod mensi fueri benefaciendū uel ad peccandū. Vnde non ini/
tis, hoc metietur uobis, etiam sic nō omnino ad quum est, ut in quo iudicat in eo iudicetur: hoc
eandem rem ex omni parte necesse esset referre est, ut in ipso animi sui iudicio pœnas luat, cum
sententiam. Possumus enim rectè dicere, quod ea mala patitur, quæ male iudicantem animum
plantaueris, hoc decerpes, quamuis nemo plan consequūtur. Alia nanq; sunt manifesta tormē/
tet pomum sed lignū, decerpit autem pomū ma ta, quæ post futura præparantur, etiā ipsa ex eo/
gis quàm lignum, sed illud dicimus secundū ar dem malæ uoluntatis cardine extracta. In ipso
boris genus, quia non ficū plantat, unde nucem autem animo, ubi appetitus uolūtatis hominū
decerpat. Ita dici posset, quod feceris patieris, est humanorū mensura, factorum continuo pœ
non ut si stuprum fecerit, stuprum patiatur, sed B na sequitur culpam, plerūq; maior non sentien/
quod peccato isto fecit legi, hoc ei lex faciat: id tis cæcitate gratior. Ideo cum dixisset, In quo
est, quia legem talia prohibētem de sua uita ab iudicio iudicaueritis, iudicabimini, sequutus
stulit, auferat eum etiam ipsa lex de hominū ui/ adiunxit: Et qua mensura mensi fueritis, metie/
ta quam regit. Item si dixisset, quantū mensi fue tur uobis. In uoluntate quippe propria metitur
ritis, tantum remetietur uobis: nec sic esset con/ bonus homo bona facta, et in ea metietur ei bea
sequēs, ut omnimodo æquales peccatis pœnas titudo. Itemq; in uolūtate propria, metietur ma
intelligere deberemus. Neq; enim æqualia sūt, lus homo mala opera, & in ea metietur ei mise/
uerbi gratia, triticum & hordeum. Et profecto ria: quoniā ubi quisq; bonus est, cum bene uult,
dici posset, quantum mensi fueritis tantū reme/ ibi etiam malus cum male uult. Ac per hoc ibi
tietur uobis, hoc est quantū tritici tantum hor/ etiam fit uel beatus uel miser, hoc est in ipso suæ
dei. Quod si de doloribus ageretur atq; dicere uoluntatis affectu, quæ omniū factorum merito
tur, quātum dolorem ingesserītis, tantus ingere rumq; mensura est. Ex qualitatibus quippe uo/
tur uobis, fieri posset ut tantus dolor esset, quā luntatum, non ex temporū spacijs, siue recte fa/
uis tempore diuturnior, hoc est, mora maior, ui cta siue peccata metimur. Alioquin maius pec/
par. Neq; enim si de duabus lucernis dicamus, C catum haberetur, arborē deijcere quàm homi/
tātum ignis iste caluit, quātum ille: ideo falsum nem deijcere. Illud enim fit longa mora, ictibus
erit, quia una earū forte citius extincta est. Non multis, hoc uno ictu breuissimo tempore: pro
itaq; si aliquid secūdum aliud tantum est, secun quo tamen exigui tēporis tam grandi peccato,
dum aliud nō est tātū, quia nō omnimodo tan si perpetua deportatiōe homo puniretur, etiam
tum est, ideo falsus est modus in quo tātum est. mitius cum illo actum, quàm dignus fuerat, di/
Mat.7 Cum uero dixerit, In qua mensura mensi fueri/ ceretur: quāuis in spacio temporali longitudo
tis, remetietur uobis: cumq; manifestū sit, aliud pœnæ, cum breuitate facinoris nullo modo sit
esse mensuram in qua metitur aliquid, aliud ip/ comparāda. Quid ergo contrarium est, si erunt
sam rem quæ metitur: iam fieri potest, ut in qua pariter lōga, uel etiam pariter æterna supplicia,
mēsura homines mensi essent, uerbi gratia, mo/ sed alijs alia mitiora, uel acriora: ut quibus tem
dium tritici, in ea illis metiantur milia modio/ pus æquale est, nō sit æqualis asperitas, propter
rum, ut & tam multū interesset in quātitate fru mēsuram etiam peccatorū, non in productione
menti & nihil in mēsura: ut taceam de ipsarum temporum, sed in uoluntate peccātium? Volun
rerum diuersitate: quia nō solum fieri potest, ut tas quippe ipsa punitur, siue animi supplicio si/
in qua mensura quis mensus fuerit hordeum, in D ue corporis, ut quæ delectatur in peccatis, ipsa
ea illi metiatur triticū, sed qua mensus fuerit fru plectatur in pœnis, & ut qui iudicat sine miseri/
mentum, in ea illi metiatur aurum, & frumēti sit cordia, sine misericordia iudicetur. Et in hac
unus modius, auri q̄ plurimi. Ita cum sine com/ quippe sentētia, ad hoc solum eadem mensura
paratione rerum ipsarum, & genus & quātitas est, ut quod non præstitit, nō ei præstetur. Atq;
differat, dici tamē rectissime potest, In qua men ita quòd ipsa iudicatur, æternum erit: quamuis
sura mensus est, in ea illi mensum est. Vnde au/ quod iudicauit, æternum esse nequiuerit. In ea/
tem hoc dixerit Christus, paulo superius satis dem igitur mēsura, quamuis non æternorū ma/
elucet. Nolite (inquit) iudicare, ut nō iudicemi/ lefactorū, æterna supplicia remetiuntur, ut quia
ni. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabi/ æternam uoluit haberi peccati perfruitionem,
mini. Nunquid si iniquo iudicio iudicabūt, ini/ æternam uindictæ inueniat seueritatē. Non au/
quo iudicabuntur? Absit. Nulla quippe iniqui/ tem sinit proposita breuitas responsionis meæ,
tas apud deum. Sed ita dictum est, In quo iudi/ ut colligam omnia, uel certe quàm plurima quę
cio iudicaueritis, in eo iudicabimini: tanquā di/ de peccatis, & de peccatorum pœnis, sancti li/
ceretur, In qua uoluntate beneseceritis, in ipsa bri habent, atq; ex his unam eruam sine ulla am

Universidad de Deusto
Biblioteca

biguitate sentẽtiam,si tamen id ualeam uiribus mentis, etiam si congruum nancisear otium. Nunc tamen arbitror satis esse monstratũ, non esse contrarium æternitati suppliciorum,quòd in eadem mensura redduntur, in qua peccata commissa sunt.

Quæstionem quintam soluens docet, à Salomone fieri mentionem filij dei.

Quæstio POst hanc quæstionem,qui eas ex Porphyrio proposuit, hoc adiunxit. Sane etiam de illo,inquit,me dignaberis instruere,si uere dixit Salomon:Filiũ Deus non habet. Solutio Cito respondetur:non solum hoc non dixit,uerũetiam dixit,quòd deus habeat filium. Apud eũ enim Prouer.8 sapiẽtia loquens,ait: Ante omnes colles genuit me. Et quid est Christus,nisi Dei sapiẽtia? Item B Prouer.30 quodam loco Prouerbiorum: Deus,inquit,docuit me sapientiã,& scientiam sanctorũ cognoui. Quis ascendit in cœlum,& descendit? Quis collegit uentos in sinum? Quis cõuertit aquam in uestimento? Quis tenuit fines terræ? Quod nomen est ei,aut quod nomen est filij eius? Horum duorũ quę in extremo cõmemorauí,unum retulit ad patrem,id est,quod nomen est ei: propter quod dixerat,Deus docuit me sapientiam. Et alterũ euidẽter ad filium,cum ait,Aut quod nomen est filij eius: propter cætera quæ de filio magis intelligũtur,hoc est,Quis ascẽdit in cœlum,& descendit. Quod Paulus ita commemorat: Eph.4. Qui descendit,ipse est & qui ascendit super C omnes cœlos. Quis collegit uentos in sinum: id est,animas credentiũ in occultũ atq; secretum. Col.3 Quibus dicitur: Mortui enim estis,& uita uestra absc̃dita est cum Christo in deo. Quis conuertit aquam in uestimẽto: ut dici posset,Quot/ Gal.3 quot in Christum baptizati estis,Christũ induistis. Quis tenuit fines terræ,qui dixit discipulis Act.1 suis: Eritis mihi testes in Hierusalẽ & in tota Iudæa & Samaria,& usq; in fines terræ.

Quæstionem sextam dissoluens ostendit,miracula sacris prodita scripturis,aut credenda omnia,aut negligenda omnia,aperiens allegoriam de Iona à certo absorpto,de hedera,& uerme matutino: Deum factis loqui: postremo in his quæ Christus interpretatus est,non esse liberam hominum diuinationem.

Quæstio POstrema quęstio proposita est de Iona,nec ipsa quasi ex Porphyrio,sed tanquam ex irrisione Paganorum. Sic enim posita est: Deinde quid sentire,inquit,debemus de Iona,qui dicitur in uentre ceti triduo fuisse,quod ἀπιθανὸν est & incredibile,transuoratũ cum ueste hominem,fuisse in corde piscis. Aut si figura est,hãc dignaberis pandere. Deinde quid sibi etiã illud uult,supra euomitũ Ionam cucurbitam natam, quid causæ fuit,ut hæc nasceretur. Hoc enim genus quæstionis,multo cachinno à Paganis gra Solutio uiter irrisum animaduerti. Ad hoc respondetur,quòd aut omnia diuina miracula credenda non sint;aut hoc cur non credatur,causa nulla sit. In ipsum autẽ Christum,quòd tertio die resurrexit,non crederemus,si fides Christianorũ cachinnum metueret Paganorum. Cum autem hinc quæstionem non proposuerit amicus noster,Vtrum credẽdum sit,uel Lazarum resuscitatum esse quarto die,uel ipsum Christũ tertio die resurrexisse: multũ miror hoc quod factum est de Iona,eũ pro incredibili posuisse: nisi forte facilius putat mortuũ de sepulchro resuscitari,quàm uiuum in tam uasto uentre belluæ potuisse seruari. Vt enim omittam cõmemorare, quanta magnitudo belluarũ marinarum,ab eis qui experti sunt iudicetur, uenter quem costæ Costæ illæ muniebant,quæ Carthagine in publico fixæ populo notæ sunt,quot homines in spacio suo capere posset,quis non conijciat,quãto hiatu patebat os illud,quod uelut ianua speluncæ illius fuit: nisi forte,ut posuit,uestis esset impedimento,ne Ionas deuorari posset: illæsus quasi per angusta sese coartauerit,qui per abruptum aeris præcipitatus,sic exceptus est,ut prius reiceretur uentre bestiæ,quàm dente lacerare/ tur. Quanquam Scriptura neq; nudum neq; uestitum in illud antrum deiectum esse dixerit,ut possit intelligi illuc etiam nudus irruisse,si forte opus erat,tanquã ouo corium,ita illi uestem detrahi,quo facilius sorberetur. Sic enim sunt homines de Prophetæ huius ueste soliciti, quasi aut per fenestram paruã repsisse,aut in balneas intrasse dicatur,quo etiam si necesse esset intra/ C re uestitum,uix molestum esset,non tamen mirum. Sed habent reuera quod non credãt in diuino miraculo,uaporem uentris quo cibi made/ scunt,potuisse ita temperari,ut uitam hominis conseruaret. Quanto incredibilius ergo proponerent, tres illos uiros ab impio rege in camino missos, deambulasse in medio ignis illæsos? Quapropter si nulla isti diuina miracula uolunt credere,alia disputatione refellẽdi sunt. Neq; enim debent unum aliquid tanquã incredibile proponere,& in quæstionem uocare,sed omnia quæ uel talia,uel etiam mirabiliora narrantur. Et tamen si hoc quod de Iona scriptum est,Apuleius Madaurẽsis,uel Apollonius Tyaneus feciſſe diceretur, Apuleius Apollonius quorum multa mira,nul/ D lo fideli autore iactitant,quamuis & dæmones nonnulla faciant angelis similia, non ueritate, sed specie: non sapientia,sed plane fallacia: tamen si de istis,ut dixi,quos magos uel philosophos laudabiliter nominant,tale aliquid narraretur, non iam in buccis creparet risus,sed typhus. τύφος Ita rideant scripturas nostras. Quantum possunt,rideant,dum per singulos dies rariores pauciores q; se uideant,uel moriendo,uel crescendo: dum implentur omnia quæ prædixerunt,qui hos contra ueritatem inaniter pugnaturos,uane latraturos,paulatim defecturos,tanto antè riserunt: nobisq; posteris suis,non solum ea legenda dimiserunt,uerum experienda promiserũt. Non sanè absurde,neq; importune requi

requiritur,quid ista significent,ut cum hoc ex/ A positum fuerit,non tãtum gesta,sed etiam propter aliquam significationẽ conscripta esse credantur. Prius ergo nõ dubitet,Ionam prophetam in aluo ingẽti marinæ beluæ triduo fuisse, qui uult scrutari,quur ham hoc factum sit: nõti enim frustra factum est,sed tamen factum est. Si enim mouẽt ad fidem,quæ figurate tantum dicta non facta sunt: quanto magis mouere debent, quæ figurate non tantum dicta sed facta Deus factis loquitur sunt. Nam sicut humana consuetudo uerbis,ita diuina potẽtia etiã factis loquitur. Et sicut sermoni humano uerba noua,uel minus usitata, moderate ac decenter aspersa,splendorem addunt: ita in factis mirabilibus congruenter aliquid significãtibus,quodammodo luculentior B est diuina eloquentia. Proinde quid figuraueríit,quòd Prophetam belua illa deuoratum;tertio die uiuum reddidit,cur à nobis quæritur, Mat.12 quum hoc Christus exponat? Generatio,inquit,praua & adultera signũ quærit,& signum De quæstionibus euangelij lib.1.cap.8 non dabitur ei,nisi signum Ionæ prophetæ: sicut enim Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. De Triduum Christi ipso autẽ triduo mortis domini nostri Iesu Christi,quomodo ratio reddatur,quum à parte totum intelligitur,in die primo & nouissimo,ut toti tres dies idem cum suis noctibus cõputentur,longum est disserere,& in alijs sermonibus iam sæpissime dictum est. Sicut ergo Ionas ex C naui in aluum ceti,ita Christus ex ligno in sepulchrum,uel in mortis profundum. Et sicut ille pro his qui tẽpestate periclitabãtur,ita Christus pro his qui in hoc seculo fluctuant. Et sicut primo iussũ est,ut prædicaretur Niniuitis à Iona,sed non ad eos peruenit prophetia Ionæ,nisi postea quàm eum cetus euomuit: ita prophetia præmissa est ad gentes,sed nisi post resurrectionem Christi nõ peruenit ad gentes. Iam uero quod tabernaculum sibi constituit,& considit ex aduerso ciuitatis Niniue,quid ei futurũ esset expectans,alterius significationis personã propheta gestabat. Præfigurabat enim carnalem populum Israel. Nam huic erat & tristicia de salute Niniuitarum,hoc est de redemptione D Luc.5 & liberatione Gentium. Vnde uenit Christus uocare,non iustos,sed peccatores in pœnitentiam. Vmbraculũ ergo cucurbitæ super caput eius,promissiones erant Veteris testamẽti,uel ipsa iam munera,in quibus erat utiq; sicut dicit Coloss.2 Apostolus,umbra futurorum,tãquam ab æstu temporaliũ malorum in terra promissionis defensaculũ præbens. Vermis autem matutinus quo rodẽte cucurbita exaruit,idem ipse rursus Christus occurrit,ex cuius ore euangelio diffamato,cũcta illa quæ temporaliter apud Israelitas uelut umbratili prius significatione uigerunt,euacuata marcescunt. Et nunc ille populus amisso Hierosolymitano regno,& sacerdotio & sacrificio (quod totum umbra erat futuri) in captiua dispersiõe magno æstu tribulationis aduritur,sicut Ionas,quod scriptum est,à solis ardore,& dolet grauiter,& tamen dolori eius atq; umbræ quam diligebat,salus gentium pœnitentiumq; præponitur. Adhuc cachinnẽt Pagani,& iam uermem Christum,& hanc interpretationem prophetici sacramẽti superbiore garrulitate derideant,dum tamen & ipsos sensim paulatimq; consumat. Nam de omnibus ta Christus uerlibus Esaias prophetat, per quem nobis dicit mis bifariam intelligitur Deus: Audite me,qui scitis iudicium populus meus,in quorum corde lex mea est,opprobria hominum nolite metuere,& detractiõe eorum ne superemini,nec quod uos spernãt magnidu/ xeritis: sicut enim uestimẽtum,ita per tẽpus absumentur,& sicut lana à tinea comedẽtur,iustícia autẽ mea in æternũ manet. Nos ergo agnoscamus uermẽ matutinũ,quía & in illo Psalmo cuius titulus inscribitur,Pro susceptione matutina: hoc seipse nomine appellare dignatus est: Ego,inquit,sum uermis,& non homo,oppro/ Psal.21 brium hominũ & abiectio plebis. Hoc opprobrium de illis opprobrijs est,quæ iubemur non metuere per Esaiam,dicentẽ: Opprobria homi num nolite metuere. Ab isto uerme tanquã à tinea comedũtur,qui sub eius dente euangelico, per singulos dies paucitate sua deficiẽdo minorantur. Nos hũc agnoscamus,& pro salute diuina,humana opprobria sufferamus. Vermis est C propter humilitatẽ carnis,fortassis etiã propter uirginis partũ. Nam hoc animal plerũq; de carne,uel de quacũq; re terrena,sine ullo cõcubitu nascitur. Matutinus est,quia diluculo resurrexit. Poterat utiq; illa cucurbita & sine ullo uermiculo arescere. Postremo si habebat Deus ad hoc uermem necessariũ,quid opus erat addere matutinũ,nisi ut ille uermis agnosceretur,qui cantat pro susceptione matutina: Ego autẽ sum uermis,& nõ homo? Quid ista prophetia,iam ipso rerũ effectu & adimpletione lucidius? Si irrisus est uermis iste cum pẽderet in cruce,sicut in eodem Psalmo scriptũ est: Loquuti sunt labijs,& mouerũt caput: Sperauit in deũ,eruat eũ,saluũ faciat eum,quoniã uult eum. Cum cõpleta sunt D quæ ibi prædixit: Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerũt omnia ossa mea: Ipsi uero cõsiderauerunt,& conspexerũt me,diuisérunt sibi uestimẽta mea,& super uestem meam miserunt sortem: quod tanta manifestatione futurum in libro antiquo prophetatur,quãta manifestatione factũ in nouo Euangelio recitatur: Sed si in hac humilitate,ut dicere cœperam,iste uermis irrisus est,nunquid adhuc irridẽdus est,quum ea cõpleri cernimus,quæ cõsequentia Psalmus ipse habet: Commemorabuntur & conuertẽtur ad Dominum uniuersi fines terræ: Et adorabunt in cõspectu eius uniuersæ patriæ gentium: Quoniã Domini est regnum,& ipse dominabitur gentium. Sic commemorati sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Niniuitæ,& conuersi sunt ad dominũ:hanc sa/ A
lutem pœnitentiæ gentiũ tanto ante præfigura
tam in Iona,dolebat Israel,sicut nunc doletum
bra nudatus & æstu sauciatus. Liceat sane cuili
bet quãlibet aliter,dum tamen secũdum regulã
fidei;cætera omnia quæ de Iona propheta my/
steriis operta sunt,aperire. Illud plane quod in
uentre ceti triduo fuit, fas non est aliter intelli/
gere,quàm ab ipso cœlesti magistro in Euange
lio cõmemorauimus reuelatũ. Proposita expo/
suimus ut potuimus:sed ille qui proposuit,iam
sit Christianus, ne forte cum expectat ante li/
brorum sanctorũ finire quæstiones,prius finiat
uitam istã,quàm transeat à morte ad uitam. Fer
ri enim potest,quòd antequàm Christianis sa/
cramentis imbuat,quærit de resurrectione mor B
tuorum. Concedẽdum etiam fortassis quod de
Christo quæsuit, cur tanto pòst uenerit, uel si
quæ sunt aliæ paucæ & magnæ quæstiões,qui/
bus cætera inseruiũt. Si autem qualis est illa,In
qua mensura mensi fueritis,metietur uobis:uel
qualis ista de Iona,etiã omnes tales antequàm
sit Christianus finire cogitat,perperam cogitat
uel conditionẽ humanam,uel ætatẽ iam suam.
Sunt enim innumerabiles quæ non sunt finien
dæ ante fidem,ne finiatur uita sine fide. Sed pla
ne retenta iam fide,ad exercendã piam delecta
tionem mentium fideliũ studiosissime requiren
dæ,& quod in eis eluxerit,sine typho arrogan/
tiæ communicãdum,quod autem latuerit,sine
salutis dispendio tolerandum. C

Augustinus Bonifacio uiro militari de Cæsaris comitatu,commonstrans illi Donatistarum hæ/resim nihil habere cõmune cum Arriana,& qua moderatione per metum legum imperialiũ hæ/retici possunt ad ecclesiæ societatem reduci,tum de Donatistarum & Circũcellionum immanita te,postremo de peccato in spiritũ sanctum non remittendo. Idem argumẽtum tractauit epistola quadragesimaoctaua. Epistola L

L Audo & gratulor & admiror fili di/
lectissime Bonifaci,quòd inter curas
bellorum & armorum,uehementer
desideras ea nosse quæ dei sunt. Ve/
re hinc te apparet etiam de ipsa uirtute militari,
fidei seruire quã habes in Christo. Vt ergo bre
uiter insinuem dilectioni tuæ,inter Arrianorũ
& Donatistarũ quid interslt errorẽ,Arriani pa/
tris & filij & spiritus sancti,diuersas substantias
esse dicunt:Donatistæ autem non hoc dicunt,
sed unam trinitatis substãtiam confitentur. Et si
aliqui ipsorũ minorẽ filium esse dixerunt quàm
pater est,eiusdem tamen substantiæ non nega/
runt. Plurimi uero in eis hoc se dicunt omnino
credere de patre & filio & spiritu sancto,quod
catholica credit ecclesia. Nec ipsa cum illis uer
titur quæstio,sed de sola cõmunione infeliciter
litigant,& contra unitatem Christi rebelles ini
micitias peruersitate sui erroris exercent. Ali/
quando autem sicut audiuimus,nõnulli ex ipsis
uolentes sibi Gothos reconciliare,quando eos
uident aliquid posse,dicũt hoc se credere quod
& illi credunt. Sed maiorum suorum autoritate
conuincuntur,quia nec Donatus ipse sic credi/
disse asseritur,de cuius parte se esse gloriantur.
Non te autem ista conturbent,fili dilectissime.
Hæreses enim & scãdala futura prædicta sunt,
ut inter inimicos erudiamur,ac sic & fides & di
lectio nostra possit esse probatior. Fides utique
ne ab eis decipiamur,dilectio autem ut etiã ip/
sis corrigendis quãtum possumus consulamus,
non solum instantes ne infirmis noceãt,atq; ut
ab errore nefario liberentur,sed etiam orantes
pro eis,ut aperiat dominus illis sensum,& intel
ligant scripturas,quia in sanctis libris ubi mani
festatur dominus Christus, ibi & eius ecclesia
declaratur:isti autem mirabili cæcitate,cum ip/
sum Christum præter scripturas nesciãt,eius tã
meti ecclesiam non diuinarũ literarum autorita
te cognoscũt,sed humanarũ calumniarum ua/
nitate confingunt. Agnoscunt nobiscum Chri/
stum,in eo quod legitur:Foderũt manus meas
et pedes meos,dinumerauerũt omnia ossa mea:
Ipsi uero considerauerũt & conspexerũt me,di
uiserunt sibi uestimenta mea,& super uestẽ me/
am miserunt sortem:& nolunt agnoscere eccle
siam,in eo quod post paululũ sequitur,Comme
morabũtur & conuertẽtur ad dominũ,uniuersi
fines terræ:Et adorabunt in conspectu eius uni
uersæ patriæ gẽtium:Quoniam Domini est re/
gnum,& ipse dominabitur gentium. Agnoscũt
nobiscum Christum,in eo quod legitur:Domi
nus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie
genui te:& nolũt agnoscere ecclesiã in eo quod
sequitur, Postula à me,& dabo tibi gentes hæ/
reditatem tuam,& possessionẽ tuam terminos
terræ. Agnoscũt nobiscũ Christum,in eo quod
ipse Dominus in Euangelio loquitur:Oporte/
bat Christum pati,& resurgere à mortuis tertia
die,& nolunt agnoscere ecclesiã,in eo quod se/
quitur:Et prædicari in nomine eius pœnitenti/
am & remissionẽ peccatorũ per omnes gentes,
incipientibus ab Hierusalem. Et innumerabi/
lia sunt testimonia librorum sanctorum,quæ in
hunc librum coartare nõ debui. In quibus sicut
D apparet dominus Christus,siue s. cũdum diui/
nitatem qua æqualis est patri,qui In principio
erat uerbum,& uerbũ erat apud Deum,& deus
erat uerbum,siue secũdum susceptæ carnis hu/
militatem,qua uerbũ caro factum est,& habita
uit in nobis:sic apparet etiam eius ecclesia,non
in sola Africa (sicut isti impudẽtissima uanitate
delirant) sed toto orbe terrarum diffusa. Testi/
monijs enim diuinis,lites suas præferunt,quia
in causa Cæciliani quõdam ecclesiæ Carthagi/
nensis episcopi,cui crimina obiecerũt quæ nec
potuerũt probare nec possunt,se ab ecclesia ca/
tholica,hoc est ab unitate omniũ gentium diui
serunt. Quãuis & si uera essent quæ ab eis ob/
iecta sunt Cæciliano,& nobis possent aliquãdo
mon

Præter scripturas nisi ex scripturis

Gen.26
Malac.1
Psal.71
Col.1
Luc.24.
Act.1

Psal.2

Luc.24

Ioan.1

2 Retra.40

2 Retra.

24.q.2. si forte

monstrati,ipsum iam mortuum anathematiza A
remus:sed tamen ecclesiã Christi quæ non li/
tigiosis opinionibus fingitur,sed diuinis atte/
stationibus cõprobatur,propter quẽlibet homi
nem relinquere non debemus,quia bonum est
confidere in domino,quàm confidere in homi
ne. Neq; enim,quod sine iniuria innocẽtiæ illi/
us dixerim,si peccauit Cæcilianus,ideo hære/
ditatẽ suam perdidit Christus. Facile est homi/
ni,seu uera seu falsa de altero homine credere,
sed sceleratæ impudentiæ est,propter crimina
hominis,quæ orbi terrarum non possis ostẽde/
re,cõmunionem orbis terrarũ uelle damnare.
Vtrum Cæcilianus à traditoribus diuinorũ co
dicum fuerit ordinatus,nescio,non uidi,ab ini
micis eius audiui,Non mihi de lege dei,nõ de B
præconio prophetarum,non de sanctitate psal
morum,nõ de apostolo Christi,non de Christi
eloquio recitatur. Ecclesiam uero toto terrarũ
orbe diffusam,cui non cõmunicat pars Donati,
uniuersarũ scripturarũ testimonia consona uo/
ce proclamant:In semine tuo benedicẽtur om/
nes gentes:Lex Dei dicit. Ab ortu solis usq; ad
occasum, sacrificiũ mundum offertur nomini
meo,quoniam glorificatũ est nomen meum in
gentibus:Per Prophetam deus dixit. Domina/
bitur à mari usq; ad mare,& à flumine usque ad
terminos orbis terrarum: Per Psalmum domi/
nus dixit. Fructificans & crescens in uniuerso
mundo:Per Apostolum dominus dixit. Eritis
mihi testes in Hierusalem & in tota Iudæa & in C
Samaria,& usq; ad fines terræ: Filius Dei ore
suo dixit. Cæcilianus ecclesiæ Carthaginensis
episcopus,humanis litibus accusatur. Ecclesia
Christi in omnibus gentibus constituta,diui/
nis uocibus commendatur. Ipsa pietas,ueri/
tas, charitas, nos non permittit contra Cæci/
lianum eorum hominũ accipere testimonium,
quos in Ecclesia non uidemus, cui Deus per/
hibet testimonium. Qui enim diuina testimo/
nia non sequuntur,pondus humani testimonij
perdiderũt. Addo quòd Cæciliani causam,ipsi
Constantinus Cæcilianus ad imperatoris Constantini iudiciũ accusando
miserunt, imò uero ipsum Cæcilianũ post epi/
scopalia iudicia,ubi eum opprimere non potue
runt, ad supradicti Imperatoris examen,perti/ D
nacissimis persequutorib. perduxerũt. Et quod
in nobis modo reprehẽdunt,ut decipiant impe
ritos,dicentes, non debere Christianos contra
inimicos Christi aliquid à Christianis impera/
toribus postulare,ipsi priores fecerunt. Quod
etiam in collatione,quam simul apud Carthagi
nem habuimus,negare nõ ausi sunt,imò & glo/
riari ausi sunt,quòd apud Imperatorẽ maiores
eorum criminaliter Cæcilianũ fuerint insequu
ti,insuper addentes mẽdacium,quòd eum illic
uicerint fecerintq; damnari. Quomodo ergo
nunc ipsi non sunt persequutores,qui cum ac/
cusando persequuti sint Cæcilianũ,& ab eo fue
rint superati,falsam sibi gloriã impudentissimo
mendacio arrogare uoluerunt,non solum cul/
pam non putantes,uerũetiam pro sua laude ia/
ctantes,si probarent Cæcilianũ maioribus suis
accusantibus fuisse damnatũ? Quemadmodũ 2 Retract.39
autem in ipsa collatione modis omnibus uicti
sint,quoniã ualde prolixa sunt gesta,& tibi alijs
rebus Romanę pacis necessarijs occupato,mul
tum est ut legãtur,breuiariũ eorum tibi legi for/
sitan poterit,quod credo habere fratrem & coe
piscopum meum Optatum:aut si non habet,po Optatus
test facillime accipere de ecclesia Sitiuẽsi,quan
doquidẽ liber iste iam sua prolixitate curis tuis
forsitan onerosus est. Hoc enim contigit Dona
tistis,quod accusatoribus sancti Danielis. Sicut
enim in illos leones,sic in istos conuersæ sunt le
ges,quibus innocentẽ opprimere uoluerũt,nisi
quod propter misericordiã Christi,magis pro
eis sunt istæ leges,quæ illis uidentur aduersæ:
quoniã multi per illas correcti sunt,& quotidie
corriguntur,& se esse correctos,atq; ab illa fu/
riosa pernicie liberatos gratias agũt. Et qui ode
rant diligũt,molestasq; sibi fuisse saluberrimas
leges quantũ in insania detestabãtur,tantũ rece
pta sanitate gratulãtur,& in residuos cum qui/
bus fuerãt perituri,iam simili dilectione nobis/
cum,ut pariter instemus ne illi pereant,excitan
tur. Molestus est enim & medicus furenti phre 23.q.4.
netico,& pater indisciplinato filio,ille ligãdo, ipsa pietas
ille cædendo,sed ambo diligendo. Si autẽ illos
negligant,& perire permittant,ista potius man
suetudo falsa,crudelis est. Si enim equus & mu
lus,quibus non est intellectus,morsibus & cal/
cibus resistunt hominibus,à quibus eorũ curan
da uulnera contrectãtur,& cum inter dentes eo
rum & calces sæpe homines periclitẽtur,& ali/
quando uexentur,non tamen eos deserunt,do/
nec per dolores & molestias medicinales reuo
cent ad salutẽ:quanto magis homo ab homine,
& frater à fratre,ne in æternũ pereat nõ est dese
rendus,qui correctus intelligere potest,quantũ
sibi præstabatur beneficiũ,quando se persequu
tionem perpeti querebatur? Sicut ergo Aposto Gal.6
lus dicit,infatigabiles cũ tempus habemus ope
remur bonum ad omnes:qui possunt catholico
rum præceptorũ sermonibus,qui possunt catho
licorum principum legibus,partim per eos qui
diuinis admonitiõibus,partim per eos qui ius/
sis imperialibus parent,omnes ad salutẽ uocen
tur,omnes à pernicie reuocẽtur. Quia & impe/ Dist.9.ca.im
ratores,quãdo pro falsitate contra ueritatẽ con peratores, &
stituunt malas leges,probãtur bene credentes, duobus sequẽ.
& coronantur perseuerantes. Quando autẽ pro 11.q.3.im/
ueritate contra falsitatem constituũt bonas le/ peratores
ges,terrẽtur sæuientes & corrigũtur intelligen
tes. Quicũq; ergo legibus imperatorũ,quę con
tra ueritatem dei ferũtur,obtẽperare non uult,
acquirit grande præmium. Quicunq; autem le
gibus Imperatorum, quæ pro Dei ueritate fe/
runtur,obtemperare non uult,acquirit grande
supplicium. Nam & tẽporibus prophetarum,
omnes

omnes reges qui in populo dei non prohibue/ A
runt,nec euerterunt quæ contra Dei præcepta
fuerant instituta,culpantur,& qui prohibuerũt
& euerterunt,super aliorum merita laudantur.
Dan.3 Et rex Nabuchodonosor,cum seruus esset ido/
lorum,cõstituit sacrilegã legem,ut simulachrũ
adoraretur,sed eius impiæ cõstitutioni qui obe
dire noluerunt,pie fideliterq; fecerunt.Idem ta
men rex,diuino correctus miraculo,piã & lau
dabilẽ legem pro ueritate constituit,ut quicũq;
diceret blasphemiã in deum uerum Sidrac,Mi
sac & Abdenago,cum domo sua penitus interi
ret.Hanc legem si qui contẽpserunt,& id quod
fuerat constitutum merito perpessi sunt,debue
runt dicere quod isti dicunt,se iustos esse,quia
ex lege regis persequutionẽ patiebantur:quod B
utiq; dicerent,si ita insanirent sicuti isti insani/
unt,qui diuidunt membra Christi,exufflant sa
cramenta Christi,& de persequutione glorian/
tur:quia prohibẽtur ista facere legibus impera/
torum,quas constituerunt pro unitate Christi,
& iactant fallaciter innocẽtiam suam,& quam
non possunt à domino accipere,ab hominibus
quærunt martyrũ gloriam. Veri autem marty/
Mat.5 res illi sunt,de quibus Dominus ait:Beati qui
persequutionẽ patiũtur propter iusticiam.Non
ergo qui propter iniquitatem,& propter Chri/
stianæ unitatis impiam diuisionẽ,sed qui pro/
Lib.1 De ser/ pter iusticiam persequutionẽ patiuntur,hi mar/
mone domini tyres ueri sunt. Nam & Agar passa est persequu
in mõte,ca.4. tionem à Sara,& illa erat sancta quæ faciebat, C
illa iniqua quę patiebatur.Nũquid & huic per/
sequutioni, quam passa est Agar, comparãdus
est sanctus Dauid,quẽ persequutus est iniquus
Saul? Valde utiq; distat,non quia patiebatur,
sed quia propter iusticiã patiebatur. Et ipse Do
minus,cum latronibus crucifixus est.Sed quos
passio iungebat,causa separabat.Ideo in Psal/
mo uox illa intelligẽda est uerorum martyrum,
Psal.42 uolentium se discerni à martyribus falsis:Iudi/
ca me deus,& discerne causam meam de gente
non sancta. Non dixit,Discerne pœnã meam:
sed,Discerne causam meã.Potest enim esse im/
piorum similis pœna,sed dissimilis est martyrũ
Psal.118 causa:quorum & illa uox est:Iniuste persequu/
ti sunt me,adiuua me. Ideo se dignum existima
uit,qui adiuuaretur iuste,quia illi persequeban D
tur iniuste.Nam si iuste illi persequerentur,non
fuerat adiuuãdus,sed corrigẽdus.Si autem pu/
tant quòd nemo possit iuste aliquem persequi,
sicut in collatione dixerunt,illam esse ueram ec
clesiam quæ persequutionẽ patitur,non quæ fa
cit:omitto dicere quod superius commemora/
ui,quia si ita est ut dicunt,Cæcilianus ad ueram
ecclesiam pertinebat,quando eum maiores il/
lorum usq; ad imperatoris iudicium accusando
persequebantur.Nos enim dicimus,ideo illum
ad ueram ecclesiam pertinuisse,non quia perse
quutionẽ patiebatur,sed quia propter iusticiã
patiebatur.Illos autem ideo fuisse alienatos ab

ecclesia,non quia persequebantur,sed quia in/
iuste persequebantur. Nos itaq; hoc dicimus.
Illi uero si non quærunt causas,quare quisq; fa/
ciat persequutionẽ,uel quare patiatur: sed hoc
putant esse signum ueri Christiani,si persequu/
tionem non faciat,sed patiatur:sine dubio Cæ/ Cæcilian
cilianum in ea definitione constituunt,qui non
faciebat,sed patiebatur. Maiores autem suos
ab ea definitione foras mittunt,qui faciebant
non patiebantur.Sed hoc,ut dixi,omitto:illud
dico:Si ecclesia uera,ipsa est quæ persequutio/ 23.q.4.
nem patitur,non quæ facit:quærãt ab Aposto/ ecclesia
lo,quam ecclesiã significabat Sara,quãdo per/ Ecclesia
sequutionem faciebat ancillę. Liberam quippe petit ex
matrem nostram,cœlestẽ Hierusalem,id est ue ri testa
ram Dei ecclesiam,in illa muliere dicit fuisse fi/
guratam,quæ affligebat ancillam.Si autem me
lius discutiamus, magis illa persequebatur Sa
ram superbiendo,quàm illam Sara coercendo:
illa enim dominæ faciebat iniuriam,ista impo/
nebat superbiæ disciplinam. Deinde quæro,si
boni & sancti nemini faciunt persequutionem,
sed tantummodo patiũtur:cuius putant esse in
Psalmo uocem,ubi legitur:Persequar inimicos Psal.17
meos,& comprehẽdam illos,& non conuertar
donec deficiãt? Si ergo uerum dicere uel agno
scere uolumus,est persequutio iniusta quam fa
ciunt impij ecclesiæ Christi,& est iusta perse/
quutio quam faciũt impijs ecclesię Christi.Ista
itaq; beata est,quæ persequutionẽ patitur pro/
pter iusticiam,illi uero miseri qui persequutio/ C
nem patiũtur propter iniusticiam. Proinde ista
persequitur diligendo,illi sæuiendo.Ista ut cor
rigat,illi ut euertãt.Ista ut reuocet ab errore,illi
ut præcipitent in errorem. Deniq; ista persequi
tur inimicos & comprehendit,donec deficiant
in uanitate, ut in ueritate proficiant. Illi autem
retribuentes mala pro bonis, quia eis consuli/
mus ad æternam salutem,etiam temporalẽ no/
bis conantur auferre,sic amantes homicidia,ut
in seipsis ea perficiant,quãdo in alijs perpetra/
re non possunt. Sicut enim charitas laborat ec/
clesiæ, sic eos ab illa perditione liberare, ut eo/
rum nemo moriatur:sic eorũ laborat furor,aut
nos occidere ut suæ crudelitatis pascant libidi/
nem,aut etiam seipsos,ne perdidisse uideantur
occidendorum hominum potestatem. Qui au/ Prodigi
tem nesciunt consuetudinẽ illorum,putant eos mortis d
modo seipsos occidere, quando ab eorum in/ pidita
sanissima dominatione per occasionem legum
istarum, quæ pro unitate sunt constitutæ, tan/
ti populi liberantur. Qui autem sciunt,& ante
ipsas leges quid facere soleant,non eorum mi/
rantur mortes,sed recordantur mores:maxime
quãdo adhuc cultus fuerat idolorum,ad paga/
norum celeberrimas solennitates ingentia tur/
barum agmina ueniebant,non ut idola frange/
rent,sed ut interficerentur à cultoribus idolo/
rum.Nam illud si accepta legitima potestate fa
cere uellẽt,si quid eis accidisset,possent habere

qualem

qualemcunq; umbram nominis martyrum,sed A
ad hoc solum ueniebant, ut integris idolis ipsi
perimerentur.Nam singuli quiq; ualẽtissimi iu
uenes cultores idolorum,quis quot occideret,
ipsis idolis uouere cõsueuerant. Quidam etiam
se trucidandos armatis uiatoribus ingerebant,
percussuros eos se,nisi ab eis perimerẽtur terri/
biliter comminantes. Nonnunquã & à iudici/
bus transeuntibus extorquebant uiolenter,ut à
carnificibus uel ab officio ferirẽtur. Vnde qui/
dam illos sic illusisse perhibetur,ut eos tãquam
percutiẽdos,ligari & dimitti iuberet,atq; ita eo
rum impetũ incruentus & illæsus cuaderet.Iam
uero per abrupta præcipitia,per aquas & flam/
mas occidere seipsos, quotidianus illis ludus
fuit.Hæc enim eos tria mortis genera diabolus B
docuit,ut mori uolentes,quando non inuenie/
bant quem terrerent,ut eius gladio ferirentur,
per saxa se mitterent,aut ignibus gurgitibusq;
donarent.Quis autẽ illos hæc docuisse creden/
dus est;possidens cor eorum:nisi ille qui & sal/
Luc.4 uatori nostro,ut se de pinna templi præcipita/
ret,tanquam de lege suggessit? Cuius suggestio
nem à se utiq; prohiberẽt,si magistrũ Christum
in corde portarent. Sed quia in se diabolo po/
tius dederunt locum,aut sic pereunt quẽadmo/
Mar.5 dum grex ille porcorũ,quem de monte in mare
turba dæmonum deiecit:aut illis mortibus ere/
pti,& pio matris catholicæ gremio collecti,ita
liberantur,quẽadmodum est à Domino libera/
Mat.17 tus,quem pater eius à dæmonio sanandũ obtu/ C
lit,dicens,quòd aliquãdo cadere in aquam,ali/
quãdo in ignem soleret. Vnde magna in eos fit
misericordia,cum etiam per istas imperatorum
leges,ab illa secta,ubi per doctrinas dæmonio/
rum mendaciloquorũ mala ista didicerunt,pri
us eripiũtur inuiti,ut in catholica postea bonis
præceptis & moribus sanentur assueti.Nã mul
ti eorum quorum iam in unitate Christi,pium
fidei feruorem charitatemq; miramur,cum ma
gna lætitia deo gratias agunt, quod illo errore
caruerunt,ubi mala ista bona putauerunt. Quas
gratias modo uolentes non agerent, nisi prius
etiam nolentes ab illa nefaria societate discede
rent. Quid de illis dicamus,qui nobis quotidie
confitentur,quod iam olim uolebãt esse catho/ D
lici,sed inter eos habitabãt,inter quos id quod
uolebant esse,non poterant per infirmitatem ti
moris,ubi si unũ uerbũ pro catholica dicerent,
& ipsi & domus eorum funditus euerterentur?
Quis est tam demens, qui neget istis debuisse
per iussa imperialia subueniri,ut de tanto erue/
rentur malo, dum illi quos timebãt,timere co/
guntur,& eodẽ timore aut etiam ipsi corrigun/
tur,aut certe cum se correctos esse confingunt,
correctis parcunt,à quibus antea timebantur?
Si autem seipsos occidere uoluerint, ne illi qui
liberandi sunt liberẽtur,& eo modo liberãtium
terrere pietatẽ,ut dum timetur ne quidam per/
diti pereãt,non eruatur perditioni,qui uel iam

nolebant perire,uel cõerciti poterant non pe/
rire, quid hic agit charitas Christiana, præser/
tim cum illi qui suas mortes uolũtarias & furio
sas minantur,in populorũ liberandorũ compa/
ratione perpauci sint? Quid agit ergo fraterna
dilectio:utrũ dum paucis tranlitorios ignes me
tuit caminorũ, dimittit omnes æternis ignibus
gehẽnarum:& tam multos uel iam uolentes uel
postea non ualentes per catholicã pacem ad ui
tam uenire perpetuã,relinquit in interitũ sem/
piternum,cauendo ne quidam uoluntario mo/
riantur interitu,qui uiuunt ad impedimẽtum sa
lutis aliorum,quos non permittunt secundum
Christi doctrinam uiuere,ut eos doceant quo/
cunq; tempore secundũ consuetudinem doctri
næ diabolicæ ad eas quæ in illis modo timẽtur
mortes uoluntarias festinare:an potius conser/
uat quos potest,& si sponte pereant quos cõser
uare non potest? Vt enim omnes uiuant,arden
ter exoptat:sed omnes ne pereãt,plus laborat.
Gratias autem domino,quod & apud nos,non
quidem in omnibus, sed ualde in pluribus lo/
cis,& per alias Africæ partes,sine ullis istorum
insanorum mortibus,pax catholica cucurrit &
currit.Ibi autem illa funesta contingunt,ubi est
tam furiosum & inutile hominũ genus, qui &
alijs temporibus eadem facere cõsueuerunt.Et
prius quidem quam istæ leges à catholicis im/
peratoribus mitterẽtur,pacis atq; unitatis Chri
sti paulatim doctrina crescebat,& in eam quis/
que sicut decebat & uolebat & poterat ex ipsa
parte transibat,cum tamen apud illos perdito/
rum hominum demẽtissimi greges, in diuersis
causis quietem innocentiũ perturbabant. Quis
non dominus seruũ suum timere cõpulsus est,si
ad illorum patrociniũ confugisset? Quis euer/
sori minari saltem audebat autori? Quis cõsum
ptorem apothecarum, quis quemlibet poterat
exigere debitorem, auxilium eorum defensio/
nemq; poscentem,timore fustium & incendio/
rum mortisq; præsentis? Pessimorũ seruorum
ut liberi abscederẽt tabulæ frangebãtur,extor/
ta debitoribus chirographa reddebantur. Qui/
cunq; dura illorum uerba contẽpserant,durio/
ribus uerberibus quod iubebãt facere cogeban
tur,innocentiũ qui eos offenderant domus,aut D
deponebãtur ad solum aut ignibus cremaban/
tur. Quidam patresfamilias honesto loco nati,
& generoso cultu educati,uix uiui post eorum
cædes ablati sunt,uel uincti ad molam, & eam
in gyrum ducere,tanquam iumẽta contempti/
bilia uerbere adacti sunt. Quod enim de legi/
bus auxilium,à ciuilibus potestatibus aduersus
eos aliquid ualuit? quis in præsentia eorum offi
cialis anhelauit,quisq; quod illi noluissent,exa
ctor exegit? Quis eos qui eorum cædibus extin
cti sunt,uindicare tẽtauit, nisi quod propria de
illis pœnas poscebat insania,cum alij prouocã/
dis in se gladijs hominũ,quos ut ab eis ferirẽ/
tur morte terrebãt,alij per uaria præcipitia,alij

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per aquas, alij per ignes se in mortes uolũtarias usquequaq; mittebãt, & animas ferales à se sibi illatis supplicijs proficiebant: Horrebãt ista plurimi in ipsa superstitione hæretica constituti, & cum innocẽtiæ suæ sufficere arbitrarẽtur, quod sibi talia displicerẽt, dicebatur eis à catholicis: si innocentiam uestram mala ista non polluunt, quomodo dicitis orbem Christianũ, uel falsis uel certe ignotis Cæciliani peccatis esse pollutum? Quomodo uos nefario scelere, ab unitate catholica, tãquam ab area dominica separatis, quæ usq; ad tempus uentilationis, necesse est ut habeat & frumentũ in horreo recondendũ & paleam ignibus consumendã? Atq; ita quibusdam ratio reddebatur, ut aliqui ad unitatem catholicam etiam inimicitias perditorũ parati sustinere transirent: sed plures quãuis id uellent, eos tamen homines quibus tanta fuerat licẽtia sæuiendi, inimicos facere non audebant. Nonnulli quippe illos cum ad nos transissent crudelissimos passi sunt. Accidit etiã ut apud Carthaginem quendam diaconũ suum nomine Maximianum, contra episcopũ suum superbientem, quidam episcoporũ eiusdem partis facto schismate, & in plebe Carthaginis diuisa parte Donati, ordinarent episcopum contra episcopum. Quod cum eorum pluribus displiceret, eũdem Maximianũ cum alijs duodecim, qui eius ordinationi præsentes affuerant damnauerũt, cæteris autem ad eandem societatẽ schismatis pertinentibus, die constituto facultatẽ redeundi dederunt. Sed postea ex ipsis duodecim quosdã, & ex illis quibus dilatio data fuerat, post diem positum redeũtes propter pacẽ suam in suis honoribus susceperunt, & quoscunq; extra ipsorũ cõmunionem damnati baptizauerant, rebaptizare non ausi sunt. Cœpit hoc eorum factũ contra illos pro catholica multum ualere, ut ora eorum penitus clauderentur. Quæ res cum (sicut oportebat) ad sanãdos ab schismate animos hominum spargeretur instãtius, & quaquauersum poterat, catholicorũ sermonibus ac disputationibus monstraretur: eos pro pace Donati & dãnatos suos in honorẽ suum integrũ suscepisse, & baptismũ quem dãnati uel etiam dilati foris ab ecclesia eorum dederant, non ausos fuisse rescindere, & orbi terrarum cõtra pacem Christi contaminationẽ (nescio quorum) obijcere peccatorum, & euacuare baptismũ in illis quoq; ecclesijs datũ, unde in Africam uenit ipsum euangelium: plurimi confundebantur, & manifestæ ueritati erubescentes corrigebantur, solito crebrius, & multo magis ubicũq; ab eorum sæuitia respirabat aliquanta libertas. Tum uero illi sic exarserunt, & tantis sunt odiorũ stimulis incitati, ut contra eorum insidias atq; uiolentias, & apertissima latrocinia, uix ullæ nostræ cõmunionis ecclesiæ possent esse securæ, uix ulla uia tuta, qua iter agerẽt quicũq; aduersus eorum rabiem pacem catholicã prædicarent, eorumq; demen-

A tiã perspicua ueritate conuincerent. Vsq; adeo prorsus non solum laicis, uel quibuslibet clericis, sed ipsis quoq; episcopis catholicis, quodãmodo proponebatur dura conditio; Aut enim tacenda erat ueritas, aut eorum immanitas perferenda. Sed si ueritas taceretur, non solũ nemo fuerat eius silentio liberãdus, sed multi etiam illorum seductione perdendi. Si autem ueritatis prædicatione furor eorum ad sæuiendũ prouocaretur, aliquib. liberatis nostrisq; firmatis, rursus à sequenda ueritate, formido impediret infirmos. Cum igitur his angustijs affligeretur ecclesia, quisquis existimat omnia potius sustinẽda, q̃ dei auxilium, ut per Christianos imperatores ferretur, fuisse poscendũ, parum attendit
B non bonam de hac negligẽtia reddi posse rationem. Quod enim dicunt qui contra leges impias imperatores ferendo seruiret, quando adhuc illud propheticũ cõplebatur: Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in unũ aduersus dominũ & aduersus Christũ eius. Nondum autem agebatur, quod paulo post in eodẽ Psalmo dicitur: Et nunc reges intelligite, eruditi qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quę cõtra iussa domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo atq; plectẽdo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam rex est. Quia homo est, ei seruit uiuendo fideliter: quia uero etiã rex est, seruit leges iusta præcipiẽtes & cõtraria prohibentes, conueniẽti uigore sanciẽdo. Sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa idolorũ, & illa excelsa quæ contra præcepta dei fuerãt constructa destruẽdo. Sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciendo. Sicut seruiuit rex Niniuitarũ, uniuersam ciuitatem ad placandũ dominũ compellendo. Sicut seruiuit Darius, idolum frangendũ in
D potestatem Danieli dãdo, & inimicos eius leonibus ingerendo. Sicut seruiuit Nabuchodonosor, de quo iã diximus, omnes in regno suo positos à blasphemãdo deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges, inquantum sunt reges, cum ea faciũt ad seruiendũ illi, quæ non possunt facere nisi reges. Cũ itaq; nondum reges domino seruirent tẽporibus apostolorum, sed adhuc meditarẽtur inania, aduersus eum & aduersus Christum eius, ut prophetarũ prædicta omnia complerentur, non utiq; tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri. Sic enim ordo temporũ uolueba-
C tur, ut & Iudæi occiderẽt prædicatores Christi, putantes se officium deo facere, sicut prædixerat Christus, & gentes fremerẽt aduersus Christianos

stianos, & omnis patientia martyrum uinceret. A
Postea uero quàm cœpit impleri quod scriptũ est: Et adorabunt eũ omnes reges terræ, omnes gentes seruiẽt illi: quis mente sobrius regibus dicat: Nolite curare in regno uestro à quo tuea-
tur uel oppugnetur ecclesia domini uestri, non ad uos pertineat in regno uestro, quis uelit esse siue religiosus siue sacrilegus, quibus dici nõ potest, non ad uos pertineat in regno uestro, quis uelit pudicus esse, quis impudicus? Cur enim cum datũ sit diuinitus homini liberũ arbitriũ, adulteria legibus puniãtur, & sacrilegia permittantur? An fidem nõ seruare leuius est animam deo, quàm fœminã uiro? Aut si ea quæ non contemptu, sed ignorantia religionis cõmittuntur, mitius uindicãda, nũquid ideo negligẽda sunt? B
Melius est quidem, quis dubitauerit, ad deũ cõlẽdum doctrina homines duci, quàm pœnæ timore uel dolore compelli? Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit (quod experimentis probauimus & probamus) prius timore uel dolore cogi, ut postea possint doceri, aut quod iam uerbis didicerant, opere sectari. Proponũt nobis quidã sentẽtiam secularis autoris, qui di-
Teren. in Adel. xit: Pudore & liberalitate liberos retinere, satius esse credo q̃ metu. Hoc quidem uerum est, sed sicut meliores sũt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. Nam ut de ipso autore istis respondeatur, apud illum etiam legũt: Tu nisi malo coactus, recte facere nescis. Porrò C
autẽ scriptura diuina & propter illos meliores dixit: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ. Et propter hos inferiores qui plures sunt, ait: Verbis non emẽdabitur seruus durus, si enim & intellexerit non
Prouer. 23 obediet. Cum dixit, Verbis eum non emẽdari: non eum iussit deseri, sed tacite admonuit unde debeat emẽdari. Alioquin non diceret, Verbis non emẽdabitur: sed tantũmodo diceret, Non emẽdabitur. Alio quoq; loco dicit, Non solum seruum, sed etiam filiũ indisciplinatũ plagis esse coercendum. Et magno fructu. Nam tu quidem, inquit, percutis eum uirga, animam uero
Prouer. 13 eius liberabis à morte. Et alibi dicit: Qui parcit baculo, odit filiũ suum. Dauidi enim qui recta D
fide ueroq; intellectu, totis animæ suæ uitibus dicit: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuũ, quando ueniam & apparebo ante faciem Dei: & si cui tali, nõ solum temporalium pœnarum, uel imperialiũ legum, sed nec gehennarũ timor est necessarius, cui tam desiderabile bonum est adhærere Deo, ut non solum ab illa fœlicitate alienari, tanquã magnũ suppliciũ perhorrescat, uerũetiam differri molestе ferat. Sed tamen ante quàm dicant boni filij: Concupiscentiã habemus dissolui & esse cũ Christo: multi prius tanquam mali serui, & quodãmodo improbi fugi-
23. q. 4. quis nos tiui, ad dominũ suum temporaliũ flagellorum uerbere reuocantur. Quis enim nos potest am-

pliùs amare quàm Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et tamen cum Petrum & alios apostolos solo uerbo uocasset, Paulum prius Saulum, ecclesiæ suæ postea magnũ ædificatorem, sed horrendũ antea uastatorem, non solum uoce compescuit, uerum etiam potestate prostrauit, atq; infidelitatis tenebris sæuiẽtem, ad desiderandũ lumen cordis ut surgeret, prius corporis cæcitate percussit. Si pœna illa nõ esset, non ab ea postmodum sanaretur: Et quãdo apertis oculis nihil uidebat, si eos saluos haberet, non ad impositionẽ manus Ananiæ, ut eorum aperiretur obtutus, tãquam squamas quibus clausus fuerat inde cecidisse, scriptura narraret. Vbi est quod isti clamare consueuerũt, li-
berũ est credere uel non credere. Cui uim Chri- 23. q. 6
stus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum schismatici
apostolum: agnoscant in eo prius cogentẽ Christum, & postea docentẽ: prius ferientẽ, & postea consolãtem. Mirum est autem quomodo ille qui pœna corporis ad Euangeliũ coactus intrauit, plus illis omnib. qui solo uerbo uocati sunt, in Euangelio laborauit. Et quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios ut redirẽt, si perditi filij cogerunt alios ut perirent? Quamuis etiam illos quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges in eius gremio reuocẽtur, blandius pia mater amplecti-
tur, & de illis multo amplius quàm de his quos nunquam perdiderat, gratulatur. An non pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oues quæ non uiolenter ereptæ, sed blande leniterq; seductæ, à grege aberrauerint, & ab alienis cœperint possideri, inuentas ad ouile dominicũ si resistere uoluerint flagellorũ terroribus uel etiã doloribus reuocare: præsertim quoniã si apud fugitiuos & prædones seruos fœcũditate multiplicentur, plus habet iuris quod in eis domini-
cus character agnoscitur, qui in eis quos suscepimus, nec tamen rebaptizamus, minime uiolatur? Sic enim error corrigendus est ouis, ut non in ea corrũpatur signaculum redemptoris. Ne-
que enim si quisquã regio charactere à signato desertore signetur, & accipiat indulgẽtiam, atq; ille redeat ad militiã, ille autem esse in militia in qua nondum erat incipiat, in aliquo eorum character ille rescinditur, an non potius in ambobus agnoscitur & honore debito quoniã regius est approbatur? Quia ergo non possunt malum esse ostendere quò cogũtur, nec ad bonum se cogi oportere contẽdunt, sed à Christo coactum ostẽdimus Paulum: imitatur itaq; ec-
clesia in istis cogẽdis dominũ suum, quæ prius ut neminẽ cogeret expectauit, ut de fide regum atq; gẽtium prædicatio prophetica complerẽtur. Etiã hinc enim non absurde intelligitur illa apostolica sentẽtia, ubi Paulus beatus dicit: Pa- 2 Cor. 10
rati ulcisci omnem inobedientiã cum comple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta fuerit prior obedientia uestra. Vnde & ipse A dominus ad magnã cœnam suam prius adduci iubet conuiuas, postea cogi. Nam cum ei serui sui respondissent: Domine, factũ est quod iussisti, & adhuc est locus: Exite, inquit, in uias & sepes, & quoscunq; inueneritis cogite intrare. In illis ergo qui leniter primo adducti sunt, cõpleta est prior obedientia. In istis autem qui cogun-
tur, inobedientia coercetur. Nam quid est, Cogite intrare: cum primo dictũ esset, Adducite: & respõsum esset, Factũ est quod iussisti, & adhuc est locus: Si miraculorũ terroribus cogendos uoluisset intelligi, magis ad eos qui prius
σκληρόν uocati sũt diuina miracula multa facta sunt, ma-
1 Cor. 1 xime ad eos de quibus dictũ est: Iudæi signa petunt. In ipsis quoq; gentilibus talia temporibus B apostolorũ miracula Euangelium cõmendauerunt, ut si talibus cogi iuberentur, priores (ut dixi) potius conuiuæ coacti esse merito crederentur. Quapropter si potestate quam per religionem ac fidem regum, tempore quo debuit, diuino munere accepit ecclesia, hi qui inueniũtur in uijs & in sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus coguntur intrare, non quia cogũtur reprehendant, sed quò cogantur, attẽdant. Conuiuiũ domini, unitas est corporis Christi, non solũ in sacramẽto altaris, sed etiã in uinculo pacis. De ipsis sane possumus uerissime dicere, quòd neminem cogant ad bonum. Quoscũq; enim co-
Mutauit sententiam gunt, non cogũt nisi ad malum. Verũtamen an tequàm istæ leges, quibus ad conuiuiũ sanctum C coguntur intrare, in Africã mitterẽtur, nonnullis fratribus uidebatur, in quibus & ego eram, quãuis Donatistarũ rabies usquequaq; sæuiret, nõ esse petendũ ab imperatoribus, ut ipsam hæresim iuberent omnino non esse, pœnam constituendo eis qui in illa esse uoluissent: sed hoc potius cõstituerent, ut eorũ furiosas uiolẽtias non paterentur, qui ueritatẽ catholicã uel prædica-
Lex in hæreti cos moderata rent loquendo, uel legerent cõstituendo. Quod eo modo fieri aliquatenus posse arbitrabamur, si legem piissimæ memoriæ Theodosij quã generaliter in omnes hæreticos promulgauit, ut quisquis eorum episcopus uel clericus ubilibet esset inuẽtus, decem libris auri mulctaretur, ex-
pressius in Donatistas, qui se negabant hæreti- D cos, ita cõfirmarent, ut non omnes ea multa ferirentur, sed in quorũ regionibus aliquas uiolentias à clericis uel à Circũcellionibus uel populis eorum ecclesia catholica pateretur: ut scilicet post protestationẽ catholicorũ, qui fuissent ista perpessi, iam cura ordinum ad persoluendã multam episcopi siue ministri cæteri tenerẽtur. Ita enim existimabamus eis territis, & nihil tale facere audẽtibus, posse libere doceri & teneri catholicã ueritatẽ, ut ad eam cogeretur nemo, sed eam qui sine formidine uellet sequeretur, ne falsos & simulatores catholicos haberemus. Et quãuis aliis fratribus aliud uideretur, iam ætate grauioribus, uel multarũ ciuitatum & locorum exempla currentibus, ubi firmã & ueram catholicam uidebamus, quæ tamen ibi talibus beneficijs dei constituta esset atq; firmata, dũ per priorum imperatorum leges ad communionem homines catholicã uenire cogerẽtur: obtinuimus tamen ut illud potius quod dixi ab imperatoribus peteretur, decretũ est in concilio nostro, legati ad comitatũ missi sunt. Sed dei maior misericordia, qui sciret, harum legum terror & quædam medicinalis molestia quàm multorũ esset prauis uel frigidis animis necessaria, & illi duriciæ quæ uerbis emẽdari non potest, sed tamen aliquantula seueritate disciplinæ potest, id egit ut legati nostri quod susceperant, obtinere non possent. Iam enim nos præuenerãt ex alijs locis quædã episcoporũ querelæ grauissimæ, qui mala fuerant ab ipsis multa perpessi, & à suis sedibus exturbati: præcipue horrenda & incredibilis cædes Maximiani episcopi catholici ecclesiæ Vagiensis effecit, ut nostra legatio iam quid ageret, nõ haberet. Iam enim lex fuerat promulgata, ut tãtæ immanitatis hæresis Donatistarũ, cui crudelius parci uidebatur quàm ipsa sæuiebat, non tantũ uiolẽta esse, sed omnino esse non sineretur impune: non tamen supplicio capitali Lex pro
propter seruandã etiam circa indignos mansue- ria in D
tudinem Christianã, sed pecuniarijs dãnis propositis, & in episcopos uel ministros eorum exilio cõstituto. Supradictũ quippe episcopũ Vagiensem, quoniam apud ordinariũ iudicẽ dicta inter partes sententia, obtinuerat basilicã quam illi cum catholica esset, inuaserunt, stantẽ ad altare irruentes horrẽdo impetu & furore crudeli, fustibus & huiuscemodi telis, lignis denique eiusdem altaris effractis immaniter ceciderunt, pugione etiam percussertũt in inguine, quo uulnere sanguis effluens cum exanimem redderet, nisi ei ad uitam maior sæuitia eorum profuisset. Nam cum grauiter sauciatũ per terram insuper traherent, exundanti uenæ puluis obstrusus sanguinem obstinuit, cuius effusione ibat in mortẽ. Deinde cum ab eis tandem relictũ, nostri cum psalmis auferre tentarent, illi ira ardentiore succensi, eum de portantium manibus abstulerũt, male mulctatis fugatisq; catholicis, quos ingẽti multitudine superabãt, & facile sæuiendo terrebant. Inde in quandã turrem leuatũ, iam desecisse arbitrantes, cum ille adhuc uiueret abiecerunt. Sed quodam molli aggere exceptus, & à quibusdã nocte transeuntibus per lucernã conspectus, agnitus atq; collectus, & ad religiosam domum apportatus, adhibita magna cura post multos dies cum ab illa desperatione recreatus esset, occisum eum tamen fama scelere Donatistarum etiã trans mare nunciauerat: quò postea quàm uenit & uita eius inopinatissima apparuit, cicatricibus suis tam multis tam ingentibus tam recẽtibus, non frustra famã mortuũ se nunciasse monstrauit. Auxilium ergo petiuit ab im- 23. q. 5. Si
peratore Christiano, non tam sui ulciscendi cau- ximiano
sa

sa, quàm tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Quòd si A prætermississet, non eius fuisset laudanda patientia, sed negligẽtia merito culpanda. Neq; enim
Act. 13 & apostolus Paulus uitæ suæ trãsitorię consulebat, sed ecclesiæ dei, quando contra illos qui eũ occidere cõspirauerãt, consiliũ illorum tribuno ut proderetur effecit. Vnde factũ est ut eum ad locum quo fuerat perducẽdus, deduceret miles armatus, ne illorũ pateretur insidias: Romanas etiam leges implorare minime dubitauit, ciuẽ Romanum se esse proclamãs, quos tunc affligi
Act. 25 uerberibus non licebat. Itemq; ne Iudæis eũ interimere cupiẽtibus traderetur, Cæsaris popo-
scit auxiliũ, Romani quidem principis sed non Christiani. Vbi satis ostendit quid facere debe-
rent postea Christi dispẽsatores, quando impe- B ratores Christianos periclitante ecclesia reperi-
rent. Hinc ergo factum est, ut imperator religiosus & pius perlatis in noticiã suam talibus causis, mallet pissimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere, & eos qui cõtra Christum Christi signa portarent, ad unitatẽ catholicam terrendo & coercendo redigere, quàm sæuiendi tantũmodo auferre licentiam & errandi ac pereũdi relinquere. Iam uero cum ipsæ leges uenissent in Africã, præcipue illi qui quærebãt occasionẽ, aut sæuiciam furentiũ metuebãt, aut suos uerecũdabantur offendere, ad ecclesiã continuo trãsierunt. Multi etiã qui sola illic à parentibus tradita cõsuetudine tenebãtur, qualẽ uero
C causam ipsa hæresis haberet nunquã antea cogi tauerant, nunquã quærere & cõsiderare uoluerant, mox ubi cœperũt aduertere, & nihil in ea dignum inuenire propter quod tanta damna paterẽtur, sine ulla difficultate catholici facti sunt. Docuit enim eos solicitudo, quos negligẽtes securitas fecerat. Istorũ autem omniũ præcedentium autoritatẽ & persuasionẽ sequuti sunt multi, qui minus idonei erãt per seipsos intelligere, quid distaret inter Donatistarũ errorem, & catholicam ueritatẽ: ita cum magna agmina populorũ uera mater in sinum gaudens reciperet, remanserũt turbę duræ, & in illa peste infelici animositate sistentes. Ex his quoq; plurimi simulãdo cõmunicauerũt, alij paucitate latuerũt. Sed
D illi qui simulabant paulatim assuescendo, & prędicationẽ ueritatis audiendo, maxime post collationem & disputationẽ quæ inter nos & episcopos eorum apud Carthaginẽ fuit, ex magna parte correcti sunt. In quibusdã uero locis, ubi pertinacior & impacatior pręualuit multitudo, cui resistere non poterant pauciores, quorũ erat melior de cõmunione sententia, aut turbæ auctoritati paucorũ potentiorũ subditæ in malam partem, obtẽperarunt, aliquanto diutius laboraDonatistarũ immanitas tum est. Ex his sunt in quibus adhuc laboratur, in quo labore multi catholici, & maxime episcopi & clerici horrenda & dura perpessi sunt, quæ cõmemorare longum est, quando quorundam & oculi extincti sunt, & cuiusdã episcopi manus & lingua præcisa est, nõnulli etiam trucidati sunt. Taceo crudelissimas cædes, & domorũ deprædationes, per nocturnas aggressiones, & incendia, non solum priuatorũ habitaculorum, uerũ etiam ecclesiarũ, in quas flammas non defuerũt qui & codices dominicos mitterent. Sed nos huiusmodi afflictos malis, consequens cõsolatus est fructus. Nam ubicũq; à perditis ista cõmissa sunt, ibi feruentius atq; perfectius unitas Christiana profecit, & uberius laudatur dominus, qui donare dignatus est ut serui eius passionibus suis lucrarentur fratres suos, & oues eius mortifero errore dispersas in pacẽ salutis æternæ suo sanguine cõgregarent. Potens est dominus & misericors, quem quotidie rogamus ut etiam cæteris det pœnitentiã, & resipiscant de diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundũ ipsius uoluntatẽ, qui non quærunt nisi unde nobis calũnientur, & retribuant mala pro bonis: quia nec intelligere nouerũt, quem circa eos animũ dilectionẽq; seruemus, & quomodo eos uelimus secundũ domini præceptum, quod per Ezechielem prophetã pastoribus dedit, reuocare errantes, & perditos inuenire. Illi autem quod & alibi aliquãdo diximus, & quod nobis faciunt, sibi non imputant, & quod sibi faciunt, nobis imputant. Quis enim nostrũ uelit non so- 23. q. 5. quis
lum aliquem illorum perire, uerũetiam aliquid enim perdere? Sed si aliter non meruit pacem habere domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello
C quod contra patrem gerebat fuisset extinctus, quãuis magna cura mandauerit suis, ut eũ quantum possent uiuum saluumq; seruarent, ut esset cui pœnitẽti paternus affectus ignosceret, quid ei restitit, nisi perditũ flere, & sui regni pace acquisita suã mœsticiã consolari? Sic ergo catholica mater bellantibus aduersus eam quid aliud quàm filijs suis, quia utiq; ex ipsa magna arbore, quæ ramorũ suorum porrectione toto orbe diffũditur, iste in Africa ramusculus fractus est, cum eos charitate parturiat ut redeant ad radicem, sine qua uerã uitam habere non possunt, si aliquorum perditione cæteros tam multos collegit, præsertim quia isti non sicut Absalon casu bellico, sed spontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis lenit & sanat tãtorum
D liberatione populorũ. Quorũ si uideas in Christi pace lætitias, frequentias, alacritates, & ad hymnos audiendos & canendos, & ad uerbum dei percipiendũ celebres hilaresq; conuentus, multorumq; in eis cum dolore magno recordationem præteriti erroris, & cum gaudio cõfidentiã cognitæ ueritatis, & cum indignatione & detestatione mendaciũ magistrorum, quod modo cognoscant de nostris sacramẽtis quàm falsa factauerint: multorũ etiam in eis confessiones, quod olim uellent esse catholici, nec inter homines tanti furoris auderẽt: horum ergo populorum congregationes per plurimas Africæ regiones, ab illa perditiõe liberatorũ, si sub uno

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõspectu uideres, tunc diceres nimiæ fuisse cru
delitatis, si dum timeretur ne homines despera/
ti & istorũ innumerabili multitudini nulla æsti
matione cõparandi suis & uoluntarijs ignibus
cremarẽtur, isti in æternum perdendi & sempi/
23.q.4.ipsa pietas ternis ignibus cruciandi relinquerẽtur. Si enim
duo aliqui in una domo habitarẽt quam certissi
me sciremus esse ruituram, nobisq; id prænun/
ciãtibus nollent credere, atq; in ea manere per
sisterent, si eos inde possemus eruere uel inuitos,
quibus imminentẽ illam ruinam postea demon
straremus, ut redire ulterius sub eius periculum
non auderent, puto nisi faceremus non immeri
to crudeles dijudicaremur. Porrò si unus illorũ
nobis diceret, Quãdo intraueritis eruere nos,
meipsum continuo trucidabo: alter autem nec
exire quidẽ inde, nec erui uellet, sed neq; necare
se auderet, quid eligeremus: utrũ ambos ruinæ
opprimẽdos relinquere, an uno saltem per mise
ricordiæ nostrã operam liberato, alterũ non no
stra culpa, sed sua potius interire? Nemo est tã
infelix, qui non quid fieri in talibus rebus opor
reat, facillime iudicet. Et de duobus hominib.
uno scilicet perdito & uno liberato similitudi/
nem istam proposui. Quid ergo sentiẽdum est
de quibusdam paucis perditis, & innumerabili
multitudine populorũ liberatorum? Non enim
uel tot sunt illi homines qui sua uolũtate pereũt,
quot liberantur per istas leges ab illa pestifera
æternaq; pernicie fundi, pagi, uici, castella, mu/
23.q.4.ipsa pietas nicipia, ciuitates. Si autem diligentius rem de
qua loquimur cogitemus, puto quod si plurimi
essent in domo ruitura, & inde saltem unus libe
rari posset, atq; id cum facere conaremur, alij se
ipsos præcipitio necarent, dolorẽ de cæteris no
strum, de unius saltem salute cõsolaremur, non
tamen ne se ipsos alij perderẽt, perire uniuersos
nullo liberato permitteremus. Quid igitur de
opere misericordiæ, quod pro uita ęterna adipi
scẽda & pœna æterna uitãda hominibus debe/
mus impẽdere, iudicandum est: si pro salute ista
non solum temporali, sed etiam breui, ad ipsum
tẽpus exiguũ liberanda, sic nos hominib. subue
23.q.7.quod autem nire, ratio uera & benigna cõpellit? Quod autẽ
nobis obijciunt, quod res eorũ concupiscamus
& auferamus: utinam catholici fiant, & non so/
lum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace no
biscum & charitate possideant. Vsqueadeo aũt
calũniandi cupiditate cæcãtur, ut non attẽdant
q̃ sint inter se contraria quæ loquũtur. Ipsi cer/
te dicunt & inuidiosissime sibi conqueri uiden/
tur, quod eos in nostram cõmunionem uiolẽto
legum imperio coarctamus. Hoc utiq; nullo mo
do faceremus, si res eorum possidere uellemus.
Quis auarus querit compossessorẽ? Quis domi
nandi cupiditate inflãmatus, uel fastu domina/
tionis elatus desiderat habere consortem? Ipsos
certe attẽdant quondã suos iam nostros socios,
& fraterna nobis dilectione coniunctos, quẽad
modũ sua teneant, non solum quæ habebãt, sed
etiam nostra quæ non habebant, quæ tamen si
pauperũ compauperes sumus & nostra sunt &
illorum. Si autem priuatim quæ nobis sufficiãt
possidemus, non sunt illa nostra sed pauperum,
quorum procurationem quodãmodo gerimus,
non proprietatẽ nobis usurpatiõe dãnabili uen
dicamus. Quicquid ergo nomine ecclesiarum
partis Donati possidebatur, Christiani impera/
tores legibus religiosis cum ipsis ecclesijs ad ca
tholicam transire iusserunt. Cum ergo nobiscũ
sint plebes earundem ecclesiarũ, nobiscum pau
peres qui ab eisdẽ possessiunculis alebantur, ipsi
potius foris positi, desinant cõcupiscere aliena,
sed intrẽt in unitatis societatẽ, ut pariter guber/
nemus, non illa tãtum quæ dicunt sua, uerũ etiã
quæ dicuntur & nostra. Scriptũ est enim: Om/
nia uestra sunt, uos autem Christi, Christus aũt
dei. Sub illo capite in uno eius corpore unum si
mus, & de istis talib. rebus faciamus quod scri/
ptum est in Actibus apostolorum: Erat illis ani
ma una & cor unum, & nemo dicebat aliquid
proprium, sed erant illis omnia cõmunia. Ame
mus quod cantamus: Ecce q̃ bonũ & q̃ iocun
dum habitare fratres in unum: ut sic experiãtur
& sciant q̃ ueraciter ad eos clamet mater catho
lica, quod scribit beatus apostolus ad Corinthi
os: Non quæro quæ sunt uestra, sed uos. Si autẽ
cõsideremus quod dictũ est in libro Sapientiæ:
Ideo iusti tulerunt spolia impiorũ: Item quod le
gitur in Prouerbijs: Thesaurizantur autẽ iustis
diuitiæ impiorũ, tunc uidebimus non esse quæ
rendum qui habeãt res hæreticorũ, sed qui sint
in societate iustorum. Scimus quidem illos tan
tam sibi arrogare iusticiã, ut eam se iactent non
solum habere, sed etiã alijs hominibus dare. A
se quippe dicunt iustificari eum, quem baptiza
uerint, ubi nihil eis restat, nisi dicere illi qui ba/
ptizatur ab eis ut in baptizatorẽ suum credat.
Cur enim non faciat, quando Apostolus dicit:
Credenti in eum qui iustificat impium, deputa
tur fides eius ad iusticiã? In ipsum ergo credat
si eum ipse iustificat, ut deputetur fides eius ad
iusticiam. Sed puto quòd etiam ipsi seipsos hor
reant, si tamen ista uel cogitare dignãtur. Iustus
enim & iustificans non est, nisi deus. Potest aũt
& de istis dici quod dicit Apostolus de Iudęis,
quia ignorantes dei iusticiam & suam uolentes
cõstituere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Absit
autem ut quisquã nostrum ita se iustum dicat, ut
aut suam iusticiã uelit constituere, id est, quasi à
seipso sibi datã, cum dicatur ei: Quid enim ha/
bes quod non accepisti? aut sine peccato se esse
iactare audeat in hac uita, sicut ipsi in nostra col
latione dixerũt in ea se esse ecclesia quæ iam nõ
habet maculã aut rugam, aut aliquid huiusmo/
di: nescientes hoc modo in eis compleri, qui uel
post baptismũ cõtinuo uel dimissis debitis quæ
dimittenda in oratione poscuntur de hoc exeũt
corpore: in tota uero ecclesia tũc futurum ut sit
omnino non habens maculã aut rugam aut ali/
quid

quid eiusmodi, quando dicendum erit: Vbi est
mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus?
Aculeus enim mortis est peccatum. In hac au/
tem uita ubi corpus quod corrumpitur aggra/
uat animam, si ecclesia eorum iam talis est, non
ergo dicant deo, quod dominus nos orare do/
cuit, Dimitte nobis debita nostra. Cum enim
in baptismo cuncta dimissa sunt, ut quid hoc po
scit ecclesia, si iam etiam in hac uita non habet
maculã aut rugam aut aliquid huiusmodi? Con
temnant & apostolum Ioannem clamantem in
1 Io.1 epistola sua: Si dixerimus quia peccatũ non ha
bemus, nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis
non est. Si autem confessi fuerimus peccata no
stra, fidelis est & iustus, qui dimittat nobis pec/
Mat.6 cata, & mũdet nos ab omni iniquitate. Propter
hãc spem dicit uniuersa ecclesia: Dimitte nobis
debita nostra: ut non superbiẽtes sed cõfitentes
mundet nos ab omni iniquitate, atq; ita sibi do/
minus Christus exhibeat in illa die gloriosam
ecclesiã non habentem maculã atq; rugam, aut
aliquid eiusmodi: quam modo mundat lauacro
aquæ in uerbo: quia neq; aliquid remanet in ba
ptismo, quod nõ dimittatur omniũ præteritorũ
peccatorũ, si tamen ipse baptismus non frustra
foris habeatur, si aut intus detur, aut si iam foris
datus est, non foris cum illo remaneat: & quic/
quid ab eis qui post acceptũ baptismum hic ui/
uunt infirmitate humana cõtrahitur quarũcũq;
culparum, propter ipsum lauacrum dimittitur.
Neq; enim aliquid prodest non baptizato dice
re: Dimitte nobis debita nostra. Ita modo mun
dat ecclesiã suam lauacro aquę in uerbo, ut tunc
Eph.5 eam sibi exhibeat, non habentẽ maculã neq; ru/
gam, aut aliquid eiusmodi, totã scilicet pulchrã
atq; perfectã, quando absorbebitur mors in ui/
ctoriam. Nunc ergo inquantum uiget in nobis
quod ex deo nati sumus, ex fide uiuẽtes, iusti su
mus. Inquantũ autem reliquias mortalitatis ex
Adã trahimus, sine peccato non sumus. Et illud
1 Io.3 enim uerum est: Qui natus est ex deo, non pec/
1 Io.1 cat. Et illud uerum est: Si dixerimus quia pecca
tum non habemus, nos ipsos decipimus, & ue/
ritas in nobis nõ est. Dominus itaq; Christus &
Rom.3 iustus est & iustificans, nos autem iustificati gra
23.q.7.quem admodum tis per gratiã ipsius. Non autẽ iustificat nisi cor/
pus suũ, quod est ecclesia. Et ideo si corpus Chri
sti tollit spolia impiorũ, & corpori Christi the/
saurizantur diuitiæ impiorũ, non debent impij
foris remanere, ut calũniẽtur, sed intrare potius
ut iustificentur. Vnde & illud quod de die iudi
Sap.5 cij scriptum est: Tunc stabũt iusti in magna con
stantia aduersus eos qui se angustiauerũt & ab/
stulerũt labores eorum, non utiq; sic intelligen
dum est, quia stabit Chananęus aduersus Israel,
cũ Chananæi abstulerint labores Israel, sed sta
bit Nabuthæus aduersus Achab, quoniã labo/
res Nabuthęi abstulit Achab. Chananęus quip
pe impius, Nabuthæus iustus. Eodẽ modo non
stabit Paganus aduersus Christianũ qui abstulit
labores eius, quãdo idolorũ expoliata uel dona
ta sunt tẽpla: sed stabit Christianus aduersus Pa
ganum, qui abstulit labores eius, quãdo marty/
rum prostrata sunt corpora. Sic ergo non stabit
hæreticus aduersus catholicũ qui abstulit labo/
res eius, quando prętaluerũt leges catholicorũ
imperatorũ: sed stabit catholicus aduersus hęre
ticum, qui abstulit labores eius, quãdo furores
prævalebant impiorũ Circũcelliõnũ. Ipsa quip
pe scriptura soluit quæstionẽ, quæ nõ ait: Tunc
stabunt homines, sed tunc stabunt iusti. Et ideo
in magna cõstantia, quia in bona cõscientia. Iu/
stus autem hic nemo est iusticia sua, id est tanq̃
sibi à seipso facta: sed ut dicit Apostolus, Sicut Rom.12
unicuiq; deus partitus est mensurã fidei. Sequi/
tur autẽ & adiungit: Sicut enim in uno corpore
multa mẽbra habemus, omnia autẽ mẽbra non
eosdẽ actus habent: ita multi unũ corpus sumus
in Christo. Ac per hoc nemo poterit esse iustus
quãdiu fuerit ab unitate huius corporis separa/
tus. Quẽadmodum enim membrũ, si præcida/
tur ab hominis uiui corpore, non potest tenere
spiritũ uitæ: sic homo qui præciditur de Christi
iusti corpore, nullo modo potest spiritũ tenere
iusticiæ, etiam si figurã membri teneat quã sum
psit in corpore. In huius ergo compagẽ corpo/
ris uehiant, & labores suos non dominãdi cupi
ditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos
autem uolũtatẽ nostram, ut iam dictũ est, ab hu
ius cupiditatis sordibus, quoslibet inimico iudi
cante purgamus, quando eos ipsos quorũ labo
res dicũtur, ut nobiscum & illis & nostris in so/
cietate catholica utantur, quãtũ ualemus inqui/
rimus. Sed hoc est, inquiũt, quod nos mouet. Si
iniusti sumus, quare nos quæritis? Quib. respõ/
demus. Quærimus uos iniustos, ne pmaneatis
iniusti. Quærimus perditos, ut de inuentis gau
dere possimus, dicentes: Mortuus erat frater & Luc.15
reuixit, perierat, & inuẽtus est. Quare ergo me,
inquit, non baptizas, ut abluas me à peccatis?
Respõdeo: Quia non facio iniuriam characteri
imperatoris, cum errorem corrigo desertoris.
Quare, inquit, apud te uel pœnitentiã non ago?
Imò nisi egeris saluus esse non poteris. Quomo
do enim gaudebis te esse correctũ, nisi doleas
fuisse peruersum? Quid ergo, inquit, apud uos
cum ad uos transimus accipimus? Respondeo:
Non quidẽ accipitis baptismũ, qui uobis extra
cõpagẽ corporis Christi inesse potuit, prodesse
non potuit: sed accipitis unitatẽ spiritus in uin/
culo pacis, sine qua nemo poterit uidere deum:
& charitatẽ, quæ sicut scriptũ est, Cooperit mul 1 Pet.4
titudinem peccatorũ. Quod tam magnũ bonũ,
sine quo nec linguas hominũ & angelorũ, nec
scientiam omniũ sacramentorũ, nec prophetiã,
nec tantam fidem qua montes transferãtur, nec
omnia quæ possidet homo distributa pauperi/
bus, nec corporis in ignibus passionẽ prodesse
aliquid, Apostolus testis est: hoc ergo tam ma/ 1 Cor.13
gnum bonũ, si paruum & nullũ putatis, merito

Universidad de Deusto
Biblioteca

infeliciter erratis, merito si in unitatẽ catholicã non transitis, peritis. Si ergo, inquiunt, oportet ut nos extra ecclesiã & aduersus ecclesiã fuisse pœniteat, ut salui esse possimus, quomodo post istam pœnitentiã apud uos clerici uel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniã reuera, quod fatendum est, fieri non deberet, nisi pacis ipsius compẽsatione sanarentur. Sed sibi hoc dicant & multo maxime humiliter doleãt, qui in tãta morte præcisionis iacent, ut isto quodam uulnere matris catholicæ reuiuiscãt. Cum enim præcisus ramus inseritur, fit aliud uulnus in arbore, quo possit recipi ut uiuat, qui sine uita radicis peribat: sed cum receptus recipienti coaluerit, & uigor cõsequetur, & fructus. Si autem non coaluerit, ille quidẽ aresc it, sed uita arboris permanebit. Est enim & tale inserendi genus, ut nullo præciso ramo qui intus est, ille qui foris est inseratur, non tamẽ nullo sed uel leuissimo arboris uulnere. Ita ergo & isti cum ad radicem catholicã ueniunt, nec eis quãuis post erroris sui pœnitentiã honor clericatus uel episcopatus aufertur, fit quidem aliquid tanquã in cortice arboris matris contra integritatem seueritatis. Verũtamen quia neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat; ad dei misericordiã precibus fusis coalescente insitorum pace ramorũ, charitas cooperit multitudinẽ peccatorum. Vt enim cõstitueretur in ecclesia, ne quisquã post alicuius criminis pœnitentiã clericatum accipiat, uel ad clericatũ redeat, uel in clericatu maneat, nõ desperatione indulgẽtiæ, sed rigore facti est disciplinæ: alioquin cõtra claues datas ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est: Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo. Sed ne forsitan etiam de cæteris criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret pœnitentiam, seueriss ime placuit ut post actam de crimine dãnabili pœnitentiã, nemo sit clericus, ut desperatione tẽporalis altitudinis medicina maior & uerior esset humilitatis. Nã & sanctus Dauid de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamẽ in honore suo perstitit. Et beatum Petrum quando amarissimas lachrymas fudit, utiq; dominũ negasse pœnituit, & tamẽ apostolus mansit. Sed non ideo superuacua putãda est posteriorũ diligentia, qui ubi saluti nihil detrahebatur humilitati aliquid addiderũt, quo salus tutius muniretur, experti credo aliquorũ fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimẽta morborũ. Verũ in huiusmodi causis ubi per graues dissensionũ scissuras nõ huius aut illius hominis est periculũ, sed populorum strages iacent, detrahendũ est aliquid ueritati, ut maioribus malis sanandis charitas syncera subueniat. Habeant ergo isti de præterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendaci timore amarũ dolorem, & ueniãt ad ecclesiam Christi ueram, hoc est matrem catholicã: sint in illa clerici, sint episcopi utiliter, qui cõtra illã fuerunt hostiliter. Non inuidemus, imò amplectimur, optamus, hortamur, & quos in uijs aut sepibus inuenimus, intrare cogimus, & sic nondum quibusdã persuademus, quia non res eorum, sed ipsos quærimus. Apostolus Pẽtrus quando saluatorẽ negauit & fleuit & apostolus mansit, nõdum acceperat promissum spiritum sanctum. Sed multo magis isti eum non acceperũt, ubi à corporis compage diuisi, quod solum corpus uiuificat spiritus sanctus, extra ecclesiã & contra ecclesiã, ecclesiæ sacramẽta tenuerũt, & tanquã ciuili bello nostris contra nos erectis signis armisq; pugnauerunt. Veniant, fiat pax in uirtute Hierusalem, quæ uirtus charitas est. Cui sanctæ ciuitati dictum est: Fiat pax in uirtute tua, & abũdantia in turribus tuis. Non se extollant aduersus maternam solicitudinẽ, quam pro ipsis & pro tantis populis quos decipiunt uel decipiebant colligendis & habuit & habet: non superbiant, quia sic eos suscepit: non referant ad elationis suæ malum quod facit ipsa propter pacis bonum. Sic multitudinibus per schismata & hæreses pereuntibus subuenire consuuit. Hoc displicuit Lucifero, quia factum est in eis suscipiendis atq; sanandis, qui ueneno periebant Arriano: & cui displicuit in tenebras cecidit schismatis, amisso lumine charitatis. Hoc et ga istos ab initio seruauit Africana catholica & episcoporum sentẽtia, qui in ecclesia Romana inter Cæcilianũ & partẽ Donati iudicauerunt, damnatoq; uno quodã Donato, qui autor schismatis fuisse manifestatus est, cæteros correctos etiam si extra ecclesiã ordinati essent in suis honoribus suscipiendos esse censuerunt: non quo etiam foris ab unitate corporis Christi possent habere spiritũ sanctũ, sed maxime propter eos quos foris positi possent decipere, & à suscepti one illius muneris impedire. Deinde ut etiã ipsorum infirmitas leniùs excepta intus sanabilis fieret, iam nulla pertinacia claudẽte oculos cordis aduersus euidentiam ueritatis. Quid autem aliud etiam ipsi cogitauerũt, quando Maximianistas quos in sacrilego sicut eorum concilium indicat schismate damnauerãt, & in quorũ iam locum alios ordinauerãt, postea q̃ uiderant ab eis populos non recedere, ne omnes perderent in suis honoribus receperũt, & baptismo quem foris ab eis damnati dederant, nullam contradictionem quæstionemq; mouerunt? Quare ergo mirantur aut queruntur aut calumniãtur quod eos sic suscepimus pro uera pace Christi, & nõ recordãtur quid ipsi fecerint pro uana quæ contra Christum est pace Donati? Quod eorum factum si contra eos teneatur & intelligenter asseratur, quid omnino respondeant non habebũt. Quod autem dicunt: si peccauimus in spiritum sanctum, quia exufflauimus baptismũ uestrum, ut quid nos quæritis, cũ remitti nobis hoc peccatum omnino non possit, dicẽte domino: Qui peccaue

1 Corin. 3

Distin. 50. ut cõstitueretur

Mat. 16

Pecatũ in spiritũ sanctũ remissibile

peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro: non attendunt, quia secundũ istum sensum nemo liberandus est. Quis enim non loquitur aduersus spiritum sanctum & peccat in eum, siue qui nõdum est Christianus, siue q̃ est hæreticus Arrianus, aut Eunomianus, aut Macedonianus, qui eum dicũt esse creaturam: aut Photinianus, qui eius omnino negat aliquam esse substãtiam, sed unũ tantũmodo esse deum patrem: siue alij hæretici, quos cõmemorare longũ est? Nulli ergo istorum liberãdi sunt? Aut ipsi Iudæi, quibus dominus hoc obiecit, si in eũ crederent non erant baptizãdi? Non enim ait saluator: In baptismo remittetur: sed, Nõ remittetur, inquit, neq; in hoc seculo neq; in futuro. Intelligant ergo non omne, sed aliquod significatũ esse peccatum in spiritum sanctum, quod omnino non remittetur. Sicut enim cum dixisset: Si non uenirem, peccatum non haberẽt: utiq; non omne peccatum intelligi uoluit, quandoquidẽ pleni erant multis magnisq; peccatis, sed aliquod propriũ peccatum: quod si non haberẽt, possent illis omnia dimitti quæ habebant, id est quod in eum uenientem non crediderunt: hoc enim non haberẽt peccatum, si non ueniret: sic etiam cum dixit, Qui peccauerit in spiritum sanctum, uel qui uerbum dixerit aduersus spiritum sanctum, nõ utiq; omne quod in spiritum sanctum peccatur facto siue dicto, sed aliquod certum & proprium intelligi uoluit. Hoc est autẽ duricia cordis usq; ad finem huius uitæ, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod uiuificat spiritus sanctus, remissionẽ accipere peccatorũ. Cum enim dixisset discipulis, Accipite spiritum sanctum: continuo subiecit, Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui tenueritis, tenebuntur. Huic ergo dono gratiæ dei quicũq; restiterit & repugnauerit, uel quoquo modo fuerit ab eo alienus, usq; in finem huius temporalis uitæ non remittetur ei, neq; in hoc seculo neque in futuro. hoc scilicet tam grande peccatum ut eo teneatur cuncta peccata, quod non probatur ab aliquo esse cõmissum, nisi cum de corpore exierit. Quamdiu uero hic uiuit, eum sicut dicit Apostolus patientia dei ad pœnitentiã adducit. Sed si ipse perseuerãtissima iniquitate, sicut conseq uenter adiungit Apostolus, secũdum duriciam cordis sui, & cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelatiõis iusti iudicij dei, non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Isti autẽ cum quibus agimus, uel de quibus agimus non sunt desperãdi: adhuc enim sunt in corpore: sed non quçrant spiritum sanctum, nisi in Christi corpore, cuius habẽt foris sacramentum, sed rem ipsam non tenent intus cuius est illud sacramentũ, & ideo sibi iudiciũ mãducant & bibunt. Vnus enim panis sacramentũ est unitatis, quoniam sicut Apostolus dicit: Vnus panis, unum corpus multi sumus. Proinde ecclesia catholica sola cõrpus est Christi, cuius ille caput est saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminẽ uiuificat spiritus sanctus, quia sicut ipse dicit Apostolus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Non est autem particeps diuinæ charitatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaq; spiritum sanctum, qui sunt extra ecclesiã. De illis quippe scriptum est: Qui seipsos segregant animales, spiritum non habentes. Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesia, quoniam deinde scriptum est: Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet fictum. Qui ergo uult habere spiritum sanctum, caueat foris ab ecclesia remanere, caueat in eam simulate intrare. Aut si iam talis intrauit, caueat in eadem simulatione persistere, ut ueraciter coalescat arbori uitæ. Prolixũ tibi librum direxi, & tuis fortasse occupationibus onerosum. Si ergo potuerit tibi uel partib. legi, dabit tibi dominus intellectum, ut habeas quid respondeas eis corrigendis atq; sanandis, quos etiam tibi ipsi tanquã fideli filio, mater ecclesia ubi potueris, & quomodo potueris, siue ipse loquendo & respõdendo, siue ad doctores ecclesiæ perducendo, in adiutorio domini corrigendos sanandosq; commendat.

Substantiã dixit pro psona

4. sen. dis. 43

De fide et operibus, cap. 28

Psal. 121

ἀμετάνοια

Macedonius iudex Cæsareus Augustino, testãs se statim fecisse quod ille petierat, eo quod uerecunde peteret, secq; legisse libros quos ad se miserat, & eorum ingeniũ ac sententiã prædicat. LI

Domino merito uenerabili & uere suscipiendo patri Augustino episcopo, Macedonius.

Iro modo afficior sapientia tua, & in illis quæ ædidisti, & in his quæ interueniens pro solicitis mittere nõ grauaris. Nam & illa tantum habẽt acuminis scientiæ sanctitatis, ut nihil supra sit. Et hæc tantũ uerecũdiæ, ut nisi faciam quod mandas, culpam penes me remanere, nõ in negocio esse dijudicẽ, domine merito uenerabilis & uere suscipiẽde pater. Non enim instas (quod pleriq; homines istius loci faciunt) ut quodcũq; solicitus uolueris, extorqueas: sed quod tibi à iudice tot curis obstricto petibile uisũ fuerit, admones subseruiẽte uerecũdia, quæ maxima difficilũ inter bonos efficacia est. Proinde statim cõmẽdatis effectũ desiderij tribui: nã sperandi uiã ante patefecerã. Explicui tuos libros (neq; em tam lãguidi aut inertes erãt, ut me aliud q̃ se curare paterentur) iniecerunt manũ, ereptũq; alijs solicitudinũ causis, suis uinculis illigauerũt. Ita em̃ mihi deus propicius sit, ut ego anceps sum quid in illis magis mirer, sacerdotij perfectionem, philosophiæ dogmata, historię plenã noticiam, an facundiæ plenam iucunditatẽ, quæ ita imperitos etiã illicere potest, ut donec explicẽt, nõ desistãt, & cũ explicauerint, adhuc requirãt. Cõuicti nãq; sunt impudẽter pertinaces, iam in deà bonis quæ memorãt seculis, pro naturæ rerũ obscuritate cõtigisse peiora, falsosq; omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

illitis quadam dulcedine felicitatibus suis, per quas non ad beatitudinem, sed ad præruptа sunt ducti: hæc uero nostra præcepta, & simplicis ueri dei mysteria, præter uitam perpetuã quam purissimis uirtutibus pollicentur, etiam hæc scularia & necessario qui nati sumus euẽtura mitigare! & usus es ualidissimo exemplo recentis calamitatis, quo licet firmissime causam muniueris, tamen si utrũuis licuisset, id tibi noluissem suffragari. Sed quando ortа inde fuerat conuincẽdorum stulticiæ querela, necesse erat inde argumenta ueritatis accersere. Hæc interim occupatus aliis curis, quæ & si uanæ sunt, cum rerum exitum cogitamus, tamen quasi necessariæ pro nascendi cõditione, rescripsi. Si ocium fuerit & superstes uita, etiam de Italia rescribã, ut tantæ doctrinæ opus debitis, & si non satisfaciẽtibus remuneretur officijs. Incolumẽ lætamq; sanctitatem tuã deus omnipotẽs æuo largissimo tueatur, domine merito desiderabilis & uere suscipiende pater.

Augustinus Macedonio, docens nec Epicureos nec Stoicos recte docuisse uitam ad ueram felicitatem: non enim esse uirtutes, nisi relatas ad charitatem dei & proximi, quæ à deo donatur, complectens omnes uirtutes, nec in hac uita contingere perfectam felicitatem, sed in futura. LII

Augustinus episcopus famulus Christi familiaq; eius, dilecto filio Macedonio in dño S.

Q Vamuis sapientiam, quam mihi tribuis, in me non agnoscã, tantæ tamẽ erga me beneuolẽtiæ tuæ, tamq; syncerę gratias ago debeoq; plurimas, & meorum studiorũ labores, tali ac tanto uiro placuisse delector. Multo uero amplius, quòd animum tuum charitate æternitatis & ueritatis atq; ipsius charitatis affectum diuinæ illi cœlestiq; reip. cuius regnator est Christus, & in qua sola semper beateq; uiuẽdũ est, si recte hic pieq; uiuatur, agnosco inhiantem, uideo propinquantem, eiusq; potiundæ amplector ardẽtem. Inde quippe manat etiã uera amicitia, non pensanda temporalibus cõmodis, sed gratuito amore potiẽda. Nemo enim potest ueraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitus ueritatis: qđ si gratis nõ fiat, nullo fieri pacto potest. De qua re etiã philosophi multa dixerunt, sed apud eos uera pietas, id est uerax ueri dei cultus (unde omnia recte uiuẽdi duci oportet officia) non inuenitur: nõ ob aliud, quantũ intelligo, nisi quia beatã uitam, ipsi sibi quodãmodo fabricare uoluerunt, potiusq; patrãdam quàm impetrãdam putauerũt, cum eius dator non sit nisi deus. Neque enim facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem: nam qui tãta creaturæ suæ bona, bonis maliscq; largitur, ut sint, ut homines sint, ut uigentes sensibus, ualentes uiribus, affluentes opib. sint, seipsum bonis dabit ut beati sint, qa eius etiã hoc munus est ut boni sint. Illi uero qui in hac erumnosa uita, in his moribũdis mẽbris, sub hac sarcina corruptibilis carnis, autores sug beatæ uitæ & quasi conditores esse uoluerunt, uelut proprijs etiã uirtutibus appetentes, iamq; retinentes, non ab illo fonte uirtutum petentes atq; sperantes, deum superbiæ suæ resistentem sentire minime potuerũt. Vnde in errorem ab- *Phalaris*
surdissimũ lapsi sunt, ut cum asseuerãt, etiam in Phalaridis tauro beatum esse sapientẽ, cogãtur fateri uitam beatam aliquando esse fugiendam. Exaggeratis enim malis corporis cedũt, atq; in eorum molestijs grauissimis abscedẽdũ ex hac uita esse decernunt: Vbi nolo dicere quantum sit nefas seipsum hominẽ occidere insontem, cum omnino non debeat uel nocentẽ. Vnde in *De uita beata, lib. 1.*
primo libro triũ illorum, quos benignissime & studiosissime perlegisti, multa iã diximus. Sed certe consideretur, nec superbe sed sobrie iudicetur, quomodo uita beata sit, qua non sapiens retẽta fruitur, sed illatis sibi manibus carere cõpellitur. Est apud Ciceronẽ in extrema, ut scis, parte quinti Tusculanarum libri locus, propter hoc quod dico animaduertẽdus. Cum enim de cæcitate corporis ageret, atq; affirmaret etiã cæcum beatum esse posse sapientem, multa dixit quæ per aures percipiendo gauderet. Itemq; si surdus esset, ea quibus oblectaretur ad oculos transtulit. Si autẽ utroq; sensu orbaretur, & cæcus surdusq; fieret, non est ausus hinc ferre sententiam, eumq; beatũ dicere. Sed addidit etiam dolores grauissimos corporis, qui eum si nõ interemerint, ipse se interimat, & ad portum non sentiendi hac liberatus uirtute perueniat. Cedit igitur sapiens immanissimis cladibus, atq; succumbit, intantũ ut eis cogatur & in seipsum homicidium perpetrare. Cui iam parcat ut illis careat malis, qui sibi ipse non parcit? Certe semper beatus est, certe beatam uitam in sua potestate constitutam, nulla ui potest ullius calamitatis amittere. Ecce in cæcitate & surditate & atrocissimis cruciatib. corporis, aut amisit beatam uitam: aut si & in istis afflictionibus adhuc beata est, fit per huiuscemodi doctissimorũ hominum disputationes, ut sit aliquando beata uita, quã sapiens ferre non possit: uel quod est absurdius, quam sapiens ferre non debeat, eamq; fugiat, abrumpat, abijciat, seseq; ab ea ferro etiã seu ueneno, uel alia uoluntaria morte subducat: ut in portu non sentiendi uel nullus omnino sit, quod Epicurei & si qui alij simili stulticia putauerunt: uel ideo beatus, quoniam fuerit ab illa beata uita, tanquam ab aliqua peste liberatus. O nimium iactans superbia, si beata uita est in cruciatibus corporis, cur in ea nõ manet sapiẽs ut fruatur? si autem misera est, quid obsecro te, nisi typhus impedit ne fateatur, ne oret deũ, ne iusto & misericordi supplicet, qui potens est & uitę huius mala uel auertere uel mitigare, uel ad ea tolerãda fortitudine armare, uel ab eis omni modo liberare, & post hęc uere beatã uitã dare, quò nullũ malũ admittat, & ubi summũ bonum nunquam

nunquam amittatur? Hoc piorum præmiũ est, A cuius adipiscẽdæ spe uitam istam temporalem atq; mortalẽ, non tam delectabiliter q̃ tolerabiliter ducimus, & mala eius tunc bono cõsilio & diuino munere fortiter ferimus, cum bonorum æternorũ fideli dei promissione, & fideli nostra
Rom. 12 expectatiõe gaudemus. Ad hoc nos Apostolus exhortatus, ait: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Ostendit enim quare in tribulatione patientes, præmittẽdo, spe gaudentes. Ad hanc spem exhortor per Iesum Christũ dominũ nostrum. Hoc enim deus ipse magister, latẽte maiestate diuinitatis, & carnis infirmitate apparẽte, non solum sermonis oraculo docuit, uerum etiam suæ passionis & resurrectionis exẽplo roborauit. In altera enim qualia tolerare, in altera B qualia debeamus sperare monstrauit. Cuius & illi gratiam mererẽtur, nisi elati inflatiq; superbia, inaniter conarẽtur istam uitam beatam ipsi sibi facere, quòd solus deus ueraciter cultoribus suis post hanc uitam se largiturũ esse promisit.
Cic. in Tusc. quæst. Sanior quippe est eiusdẽ Ciceronis illa sententia, ubi ait: Nam hæc uita quidẽ mors est, quam lamẽtari possem si liberet. Quomodo ergo sire/cte lamẽtatur, beata cõprobatur, ac non potius quoniã recte lamẽtatur, misera esse cõuincitur? Quare assuesce, obsecro te uir bone, beatus esse interim spe, ut sis etiam re, cum pietati perseuerãtissimæ retribuetur merces felicitatis æternæ. Si prolixa epistola onerosus sum, tute hoc impetrasti tibi, qui me sapientem appellasti. Hinc C enim ausus sum hæc ad te loqui, ut tibi sapiẽtiã, non qualis mihi sit, ostentarẽ, sed qualis esse debeat ostenderẽ. Hæc est autem in præsenti seculo uerus ueri dei cultus, ut sit eius in futuro seculo certus atq; integer fructus. Hic constãtissima pietas, ibi sempiterna felicitas. Ex ista sapiẽtia, quę una & uera est, si quid habeo, à deo sumpsi, non à me præsumpsi: atq; ab illo in me perfici sideliter spero, à quo inchoatũ esse humiliter gaudeo, nec in eo quod adhuc nõ donauit incredulus, nec in eo quod iam donauit ingratus. Non enim meo uel ingenio uel merito, sed eius dono sum si quid laudabiliter sum. Nam quædã acutissima & excellẽtissima ingenia tanto in maiores errores ferunt, quanto præfidẽtius tanquam D suis uiribus cucurrerũt, nec suppliciter ac uera/citer deum, ut sibi uiam ostenderet, petiuerunt. Merita uero quorũlibet hominũ quæ sint, quãdoquidem ille qui nõ cum mercede debita, sed cum gratuita gratia uenit, omnes peccatores solus à peccatis liber atq; liberator inuenit. Si ergo nos uirtus uera delectat, ei dicamus, quod in
Psal. 17 eius sacris literis legimus: Diligã te domine uirtus mea. Et si uere beati esse uolumus (quod nolle non possumus) id quod in eisdem literis didicimus, fido corde teneamus. Beatus, uir, cuius
Psal. 39 est nomen domini spes eius, & non respexit in uanitates & insanias mendaces. Quanta est aũt uanitas, quanta insania, quantumq; mendaciũ, hominem mortalem, erũnosam uitam mutabili spiritu & carne ducẽtem, tot peccatis oneratũ, tot tentationibus subditum, tot corruptionibus obnoxiũ, pœnisq; iustissimis destinatũ, in seipso fidere ut beatus sit, quando ne illud quidem, quod habet in naturæ suæ dignitate præcipuũ, id est mentem atq; rationem, potest uẽdicare ab erroribus, nisi deus adsit lux mentium? Abijcia/mus itaq;, obsecro te, falsorum philosophorum uanitates & insanias mendaces: quia nec uirtus nobis erit, nisi adsit ipse quo iuuemur: nec beatitudo, nisi adsit ipse quo fruamur, & totum mutabile atq; corruptibile nostrũ, quod per seipsum imbecille & quędam materies miseriarũ est, dono immortalitatis atq; incorruptiõis absorbeat. Quoniam uero te reipub. scimus amatorẽ, non aliunde esse beatum hominẽ, aliũde ciuitatem, uide q̃ sit in illis sacris literis clarum. Nam qui- *Psal. 143*
dam in eis sancto spiritu plenus hæc loquitur, orans: Exime me de manu filiorũ alienorũ, quorum os loquutũ est uanitatẽ, & dextera eorum dextera iniquitatis: Quorum filij uelut nouellæ constabilitæ in iuuẽtute sua: Filiæ eorum cõpositæ & ornatæ sicut similitudo tẽpli: Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud: Oues eorum fœcundę, multiplicãtes in exitibus suis, boues eorum crassæ: Non est ruina maceriæ, neq; trãsitus, neq; clamor in plateis eorum: Beatũ dixerunt populũ, cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus ipsius. Vides exaggeratione terrenæ felicitatis, beatum populũ nõ dici, nisi à filijs alienis: id est, non pertinẽtibus ad regenerationem, qua efficimur filij dei, à quorũ manu iste se eximi precatur, ne ab eis in hanc opinionem atq; in peccata impia pertrahatur. Loquẽdo quippe uanitatẽ, beatum dixerũt populum, cui hęc sunt quę supra cõmemorauit, quibus ea felicitas constat, quam solam dilectores huius mundi inquirunt. Et ideo dextera eorũ dextera iniquitatis, quia hæc præposuerũt quæ fuerant postponẽda, sicut sinistræ præponitur dextera. Si enim habẽtur, non in eis beata uita ponenda est, sed subdita debent esse, non prædita: sequentia, non ducẽtia. Huic autem qui sic orabat, & à filijs alienis, qui beatũ dixerũt populũ cui hæc sũt, eximi discerniq; cupiebat, tãq̃ diceremus: Ipse quid sentis? Quẽ beatũ populũ dicis? non ait: Beatus populus, cuius est uirtus animi eius. Quod si dixisset, discreuisset quidẽ etiã istũ populũ ab illo qui beatã uitã in ista uisibili & corporali felicitate cõstituit, sed nondũ transcẽdisset omnes uanitates & insanias mẽdaces. Male *Hier. 17*
dictus enim omnis (sicut alibi eædem literæ docent) qui spem suã ponit in homine. Ergo nec in seipso quisq; debet, quia & ipse homo est. Proinde ut trãsiret omniũ uanitatũ & insaniarũ mẽdacium limites, atq; ibi beatã uitã poneret, ubi uere est: Beatus, inq;, populus, cuius dñs deus ipsius. Cernis igitur unde petẽdũ sit, quod omnes docti indocticq; desiderãt, & multi errãdo ac superbien

Universidad de Deusto
Biblioteca

perbiendo unde petatur,& ubi accipiatur ígno
Psal.48 rant. V triq; autẽ in quodã diuino Psalmo simul
reprehẽduntur,& qui cõfidunt in uirtute sua,&
qui in abũdantia diuitiarũ suarum gloriãtur:id
est & philosophi huius seculi,& abhorrẽtes uel
à tali philosophia beatũq; dicentes populũ,cui
suppetit terrena opulẽtia. Ac per hoc à domino
deo nostro,à quo facti sumus,& uirtutem peta-
mus,qua huius uitæ mala superemus,& beatã
uitam,qua post istam uitã in eius æternitate per
fruamur,ut & in uirtute & in præmio uirtutis,si
2 Cor.10 cut Apostolus dicit, qui gloriatur,in domino
glorietur. Hoc nobis uelimus,hoc ciuitati cuius
ciues sumus. Nõ enim aliũde beata ciuitas,aliũ
de homo,cũ aliud ciuitas non sit,q; concors ho
minũ multitudo. Itaq; si omnis prudẽtia tua,qua B
cõsulere conaris rebus humanis:si omnis forti
tudo,qua nullius iniquitate aduersãte terreris:
si omnis temperãtia,qua in tanta labe nequissi-
mæ consuetudinis hominũ te à corruptionibus
abstines:si omnis iusticia,qua recte iudicando
sua cuiq; distribuis,id laborat,id nitit,ut hi qui-
bus uis ut bene sit,salui sint corpore,& ab omni
cuiusquã improbitate tuti atq; pacati,habeãt fi-
lios sicut nouellas cõstabilitas,filias ornatas si-
cut similitudinẽ tẽpli,cellaria plena eructuantia
ex hoc in hoc,fœcũdas oues,crassos boues,nec
maceriæ ruina deformet prædiũ,nec litigantiũ
clamor personet in plateis eorum:ita non erunt
uere uirtutes tuę,sicut nec istorũ beatitudo. Hic
enim ad uerum dicendũ,illa mea uerecũdia quã C
in tua epistola benigno sermõe laudasti,me im-
pedire non debet,si quælibet inquã administra
tio tua,illis quas cõmemorauí instructa uirtuti-
bus,hoc intentionis fine determinat,ut homines
secundũ carnẽ nullas iniquas molestias patiã-
tur:nec ad te existimas pertinere,quò istã quie-
tem quam præstare niteris,referãt,id est ut uer-
bis non ambiam,quomodo deum uerũ,ubi est
quietæ uitæ omnis fructus,colãt,nihil tibi pro-
dest ad uitam uere beatã tantus labor. Inuerecũ
dius hoc dicere uideor,& oblitus quodãmodo
consuetudinẽ intercessionũ mearum. Sed si ni-
hil est uerecũdia,nisi quidam displicẽdi metus,
ego in hac causa metuendo non uereor. Metuo
enim ne primũ deo,deinde ipsi amicitiæ,quam D
mecũ inire dignatus es,iure displiceã:si minus
liber in admonẽdo fuero,q; me admonere salu
berrime existimo. Sum certe uerecũdior cũ ti-
bi pro alijs intercedo:cum uero pro teipso,tãto
liberior quãto amicior,quia tanto amicior quã
to fidelior:quanquã hæc ipsa non dicerem,nisi
uerecũdius agerem. Quæ si maxima est,ut ipse
scripsisti,difficilium inter bonos efficacia,adiu
uet me pro te apud te,ut in illo te fruar,qui mihi
hanc ad te ianuam fiduciamq; præstitit:præser
tim quia id quod suggero,iã facile arbitror esse
animo tuo tot diuinis muneribus adminiculato
& instructo. Si enim uirtutes quas accepisti,à
quo acceperis sentiẽs,eiq; gratias agens,eas ad
ipsius cultũ etiam in tuis istis secularibus hono
ribus conferas,tuæq; potestati subditos homi-
nes ad eum colendũ exemplo tuæ religiosæ ui-
tæ,& ipso studio cõsulendi,seu fouendo seu ter
rendo erigas & adducas:nihilq; aliud in eo,qd
per te securius uiuunt,uelis,nisi ut hinc illũ pro
mereãtur,apud quem beate uiuant:& ueræ illæ
uirtutes erunt,& illius opitulatione,cuius largi
tate donatæ sunt,ita crescent & perficientur,ut
te ad uitam uere beatã,quæ non nisi æterna est,
sine ulla dubitatione perducãt:ubi iam nec pru
denter discernãtur à bonis mala,quæ non erũt:
nec fortiter tolerẽtur aduersa,quia non ibi erit
nisi quod amemus,non etiam quod toleremus:
nec temperanter libido frenetur,ubi nulla eius
incitamenta sentiemus:nec iuste subueniãt ope
indigẽtibus,ubi inopem atq; indigum non ha-
bebimus. V na ibi uirtus erit,& idipsum erit uir
tus,præmiũq; uirtutis,quod dicit in sanctis elo
quijs homo qui hoc amat:Mihi autẽ adhærere Psal.72
deo bonũ est. Hæc ibi erit plena & sempiterna
sapiẽtia,eademq; ueraciter uita iam beata. Per-
uentio quippe est ad æternũ ac summũ bonum,
cui adhærere in æternũ est finis nostri boni. Di
catur hęc & prudentia,quia prospectissime ad-
hærebit bono quod nõ amittatur:& fortitudo,
quia firmissime adhærebit bono unde non auel
latur:& temperãtia,quia castissime adhærebit
bono,ubi iam non corrũpatur:& iusticia,quia
rectissime adhærebit bono,cui merito subiicia
tur. Quãquam & in hac uita uirtus non est,nisi
diligere quod diligendũ est. Id eligere,prudẽtia
est:nullis inde auerti molestijs, fortitudo est:
nullis illecebris,temperãtia est:nulla superbia,
iusticia est. Quid autẽ eligamus quod præcipue
diligamus, nisi quo nihil melius inuenimus?
Hoc deus est,cui si diligẽdo aliquid uel præpo-
nimus,uel æquamus,nos ipsos diligere nesci-
mus. Tanto enim nobis melius est,quãtomagis
in illũ imus,quo nihil melius est. Imus autẽ non
ambulãdo,sed amando. Quẽ tanto habebimus
præsentiorẽ,quanto eũdem amorẽ,quo in eum
tendimus,potuerimus habere puriorẽ. Nec eñ
locis corporalibus uel extẽditur uel includitur.
Ad eũ ergo qui ubiq; presens est & ubiq; totus,
non pedibus ire licet,sed moribus. Mores autẽ
nostri,nõ ex eo quod quisq; nouit,sed ex eo qd
q;sq; diligit,dijudicari solent. Nec faciũt bonos
uel malos mores,nisi boni uel mali amores. Pra
uitate ergo nostra à rectitudine dei lõge sumus.
Vnde rectũ amando corrigimur,ut recto recti
adhærere possimus. Ad illum ergo quãta opera
possumus,etiã illi ut perueniãt agamus,quos tã
quã nosmetipsos diligimus,si nosmetipsos dili
gere illũ diligẽdo iam nouimus. Christus nanq;
(id est,ueritas) dicit:In his duob. pręceptis totã Matth.22
legem prophetasq; pẽdere,ut diligamus deũ ex
toto corde,ex tota anima,ex tota mente,& dili
gamus ꝓximos tãq; nosmetipsos. Proximus sa
ne hoc loco nõ sanguinis ꝓpinquitate,sed ratio
nis

nis societate pensandus est,in qua socij sunt om A
nes homines. Nã si pecuniæ ratio socios facit,
quanto magis ratio naturæ,non negociãdi,sed
nascendi lege communis. Hinc & ille Comicus
(sicut luculentis ingenijs non defit resplẽdentia
ueritatis) cum ab uno sene alteri seni dictũ com
poneret: Tantum ne ab re tua est ocij tibi,alie-
na ut cures,ea quæ nihil ad te attinent: Respon
Teren.in Heaut. sum ab altero reddidit: Homo sum,humani ni-
hil à me alienũ puto. Cui sententię ferunt etiam
theatra tota plena stultis indoctisq; applausisse.
Ita quippe omniũ affectũ naturaliter attigit so-
cietas humanorũ animorum, ut nullus ibi ho-
minum nisi cuiuslibet hominis proximũ se esse
sentiret. Cum ergo illa dilectione,quam diuina
lex imperat,debeat homo diligere deum,& se B
ipsum & proximum,non tamẽ ex hoc tria præ-
cepta data sunt: nec dictum est in his tribus,sed
in his duobus præceptis tota lex pendet & pro
phetæ: id est,in dilectione dei ex toto corde,ex
tota anima,& ex tota mẽte,& proximi tãquam
sui ipsius: uidelicet ut intelligeretur nullam esse
aliam dilectionẽ,qua quisq; diligit seipsum,nisi
quod diligit deum. Qui enim aliter se diligit,po
tius se odisse dicendus est. Fit quippe iniquus,
priuaturq; luce iusticiæ,qui à potiore ac præstã
tiore bono auersus,atq; inde uel ad seipsum cõ-
Psal.10 uersus,ad inferiora & egena utiq; conuertitur:
fitq; in ipso quod ueracissime scriptum est: Qui
autem amat iniquitatẽ,odit animã suam. Quia
igitur nemo nisi deũ diligendo,diligit seipsum, C
non opus erat ut dato de dei dilectione præce-
pto,etiã seipsum homo diligere iuberetur,cum
23.q.4. debet in eo diligat seipsum quod diligit deum. Debet
ergo & proximum diligere tãquam seipsum,ut
quem potuerit hominẽ uel beneficentiæ conso
latione,uel informatione doctrinæ,uel disципli
næ coertione adducat ad colendũ deum,sciens
in his duobus præceptis totam legem prophe-
tasq; pẽdere. Hoc qui sobria discretione eligit,
prudens est: qui nulla hinc afflictione auertitur,
fortis est: qui nulla alia delectatione,temperãs
est: qui nulla elatione,iustus est. His uirtutibus
diuinitus impartitis,per gratiã mediatoris dei
cum patre,& nobiscũ hominis Iesu Christi,per
quem post inimicitias iniquitatis recõciliamur D
deo in spiritu charitatis: his,inquã,uirtutibus
diuinitus impartitis,& bona uita nũc agitur,&
postea præmium eius,quæ nisi æterna esse non
potest,beata uita persoluitur. Hic enim sunt eæ
dem uirtutes in actu,ibi in effectu: hic in opere,
ibi in mercede: hic in officio,ibi in fine. Itaque
omnes boni & sancti,etiã in tormentis quibus-
libet diuino fulti adiutorio,spe illius finis beati
uocãtur,quo fine beati erunt. Nam si in eisdem
tormentis & atrocissimis doloribus semper es-
sent cũ quibuslibet uirtutibus,eos esse miseros
nulla sana ratio dubitaret. Pietas igitur,id est ue
rus ueri dei cultus ad omnia prodest,& quę mo
lestias huius uitæ auertat aut leniat,& quę ad il-
lam uitam salutemq; perducat: ubi nec aliquid
iam mali patiamur,& bono summo sempiter-
noq; perfruamur. Ad hãc te perfectius assequẽ-
dam & perseuerãtissime retinendã exhortor,ut
meipsum: cuius nisi iam particeps esses,tuosq;
istos honores tẽporales ei seruire oportere iudi
cares,nõ Donatistis hæreticis ad eos in unitatẽ
Christi pacemq; redigẽdos,per edictũ diceres:
Pro uobis hoc agitur,pro uobis sacerdotes in-
corruptæ fidei,pro uobis imperator Augustus,
pro uobis nos quoq; eius iudices laboramus. Et
alia multa quæ in eodẽ edicto ita posuisti,ut te
appareat in terreni iudicis cingulo,nõ parua ex
parte cœlestem remp. cogitare. Quare si de ue-
ris uirtutibus & uere beata uita uolui diutius lo
qui tecum,quæso ne onerosus deputer tuis oc- B
cupatiõibus: imò uero me nõ esse cõfido,quan
do tu adeo magnum animum & mirabiliter lau
dandum geris,ut nec illas curas deseras,& his
libentius ac familiarius occuperis.

Macedonius Augustino,quærens num ex pieta
te sit,quòd iudex precibus episcoporum condo
nat pœnam reis,præsertim si probabile sit illos
iterum peccaturos. Epistola LIII

Domino merito uenerabili,& unice colẽdo pa
tri Augustino,Macedonius.

Ptatas admodum sanctitatis tuæ lite
ras accepi per Bonifaciũ uenerandę
legis antistitẽ,quem eo magis rece-
ptum dilexi,quod ad me desideratũ
pertulerat sermonẽ sanctitatis tuæ,& incolumi C
tatem,domine merito uenerabilis,& unice co-
lende pater. Itaq; sine mora quod petebat obti-
nuit,uerũ quoniã existit occasio,hoc ipsum quã
tulũcunq; est quod admonitus indulsi,nolo sine
mercede remanere. Cupio enim accipere eam,
quæ mihi cõmodet sine pendentis incõmodo,
imò quæ mihi cõmodet cum gloria dependen-
tis. Officiũ sacerdotij uestri esse dicitis,interue
nire pro reis, & nisi obtineatis, offendi: quasi
quod erat officij uestri,minime reportetis. Hic
ego uehemẽter ambigo utrũ istud ex religione
descendat. Nam si à domino peccata adeo pro-
hibentur,ut ne pœnitendi quidẽ copia post pri
mam pœnitentiã tribuatur: quẽadmodum nos
possumus ex religiõe cõtendere,ut nobis quale
cũq; illud crimen fuerit,dimittatur: quod utiq;
cum impunitũ uolumus,probamus. Et si cõstat
non minus autorem quam probatorẽ teneri in
omnibus quæ peccantur,certũ est nos culpę so
cietate uinciri,quoties eum impunitũ esse cupi
mus,qui culpæ tenetur obnoxius. Tum præter
ea accedit hoc quod grauius est,nã omnia pec-
cata uidentur ueniabiliora,cũ is qui reus est cor
rectionem promittit. Verum nunc ut mores no
stri sunt,& sceleris pœnã cupiunt homines sibi
relaxari,& id propter quod scelus admissũ est,
possidere. Pro his quoq; iteruenientẽdũ putat sacer
dotiũ uestrũ,de qbus adeo futuri nulla spes est,
ut etiã in præsenti eadẽ crimiuis ratio pleueret.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam qui tã peruicaciter tenet propter quæ crimen admisit, ostendit se ubi licentia fuerit, similia peccaturum. Ob hæc igitur consulo prudentiam tuã, & me hoc ambiguo quo laboro, absolui desidero, nec ob aliã causam cõsultũ te putes. Cæterum hoc mihi propositũ est, ut intercessoribus, præsertim talis meriti qualis tu es, etiam gratiam agam. Pleraq; enim quæ sponte facere uideri nolo, ne remissio seueritatis alios armet in crimina, opto bonis intercessoribus relaxare, ut quod libens concedo, salua seueritate iudicij alterius merito uideatur indultũ. De scriptis sanctitatis tuæ aliqua mihi promiseras, & nõ accepi, quæso ut uel nũc mittas, & ad hanc meam epistolã respondeas, ut quia sanctitatẽ tuam interim uidere non datur, saltem sermonibus tuis pascar. Incolumẽ sanctitatẽ tuam diuinitas æterna tueatur æuo largissimo, domine merito uenerabilis & uere colende pater.

Augustinus Macedonio, declarãs sacerdotes pie intercedere pro promittentibus pœnitẽtiam ecclesiasticam, & quare hæc pœnitentia non soleat nisi semel concedi, quin & prophani iudicis seueritatem clemẽtia temperatam esse debere: multa obiter de restitutione fraude quæsitorum. LIIII.

Augustinus episcopus famulus Christi familiæq; eius, dilecto filio Macedonio in dño S.

N Egocios issimũ in rep. uirum, & non suis sed aliorum utilitatibus attentissimum, qualem te esse, & tibi gratulamur & rebus humanis, nec desere re debemus alloquio, nec occupare procemio.

Quæstio Accipe itaq; quod per me uel nosse uoluisti, uel utrum ipse nossem experiri. Quod si paruũ aut superfluũ iudicares, nullo modo inter tam magnas tamq; necessarias curas tuas curandũ esse censeres. Quæris à me cur officij sacerdotij nostri esse dicamus interuenire pro reis, & nisi obtineamus offendi, quasi quod erat officij nostri minime reportemus. Vbi uehementer te dicis ambigere utrum istud ex religione descendat. Deinde adiungis, qua ratione ita mouearis. Nã si à domino peccata inquis adeo prohibẽtur, ut nec pœnitendi quidem copia post primã pœnitẽtiam tribuatur, quemadmodũ nos possumus ex religione contẽdere, ut nobis qualecunq; illud crimen fuerit dimittatur? Adhuc grauius urges, & dicis nos probare quod uolumus impunitum, & si cõstat non minus autorẽ quàm probatorem teneri in omnibus quæ peccãtur, certum esse nos culpæ societate uinciri, quoties eũ impunitũ esse uolumus, qui culpę tenetur obnoxius. His uerbis quem non terreas tuæ lenitatis & humanitatis ignarum? Vnde nos qui te nouimus, & hæc quærendi gratia non decernẽdi scripsisse minime dubitamus, alijs uerbis tuis

Solutio ad ista citius respõdemus. Tanquã enim nos hæsitare in hac quæstione nolueris, aut præuidisti quid dicturi essemus, aut admonuisti quid dicere deberemus. Et nisti: Tum præterea accidit hoc quod grauius est. Nã omnia peccata uidentur ueniabiliora, cum is qui reus est correctionẽ promittit. Antequàm ergo discutiã, quid sit illud grauius, quod in epistola tua sequit, hoc interim quod dedisti accipiã, eoq; utar ad molem hanc amouendũ, qua nostræ intercessiões possent reprimi uidebantur. Ideo quippe quãtum facultas datur pro peccatis omnib. intercedimus, quia omnia peccata uidentur ueniabiliora, cum is qui reus est correctionem promittit. Hæc tua est, hæc & nostra sententia. Nullo modo ergo culpas quas corrigi uolumus, approbamus, nec quod perperã cõmittitur, ideo uolumus impunitum esse, quia placet: sed hominẽ miserantes, facinus autem seu flagicium detestãtes, quanto magis nobis displicet uitium, tanto minus uolumus inemendatũ interire uitiosum. Facile enim est atq; procliue malos odisse, quia mali sunt, rarum autem & pium eosdem ipsos diligere quia homines sunt, ut in uno simul & culpam improbes, & naturã approbes, ac propterea culpã iustius oderis, quod ea fœdatur natura quam diligis. Non est igitur iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuinctus, qui propterea est criminis persequutor, ut sit hominis liberator. Morum porrò corrigendorũ, nullus alius quàm in hac uita locus: nam post hãc quisq; id habebit, quod in hac sibimet cõquisierit. Ideo compelli mur humani generis charitate interuenire pro reis, ne istam uitam sic finiant per suppliciũ, ut ea finita non possint finire suppliciũ. Noli ergo dubitare hoc officiũ nostrũ ex religione descendere, cum deus apud quem nulla est iniquitas, cuius summa potestas est, qui non tãtum qualis quisq; sit uidet, uerũetiam qualis futurus sit præuidet, qui solus potest iudicando non labi, quia in cognoscẽdo non potest falli, facit tamẽ sicut Euãgeliũ loquitur, solem suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Cuius mirabilis bonitatis ut simus imitatores, dominus Christus exhortans: Diligite, inquit, inimicos uestros, & benefacite eis qui uos oderũt, & orate pro eis qui uos persequũtur, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hac indulgentia & lenitate diuina multos abuti ad perniciem suam quis nescit? Quos arguẽs Apostolus, & grauiter increpãs, dicit: Existimas autem ô homo omnis, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? An diuitias benignitatis eius & patientiæ & longanimitatis cõtemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitẽtiam te adducit? Secundum autem duriciã tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; secundũ opera eius. Nũquid quoniam isti in sua nequitia perseuerant, ideo deus in sua patiẽtia non perseuerat, perpauca in hoc seculo puniens, ne diuina prouidentia non esse creda/tur, & multa seruãs ultimo examini, ut futurum

iudicium commendetur? Non, ut opinor, magister ille cœlestis impietatem nos diligere præcepit, cum præcipit ut nostros diligamus inimicos, benefaciamus eis qui nos oderũt, oremus pro eis qui nos persequũtur: cum proculdubio si pie deum colimus, inimicos atq; odijs aduersum nos acerrimis incitatos ac persequutores, nisi impios habere nõ possimus. Num igitur diligendi sunt impij? Num impijs benefaciẽdum est? Num pro impijs etiam orandum est? Ita plane. Qui enim hoc præcepit, Deus est: nec tamẽ nos hoc pacto societati adiũgit impiorum, quibus & ipse parcendo, & uitam salutemq; largiẽdo, non utiq; sociatur. Consilium quippe eius, quantum homini pio nosse donatũ est, exponit Apostolus dicens: Ignoras quia patiẽtia dei ad pœnitentiã te adducit? Ad hanc uolumus adduci pro quibus interuenimus, non eorum peccatis uel parcimus uel fauemus. Nam quosdam, quorum crimina manifesta sunt, à uestra seueritate liberatos, à societate tamen remouemus alteris, ut pœnitendo placare possint, quem peccando contẽpserant, seq; ipsos puniendo. Nam nihil aliud agit, quem ueraciter pœnitet, nisi ut id quod mali fecerit, impunitum esse non sinat. Eo quippe modo sibi non parcẽti ille parcit, cuius altum iustumq; iudicium nullus cõemptor euadit. Quod si iniquis & scelestis ille parcendo, eisq; uitam salutemq; largiendo, etiam plerisq; eorum, quos nouit non acturos pœnitentiam, tamen exhibet patientiã: quantomagis nos in eos qui correctionem promittũt, & utrum faciant quod promittũt, incerti sumus, misericordes esse debemus, ut rigorem uestrũ pro eis intercedendo flectamus, pro quibus & dominũ, quem nihil de moribus eorum etiam futuris latet, non tamen impudẽter, quia hoc ipse præcepit, oramus: Intantum autem hominũ aliquãdo iniquitas progreditur, ut etiam post actam pœnitentiam, post altaris reconciliationẽ uel similia uel grauiora committãt, & tamen deus facit etiam super tales oriri solem suũ: nec minus tribuit cq; ante tribuebat largissima munera uitę ac salutis. Et quamuis eis in ecclesia locus humillimæ pœnitentiæ non cõcedatur, deus tamen super eos suæ patientiæ non obliuiscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: Aut date mihi eundem iterum pœnitendi locum, aut desperatum me permittite, ut faciam quicquid libuerit, quantum meis opibus adiuuor, & humanis legibus non prohibeor, in scortis omniq; luxuria damnabili quidem apud dominũ, sed apud homines plerosq; etiam laudabili: aut si me ab hac nequitia reuocatis, dicite utrũ mihi aliquid prosit ad uitam futuram, si in ista uita illecebrosissimæ uoluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenauero, si ad castigandum corpus meũ multa mihi etiam licita & cõcessa subtraxero, si me pœnitendo uehemẽtius cq; prius excruciauero, si miserabilius ingemuero, si fleuero uberius, si uixero melius, si pauperes sustentauero largius, si charitate (quæ operit multitudinem peccatorũ) flagrauero ardẽtius: quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat, Nihil tibi ista proderunt in posterum, uade salutẽ uitæ huius suauitate perfruere? Auertat deus tam immanem sacrilegamq; dementiam. Quãuis ergo caute salubriterq; prouisum sit, ut locus illius humillimæ pœnitẽtiæ semel in ecclesia cõcedatur, ne medicina uilis minus utilis esset ægrotis, quæ tãto magis salubris est, quanto minus cõemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere deo: Quare huic homini, qui post primã pœnitentiã rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere ergo istos non agi quod Apostolus ait: Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Aut istis exceptis esse definitũ quod scriptum est: Beati omnes qui confidunt in eum? Aut ad istos non pertinere quod dicitur: Viriliter agite, & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in dominum? Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia dei, ut in hac tẽporali uita, moribus emendatis, non damnentur in æternum, qui nullius quæ sibi præbeatur expectat misericordiã, quoniã nemo est illo beatior, nemo potentior, nemo iustior: quales nos esse oportet homines erga homines, qui hanc uitam nostram, quantacũq; laude cõmendemus, eã sine peccato esse nõ dicimus? Quod si dixerimus, nos ipsos (sicut scriptum est) decipimus, & ueritas in nobis non est. Proinde licet accusatoris alia persona sit, alia defensoris, alia intercessoris, alia iudicis, de quorũ proprijs officijs nimis longum est & non necessarium hoc sermone disserere: sic tamen etiam ipsos criminum ultores, atq; in hoc officio non ira propria cõcitatos, sed legum ministros, nec suarum sed alienarum examinatarũ iniuriarũ uindices, quales iudices esse debent, terruit cẽsura diuina, ut cogitarẽt sibi propter sua peccata dei misericordiam necessariam, nec putarent ad culpã sui officij pertinere, si quid erga eos misericorditer agerent, quorũ uitæ necisq; haberent legitimã potestatem. Nam cum ad dominum Christum iudæi adduxissent mulierem in adulterio comprehensam, eũq; tentantes dicerent, quòd iussa esset lege lapidari, ac deinde quærerent quid de illa ipse præciperet: respondit eis, Qui sine peccato est uestrum, prior in eam lapidẽ iaciat. Ita nec legẽ improbauit, quæ huiusmodi ream iussit occidi, & illos terrendo ad misericordiam reuocauit, quorum iudicio hæc posset occidi: puto quòd hac sententia domini audita, si præsens fuit etiam maritus ipse qui uiolatam sui thori fidem uindicari postulabat, exterritus animũ ad uoluntatem parcendi ab ulciscendi cupiditate deflexit. Nam quomodo est admonitus accusator, ne suas persequeretur iniurias, quando ipsi iudices ita sunt à iudicãdo prohibiti, qui in ad-

De pœni. dist. 3. intantum

4. sen. dist. 14. ea. quod uero

Iterata pœnitentia

Nõ dãbatur secundus pœnitẽtiæ publicæ locus

Misericordia domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

ultera punienda, non ptitato dolori compelle/ A
bantur seruire, sed legi: Vnde Ioseph cui uirgo
Suspicio Ioseph de Maria Maria domini mater fuerat despōsata, cū eam
comperisset esse prægnantē, cui se nouerat non
Mat.1 esse commixtum, & ob hoc nihil aliud quàm a/
dulteram credidisset, puniri tamen eam noluit,
nec approbator flagitij fuit. Nam hęc uoluntas
eius etiam iusticiæ deputatur. Ita quippe de illo
scriptum est: Et cum esset homo iustus, & nol/
let eam diuulgare, statuit eam occulte dimitte/
re. Hæc eo cogitante, apparuit illi angelus, qui
doceret esse numinis, quod ille putauerat crimi
nis. Si ergo cogitata infirmitate cōmuni, & ac/
cusatorius dolor, & iudicatorius rigor frāgitur,
quod tandem censes pro reis esse debere, uel de
fensoris uel intercessoris officium: quandoqui/ B
dem & uos uiri boni qui nūc iudices estis, & in
foro aliquando uersati causas hominum susce/
pistis, scitis quàm libentius defendere quàm ac
cusare soletis? Et tamen defensor ab intercesso/
re plurimum distat. Nam ille diluendis uel obte
gendis criminibus operam maxime impendit:
intercessor autem etiam cum de culpa constat,
pro pœna remouenda uel temperāda curam ge
rit. Hoc sunt apud deum pro peccatoribus iusti,
hoc pro se ipsi peccantes inuicem ut faciant ad/
Iac.5 monentur. Nam scriptum est: Confitemini inui
cem peccata uestra, & orate pro uobis. Has sibi
partes humanitatis, ubi potest, omnis homo a/
pud hominem uendicat. Nam quod ipse quisq;
domi suæ puniret admissum, in alterius domo C
uult impunitum. Siue enim adhibeatur apud a/
micum, siue ille cuiquam in quem potestas ulci
scendi est se præsente succenseat, siue irascenti
fortuito superueniat, nō iustissimus sed inhuma
nissimus iudicatur, si non interueniat. Scio ego
te ipsum cū aliis amicis tuis in ecclesia Cartha/
ginensi intercessisse pro clerico, cui merito suc/
censebat episcopus, & utiq; nullū ibi discrimen
sanguinis, sub incruenta disciplina timebatur:
nec cum id quod etiam uobis displicebat inul/
tum esse uelletis, tanquam delicti approbatores
uos iudicabamus, sed tanquā humanissimos in/
tercessores audiebamus. Si ergo uobis fas est ec
clesiasticam correptionē intercedendo mitiga/
re, quomodo episcopus uestro gladio nō debet D
intercedere, cum illa exeratur, ut in quem exeri
tur bene uiuat, iste ne uiuat? Postremo ipse do/
Io.8 minus, apud homines intercessit ne lapidaretur
adultera, & eo modo nobis intercessionis com/
mendauit officium, nisi quia ille terrendo fecit,
quod nos petendo. Ille enim dominus, nos ser/
ui sumus: uerū tamen ille sic terruit, ut omnes ti
mere debeamus. Quis enim est nostrū sine pec
cato? Quod cum illis dixisset, à quibus ei offere
batur punienda peccatrix, ut qui sciret se esse si
ne peccato, prior in illam lapidem mitteret: ce/
cidit sæuitia, tremente conscientia. Tunc enim
ex illa iam congregatione dilapsi, solam miseri
cordi miseram reliquerunt. Cedāt huic senten/

tiæ pietas Christianorum, cui cessit impietas Iu
dęorum. Cedat humilitas obsequentiū, cui ces/
sit superbia persequētium. Cedat confessio fide
lis, cui cessit simulatio tētatoris. Malis parce uir
bone: quanto melior, tanto esto mitior: quanto
sis celsior potestate, tanto humilior fias pietate.
Ego quidem intuēs mores tuos, appellaui te ui/
rum bonum: sed tu intuens uerba Christi, dic ti
bi ipsi: Nemo bonus, nisi unus Deus. Quod cū *Mat.19*
uerum sit (hoc enim ueritas dicit) nec ego tamē
illud existimari debeo fallaci assentatiōe dixis/
se, & dominicis uerbis quasi cōtrarius extitisse,
ut cum ille dicat, Nemo bonus nisi unus Deus:
ego te appellauerim uirum bonum. Non enim
& ipse dominus contraria sibi loquutus est, ubi
Luc.6 ait: Bonus homo de bono thesauro cordis sui
profert bona. Deus ergo singulariter bonus est,
Deus solus bonus & hoc amittere non potest. Nullius enim boni
participatione bonus est, quoniam bonum quo
bonus est, ipse sibi est: homo autem cum bonus
est, ab illo bonus est, quod à seipso esse non po/
test. Illius enim spiritu bona fiunt, cuius capax
creata est nostra natura per propriam uolūtatē.
Pertinet ergo ad nos ut boni simus, accipere &
habere quod dat, q̄ de suo bonus est. Quo quis/
que neglecto, de suo malus est. Proinde inquan
tum homo rectè agit, id est scienter & amanter,
& pie bonum operatur, intantum bonus est: in/
quantum autem peccat, id est à ueritate & chari
tate & pietate deuiat, intantum malus est. Quis
autem est in hac uita sine aliquo peccato? Sed C
eum dicimus bonū, cuius prævalent bona: eūq;
optimum, qui peccat minimū. Idcirco ipse do/
minus, quos dicit bonos propter participatio/
nem gratiæ diuinæ, eosdem etiam malos dicit
propter uitia infirmitatis humanæ, donec totū
quo constamus, ab omni uitiositate sanatū, trās/
eat in eam uitam, ubi nihil omnino peccabitur.
Nam utiq; bonos docebat orare, nō malos, qui
bus præcepit ut dicerent: Pater noster qui es in
cœlis. Ex hoc enim boni, quo filij dei non natu
ra geniti, sed gratia facti, tanquam hi quibus re/
cipientibus eum, dedit potestatem filios dei fie *Io.1*
ri. Quæ generatio spiritalis more scripturarum
etiam adoptio nominatur, ut distinguatur ab il/
la generatione dei de deo, coæterni de coæter/
no. Vnde scriptum est: Generationē eius quis *Esa.53*
enarrabit? Cum ergo bonos esse demonstraue/
rit, quos uoluit Deo ueraciter dicere: Pater no/
ster qui es in cœlis, præcepit tamen ut in eadem
oratione inter cætera dicerent: Dimitte nobis
debita nostra, sicut & nos dimittimus debitori/
bus nostris. Quæ debita, esse peccata, quamuis
manifestum sit, postea tamen manifestius decla
rauit, dicens: Si enim dimiseritis peccata homi
nibus, dimittet uobis & pater uester peccata ue
stra. Hanc orationem baptizati orant, nec est
prorsus præteritorum aliquid peccatorū, quod
nō baptizatis in sancta ecclesia dimittatur. Sed
postea uiuēdo in hac fragilitate mortali, nisi cō/

traherent

traherent quod dimittendum esset, non ueraci/ A
ter dicerent: Dimitte nobis debita nostra. Boni
ergo inquantum non peccant, filij Dei sunt: in/
quantum autem peccant (quod sua non mēdaci
confessione testantur) utiq; mali sunt. Nisi forte
quis dicat, alia bonorum, alia malorum esse pec
cata, quod non usquequaq; improbabiliter dici
tur. Verūtamen dominus Iesus sine ulla ambi/
guitate malos appellauit eosdem ipsos, quorum
patrem dicebat deum. Nam in eodē sermone,
ubi illam docet orationem, alio loco exhortans
Mat.7 ad precandū deum, ait: Petite & accipietis, quę
rite & inuenietis, pulsate & aperiet uobis. Om/
nis em̄ qui petit accipit, & qui quærit inuenit,
& pulsanti aperietur. Et paulopost: Si ergo uos,
inquit, cū sitis mali, nostis bona data dare filijs B
uestris, quanto magis pater uester qui in cœlis
est, dabit bona petentibus se? Num igitur deus,
pater malorum est? Absit. Quomodo ergo dici
tur, Pater uester cœlestis: quibus dicitur, Cum
sitis mali: nisi quia utrunq; ueritas mōstrat, quid
simus dei dono, quid humano uitio, hoc cōmen
dans, illud emendans? Merito ait Seneca (qui
temporibus apostolorum fuit, cuius etiam quæ
Seneca ad Paulum dam ad Paulum apostolū legūtur epistolæ) om
nes odit qui malos odit: & tamen ideo diligēdi
sunt mali, ut nō sint mali: quemadmodū non ut
permaneant, sed ut sanentur diliguntur ægroti.
Quicquid autem post eam quæ fit in baptismo
ablutionem peccatorū in hac uita manēdo pec/
camus, etiam si nō tale sit, quod à diuinis remo/ C
uere compellat altaribus, non dolore sterili, sed
misericordię sacrificijs expiatur. Quod ergo a/
gimus ut faciatis intercedentib. nobis, deo nos
nouerītis offerre pro uobis. Indigetis enim mi/
sericordia quam præbetis: & uidete quis dixe/
rit: Dimittite, & dimittetur uobis. Quanquam
etiam si ita uiueremus, ut non esset quare dice/
remus, Dimitte nobis debita nostra: quāto à ne
quicia purior animus esset, tanto clementia ple
Io.8 nior esse deberet, ut si non compūgeremur sen/
tentia domini dicētis, Qui uestrum est sine pec
cato, prior in illam lapidē iaciat: ipsius qui hoc
dixit sectaremur exemplum, qui cum esset utiq;
sine peccato, ait mulieri quam perterriti illi reli
querant, Nec ego te condēnabo, uade, iam dein D
ceps noli peccare. Potuit enim metuere flagi/
tiosa mulier, ne illis discedētibus qui sua pecca/
ta cognouerant ut peccato parcerent alieno, il/
lam iustissime iam ipse dānaret qui erat sine pec
cato. At ille non conscientia pauidus, sed plenus
clementia, cum illa respōdisset à nemine se fuis/
se damnatam, Nec ego te, inquit, dānabo. Tan/
quā diceret: Si malicia tibi parcere potuit, quid
metuis innocentiam? Et ne delictorum non do
nator, sed approbator uideretur, Vade, ait, iam
deinceps noli peccare, ut se homini perciisse,
non hominis culpam sibi placuisse monstraret.
Iā uides igitur de religione descendere, nec nos
societate criminum obstringi, quod intercedi/

mus plerūq; etiam pro sceleratis, & si non scele
rati, tamen pro peccatorib. peccatores, & quod
ueraciter potius quàm iniuriosè dictū accipias,
puto quod apud peccatores. Nec ideo sane fru *23.q.5.non frustra*
stra instituta sūt potestas regis, uis gladij cogni/
toris, ungulæ carnificis, arma militis, disciplina
dominātis, seueritas etiā boni patris. Habēt ista
omnia modos suos, causas, rationes, utilitates.
Hæc cū timētur, & coercentur mali, & quietius
inter malos uiuūt boni, nō quia boni pronūciā/
di sunt, qui talia metuēdo nō peccāt (non enim
bonus est quispiā timore pœnę, sed amore iusti
ciæ) uerūtamen non inutiliter etiam metu legū
humana coerceāt audacia, & ut tuta sit inter im/
probos innocētia, & in ipsis improbis dum for
midato supplicio frenat facultas, inuocato deo
sanetur uoluntas. Sed huic ordinationi rerū hu
manarum, cōtrariæ non sunt intercessiones epi
scoporum: imò uero nec causa nec locus inter/
cedendi ullus esset, si ista non essent. Tanto em̄
sunt intercedētium & parcentiū beneficia gra/
tiora, quanto peccātium iustiora supplicia. Nec
ob aliud quantum sapio, in Veteri testamento,
antiquorum temporibus prophetarū seuerior
legis uindicta feruebat, nisi ut ostēderetur rectè
iniquis pœnas constitutas: ut quod eis parcere
Noui testamenti indulgentia cōmonemur, aut
remediū sit salutis quo peccatis parcatur & no/
stris, aut cōmendatio mansuetudinis, ut per eos
qui parcunt ueritas prædicata, non tantū timea
tur, uerumetiam diligatur. Plurimū autem inter
est, quo animo quisq; parcat. Sicuti enim est ali/
quando misericordia puniens, ita & crudelitas
parcens. Nam, ut exempli gratia manifestū ali/ *Crudelitas parcens*
quid ponam, quis non crudelem uerius dixerit
eum, qui puero pepercerit uolenti obstinatissi/
me de serpentibus ludere: quis autem nō misе/
ricordem qui talia prohibens, contemptorē uer
borum etiam uerberibus emendauerit? Et ideo
non usq; ad mortem protēdenda est disciplina,
ut sit cui prodesse possit: quanquam etiam cum *23.q.5.cum homo*
homo ab homine occiditur, multum distet utrū
fiat nocendi cupiditate, uel iniuste aliquid aufe
rendi, sicut fit ab inimico, sicut à latrone: an ulci
scendi uel obediēdi ordine, sicut à iudice, sicut
à carnifice: an euadendi uel subueniēdi necessi/
tate, sicut interimitur latro à uiatore, hostis à mi
lite. Et aliquando qui causa mortis fuit, potius
in culpa est, quàm ille qui occidit: uelut si quis/
quam decipiat fideiussorem suum, atq; ille pro
isto supplicium legitimum luat: nec tamen om/
nis qui causa alienæ mortis est, reus est. Quid si
enim quisquam stuprum petat, sesēq; si non im/
petrauerit interimat? Quid si filius timēs patris
pia uerbera, præcipitio pereat? Quid si alius ho
mine liberato, uel ne alius liberet, sibi ipse mor/
tem inferat? Num propter istas alienarum mor
tium causas, aut sceleri cōsentiendū est, aut uin/
dicta peccati quæ non fit nocendi sed corrigen
di studio, etiam paterna tollenda, aut opera mi/

Universidad de Deusto
Biblioteca

sericordiæ cohibẽda sunt? Hæc cum accidũt, A debemus eis humanum dolorem, non propter illa ne accidant, recte factorum reprimere uolũtatem. Sic etiam cum intercedimus pro peccatore damnando, sequũtur aliquando quæ nolumus: siue in ipso, qui nostra intercessione liberatur, ut uel immanius impunita crassetur audacia, subdita cupiditati, ingrata lenitati, atq; unus morti ereptus plurimos necet: uel ipso beneficiũ nostrum in melius commutato, moribusq; correpto, alius male uiuẽdo pereat, sibiq; huius impunitate proposita, talia uel grauiora cõmittat: non, ut opinor, hæc mala imputanda sunt nobis, cum intercedimus uobis: sed potius illa bona, quæ cum id facimus, intuemur & uolumus, id est cõmendatio mãsuetudinis, ad con B ciliãdam dilectionem uerbo ueritatis: & ut qui liberãtur à tẽporali morte, sic uiuant, ne in æternam (unde nũquam liberentur) incurrant. Pro- 23.q.5 prodest
dest ergo & seueritas uestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra: prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas tẽperatur & uestra. Non uobis displiceat quod rogamini à bonis, quia nec bonis displicet quod timemini à malis: nam hominũ iniquitatem etiam apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, uerumetiã de potestatibus uestris secularibus tertuit, asserens & ipsas ad dispẽsationem diuinæ Rom.13 prouidẽtiæ pertinere. Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit: nõ est enim potestas, nisi à deo: quæ autem sunt, à deo ordi- C nata sunt: quapropter qui resistit potestati, dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt. Principes enim non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem nõ timere potestatem: Bonum fac, & habebis laudẽ ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si malum feceris, time: non enim frustra gladiũ portat: dei enim minister est, uindex in ira, ei qui male agit. Ideoq; necessitate subditi estote, Iram, pœnam uocat
non solum propter iram, sed & propter cõscientiam: ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum perseuerãtes. Reddite omnibus debita, cui tributũ tributum, cui uectigal uectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem: nemini quic quã debeatis, nisi D ut inuicem diligatis. Hæc uerba Apostoli, utilitatem uestræ seueritatis ostẽdunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionẽ iussi sunt timẽtibus debere qui terrẽt. Nihil nocẽdi cupiditate fiat, sed omnia consulẽdi charitate, & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec intercessoris religio contẽnatur, quia & plectendo & ignoscẽdo hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. Quod si tanta est peruersitas & impietas, ut ei corrigẽdæ nec disciplina possit prodesse nec uenia, à bonis tamen intentione atq; cõscientia, quam deus cernit, siue seueritate, siue lenitate, nõ nisi officiũ dilectionis impleatur. Quod autẽ in epistola tua sequitur, ubi dicis: Verum nũc ut mores nostri sunt, & sceleris pœnã cupiunt sibi homines relaxari, & id propter quod scelus admissum est, possidere: pessimũ hominum genus cõmemoras, cui pœnitendi medicina omnino non prodest. Si enim res aliena, propter quam peccatũ 14.q.6 est, cum reddi possit non redditur, nõ agitur pœ De alie.
nitentia, sed fingitur: si autem ueraciter agitur, De reg. lib.6.p.
non remittetur peccatũ, nisi restituatur ablatũ: sed, ut dixi, cum restitui potest. Plerunq; enim qui aufert, amittit, siue alios patiẽdo malos, siue ipse male uiuendo, nec aliud habet unde restituat. Huic certe non possumus dicere, Redde qd abstuliſti, nisi cum habere credimus & negare. Vbi quidem si aliquos sustinet repente cruciatus, dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas: quia & si nõ est unde luat ablatam pecuniã, merito tamen dum per molestias corporales adhibere cõpellitur, peccati quo male ablata est, pœnas luit. Sed inhumanum non est etiam pro talibus intercedere, tãquam pro reis criminũ: non ad hoc ut minime restituãtur aliena, sed ne frustra homo in hominem sæuiat, ille præsertim qui iam remisit culpã, sed quærit pecuniam, & si fraudari metuit, non expetit uindicari. Deniq; in talibus causis, si persuadere potuerimus, eos pro quibus interuenimus non habere quod poscitur, continuo nobis eorum molestiæ relaxantur. Aliquando autem misericordes & in ipso dubio nolunt homini pro incerta pecunia certa inferre supplicia: ad hanc misericordiam etiam nos prouocare & exhortari decet. Melius enim etiam si habet, amittis, quàm si non habet, aut excrucias, aut occidis. Sed pro istis magis apud eos qui repetunt, quàm apud eos qui iudicant, intercedere conuenit: ne ipse uideatur auferre, qui cum habet potestatẽ, non cogit reddere: quamuis in cogendo ita debeat adhibere integritatẽ, ne amittat humanitatem. Illud uero fidẽtissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata restituat, & qui ad se confugientẽ quantũ honeste potest, ad restituendũ non compellit, socium esse fraudis & criminis. Nam misericordius opem nostrã talibus subtrahimus, quàm impẽdimus. Non enim opem fert, qui ad peccãdũ adiuuat, ac non potius subuertit atq; opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere aut ad exigendũ tradere uel possumus uel debemus? Agimus quantum episcopalis facultas datur, & humanũ quidem nonnũquam, sed maxime ac semper diuinum iudicium cõminantes. Nolentes autẽ reddere, quos nouimus & male abstulisse, & unde reddant habere, arguimus, increpamus, & detestamur, quosdam clàm, quosdã palam, sicut diuersitas personarũ diuersam uidetur posse recipere medicinã, nec in aliorũ pernicie ad maiorem insaniam concitari. Aliquando etiã si res magis curanda non impedit, sancti altaris communione

munione priuamus. Verum sæpe accidit ut nos A fallant, uel negando se abstulisse, uel affirmãdo se unde restituant non habere: sæpe etiam & uos fallamini putando uel nos non agere ut reddãt, uel ipsos habere unde reddant: & omnes aut pene omnes homines amamus nostras suspiciões uel uocare uel existimare cognitiones, quando credibilibus rerum signis mouemur, cum credibilia nonnulla sint falsa, sicut incredibilia nonnulla sunt uera. Ideo quosdam commemorans, qui & sceleris pœnam sibi cupiunt relaxari, & id propter quod scelus admissum est possidere, addidisti & aisti: pro his quoq; interueniẽdum putat sacerdotiũ uestrum. Fieri enim potest, ut tu scias quod ego nescio, & propterea putẽ pro aliquo interueniẽdũ, quod si me fallere potuit, B cum te non potuerit, ut ego eũ non credã possidere, quod tu possidere nosti. Ita fit ut cũ de reo sententia non una sit nostra, neutri tamẽ nostrũ placeat, quòd res non redditur aliena. De homine ut homines, diuersa sentimus, sed in ipsa iustícia simul sumus. Eodẽ modo etiã fieri potest, ut quod scio aliquem non habere, hoc eum tu habere non certissime teneas, sed credibiliter suspiceris, & ob hoc tibi uidear interuenire pro eo qui & sceleris pœnam sibi cupiat relaxari, & id propter quod scelus admissũ est possidere. Ad summam igitur neq; apud tales (si qui reperiuntur qualẽ te esse gaudemus) neq; apud ipsos qui magno studio aliena ac nihil ꝓfutura, multoq; etiam periculosa ac pernicíosa petũt, neq; apud C cor meũ, cuius testis est deus, ausim dicere, sentire, decernere, interueniendũ esse pro aliquo, ut quod scelere abstulit, sceleris impunitate possideat: sed ut remissa iniuria, quod iniurioſe abstulit reddat, si tamen habet quod abstulit, uel 14.q.5 aliud unde illud restituat. Nõ sane quicquid ab non sanè
inuito sumitur, iniurioſe aufertur. Nam plerique nec medico uolũt reddere honorem suum, nec operario mercedem, nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt, quæ po- 11.q.3
tius per iniuriã non darentur. Sed non ideo de- non licet
bet iudex uẽdere iustum iudicium, aut testis uerum testimoniũ, quia uendit aduocatus iustum patrocinium & iurisperitus uerum consilium. Illi enim inter utrãq; partem ad examina adhi- D bentur: isti ex una parte consistũt. Cum autem iudicia & testimonia, quæ nec iusta nec uera uẽdenda sunt, iniqua & falsa uendũtur, multo sceleratius utique pecunia sumitur, quia scelerate, etiam quãuis à uolentibus datur. Ille tamen solet tanquam male sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustum iudicium emit, quoniam uenale esse non debuit. Qui uero pro iniquo iudicio dedit, uellet quidẽ repetere, nisi timeret uel puderet emisse. Sunt aliæ personæ inferioris loci, quæ ab utraq; parte non insolenter accipiunt, sicut officialis, & à quo amouetur, & cui admouetur officium: ab his extorta per immoderatã improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinẽ non solent: magisq; reprehendimus, qui talia inusitate repetiuerũt, q̃ qui ea de more sumpserunt, quoniam multæ necessariæ personæ rebus humanis, uel inuitãtur huiusmodi commodis, uel tenentur. Isti si uiam uitæ mutauerint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, facilius ea quæ hoc modo acquisierunt, tanquam sua pauperibus largiũtur, quàm eis à quibus accepta sunt tãquam aliena restituant. Qui uero contra ius societatis humanæ, furtis, rapinis, calumnijs, oppressiõibus, inuasionibus abstulerit, reddẽda potius q̃ donanda censemus, Zachæi publicani euangelico ex Luc.19
emplo, qui cum hospitio dominum suscepisset, in uitam sanctam repente mutatus: Dimidium, inquit, rerum mearũ do pauperibus, & si cui aliquid abstuli, quadruplum reddo. Verũtamen si iustícia syncerius consulatur, iustius dicitur aduocato: Redde quod accepisti, quando contra ueritatem stetisti, iniquitati adfuisti, iudicem fefellisti, iustam causam oppressisti, de falsitate uicisti: quod uides multos honestissimos & disertissimos uiros, nõ solum impune, uerũ etiam glorioſe uideri sibi cõmittere: quàm cuiquam in quolibet officio militanti, Redde quod accepisti, quando iubente iudice cuicũq; causæ necessarium hominem tenuisti, ne resisteret uinxisti, ne fugeret inclusisti, postremo aut permanẽte lite exhibuisti, aut finita dimisisti. Sed illud cur aduocato non dicatur in promptu est, quia scilicet ita non uult homo repetere, quod patrono ut male uinceret, dedit, sicut non uult reddere, quod ab aduersario, cum male uicisset, accepit. Quis tandẽ aduocatus, aut ex aduocato iturus optimus facile reperitur, qui suscepto suo, dicat: Recipe quod mihi cum tibi male adesſem dedisti, & redde aduersario tuo, quod me agente iniquè abstulisti? Et tamen quem prioris non rectę uitæ, rectissime pœnitet, etiam hoc facere debet: ut si ille qui inique litigauit, non uult admonitus corrigere iniquitatem, eius tamen iniquitatis nolit iste habere mercedẽ: nisi forte restituendum est alienum, quod per furtum clanculo aufertur, & restituẽdum non est alienum, quod in ipso foro ubi peccata puniuntur, decepto iudice, & circunuentis legibus obtinetur? D
Quid dicam de usuris, quas etiam ipsæ leges & 14.q.4.
iudices reddi iubent? An crudelior est qui sub- quid dicam
trahit aliq̃d uel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperem fœnore? Hæc atq; huiusmodi male utiq; possidentur, & uellem ut restituerẽtur, sed non est quo iudice repetantur. Iam uero si prudenter intueamur, quod scriptũ est: Fidelis hominis totus mundus diuitiarum est, infidelis autem nec obolus, nónne omnes qui sibi uidentur gaudere licite cõquisitis, eisq; uti nesciunt, aliena possidere conuincimus? Hoc enim certe alienum non est, quod iure possidetur, hoc autẽ iure quod iuste, & hoc iuste quod bene. Omne igitur quod male possidetur alienũ est, male au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem possidet,qui male utit. Cernis ergo quàm multi debeãt reddere aliena,si uel pauci quibus reddãtur,reperiũtur: qui tamẽ ubi ubi sunt,tanto magis ista contemnũt,quanto ea iustius possidere potuerunt. Iusticiã quippe & nemo male habet,& qui non dilexerit non habet. Pecunia uero & à malis male habetur,& à bonis tãto melius habetur,quanto minus amatur. Sed inter hæc toleratur iniquitas male habẽtium,& quædam inter eos iura constituũtur,quæ appellantur ciuilia,non quod hinc fiat ut bene utentes sint,sed ut male utentes minus molesti sint: donec fideles & pij(quorum iure sunt omnia)qui uel ex illis fiunt,uel inter illos tantisper uiuẽtes, malis eorum non obstringũtur,sed exercentur, pertineant ad illam ciuitatẽ,ubi hereditas æternitatis est,ubi non habet nisi iustus locum,non nisi sapiens principatũ,ubi possidebũt quicũq; ibi erunt,uere sua. Sed tamen etiam hic non intercedimus,ut secundũ mores legesq; terrenas non restituãtur aliena: quamuis placabiles uos uelimus malis,non ut placeant uel permaneant mali,sed quia ex illis fiunt quicunq; fiunt boni, & sacrificio misericordiæ placatur deus,quem nisi propitium haberent mali,nulli essent boni. Diu est quòd occupationibus tuis loquendo uideor onerosus,cum tibi homini acuto & docto cito solui potuerit quod quærebas. Iam dudum autem finire deberem,si te tantum scirem fuisse lecturũ quod flagitasti ut rescriberem. Felix in Christo uiuas,fili charissime.

Dioscorus Augustino proponit multas quæstiones ex libris de philosophia Ciceronis,& ex ore eiusdẽ,orãs ut mature ad eas respõdeat. LV

P Rocemiare apud te non solum super fluum est,sed etiam molestũ,qui rem non uerba desideras. Ideoq; simpliciter audi. Senex Alipius rogatus à me,sæpius pollicitus erat,tecum respõdere dialogorum pauculis interrogatiũculis: & quoniã in Mauritania dicitur hodieq; esse,peto uiribus omnibus & rogo,ut tu solus respondere digneris,quod etiam præsente ipso fratre tuo,sine dubio facturus eras. Non est pecunia,non est aurum,quod pro quouis daturus eras proculdubio si haberes,nunc uero sine labore loqueris, D quod requiro. Possem te plus & per multos charos tuos exorare,sed noui animũ tuum,qui non rogari desiderat,sed omnibus præstare,si tantũ absit quod dedecet,quod in hac re penitus nihil est dedecoris,tamen quodcũq; est,peto præstes nauigaturo. Nosti q̃ mihi molestissimũ est oneri esse,nõ dico synceritati tuæ,sed cuipiam. Solus autem deus nouit,quoniam nimia necessitate impulsus hoc feci. Vobis enim saluis,& fauente domino nauigaturus sum,& mores hominum non ignoratis,qui procliues sunt ad uituperandum,& quàm si interrogatus quis non responderit,indoctus & hebes putetur. Vides ergo,obsecro te,ad omnia sine cunctatione responde,ne me tristem dimittas. Sic uideã parentes meos,quia propter hoc solum Cerdonẽ misi & ipsum expecto solũ. Frater Zenobius,magister memoriæ factus est,& misit nobis euectionem cum annonis. Si ego dignus non sum, ut respondeas interrogatiũculis meis,saltem timeantur annonæ. Incolumem te summa diuinitas,longa nobis tueatur ętate. Papas plurimum dignationem tuam salutat.

Augustinus Dioscoro,docẽs eiusmodi quæstiones nec decore tractari ab episcopo,nec utiliter disci à Christiano,præsertim cum iam aduersus Ethnicos nobis non sit conflictatio atq; hoc studiorum genus ubiq; frigeat: hortatur autem ad Christi philosophiã,quæ sola docet uerum,sed non percipitur nisi ab ijs,qui posuerunt fastum humanum. Epistola LVI

T Vme innumerabiliũ quæstionũ turba repente circũuallandum,uel potius obruendum putasti,etiam si uacantem ociosumq; credidisti: quando enim ego in quolibet ocio,tot rerum nodos tam festinãti,& ut scribis,iam penè proficiscenti possem dissoluere? Numero enim rerum ipsarum impediret,etiam si nodi faciles ad soluendum forent. Tanta sunt autem perplexitate inuoluti,& tenacitate constricti,ut etiam si pauci essent,ociosissimum me occupãtes,magna mora temporis fatigarent intentionem,atq; attererent ungues meos. Ego autem uellem te abripere de medio deliciosarum inquisitionũ tuarum, C & cõstipare inter curas meas,ut uel disceres nõ esse inaniter curiosus,uel curiositatem tuam cibandam atq; nutriendam imponere non auderes eis,quorum inter curas uel maxima cura est reprimere ac refrenare curiosos. Quanto enim melius,quãtoq; fructuosius,si in dãdis ad te ullis literis tẽpus atq; opera impẽditur,ad hoc potius impenditur ut resecentur uanę atq; fallaces cupiditates tuæ: quæ tantomagis cauẽdæ sunt, quanto facilius decipiũt,nescio qua umbra honestatis & liberalium studiorum nomine uelatæ atq; palliatæ: quàm ut nostro ministerio,atq; ut ita dixerim,satellitio in dominatũ,quo tã bonam tuam mentem premant,uehementius excitentur. Ecce enim tot dialogi lecti,si ad uidendum finem & capessendum omnium actionum D tuarum nihil te adiuuerũt,quid prosunt,die mihi? Nam ubi finem constitueris totius huius flagrãtissimi studij tui,& tibi infructuosi & nobis molesti,epistola tua satis indicas. Cũ enim de soluendis quæstionibus quas misisti tu ad me, per literas satageres,ita scripsisti. Possem te,inquis,plus & per multos charos tuos exorare, sed noui animum tuum,qui non rogari desiderat,sed omnibus præstare,si tantum absit quod dedecet,quod in hac re penitus nihil est dedecoris,tamen quodcunq; est peto præstes nauigaturo. In his uerbis epistolæ tuæ recte quidem de me existimas,quod omnibus præstare desiderem,si absit quod dedecet. Sed in hac re nihil esse

esse dedecoris,non mihi uidetur. Non enim de A culosum esse iudicaui, nunc tamen in te maximè experior. Non enim aliũde quàm ex eadem cora facies rerum attingit sensum meum,cum cogito episcopum ecclesiasticis curis circũstrepentibus distractum atq; distentũ,repente quasi obsurdescentem cohiberi ab his omnibus,& dialogorum Tullianorum quæstiunculas,uni scholastico exponere. Quod quantũ dedeceat, quanquã tuorum studiorum raptus ardore prorsus nolis attẽdere,tu etiam sentis tamen. Quid enim aliud indicat,quod cum dixisses,in hac re penitus nihil esse dedecoris,statim adiunxisti, tamen quodcunq; est peto præstes nauigaturo. Hoc enim sonat,uideri tibi quidem nihil in hac re esse dedecoris,tamen quodcũq; est dedecoris petere te ut præstem nauigaturo. Sed quid est,quæso te, quod addidisti Nauigaturo? An B ego,nisi nauigaturus esses,præstare tibi aliquid dedecoris nõ deberem? Nimirum putas,quòd aqua marina dedecus abluatur? Quod si ita esset, meum certe qui nauigaturus non sum,inexpiatum remaneret. Scribis etiam nosse me, quàm tibi molestissimũ sit oneri esse cuipiam, & attestaris solum deum nosse,quod nimia necessitate impulsus hoc feceris. Hic sanè cum epistolam tuam legerem,satis aduerti animum cognoscere necessitatẽ tuam. Cum ecce mihi affers & dicis,mores hominum nõ ignoratis,qui procliues sunt ad uituperandum,& quàm si interrogatus quis non responderit, indoctus & hebes putetur. Hoc loco uero exarsi ad reserendum tibi: hoc enim languore animi tui pe- C netrasti mihi pectus,& irrupisti in curas meas, ut dissimulare non possem,quantum me Deus adiuuaret mederi tibi,non ut de tuis quæstionibus enodandis explicandisq; cogitarem,sed ut felicitatem tuam pendentem ex linguis hominum atq; nutãtem à tam infelici retinaculo abrumperem,& cuidam sedi omnino inconcussæ stabilique religarem. Tu ne,ô Dioscore,nec Persium tuum respicis insultantẽ tibi contorto uersiculo,sed planè puerile caput,si sensus adsit,idoneo colapho contũdentem atq; coercẽtem: Persius Scire tuum nihil est,nisi te scire hoc sciat alter? Tot,ut superius dixi,legisti dialogos,tot philosophorum altercatiõibus cor inseruisti. Dic mihi,quis eorum finem actionum suarum constituerit in fama uulgi,aut in lingua hominum uel bonorum atq; sapientium? Tu autem,& quod magis pudendũ est,iam nauigaturus,satis præclare te in Africam proficisci testaris,quum aliam ob causam te oneri non esse adseris negociosissimis,& in alia longe distantia intentis episcopis,ut tibi exponant Ciceronem,nisi quia times homines procliues ad uituperãdum,ne interrogatus ab eis,si non respõderis,indoctus & hebes puteris. O rem dignam uigilijs & lucubrationibus episcoporũ. Non mihi uideris aliũ de dies noctesq; cogitare,nisi ut in studijs tuis atq; doctrina æque laudereris ab hominibus. Qđ & si semper ad certa & recta tendentibus,peri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo quãdiu linguis humanis ruinosa gaudia construis, potes eam uidere. Si autem ibi non finis est harum actionum, atq; intẽtionis tuæ, sed propter aliud aliquid indoctus & hebes nõ uis putari, quæro quid illud sit: si propterea ne angustior tibi aditus ad acquirẽdas temporales diuitias, uxorem impetrãdã, honores capessendos, & cætera huiusmodi, præcipiti fluxu trãscurrentia, atq; in se lapsos in unum rapientiar? Neq; ad hũc finem tibi seruire nos decet, imò decet etiã hinc te amouere. Non enim sic te prohibemus incerto famæ finẽ ponere, ut tanquã de Mintio in Eridanum emigres, quò te ipse fortasse Mintius etiã non emigrantẽ impingeret. Cum enim non satiauerit auidũ spiritum uanitas laudis humanę, quia nihil ad eibandũ affert nisi inane & inflatũ, cogetur eam ipsa auiditas referre in aliud, quasi uberius atq; fructuosius, quod nihilominus si temporali lapsu præterfluit, ita est quasi fluuius ducat in fluuiũ, ut non sit finis miseriæ, quãdiu finis officiorũ nostrorum in re instabili collocatur. In aliquo igitur firmo atq; incõmutabili bono te figere uolumus constãtissimæ intẽtionis domum, & securissimã requiem omnis bonæ atq; honestæ actionis tuæ. Aut forte istam ipsam terrenã felicitatem quam cõmorauí, si prosperi rumoris aura, aut etiam flatibus uela pandendo ad eam potueris peruenire, hanc etiam cogitas referre in aliud certũ & uerum & plenũ bonum? At mihi non uidetur atq; omnino ipsa ueritas negat, uel tãtis ad se anfractibus, quæ tam proxima est, uel tantis sumptibus, quæ tam gratuita est, peruenìri. An ipsa humana laude, tanquã instrumento utendũ existimas, ut aditũ per hanc præpares ad animos hominum, persuadẽdo uera atq; salubria, & caues ne te cum indoctũ atq; hebetem putauerint, indignum arbitrentur, cui aurem uel intentissimã uel patiẽtissimam præbeant, siue ad recte facta quenquã exhorteris, siue maliciam atq; nequitiam peccãtis obiurges? Hunc tu finem iusticiæ ac beneficẽtiæ, si in illis interrogãdis quæstionibus cogitasti, nõs de te male meruimus, quibus in epistola tua, non id potius quo moueremur posuisti, ut aut libenter daremus quod petebas, aut ideo non daremus, quia causa quælibet alia fortasse prohiberet. Non tamen quia tuæ uanæ cupiditati, nõ solum seruire, uerũ etiam non resistere puderet. Quanto eñ melius atq; salubrius quæso te ipsas ueritatis regulas, multo certius & breuius per seipsas accipis, quibus falsa omnia possis ipse refellere, ne quod falsum & pudẽdum est, si multorũ annosas & decrepitas falsitates, studio iactantiori cũ prudẽtiori didiceris, doctum atq; intelligentẽ te esse arbitreris, quod iam non existimo tibi uideri. Non enim frustra tam diu tam uera Dioscoro diximus, ex quo in hac epistola gradimur. Quapropter iã illud uideamus, cum te istarum rerum ignorãtia nequaquam indoctum atq; hebetem iudices, sed ipsius potius ueritatis, ut quisquis de his rebus scripsit uel scripserit, aut ea sint quæ iam certus tenes, aut si falsa sunt, securus ignores, neq; de diuersitate cognoscenda sentẽtiarum alienarum, ne quasi indoctus & hebes remaneas, inani sollicitudine macereris. Quum ergo hæc ita sint, etiam illud si placet uideamus, utrum aliorũ falsa existimatio, qui sunt ut scribis, ad uituperandum procliues, ita ut si te ista ignorare persenserint, indoctum atq; hebetem, falso quidem, sed tamen putent, sic te mouere debeat, ut etiam ab episcopis tibi hæc exponi non incongruenter petas: quandoquidem eo fine iam te ista cupere credimus, quo illis consulas ad persuadendã ueritatem uitamq; eorum corrigẽdam, qui te si in illis Ciceronis libris indoctum hebetemq; puta uerint, indignum habebũt, à quo aliquid utilis salubrisq; scientiæ sibi accipiendũ esse arbitrentur? Quod nõ ita est, mihi crede. Primum quia esse aliquos in illis terris, ubi imperitus minimeq; acutus uideri times, qui de istis quæstionibus quicquã interrogẽt omnino nõ uideo: quãdoq; dẽ hinc quò ad ea discẽda uenisti, & Romæ expertus es, cũ negligenter habeãtur, & ob hoc neq; doceantur neq; discantur: & in Africa usq; adeo de his interrogatorẽ pateris neminem, ut nec te ipsum qui patiatur inuenias, eaq; inopia episcopis exponenda ea mittere cogaris: quasi uero episcopi isti etiam si adolescentes eodem quo tu raperis animi ardore, uel potius errore, quasi aliquid magnũ hæc discere curarunt, usq; ad canos episcopales, & usq; ad cathedras ecclesiasticas, ea sibi in memoria durare patereñtur: aut si ipsi uellent, non illa, etiam de inuitorũ cordibus, curę maiores grauioresq; secluderẽt, aut si aliqua ex eis in animis eorum nimia cõsuetudine remanerẽt, non etiam ipsa oblitione sepelire mallent recordata, cũ ineptia respondere quæsita: cum in ipsa etiã scholari leuitate & rhetoricis cathedris, ita obmutuisse atq; obtorpuisse uideantur, ut à Carthagine Hipponem, quo exponi possint mittenda existimentur: ubi tam insolita atq; omnino peregrina sunt, ut si uellem respõdendi curam inspicere, aliquid uolens uidere, quomodo ad sententiam quæ mihi exponẽda esset, desuper ueniatur, aut ab ea deinceps quæ cõtexeretur oratio, codicẽ prorsus inueníre non possem. Illi autem Carthaginẽses rhetores, si huic tuo studio defuerũt, non modo à me non reprehẽduntur, sed etiã approbantur, si forte iam recolũt, nõ Romanorũ fororũ, sed Græcorũ gymnasiorũ ista solere esse certamina. Tu uero cum & in gymnasia cogitationẽ iniecisti, & ea quoq; ipsa inueniste talibus rebus nuda atque frigida, ubi has curas tuas deponeres, Christianorũ tibi basilica Hipponẽsis occurrit, quia in ea nũc sedet episcopus, qui aliquãdo ista pueris uẽdidit: sed nec te uolo esse adhuc puerum, & me iam esse puerilíũ rerum, sicut non uendítorem, ita nec largitorẽ decet. Quę cum ita sint,

id

id est, cum duæ tantæ urbes Latinarũ literarum artifices, Roma atque Carthago, nec tedio tibi sint, ut à te ista perquirãt, nec tedia tua curẽt, ut te ista perquirentẽ exaudiant, miror tantũ quantum dici non potest, uereri te tam boni ingenij iuuenẽ, ne in Græcis atq; Orientalibus urbibus quenquã de his rebus molestũ interrogatorẽ feras. Facilius quippe corniculas in Africa audiris, cũ in illis partibus hoc genus uocis. Deinde si fallor, & quisquam ibi fortè huiusmodi quæstionum tanto utíq; odiosior, quãto in illis locis ineptior percontator extiterit, nónne magis caues ne multo facílius existant, qui te Græci homines in Græcia constitutũ, & Græca imbutũ primitus lingua, de ipsis philosophorũ libris aliqua interrogent, quæ Cicero in suis literis non posuit? Quod si acciderit, quid respõsurus es, potius te ista in Latinorum autorum libris, cũ in Græcorum nosse uoluisse? Qua respõsione, primo Græciæ facies iniuriam, & nosti cũ illi homines hoc nõ ferant. Deinde iam exulcerati & irati, cũ cito te, quod nimis non uis, & hebetem iudicabũt, qui Græcorũ philosophorũ dogmata, uel potius dogmatũ particulas quasdam discerptas atq; dispersas in Latinis dialogis, cũ in ipsorum autorũ libris Græcis tota atq; cõtexta discere maluisti: & indoctũ qui cum tam multa in tua lingua nescias, earum rerũ frusta in aliena colligere ambisti. An fortè illud respõdebis, nõ te Græcos de his rebus libros cõtempsisse, sed prius Latinos curasse cognoscere, nunc autem uelle te in Latinis doctũ, iam Græce quærere? Si hoc non pudet hominẽ Græcum Latina puerum didicisse, nunc uelle discere Græca barbarum, pudebit ne tandẽ in ipsis Latinis ignorare aliqua quæ cũ multi Latini docti tecũ nesciant? Vel hoc ipso sentis, quod te nobis magna necessitate dicis onerosum, in tanta doctorũ multitudine apud Carthaginẽ constitutus. Postremo fac te de omnibus quæ à nobis quæris interrogatum, respõdere potuisse, Ecce iam doctissimus atq; acutissimus diceris, ecce iam te laudibus in cœlum Græculus flatus attollit, tu tãtum memẽto grauitatis tuæ, & illam mereri laudem quo fine uolueris, ut scilicet eos leuiter leuia ista miratos, & beneuolẽtissime atq; auidissime iam in tua ora suspensos, grauissimũ aliquid & saluberrimũ doceas: idipsum quicquid est grauissimum & saluberrimũ, utrum teneas, & recte tradere noueris, uellem cognoscere. Ridiculũ est enim cum propterea superflua multa didiceris, ut tibi aures hominũ ad necessaria præparẽtur, ipsa necessaria non tenere, quibus excipiendis eas per superflua præparaueris: & dum occuparis ut discas unde facias intentos, nolle discere quod infundatur intẽtis. Sed si hoc te scire iam dicis, idcq; ipsum Christianam doctrinã esse respondes, quã te omnibus præponere nouimus, & in ea sola esse præsumere spem salutis æternæ, non opus est ei cognitione dialogorũ Ciceronis, & collectiõe emendicatarũ discordantiũ sententiarũ alienarũ procurari auditores, ut oribus tuis intenti fiant, qui abs te aliquid tale accepturi sunt. Nolo prius aliquid doceas, quod dediscendũ est, ut uera doceas. Nam si alienarũ sententiarũ dissidentium & repugnantiũ cognitio aliquid adiuuat insinuatorẽ Christianæ ueritatis, ut nouerit quomodo aduersantes destruat falsitates, ad hoc dũtaxat ne quis cõtrà disserẽs, non nisi in refellendis tuis figat oculũ, sua uero sedulo occultet. Nam cognitio ueritatis, omnia falsa, si modo proferãtur, etiam quæ prius inaudita erãt, & diudicare & subuertere idonea est. Sed ut non solum aperta feriãtur, sed etiam abscondita eruãtur, si alienos opus est cognoscere errores, erige oculos auresq; oro te, & uide atq; ausculta, utrum aliquis aduersus nos de Anaximene & de Anaxagora proferat aliquid: quando iam ne ipsorum quidem multo recẽtiorum, multumq; loquaciũ Stoicorum aut Epicureorũ cineres caleant, unde aliqua contra fidem Christianã scintilla excitetur: sed circuli atq; conuenticula partim fugacia, partim etiã audacter prõpta, uel Donatistarũ, uel Maximianensium, uel Manichæorũ, uel etiam ad quorum greges turbamq; uenturus es Arianorũ, Eunomianorum, Macedonianorũ, Cataphrygarũ, cęterarũq; bestiarum innumerabiliter perstrepãt: quorũ omniũ errores si cognoscere piget, quid nobis est propter defensionẽ Christianæ religionis, quęrere quid senserit Anaximenes, & olim sopitas lites inani curiositate recoquere, cum quorũdã etiam hæreticorũ, qui nomine Christiano gloriari uoluerunt, ut Marcionistarũ & Sabelliano rum, multorũq; præterea iam dissensiones quæstionesq; sileãtur: tamen si opus est (ut dixi) ueritati aduersantes prænoscere aliquas, & prætractatas habere sentẽtias, de hæreticis potius qui se Christianos uocant, cũ de Anaxagora & Democrito nobis cogitandũ fuit. Ille aũt quisquis abs te quæsierit, quæ tu à nobis quæris, audiat quod ea doctius & prudentius nescias. Si enim Themistocles non curauit quod est habitus indoctior, cum canere neruis in epulis recusasset, ubi cum se nescire illa dixisset, atq; ei dictum esset, Quid igitur nosti? respondit, Rempublicã ex parua magnam facere: dubitandũ est tibi dicere, te ista nescire, cum ei qui rogarit quid noueris, respõdere possis, Nosse te quomodo etiã sine istis homo esse possit beatus? Quod si adhuc non tenes, tam peruerse ista conquiris, cũ peruerse si aliquo corporis periculoso morbo grauareris, deliciosas & tenerrimas uestes potius cũ medicamenta medicosq; conquireres. Non enim ullo modo differenda est ista cognitio, aut illa huic, à te præsertim iam in hac ætate uel discendi ordine præferẽda est. Vide autem quàm facile posses hoc scire, si uelles. Qui enim quærit quomodo ad beatã uitam perueniat, nihil aliud profectò quærit, nisi ubi sit finis boni,

Themistocles

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est ubi cōstitutum sit, non praua opinione atq; temeraria, sed certa atq; incōcussa ueritate summū hominis bonum, quod à quolibet ubi constituatur non inuenitur, nisi aut in corpore, aut in animo, aut in deo, aut in duobus aliquibus horum, aut certe in omnibus. Quod si didiceris, neq; summū bonum, nec aliquam partem summi boni omnino esse in corpore, duo restabunt, animus & deus, quorum uel in uno uel in ambobus sit. Si autē adieceris & didiceris hoc idē de animo quod de corpore, quid aliud iam nisi deus occurret, in quo summum hominis bonum constitutū sit, non quo alia bona non sint, sed summū id dicitur quò cuncta referuntur. Eo enim fruēdo quisq; beatus est propter quod cætera uult habere, cum illud iam non propter aliud, sed propter seipsum diligatur. Et ideo finis ibi dicitur, quia iam quò excurrat, & quò referatur non inuenitur. Ibi requies appetendi, ibi fruēdi securitas, ibi tranquillissimū gaudiū optimæ uolūtatis. Da igitur qui cito uideat, non corpus esse animi bonum, sed animum potius esse corporis bonum: recedetur iam ab inquirēdo, utrum summū illud bonum, uel aliqua eius pars sit in corpore. Quod enim stultissime negatur meliorē esse animū corpore, item stultissime negatur meliorem esse eum qui dat beatam uitam uel partem aliquam beatæ uitæ, quàm eum qui accipit. Nō igitur accipit animus à corpore uel summū bonum uel partem aliquam summi boni. Hoc qui non uident, cæcati sunt dulcedine carnaliū uoluptatum, quam ex indigentia sanitatis uenire non intuentur. Sanitas autem perfecta corporis, illa extrema totius hominis immortalitas erit. Tam potenti enim natura deus fecit animam, ut ex eius plenissima beatitudine quæ in fine temporū sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam quod est corpus, non beatitudo quæ fruentis & intelligētis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis uigor. Quod qui non uident, ut dixi, bellant inquietis altercationibus, uarie pro suo quisq; captu, in corpore constituētes summum hominis bonum, & carnalium seditiosorū turbas concitant: inter quos Epicurei apud indoctam multitudinē excellētiore autoritate uigue runt. Da item qui cito uideat animum quoq; ipsum non suo bono beatum esse, cum beatus est, alioquin nunquam esset miser: & recedetur à quærendo, utrum in animo sit summū illud, atq; (ut ita dixerim) beatificum bonum, uel aliqua pars eius. Nam cū seipso sibi quasi suo bono animus gaudet, superbus est. Cum uero perspicit se esse mutabilem, uel hoc uno saltem quod de stulto sapiens efficitur, sapiētiamq; esse incommutabilem cernit, simul oportet cernat esse illā supra suam naturā, eiusq; participatione atq; illustratione se uberius & certius gaudere, quam seipso: ita cessans atq; detumescens à iactatione atq; inflatione propria, inhærere deo, atq; ab illo incommutabili refici & reformari nititur à quo esse iam capit, non solum omnē speciem rerum omniū, siue quæ sensu corporis, siue quæ intelligentia mentis attingūtur, sed etiam ipsam capacitatem formationis ante formationē, cum uel informe aliquid dicitur quod formari potest. Itaq; tanto minus se esse stabilem sentit, quanto minus hæret deo qui summe est. Et ideo illum summe esse, quia nulla mutabilitate proficit seu deficit, sibi autem illam cōmutationem expedire qua proficit, ut perfecte illi cohæreat, eam uero cōmutationem quæ in defectū est, esse uitiosam, omnem autem defectū ad interitum uergere: quò utrum aliqua res perueniat, tametsi non appareat, tamen apparere omnibus eò ducere interitum, ut nō sit quod erat. Vnde colligit nō ob aliud res deficere, uel posse deficere, nisi quia ex nihilo factę sunt: ut quod in eis est quod sunt & manent, & pro defectibus etiam suis ad uniuersitatis complexum ordinantur, ad eius boni tatem omnipotentiāq; pertineat qui summe est & conditor, qui potens est etiam ex nihilo, non tātum aliquid, sed etiam magnum aliquid facere. Primum autem peccatū, hoc est primum uoluntarium defectū esse, gaudere ad propriā potestatē. Ad minus enim gaudet, quàm si ad potestatem dei gaudeat, quæ utiq; maior est. Hoc non uidentes, & potentias intuentes animi humani, magnamq; pulchritudinē factorum atq; dictorū, etiam si in corpore puduit ponere summum bonum, in ipso tamen animo ponētes, infra utiq; posuerūt, quàm ubi syncerissima ratione ponēdum est. Inter hos qui ita sentiunt apud Græcos philosophos, & numero & disputandi subtilitate Stoici prævaluerūt, qui tamen in naturalibus corporea omnia esse arbitrātes, magis à carne quàm à corpore animū auertere potuerunt. Inter eos autem qui fruendum deo, à quo & nos & omnia facta sunt, unum atq; summum bonum nostrum esse dicunt, apud illos eminuerunt Platonici, qui non immerito ad officiū suū pertinere arbitrati sūt, Stoicis & Epicureis maxime & propè solis omnino resistere. Iidē quippe Academici qui Platonici, quod docet auditorum ipsa successio. Arcesilas enim qui primus occultata sententia sua, nihil aliud istos cū refellere statuit, quære cui successerit, Polemonem inuenies: quære cui Polemon, Xenocratem. Xenocrati autem discipulo Academiam scholam suam reliquit Plato. Quantum igitur pertinet ad quæstionē de summo hominis bono, remoue personas hominū, atq; ipsam disceptationē constitue, profecto reperies duos errores inter se aduersa fronte collidi: unum constituentē in corpore, alium constituentē in animo summū bonum. Rationem autem ueritatis, qua summū bonum nostrum, deus esse intelligitur, utriq; resistere, sed non prius docentem uera cū praua dedocentem. Idipsum rursum adiunctis personis cōstitue, reperies Epicureos & Stoicos

Epicurei
Stoici
Platonici
Academici Arcesilas
Polemo Xenocrates
Plato

cos inter se acerrime dimicātes. Eorum uero litem conantes dijudicare Platonicos, occultantes sentētiam ueritatis, & illorum uanam infallitate fiduciam conuincentes & redarguentes: sed non sicut illi errorum suorum, ita Platonici ueræ rationis personā implere potuerunt. Omnibus enim defuit diuinę humilitatis exemplū, quod opportunissimo tempore per dominū nostrum Iesum Christum illustratū est: cui uni exemplo in cuiusuis animo ferociter arrogantis, omnis superbia cedit & frangitur & emoritur. Ideoq; non ualentes illi autoritate turbas terrenarum rerum delectatione cæcatas ad inuisibilium fidem ducere, cum eas uiderent Epicureis maxime contentionibus cōmoueri, non solum ad hauriendam, quò ultro ferebantur, sed etiam ad defensitādam corporis uoluptatem, ut in ea summū bonum hominis constitueretur: eos autem qui aduersus hanc uoluptatem, uirtutis laude mouerentur, minus difficulter eam contemplari in animis hominum, unde facta bona, de quibus utcunq; poterant iudicare, procederēt: simul uidebant si eis conarētur insinuare aliquā rem diuinā, & super omnia incōmutabilē, quæ nullo attingeretur corporis sensu, sed sola mēte intelligeretur, quæ tamē etiā naturā ipsius mentis excederet, eumq; esse deum propositum animo humano ad fruendum, purgatū ab omni labe humanarum cupiditatū, in quo uno acquiesceret omnis beatitudinis appetitus, & in quo nobis uno bonorum omnium finis esset: nō eos intellecturos, sed repugnantibus uel Epicureis uel Stoicis, multo quàm sibi facilius palmā daturos: ita ut uera salubrisq; sententia, quod pernicioſissimū est generi humano, imperitorū populorum irrisione sordesceret: & hoc in moralibus. In naturalibus autem quęstionibus si isti dicerent effectricem omnium naturarū esse incorpoream sapiētiam: illi autem à corpore nusquā discederent, cum alij atomis, alij quatuor elemētis, in quibus ad efficienda omnia ignis præualeret, principia rerum darent: quis non uideret stultorum abūdantiā corpori deditam, cum incorpoream potentiam conditricē rerum nequaquam ualeret intueri, in quorum potius suffragium raperetur? Restabat pars rationaliū quæstionū. Nosti enim quicquid propter adipiscendam sapiētiam quæritur, aut de moribus, aut de natura, aut de ratione quæstionē habere. Cum ergo Epicurei nunquā sensus corporis falli dicerent, Stoici autem falli aliquādo cōcederent: utriq; tamen regulam comprehēndæ ueritatis in sensibus ponerent, quis istis contradicētibus audiret Platonicos? Quis non modo in sapientium, sed omnino in hominum numero habendos putaret, si ab eis prompte diceretur, nō solum esse aliquid quod neq; tactu corporis, neque olfactu uel gustatu, neq; his auribus aut oculis percipi possit, neq; omnino talium rerū quæ ita sentirētur aliqua imaginatione cogitari: sed id solum uerum esse, atq; id solū posse percipi, quia incōmutabile & sempiternū est: percipi autem sola intelligētia qua una ueritas quomodo attingi potest, attingitur? Cum ergo talia sentirent Platonici, quę neq; docerent carni deditos homines, neq; tāta essent autoritate apud populos, ut credenda persuaderēt, donec ad eum habitum perduceretur animus quo ista capiūtur, elegerunt occultare sentētiam suā, & contra eos disserere, qui uerum se inuenisse iactarent, cum inuentionem ipsam ueri in carnis sensibus ponerent: & eorum quidem cōsilium quale fuerit quid attinet quærere, diuinum certe uel diuina aliqua autoritate præditum nō fuit. Tantum illud attende, quoniam Plato à Cicerone multis modis apertissime ostenditur in sapientia non humana, sed planè diuina, unde humana quodā modo accenderetur, in illa utiq; sapientia prorsus immutabili, atq; eodem modo semper se habente ueritate, cōstituisse & finem boni & causas rerum & ratiocinādi fiduciam: oppugnatos autem esse nomine Epicureorū & Stoicorum à Platonicis eos qui in corporis uel in animi natura ponerēt & finem boni & causas rerum: & ratiocinādi fiduciam eò successione temporum esse deuolutā, ut quum Christianæ etiam ætatis exordio, rerum inuisibilium atq; æternarum fides per uisibilia miracula salubriter prædicaretur hominibus, qui nec uidere nec cogitare aliquid præter corpora poterant, beato apostolo Paulo, qui eandem fidem gentibus præsemināt, ijdem ipsi Epicurei & Stoici, in Actibus apostolorum contradixisse inueniantur. Qua in re satis mihi uidetur demōstratum esse, errores Gētium, siue de moribus, siue de natura rerum, siue de ratione inuestigandæ ueritatis, qui quāuis essent multi atq; multiplices, in his tamē māxime duabus sectis eminebant, expugnantibus doctis & tanta disserendi subtilitate atq; copia subuertentibus, durasse tamen usq; in tempora Christiana. Quos iam certe nostra ętate sic obmutuisse conspicimus, ut uix iam in scholis rhetorum cōmemoretur tantum quæ fuerint illorū sententiæ, certamina tamē etiam de loquacissimis Græcorum gymnasiis eradicata atq; compressa sunt, ita ut si qua nunc erroris secta cōtra ueritatem, hoc est, contra ecclesiā Christi emerserit, nisi nomine cooperta Christiano, ad pugnandum prosilire non audeat. Ex quo intelligitur ipsos quoq; Platonicæ gentis philosophos, paucis mutatis quæ Christiana improbat disciplina, inuictissimo uni regi Christo, pias cerui ces oportere submittere, & intelligere uerbum dei homine indutum, qui iussit & creditum est, quod illi uel proferre metuebāt. Huic te mi Dioscore ut tota pietate subdas uelim, nec aliā tibi ad capessendam & obtinēdam ueritatem uiam munias, quàm quæ munita est ab illo qui gressum nostrorū tanquam deus uidet infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas,tertia humilitas,& quoties iterrogares hoc dicerem,non quo alia nō sint præcepta quæ dicantur,sed nisi humilitas omnia quæcūq; bene facimus & præcesserit & comitetur & consequuta fuerit,& proposita quā intueamur,& apposita cui adhæreamus,& imposita qua reprimamur,iam nobis de aliquo bono facto gaudē

γνάμη tibus,totum extorquet de manu superbia:uitia quippe cætera in peccatis,superbia uero etiam in recte factis timenda est,ne illa quæ laudabiliter facta sunt,ipsius laudis cupiditate amittātur.

Demosthenes Itaq; sicut rhetor ille nobilissimus cum interrogatus esset,quid ei primū uideretur in eloquentiæ præceptis obseruari oportere,pronūciationem dicitur respondisse:cum quæreretur quid secundo,eandem pronunciationē:quid tertio, B nihil aliud quàm pronūciationem dixisse:si interrogares,& quoties interrogares de præceptis Christianæ religionis,nihil me aliud respōdere nisi humilitatem liberet,& si forte alia dicere necessitas cogeret.Huic humilitati saluberrimæ quā dominus noster Iesus Christus,ut doceret humiliatus est:huic,inquam,maxime aduersatur quædā,ut ita dicam,imperitissima scientia,dum nos scire gaudemus,quid Anaximenes,quid Anaxagoras,quid Pythagoras,quid Democritus senserit,& cęteri huiusmodi,ut docti eruditiq; uideamur,cum hoc à uera doctrina & eruditione longe absit. Qui enim didicerit deum non distendi aut diffundi per locos neq; finitos neq; infinitos,quasi in aliqua parte ma- C ior sit,in aliqua minor,sed totum ubiq; esse præsentem,sicut ueritatem,cuius nemo sobrie dicit partem esse in isto loco,& partem in illo,quoniam ueritas utiq; deus est,nequaquā eum mouebit quod de infinito aere sensit quicūq; sensit quod ipse deus esset.Quid ad illū si nesciat quā dicant isti corporis formam,eam quippe dicūt quæ undiq; finita sit:& utrum refellendi causa tanquam academicus Anaximeni Cicero obiecerit,formam & pulchritudinem deum habere oportere, quasi corpoream speciem cogitans, quia ille corporeū deum esse dixerat:aer enim corpus est:an ne ipse sentiebat esse formam & pulchritudinem incorpoream ueritati,qua ipse animus informatur,& per quam omnia sapien D tis facia pulchra esse iudicamus:ut non tantum refellēdi gratia,sed etiā uerissime dixerit,quod deum pulcherrima specie deceat esse,quia nihil est pulchrius ipsa intelligibili atq; incommutabili ueritate.Quod autem ait ille gigni aerem, quem tamen deū esse censebat,nullo modo mouet hunc uirum,qui intelligit nō sicut áer gignitur,id est,aliqua causa ut sit efficitur,cum omnino deus nō sit,ita genitum esse uerbum dei,deū apud deum,sed longe alio modo,quem nemo nisi cui ipse deus inspirarit,intelligit.Illum autem etiā in ipsis corporalibus despere quis nō uideat,cum aerem gigni dicat,et deū uelit:eum autem à quo aer gignitur,non enim à nullo gi- A gni potest,nō dicat deum?Cum autem dicitur aer esse semper in motu,nequaquam conturbat hominē,ut propterea illum deum putet,qui nouit omnis corporis motum inferiorē esse,quàm est motus animi.Motum autem animi longe prioriorem,quàm est motus summæ atq; incōmutabilis sapientiæ. Item Anaxagoras siue quilibet,si mentem dicit ipsam ueritatem atq; sapiētiam,quid mihi est de uerbo cum homine contendere?Manifestum est enim omnium rerum descriptionē & modum de illa fieri,eamq; non incongrue dici infinitam,non per spacia locorum,sed per potentiā quæ cogitatione humana comprehēdi non potest:neq; quod informe alicuid sit ipsa sapiētia,hoc enim corporum est ut quæcunq; infinita fuerint,sint & informia. Cicero autem studio refellendi quantum uidetur propter aduersarios corporaliter sentiētes, negat infinito aliquid iungi posse, quia ex ea parte qua quicquam adiungitur,necesse est esse in corporibus aliquem finem. Ideo ait non eum uidisse neq; motum sensui iunctum & continentem,id est continua copulatione adhærentē infinito,id est infinitæ rei ullū esse potuisse,quasi de corporibus ageret,quibus nihil iūgi,nisi per fines locorum potest. Sic autem addidit:Neq; sensum omnino quo non tota natura pulsa sentiret,quasi ille dixisset mentem illam ordinatricē & moderatricē rerum omnium habere sensum, qualem haberet anima per corpus.Nam manifestum est totam sentire animam,cum per corpus aliquid sentit.Nam totam utiq; non latet, quic quid illud est quod sentitur.Ad hoc autem dixit totam naturā sentire,ut illi quasi auferret, quod ait mentē infinitam.Quomodo enim tota sentit,si infinita est?Sensus enim corporis ab aliquo loco incipit,nec percurrit totum,nisi ad cuius finē peruenerit,quod in infinito dici non potest.Sed neq; ille de sensu corporis aliquid dixerat.Et aliter dicitur totum quod incorporeū est,quia sine finibus locorum intelligitur,ut & totum & infinitum dici possit:Totum propter integritatem,infinitum propter hoc,quia locorum finibus non ambitur.Deinde ingt:Si mentem ipsam quasi animal aliquod esse uoluit,erit aliquid interius ex quo illud animal nominetur,ut mens ista quasi corpus sit,& habeat intus animā unde animal appelletur. Vide quemadmodum corporali consuetudine loquitur.Quo modo enim solent uideri animalia propter sensum crassum,ut opinor eorum contra quos disserit, & tamen dixit rem quæ illos si euigilare possent satis admoneret,omne quod sicut corpus uiuum animo occurrit,magis animam habere & esse animal,quàm animam esse cogitari oportere.Hoc est enim quod ait:Erit aliquid interius,ex quo illud animal nominetur,sed adiungit.Quid autem interius mente?Non ergo potest mens habere interiorē animam ut sit animal,quia ipsa est interior.Ergo corpus habeat extrin

extrinsecus cui sit interior,ut sit animal:hoc est A fundit ac emittit,id est,quę de illa natura,quam enim quod ait,Cingatur igit corpore externo: nescio quam corpoream & sempiternam,ac etiam per hoc diuinam putat,quasi uaporis similitudine continua uelut emanatione ferrentur, & uenirent atq; intrarent in animos nostros,ut deum uel deos cogitare possemus. Nullā enim aliam causam cuiuslibet cogitatiōis nostræ opinantur isti,nisi cum ab his corporibus quæ cogitamus,ueniunt atq; intrant imagines in animos nostros:quasi non multa ac prope innumerabilia cogitentur incorporaliter atq; intelligibiliter ab eis qui talia cogitare nouerunt,sicut ipsa sapientia & ueritas. Quam si isti non cogitant,miror quomodo de illa utcunq; disputent. Si autem cogitant,uellem mihi dicerent,uel de B quo corpore,uel qualis in eorū animos ueniat imago ueritatis. Quāquam Democritus etiam hoc distare in naturalibus quæstionibus ab Epicuro dicitur,quod iste sentit inesse concursioni atomorum uim quandam animalem & spiritalem:qua ui eum credo & imagines ipsas diuinitate præditas dicere,non omnes omniū rerum, sed deorum,& principia mentis esse in uniuersis quibus diuinitatem tribuit,& animātes imagines,quæ uel prodesse nobis soleant uel nocere.Epicurus uero neq; aliquid in principijs rerū ponit præter atomos,id est corpuscula quędam tam minuta,ut etiam diuidi nequeant,neq; sentiri,aut uisu,aut tactu possint:quorum corpuscu lorum concursu fortuito,& mundos innumerabiles,& animātia,& ipsas animas fieri dicit,& deos quos humana forma non in aliquo mūdo, sed extra mundos,atq; inter mundos cōstituit: & non uult omnino aliquid præter corpora cogitare:quæ tamen ut cogitet,imagines dicit ab ipsis rebus,quas atomis formari putat defluere,atq; in animū introire subtiliores quàm sunt illæ imagines quæ ad oculos ueniunt. Nam & uidendi causam hanc esse dicit,ingentes quasdam imagines,ita ut uniuersum mundum complectantur extrinsecus.Intelligis autem iam,ut arbitror,quas isti opinentur imagines. Miror non admonuisse Democritū uel hoc ipsum falsa esse quæ dicit,quia uenientes tam magnæ imagines in tam breuem animū nostrum,si corpoC ipsa quidem eius cognitio qua id uerum esse cognouit.Non enim mihi propterea ueritas charta esse debet,quia non latuit Anaxagoram,sed quia ueritas est,etiam si nullus eam cognouisset illorum.Si igitur nec eius hominis qui uerū forsitā uidit,cognitio nos inflare debet,ut ea quasi docti esse uideamur,sed ipsius ueri soliditate, qua uere docti esse possumus:quanto minus eorum hominum qui falsa senserūt,nomina & dogmata,nostram possunt adiuuare doctrinam,& latentia cognita facere: Cum si homines simus, magis nos contristari deceat,tot & tam nobilitatorum hominum erroribus,si eos audire contigerit,quàm hæc propterea studiose quærere, ut inter eos qui illa nesciunt iactatione inanissi- D ma uentilemur. Quanto enim melius ne audisDemocritus de deo sem quidem nomen Democriti,quàm cum dolore cogitarē,nescio quem suis temporibus magnum putatum,qui deos esse arbitraretur imagines,quæ de solidis corporibus fluerent,solidæq; ipsæ non essent,easq; hac atque hac motu proprio circumeundo atq; illabendo in animos hominum facere ut uis diuina cogitaretur,cum profecto illud corpus unde imago flueret,quanto solidius est,prestantius quoq; esse iudicetur? Ideoq; fluctuauit eius,sicut isti dicunt,nutauitq; sententia,ut aliquādo naturam quādam de qua fluerent imagines deum esse diceret,qui tamen cogitari non posset,nisi per eas imagines quas

Universidad de Deusto
Biblioteca

certe oculorũ,ambo pariter redarguuntur: tam breues enim oculos,tam grandiũ imaginũ corpora tota attingere nullo modo possunt. Cum autem quæritur ab eis,quare una imago uideatur corporis alicuius,à quo innumerabiliter imagines fluunt: respõdent,eo ipso quo frequenter fluunt & transeunt imagines,quasi quadam earum cõstipatione & densitate fieri,ut ex multis una uideatur. Quam uanitatem Cicero ita refellit,ut eo ipso neget æternũ deum eorum posse cogitari,quo innumerabiliter fluẽtibus & labentibus imaginibus cogitatur. Et quoniã innumerabilitate atomorum suppeditãte,dicunt fieri formas deorũ sempiternas,cum ita discedũt quædã corpuscula de diuino corpore ut alia succedant,& dissolui illam naturam eadem successione nõ sinant: Omnia ergo,inquit,æterna essent,quia nulli deest ista innumerabilitas atomorũ,quæ perpetuas ruinas subinde suppleat. Deinde quomodo non uereatur iste deus ne intereat,cum sine ulla intermissione pulsetur,agitetur; atomorum incursione sempiterna? Pulsari enim dicit illud corpus,quod irruentib. atomis feriatur,& agitari quod penetretur. Deinde cum ex ipso imagines de quibus iam satis dictũ est,semper affluant,quomodo potest de immortalitate esse securus? In quibus omnib. delirantis hæc opinantiũ,illud præcipue dolendum est,quod non sufficit enarrari,ut nulla cuiusquã disputatione aduersante respuantur. Sed acutissimorũ hominum ingenia,id etiam negocium susceperũt,ut copiose ista refellerent,quæ statim dicta etiã à tardissimis derideri abijciq; debuerunt. Si enim concesseris esse atomos,si concesseris etiam cõcursu fortuito seipsas pellere & agitare,num & illud eis fas est concedere, ut inter se atomi fortuito concurrentes,rem aliquam ita conficiant,ut eam forma modificent, figura determinent,æqualitate poliant, colore illustrent,anima uegetẽt: quæ omnia nullo modo nisi arte diuinæ prouidentię fieri uidet quisquis magis mente q̃ oculis amat uidere,idq; ab eo expetit à quo factus est. Nam nec ipsos atomos esse ullo modo cõcedendũ est,quod omissa subtilitate quæ de diuisione corporũ à doctis traditur,uide q̃ facile secundũ ipsorum opinionem possit ostendi. Certe enim ipsi dicunt omnia quæ sint naturę,nihil esse aliud quàm corpora & inania quæq; his accidãt,quod credo motum & pulsum dicere & consequentes formas. Dicant ergo in quo genere ponant imagines, quas de corporibus solidioribus affluere putãt, ipsas minime solidas,ita ut tactu nisi oculorum cum uidemus,& animi cum cogitamus,sentiri non possint,si & ipsa corpora sunt: Nam ita censent,ut exire à corpore & uenire ad oculos uel ad animum possint,quem nihilominus dicunt esse corporeum. Quæro utrum etiã ab ipsis atomis affluant imagines: Si affluunt,quomodo iã sunt atomi à quibus aliqua corpora separantur:

A Si non affluunt,aut potest aliquid sine imaginibus cogitari quod uehementer nolũt,aut undenorunt atomos quas nec cogitare potuerunt? Sed iam pudet me ista refellere,cum eos nõ puduerit ista sentire. Cum uero ausi sint etiã defendere,non iam eorum,sed ipsius generis humani me pudet,cuius aures hæc ferre potuerunt. Cum igitur tanta sit cæcitas mẽtium per ingluiem peccatorũ amorẽq; carnis,ut etiã ista sententiarũ portenta doctiores conterere disputando potuerint, dubitabis tu Dioscore, uel quisquam uigilãti ingenio præditus, ullo modo ad sequendam ueritatẽ melius consuli potuisse generi humano,q̃ ut homo ab ipsa ueritate susceptus ineffabiliter atq; mirabiliter, & ipsius in
B terris personam gerens, recta præcipiendo, & diuina faciendo, salubriter credi persuaderet, quod nondum prudẽter posset intelligi? Huius nos gloriæ seruimus,huic te immobiliter atque constanter credere hortamur, per quẽ factũ est, ut non pauci,sed populi etiam qui non possunt ista diudicare ratione,fide credant,donec salutaribus præceptis adminiculati euadant ab his perplexitatibus in auras purissimæ atq; syncerissimæ ueritatis. Cuius autoritati tanto deuotius obtemperari oportet, quanto uidemus nullum iam errorem se audere extollere,ad cõgregandas sibi turbas imperitorum, qui non Christiani nominis uelamenta conquirat. Eos autẽ solos ex ueteribus præter Christianum nomen
C in conuenticulis suis aliquanto frequẽtius perdurare,qui scripturas eas tenẽt, per quas annunciatum esse ipsum dominum Iesum Christum, se intelligere & uidere dissimulãt. Porrò illi qui cum in unitate atq; communione catholica nõ sint,Christiano tamen nomine gloriantur, coguntur aduersari credentibus,& audent imperitos quasi ratione traducere,quando maxime cũ ista medicina dominus uenerit,ut fidem populis imperaret. Sed hoc facere coguntur,ut dixi, quia iacere se abiectissime sentiũt,si eorũ autoritas cũ autoritate catholica cõferatur. Conãtur ergo autoritatẽ stabilissimã fundatissimæ ecclesiæ quasi rationis nomine & pollicitatione superare. Omnium enim hæreticorum quasi regularis est ista temeritas. Sed ille fidei imperator clementissimus,& per cõuentus celeberrimos populorum atq; gentium, sedesq; ipsas apostolorum arce autoritatis muniuit ecclesiam, & per pauciores pie doctos & uere spirituales uiros copiosissimis apparatibus etiam inuictissimæ rationis armauit. Verum illa rectissima disciplina est,in arcem fidei quàm maxime recipi infirmos,ut pro eis iam tutissime positis, fortissima ratione pugnetur. Platonici uero, qui falsorum philosophorum erroribus illo tempore circumlatrantibus,non habẽtes diuinam personã qua imperarent fidem,sentẽtiam suam tegere quærendam,quàm polluendam proferre maluerũt, cum iam Christi nomen terrenis regnis admirantibus

rantibus perturbatisq; crebresceret, emergere A
cœperant, ad proferendũ atq; aperiendũ quid Plato sensisset. Tunc Plotini schola Romæ floruit,habuitq; condiscipulos multos acutissimos & solertissimos uiros. Sed aliqui eorũ magicarum artium curiositate depraui sunt,aliqui dominum Iesum Christũ ipsius ueritatis atq; sapientiæ incõmutabilis quã conabantur attingere cognoscẽtes gestare personã,in eius militiã trã sierunt. Itaq; totũ culmen autoritatis lumenq; ratiõis in illo uno salutari nomine atq; in una eius ecclesia,recreando atq; reformãdo humano generi cõstitutũ est. Hæc me tibi diutissime in hac epistola locutũ,& si alia forte tu malles, omnino nõ pœnitet: Probabis enim hæc magis quã
tomagis in ueritate proficies,& tunc probabis B
cõsilium meũ,quod nunc utilitati studiorũ tuorũ minus obsecutũ putas. Quanq; etiã illis ipsis quæstionibus tuis,nõ solũ quibusdã in hac epistola,sed etiã cæteris penè omnibus in ipsis mẽbranis in quibus eas misisti,ut potui breuiter annotando respõderim. In quib. si me parũ egisse, aut aliud q̃ uolebas egisse arbitraris, non recte cogitas mi Dioscore,à quo nunc ista quæsieris. Oratoris autem libros,& quæ sunt de oratore, omnes prætermisi. Nescio quis enim nugator mihi esse uisus sum si ea exponẽda persequerer. Nam de cæteris possem etiã decenter interrogari,si mihi quisquã res ipsas, non de libris Ciceronis,sed per seipsas tractãdas dissoluendasq; proferret. In illis autẽ res ipsæ nũc nostræ pro- C
fessioni minus congruunt. Hæc autẽ omnia nõ facerem,nisi me post ægritudinem in qua eram cum homo tuus uenisset,aliquantũ ab Hippone remouerem. Quibus item diebus perturbatione ualetudinis febribusq; repetitus sum. Inde factũ est ut tardius quàm possent tibi hæc mitterẽtur. Quę quomodo acceperis, rescripta flagito.

Augustinus Dardano respondet ad duas quæstiones,ostendens quomodo deus dicatur alicubi esse,aut non esse,& quomodo Christus nõ sit ubiq;,& rursus sit ubiq;. Epistola LVII

F Ateor me frater dilectissime Dardane,illustrior mihi in charitate Christi,quàm in huius seculi dignitate,literis tuis tardius respõdisse quàm de D
bui. Cuius rei causas nollem quæreres,ne molestius me feras diutius excusantem,quàm pertulisti tardius rescribentẽ. Cum ergo te malim offensioni meæ facile ignoscere,quàm de mea defensione iudicare,quæcunq; illæ causæ fuerint, crede nullum tui apud me esse potuisse contemptum. Imò enimuero citissime rescripsissem, si te contempsissem. Nec modo quia tandem aliquando rescripsi,ideo saltem tandem aliquãdo dignum aliquid te lectore molitus sum,& quod merito possim tuo nomine prænotare. Sed rescribere utcunq; iam malui,quàm pati & hanc ætatem me huius officij debitore transire. Nec tua me dignitas terruit fecitq; cunctãtem,cuius humanitas tua gratior quàm illa suspectior. Sed unde te magis amo, hinc difficilius unde sufficiã tantæ auiditati religiosi tui amoris inuenio. Huc accessit quod præter mutuæ charitatis flammam,qua fit ut etiam eos quos nunquã uidimus diligamus,dum eos habere quod diligimus credimus,ubi me utiq; præuenisti,fecistiq; ut uerear in me decipi opinionem atq; expectationem tuam: præter hoc ergo mihi tales quæstiones in tua epistola proposuisti,quæ si à quolibet propositæ forent,ocio quoq; meo quod mihi defit,non paruum negociũ facerent. Cum uero abs te proponuntur cui profunda rimanti solutionis earum superficies nequaquã sat est, & proponũtur occupatissimo aliarumq; curarũ molibus uallato & obstricto: tuæ prudentiæ est & beneuolentiæ cogitare,q̃ te placatũ habere debeam,uel quod diu non respondi,uel si etiam nunc pro tuæ intentionis grãditate non respondero. Queris igitur: Mediator dei & hominum *Quæstio prima*
homo Christus Iesus,quomodo nũc esse creditur in cœlo,cum pendens in ligno,iamq; moriturus latroni credenti dixerit: Hodie mecũ eris in paradiso. Et hinc fortasse intelligẽdum dicis paradisum,quasi in aliqua cœli parte compositum,aut quia ubiq; deus sit,hominem quoq; illum qui in deo sit ubiq; diffusum,ex hoc nimirũ intelligi uolens,etiam in paradiso esse potuisse, qui ubiq; sit. Vbi ego quæro uel potius agno- *Solutio*
sco,quemadmodũ accipias hominem Christũ, non utiq; sicut quidam hæretici uerbum dei & carnem,hoc est sine anima humana,ut uerbum esset carni pro anima: uel uerbum dei & animã & carnem,sed sine mente humana, ut uerbum dei esset animæ pro mente humana. Non utiq; sic accipis hominem Christũ,sed sicut superius locutus es,ubi aisti,Christũ omnipotẽtẽ deum ea te ratione credulitatis accipere,ut deum non crederes,nisi perfectum etiam hominem crediderisses: profectõ cum dicis hominem perfectũ, totam illic naturam humanã uis intelligi. Non est autẽ homo perfectus,si uel anima carni, uel animæ ipsi mens humana defuerit. Si ergo secũdum hominem quem uerbum deus susceperit,putamus dictum esse: Hodie mecum eris in paradiso,nõ ex his uerbis in cœlo existimandus est esse paradisus. Neq; enim ipso die in cœlo futurus erat homo Christus Iesus,sed in inferno secundum animam,in sepulchro autem secũdum carnem. Et de carne quidem quod eo die in sepulchro sit posita,manifestissimum est euangelium. Quod uero illa anima in infernũ descenderit,apostolica doctrina prædicat. Quando- *Act. 2*
quidem beatus Petrus ad hanc rem testimoniũ *Psal. 15*
de psalmis adhibet,ubi de ipso prædictum esse demonstrat: Quoniam non derelinques animã meam in inferno,neq; dabis sanctum tuũ uidere corruptionẽ. Illud de anima dictum est, quia non ibi est derelicta unde tam cito remeauit: illud de corpore quod in sepulchro corrumpi ce

Universidad de Deusto
Biblioteca

leri resurrectione non potuit. Sed in sepulchro paradisum nullus intelligit. Et si quisq; esset ita absurdus, ut hoc sapere conaretur, eo quod illud sepulchrum in horto erat, certe hinc ab ista opinione reuocaretur, quod ille cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, non illo die fuit cũ Christo in illo sepulchro: nec eius fidei pro magno munere offerretur sepultura carnis, nihil gaudij uel doloris in morte sentientis, cũ ille de requie ubi sensus est cogitaret. Restat igitur ut si secũdum hominem dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, in inferno intelligatur esse paradisus, ubi erat eo die futurus secũdum humanam animam Christus. Vtrum autem sinus ille Abrahæ ubi diues impius cum in tormẽtis esset inferni, requiescẽtem pauperem uidit, uel paradisi cẽsendus uocabulo, uel ad inferos pertinere existimandus sit, non facile dixerim. De illo quippe diuite legimus dictũ esse: Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno: Et cum apud inferos in tormentis esset. In pauperis autem morte uel requie non sunt inferi nominati, Sed contigit inquit mori inopem illum & offerri ab angelis in sinum Abrahæ. Deinde ardenti diuiti dicit Abraham: Inter nos & uos chaos magnum firmatum est, tanquam inter inferos sedesq; beatorum. Non enim facile alicubi scripturarum inferorum nomen positum inuenitur in bono. Vnde etiam queri solet, si non nisi pœnalia recte intelliguntur inferna, quomodo animam domini Christi pie credamus fuisse in inferno: Sed bene respondetur, ideo descẽdisse, ut quibus oportuit subueniret. Vnde beatus Petrus eum dicit soluisse dolores inferni, in quibus impossibile erat teneri eum. Porro si utraq; regio & dolentium & requiescentium, id est, & ubi diues ille torquebatur, & ubi pauper ille lætabatur, in inferno esse credenda est, quis audeat dicere dominum Iesum ad pœnales inferni partes uenisse tantũmodo, nec fuisse apud eos qui in Abrahæ sinu requiescunt: ubi si fuit, ipse est intelligendus paradisus, quem latronis animæ illo die dignatus est polliceri. Quæ si ita sunt, generale paradisi nomẽ est, ubi feliciter uiuitur, Neq; enim quia paradisus est appellatus ubi Adam fuit ante peccatũ, propterea scriptura prohibita est etiam ecclesiam uocare paradisum cum fructu pomorum. Est autẽ sensus multo expeditior, & ab his omnibus ambiguitatibus liber, si non secundum id quod homo erat, sed secundum id quod deus erat dixisse accipiatur, Hodie mecum eris in paradiso. Homo quippe Christus illo die secundum carnem in sepulchro, secũdum animam in inferno futurus erat, deus uero idem ipse Christus ubiq; semper est. Est enim lux quę lucet etiã in tenebris quamuis eam tenebræ non comprehẽdant. Est uirtus & sapientia dei, de qua scriptum est quod attingat à fine usq; ad finem fortiter, & disponat omnia suauiter, & attingat ubiq; propter suam mundiciam, & nihil inquinatũ in eam incurrat. Vbicunque ergo sit paradisus, quisquis beatorũ ibi est, cum illo ibi est qui ubiq; est. Cum enim sit Christus deus & homo, deus utiq; unde dicit, Ego & pater unum sumus, homo autem unde dicit, Pater maior me est, idemq; filius dei unigenitus à patre, & filius hominis ex semine Dauid secundum carnem, utrunq; in illo obseruandum est cum loquitur, uel cum de illo scriptura loquitur, & quid secundũ quid dicatur intuendum. Nam sicut unus homo est anima rationalis & caro, sic & unus Christus est uerbũ & homo. Proinde quod ad uerbum attinet, creator est Christus, Omnia enim per ipsum facta sunt. Quod uero ad hominem, creatura est Christus. Factus est enim ex semine Dauid secũdum carnem, & in similitudinem hominum factus. Itẽ quia in homine duo sunt, anima & caro, secundum animam tristis fuit usq; ad mortem, secundum carnem passus est mortem. Nec tamen cũ filium dei Christum dicimus, hominem separamus, aut cum eundẽ Christum filium hominis dicimus, separamus deum. Secundum hominẽ namq; in terra erat, non in cœlo ubi nunc est, quando dicebat, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo: quamuis secũdum id quod filius dei erat esset in cœlo, secundum id uero quod filius hominis erat adhuc esset in terra, nondumq; ascendisset in cœlum. Similiter cum secũdũ id quod filius dei est sit dominus gloriæ, secundum id autem quod est filius hominis crucifixus sit, ait tamen apostolus: Si enim cognouissent, nũquã dominum gloriæ crucifixissent. Ac per hoc & filius hominis secundum deum erat in cœlo, & filius dei secundum hominẽ crucifigebatur in terra. Sicut ergo potuit recte dici, dominus gloriæ crucifixus, cum ad solam carnem illa passio pertineret: ita recte dici potuit, Hodie mecũ eris in paradiso: cum iuxta humanã humilitatẽ, per carnem in sepulchro, per animã in inferno illo die futurus esset, iuxta diuinam uero immutabilitatem nunquã de paradiso, quia ubiq; est semper, recessisset. Noli itaq; dubitare ibi nunc esse hominem Christum Iesum, unde uenturus est: memoriterq; recole & fideliter tene Christianam confessionem, quoniã resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris, nec aliunde quàm inde uenturus est ad uiuos mortuosq; iudicandos. Et sic uenturus est illa angelica uoce testante, quemadmodum ire uisus est in cœlum, id est in eadem carnis forma atq; substantia, cui profecto immortalitatẽ dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubiq; diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem astruamus hominis, ut ueritatẽ corporis auferamus. Non est autẽ consequẽs, ut quod in deo est, ita sit ubiq; ut deus. Nam & de nobis ueracissima scriptura dicit, quod in illo uiuimus, mouemur & sumus, nec

Aliter distinguunt Græci

Abraham in inferno

Christus ubiq;

Christus creatura

Secundũ hominẽ, in terra erat, quod dictum naturam

Christus ubique

nec tamẽ sicut ille ubiq; sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam aliter & deus ille in homine proprio quodã & singulari modo. Vna eñ persona deus & homo est, & utrunque est unus Christus Iesus, ubiq; per id quod deus est, in cœlo autem per id quod homo. Quãquam & in eo ipso quod dicitur deus ubiq; diffusus, carnali resistendũ est cogitationi, & mens à corporis sensibus auocanda, ne quasi spaciosa magnitudine opinemur deum per cuncta diffundi, sicut humus, aut humor, aut aer, aut lux ista diffunditur (omnis enim huiuscemodi magnitudo minor est in sui parte quàm in toto) sed ita potius sicuti est magna sapientia etiam in homine cuius corpus est paruum. Et si duo sunt sapiẽtes, quorum sit alter corpore grandior, neuter sapiẽtior, non est illa in maiore maior, minor in minore, aut minor in uno quàm in duobus, sed tanta in hoc quanta in illo, & tanta in unoquoque quanta in utroq;. Neq; enim si æqualiter sunt omnino sapientes, plus sapiũt ambo q̃ singuli, quẽadmodum si æqualiter sint immortales, nõ plus uiuũt ambo q̃ singuli. Ipsa deniq; immortalitas corporis quæ in Christi carne præcessit, nobisq; in fine futura promittitur, cum magna sit res, non est profecto mole magna. Sed licet corporaliter habeatur, incorporea quædam excellentia est. Nam cũ ipsum immortale corpus minus sit in parte q̃ in toto, immortalitas eius tam plena est in parte q̃ in toto, & cum sint aliis alia maiora, non tamẽ aliis alia immortaliora sunt membra. Sicut nunc quãdo ex omni parte sani sumus secũdum modum præsentis in corpore sanitatis, non quia maior est manus tota q̃ digitus, ideo manus totius sanitatẽ maiorem dicimus esse q̃ digiti: sed in illis inæqualibus æqualis est ipsa, quando ita breuiora grandioribus cõparantur, ut quod tam magnum esse non potest, quàm est aliud, possit tamen esse tam sanum. Esset autem maior sanitas in maioribus mẽbris, si essent maiora saniora. Cum uero non est ita, sed maiora atq; minora tam sana sunt, dispar est profecto in membrorum molibus quãtitas, sed par est in disparibus sanitas. Cum ergo sit corpus aliqua substantia, quãtitas eius est in magnitudine molis eius, sanitas uero eius non quãtitas sed qualitas eius est. Non ergo potuit obtinere quãtitas corporis, quod potuit qualitas. Nam ita distantibus partibus quæ simul esse non possunt, quoniam sua quęq; spacia locorum tenent, minores minora, & maiora maiores, nõ potuit esse in singulis quibusq; partibus tota uel tanta, sed amplior est quãtitas in amplioribus partibus, breuior in breuioribus, & in nulla parte tanta quãta per totum. Qualitas uero corporis quæ sanitas dicitur, cum sanum corpus est totum, tãta est in maioribus, quãta in minoribus partibus. Nõ enim quæ minus magnæ sunt, ideo minus sanæ sunt, aut quæ ampliores ideo saniores. Absit ergo ut quod potest in corpore qualitas creati corporis, non possit in seipsa substantia creatoris. Est ergo deus per cuncta diffusus. Ipse quippe ait per prophetã: Cœlum & terram ego impleo. Et quod pauloante posui de sapiẽtia eius, Attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Itemq; scriptum est, Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Eiq; dicitur in quodam psalmo: Quò abibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descẽdero ad infernum, ades: quia substantialiter deus ubiq; diffusus. Sed sic est deus per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substãtia creatrix mundi, sine labore regens, & sine onere continens mũdum. Non tamen per spacia locorũ, quasi mole diffusa, ita ut in dimidio mundi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, atq; ita per totũ totus: sed in solo cœlo totus, et in sola terra totus, et in cœlo & in terra totus solus, & nullo contẽtus loco, sed in seipso ubiq; totus. Ita pater, ita filius, ita spiritus sanctus, ita trinitas unus deus. Neq; eñ mundũ inter se in tres partes diuiserunt, quas singulas singuli implerent, quasi nõ haberet ubi esset filius aut spiritus sanctus in mũdo, si totũ occupasset pater. Nõ ita se habet uera ĩcorporea immutabilisq; diuinitas. Nõ enim corpora sunt quorum amplior sit in tribus quàm in singulis magnitudo, nec loca suis molibus tenent ut distantibus spacijs simul esse nõ possint. Si enim anima in corpore constituta, non solum nullas angustias, uerum etiam quandam latitudinem inuenit, non corporalium locorum, sed spiritualium gaudiorũ, cum fit quod ait Apostolus, Nescitis quoniam corpora uestra templum in uobis spiritus sancti est, quẽ habetis à deo: nec dici nisi stultissime potest, non habere locũ in nostro corpore spiritũ sanctũ, quod totum nostra anima impleuerit: quãto stultius dicitur illis angustijs impediri alicubi trinitatem, ut pater & filius & spiritus sanctus, ubiq; simul esse nõ possint? Verum illud est multo mirabilius quod cum deus ubiq; sit totus, nõ tamen in omnibus habitat. Non enim omnibus dici potest, quod ait Apostolus, uel quod iam dixi, uel etiã illud: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis. Vnde econtrario de quibusdam idem dicit, Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quis porrò audeat opinari, nisi quisquis inseparabilitatem penitus trinitatis ignorat, quod in aliquo habitare possit pater aut filius, in quo nõ habitat spiritus sanctus, aut in aliquo spiritus sanctus in quo nõ & pater & filius? Vnde fatendum est ubiq; esse deum per diuinitatis præsentiam, sed non ubiq; per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, ubi procul dubio gratia dilectionis eius agnoscitur, non dicimus, Pater noster qui es ubiq;, cum & hoc uerum sit, sed Pater noster qui es in cœlis: ut templum eius potius in oratione cõmemoremus, quod & nos ipsi esse

3. *senten. dist.* 22. *ca. solet*

1. *senten. dist.* 37. *fateamur*

Hiere. 32

Sap. 8

Sap. 1

Psal. 138

1. *senten. dist.* 37. *fateamur*

Deus quomodo ubique non est

Rom. 8

Matth. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

debemus,& inquantũ ſumus intantum ad eius A
ſocietatem & adoptionis familiã pertinemus.
Si enim populus dei nõdum factus æqualis an/
gelis eius adhuc in iſta peregrinatione dicitur
templum eius,quãtomagis eſt templum eius in
cœlis ubi eſt populus angelorum,quibus aggre
gandi & coæquandi ſumus,cum finita peregri
natione quod promiſſum eſt ſumpſerimus? Cũ
igitur qui ubiq; eſt non in omnibus habitet,etiã
in quibus habitat,non æqualiter habitat. Nam
unde eſt illud quod Heliſæus popoſcit,ut dupli
citer in eo fieret ſpiritus dei qui erat in Helia. Et
unde in omnibus ſanctis ſunt alij alijs ſanctio
res,niſi abundantius habendo habitatorẽ deũ?
Quomodo ergo uerũ ſuprà diximus,quòd de/
us ubiq; ſit totus,quando in alijs eſt amplius,in B
alijs minus? Sed non eſt negligenter intuẽdum
quod diximus,in ſeipſo eſſe ubiq; totum. Non
ergo in eis,quia alij plus eũ capiunt,alij minus.
Ideo enim ubiq; eſſe dicitur,quia nulli parti re
rum abſens eſt:ideo totus,quia nõ parti rerum
partem ſuam præſentem præbet,& alteri parti
alterã partem,æquales æqualibus,minori uero
minorem,maioriq; maiorem,ſed non ſolũ uni/
uerſitati creaturæ,uerũ etiam cuilibet parti eius
totus pariter adeſt. Hiq; ab eo longe eſſe dicun/
tur,qui peccando diſſimillimi facti ſunt:& hi ei
propinquare,qui eius ſimilitudinẽ pie uiuendo
recipiunt. Sicut recte dicuntur oculi tanto eſſe
ab hac luce longius,quanto fuerint cæciores.
Quid enim tam longe eſt à luce q̃ cæcitas,etiã C
ſi lux præſto ſit,atq; oculos p fundat extinctos?
Propinquare autẽ luci merito perhibentur ocu
li,qui ſanitatis acceſſu aciem recipiendo lucem
recipiũt. Porrò autem quod parum diſtincte pu
tauimus poſſe intelligi,cum diceremus deũ eſſe
ubiq; totum,niſi adderemus in ſeipſo,uideo di/
ligentius exponendũ. Quomodo enim ubiq;,ſi
in ſeipſo? Vbiq; ſcilicet,quia nuſquã eſt abſens.
In ſeipſo autem,quia non continetur ab eis qui
bus eſt præſens,tãquam ſine eis eſſe non poſſit.
Nam ſpacia locorũ tolle corporibus,nuſquam
erunt,& quia nuſquam erunt,nec erunt. Tolle
ipſa corpora qualitatibus corporũ,non erit ubi
ſint,& ideo neceſſe eſt ut non ſint. Etenim cum
per totam ſuam molẽ corpus æqualiter ſanum D
eſt,aut æqualiter candidum,non eſt in una q̃ in
alia parte eius ſanitas maior,aut candor,nec ma
ior in toto q̃ in parte eius,quia non ſanius aut
candidius totũ conſtat eſſe q̃ partem. Si autem
inæqualiter ſit ſanum aut inæqualiter candidũ,
fieri poteſt ut in minore parte ſit ſanitas maior
aut candor,cũ minora q̃ maiora ſaniora uel can
didiora ſunt membra:uſqueadeo nõ mole con/
ſtat quod in qualitatibus magnũ dicitur eſſe uel
paruum. Verum tamen ſi moles ipſa corporis,
quantacũq; uel quantulacũq; ſit,penitus aufera
tur,qualitates eius nõ erit ubi ſint,quamuis non
mole metiendæ ſint. At uero deus non ſi minus
capitur ab illo cui præſens eſt,ideo ipſe minor
eſt. Totus enim in ſeipſo eſt,nec in quibus eſt,
ita eſt ut indigeat eis,tanquã non poſſit eſſe niſi
in eis. Sicut autem nec ab illo abeſt in quo non
habitat,& totus adeſt quamuis eum ille non
habeat:ita & illi in quo habitat,totus eſt præ/
ſens,quãuis eum non ex toto capiat. Neq; enim
ad habitandum diuidit ſe per hominum corda
ſeu corpora,aliam ſui partem huic tribuens,illi
aliã,ſicut lux iſta per aditus & per feneſtras do/
morum:ſed potius ſi quẽlibet ſonum cum cor/ Lib.8.
porea res ſit ac tranſitoria ſurdus non capit,ſur/
daſter non totum capit,atq; in his qui audiunt
cum pariter ei propinquent,tantomagis alius
alio capit,quanto eſt acutioris,tanto autem mi
nus,quanto eſt obtuſioris auditus,cum ille non
uarie magis minus ue inſonet,ſed in eo loco in 1. ſent. d.
quo ſunt,omnibus æqualiter præſto ſit:quanto ne autem
excellentius deus natura incorporea & immu/
tabiliter uiua,qui nõ ſicut ſonus per moras tem
porum tendi & diuidi poteſt,nec ſpacio aereo
tanquam loco ſuo indiget,ubi præſentibus præ
ſto ſit,ſed æterna ſtabilitate in ſeipſo manẽs,to/
tus adeſſe rebus omnibus poteſt,& ſingulis to/
tus:quãuis in quibus habitat,habeant eum pro
ſuæ capacitatis diuerſitate,alij amplius,alij mi/
nus,quos ipſe ſibi dilectiſſimũ templum gratia
ſuæ bonitatis ædificat:Et donationum quidem
dictæ ſunt diuiſiones tanq; per partes & mem/
bra unius corporis,ubi & ſimul omnes unum
templum,& ſinguli ſingula templa ſumus,quia
non eſt deus in omnibus quàm in ſingulis ma/
ior. Et fit plerũq; ut plures eum minus capiant, 1 Cor.12
unus amplius. Sed cum dixiſſet Apoſtolus,Di/
uiſiones autem donationũ ſunt,continuo ſubie
cit:idem autem ſpiritus. Item cum ipſas dona/
tionũ diuiſiones cõmemoraſſet,Omnia autem
hæc,inquit,operatur unus atq; idem ſpiritus,di
uidens propria unicuique prout uult. Diuidens
ergo non ipſe diuiſus,quia ipſe unus atq; idem.
Illæ uero diuiſiones dictæ ſunt,ſicut membrorũ
in corpore:quia non idẽ ualent aures quod ocu
li,atq; ita membra cætera diuerſis officijs con/
corditer diſtributa:quę tamen cum ſani ſumus,
una neq; diuerſa,nec alibi maiore,alibi minore,
ſed cum ſint ipſa diſparia cõmuni & pariter ſalu/
te congaudent. Huius corporis caput eſt Chri/
ſtus,huius corporis unitas noſtro ſacrificio cõ/
mẽdatur:quod breuiter ſignificauit Apoſtolus 1 Cor.10
dicẽs: Vnus panis,unum corpus multi ſumus.
Per caput noſtrũ recõciliamur deo,quia in illo
eſt diuinitas unigeniti facta particeps mortali/
tatis noſtræ,ut & nos participes eius immorta/
litatis eſſemus. Hoc ſacramentũ longe eſt à cor
dibus ſapientium ſuperborũ,& ideo non Chri/
ſtianorum,ac per hoc nec uere ſapientium. Illo
rum etiam dico ſapientiũ,qui cognouerũt deũ,
quia cognoſcẽtes deum,ſicut dicit Apoſtolus, Rom.1
non ſicut deum glorificauerũt,aut gratias ege/
rũt. Noſti autẽ in quo ſacrificio dicatur,Gratias
agamus domino deo noſtro. A cuius ſacrificij
humi

τῦφος, ὄγκος, pro arrogantia
humilitate lõge abeſt typhus & cothurnus illo/ A
rum. Et ideo multũ mirabilis res eſt,quẽadmo/
dum quorundã nõdum cognoſcẽtium deum ſit
inhabitator deus,& quorundã cognoſcentium
non ſit. Nec illi enim ad templũ dei pertinent,
1 ſen. diſt. 37. cap. illud qui cognoſcẽtes deum,nõ ſicut deũ glorificaue
rũt,aut gratias egerũt:& ad templũ dei pertinẽt
paruuli ſanctificati ſacramẽto Chriſti,regenera
Baptiſmus paruulorum ti ſpiritu ſancto,qui certe regenerati per ętatem
nondũ poſſunt cognoſcere deum. Vnde quem
potuerũt illi noſſe nec habere,iſti potuerunt ha
bere anteq; noſſe. Beatiſſimi autẽ ſunt,quibus
hoc eſt deũ habere quod noſſe. Ipſa quippe no/
Secunda quæſtio ticia pleniſſima,ueriſſima,feliciſſima eſt. Hinc
iam oportet etiã illã quã poſt epiſtolæ tuæ ſub/
ſcriptionẽ addidiſti,pertractare quæſtionẽ: Si B
adhuc ignorãt paruuli deum,quomodo Ioãnes
etiã antequã naſceretur,ad aduentũ & præſen/
tiã matris domini,in ſuæ matris utero potuit ex
ultare. Cũ enim cõmemoraſſes te legiſſe librũ
meũ de baptiſmo paruulorũ,addidiſti & aiſti,
de prægnãtibus quid ſentias opto cognoſcere,
Solutio cũ credulitatis fidẽ pro puero mater Ioãnis Ba/
ptiſtę reſpõderit. Hęc ſunt certe uerba Elizabet
Luc.1 matris Ioãnis: Beata tu inter mulieres,& beatus
fructus uentris tui:& unde hoc mihi,ut ueniat
mater domini mei ad me? ecce enim ut facta eſt
uox ſaluatiõis tuæ in auribus meis,exultauit in
gaudio infans in utero meo. Hoc aũt ut diceret,
ſicut Euãgeliſta præloquutus eſt,repleta eſt ſpi/
ritu ſancto,quo proculdubio reuelãte cognouit C
quid illa exultatio ſignificaſſet infantis,id eſt,il
4. ſent. diſt. 6 cap. illud lius ueniſſe matrẽ,cuius præcurſor ipſe & demõ
ſtrator eſſet futurus. Potuit ergo eſſe iſta ſignifi/
catio rei tantæ à maioribus cognoſcẽdæ,non à
paruulo cognitæ. Nam neq; cũ hoc ante in Eu/
angelio narraretur dictũ eſt,Credidit infans in
utero eius,ſed Exultauit. Neq; ipſa dixit,Exul/
tauit in fide infans in utero meo,ſed Exultauit
in gaudio. Videmus autem exultationẽ non ſo/
lum paruulorũ,ſed etiam pecorum,nõ utiq; de
aliqua fide uel religione,uel quacunq; rationali
cognitione uenientem. Sed hæc plane inuſitata
& noua extitit,quia in utero,& ad eius aduẽtũ,
quæ hominũ ſaluatorẽ fuerat paritura. Ideo mi
ra,ideo in magnis ſignis deputãda. Ideo hæc ex D
ultatio,& tanquã matri domini reddita reſaluta
tio,tanq; ſolẽt miracula fieri,facta eſt diuinitus
in infante,non humanitus ab infante. Quanq;
etiã ſi uſqeadeo eſt in illo puero acceleratus uſus
rationis & uolũtatis,ut intra uiſcera materna iã
poſſet agnoſcere,credere,cõſentire,quod in a/
lijs paruulis ætas expectatur ut poſſint,etiã hoc
in miraculis habendũ diuinæ potentiæ,non ad
humanæ trahendũ eſt exemplar naturæ. Nam
Num.22 quando deus uoluit,etiam iumentũ mutũ ratio
nabiliter eſt loquutũ: Nec ideo ſunt admoniti
Super Gen. ad literã 11.c.29 homines in deliberatiõibus ſuis,etiã aſinina ex
pectare cõſilia. Quo circa nec quod factũ eſt in
Iohãne contẽno,nec inde regulã quid ſentiẽdũ
ſit de paruulis figo:imò id in illo propterea mi/
rabiliter prædico,quia in alijs non inuenio. Ha/
bet quidẽ aliquid ſimile etiam illa in Rebeccæ
utero lucta geminorũ. Verum & hoc uſqeadeo Gen.25
prodigiũ fuit,ut diuinũ propterea mulier oracu
lum quęreret,& audiret duobus illis infantulis,
duos populos fuiſſe figuratos. Neſcire aũt diui
na paruulos q; nec humana adhuc nouerĩ,ſi uer
bis uelimus oſtendere,uereor ne ipſis ſenſibus
noſtris facere uideamur iniuriam,quando id lo
quendo ſuademus,ubi omnes uires officium q;
ſermonis facillime ſuperat euidentia ueritatis.
An non uidemus etiã cum articulatæ uocis qua
liacũq; ſigna ædere cœperint,atq; ad initiũ fan
di tranſire ab infantia,adhuc eos talia ſentire ac
dicere,in quibus ſi remãſiſſent,annisq; accedẽ/
tibus tales eſſe perſiſterẽt,nullus eos uel fatuus,
nimiũ fatuos eſſe dubitaret? Niſi forte id reſtat,
ut in uagitu infantiæ,uel in ipſo adhuc uteri ſilẽ
tio credamus paruulos fuiſſe ſapiẽtes,poſtea ue
ro q; nobiſcum cœperũt loqui,ad hanc ignorã/
tiam quã ridemus creſcendo ueniſſe. Quod opi
nari uides q; ſit abſurdũ,cum puerorum ſenſus
in qualiacũq; uerba prorumpẽs,qui certe ad ea
quæ maiores ſapiunt penè nullus eſt,tamẽ com
paratus illi in quo naſcuntur intelligẽtia dici po
teſt. Vnde autem in ipſo tanto ſalutis præſidio,
quando eis Chriſtiana gratia ſubuenitur,quod
uocibus quibus poſſunt & motibus reluctãtur,
non eis imputatur,atq; omnis reniſus ipſorum
nihili penditur,donec in eis ſacramẽta peragã/
tur,quibus id quod de originali damnatiõe tra/
ctum eſt expiẽtur,niſi quia in tantum neſciunt
quid faciunt,ut nec facere iudicentur? Porrò ſi
iam uterẽtur rationis & uolũtatis arbitrio,quo
illi ſanctificatiõi adhiberi deberet aſſenſus,quã
tum mali eſſet reſiſtere tantæ gratiæ,quamq; nõ
ſolum nihil prodeſſet quod fieret,uerũetiã inde
reatus accreſceret,q; Chriſtianus ignoret: Di/
cimus ergo in baptizatis paruulis,quãuis id ne
ſciant,habitare ſpiritũſanctum. Sic enim eũ ne/
ſciunt q̃uis ſit in eis,quẽadmodum neſciunt &
mentem ſuam:cuius in eis ratio qua uti nõdum
poſſunt,uelut quædã ſcintilla ſopita eſt,excitã/
da ętatis acceſſu. Neq; hoc in paruulis mirũ de/
beť uideri,cum Apoſtolus quibuſdã etiam ma/
ioribus dicat: Neſcitis quia templũ dei eſtis,& 1 Cor.6
ſpiritus dei habitat in uobis? De qualibus pau/
lo ante dixerat, Animalis autem homo non per 1 Cor.2
cipit quę ſunt ſpiritus dei,quos etiam paruulos
uocat,non carnis ætate,ſed mentis. Non itaque
percipiebãt cognitione ſpiritũ ſanctum qui ha/
bitabat in eis,& habitãte in ſe ſpirituſancto,ad/
huc animales nondũ ſpirĩtales erant,quia non/
dum poterant inhabitatorem ſuum ſpiritum co
gnitione percipere. Habitare autem ideo & in
talibus dicitur,quia in eis occulte agit,ut ſint
templum eius,idq; in proficiẽtibus & profici/ Rom.8
endo perſeuerantibus perficit. Spe enim ſalui
facti ſumus,ſicut Apoſtolus dicit,cum alio loco Tit.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicat: Saluos nos fecit per lauacrum regenera-
tionis. Cum ergo hic dicat, Saluos nos fecit, tā-
quam salus ipsa iam data sit, quemadmodū intel
ligēdum sit, illic exponit, ubi ait: Spe enim salui
facti sumus. Spes autē quę uidetur non est spes.
Facta quæ sperantur Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem
quod non uidemus, speramus, per patientiā ex
pectamus. Multa itaq; dicūtur in scripturis tan
quam facta sint, cum in spe adhuc esse intelligā
tur. Vnde est & illud quod dominus discipulis
Io.15 ait: Omnia quę audiui à patre meo, nota feci uo
bis. Quod usq; adeo secūdum spem dictum est
Io.16 futurorū, ut eis postmodū dicat: Multa habeo
uobis dicere, sed nō potestis illa portare modo.
Agit ergo in quibus mortalibus adhuc habitat,
ipsam ædificationē habitaculi sui, quam non in B
ista sed in alia post hanc uitam perficit, quando
absorbebit mors in uictoria, diceturq; illi, Vbi
est mors uictoria tua: ubi est mors aculeus tuus?
Quid est autem mortis aculeus, nisi peccatum?
Propter quod nunc etiam renati ex aqua & spi-
ritu, omnibusq; peccatis siue originis ex Adā,
in quo omnes peccauerunt, siue factorum, dicto
tum, cogitationūq; nostrarum, in illius lauacri
mūdatione deletis: tamē quia manemus in hac
uita humana, quæ tentatio est super terram, me
Mat.6 rito dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Et
hanc orationē dicit uniuersa ecclesia, quā mun-
Eph.5 dat saluator lauacro aquæ in uerbo, ut eam sibi
exhibeat gloriosam, non habentem maculā aut
rugam aut aliquid eiusmodi. Tunc utiq; perfi- C
cietur in re, ubi nunc proficiendo ambulatur in
spe. Nam quomodo est nunc non habens macu
lam aut rugam aut aliquid eiusmodi, quæ uel in
omnibus ad eam pertinētibus hominibus, qui
iam ratione mentis utuntur, & uoluntatis arbi-
trio, mortalisq; carnis sarcinam portant, uel cer
te quod etiam ipsos contentiosos necesse est fa-
teri, in multis suis mēbris ueraciter dicit, Dimit
te nobis debita nostra? Cum itaq; proficiētes in
quibus mortalibus habitat dum de die in diem
renouantur, magis magisq; iustificet, exaudiat
orātes, mundet cōfitentes, ut exhibeat sibi tem-
plum immaculatū in æternū, merito dicitur nō
habitare in eis qui cognoscentes deū, non sicut
Rom.1 deum glorificauerūt, uel gratias egerūt. Colen- D
do enim & seruiendo creaturæ potius q̄ creato
ri, non unius ueri dei templum se esse uoluerūt.
Atq; ita dum uolunt eum habere cum multis, fa
cilius effecerunt ut cum non haberent, quàm ut
diis multis falsis ue miscerent. Et merito dicitur
habitare in eis, quos secundū propositum uoca
tos, iustificādos glorificandosq; suscepit, etiam
anteq̄ incorpoream quæ ubiq; tota est, ualeant
eius nosse naturam, quantum nosci ex parte per
speculum & in ænigmate ab homine in hac uita
cum plurimum profecerit potest. Sunt enim in
quibus habitat multi tales, qualibus dicit Apo-
1 Cor.3 stolus: Nō potui uobis loqui quasi spiritalibus,
sed quasi carnalibus, tanq̄ paruulis in Christo,

A lac uobis potum dedi non escam. Nondū enim
poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. His
quippe etiam illud dicit: Nescitis quia templū 1 Cor.6
dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Hos ta
les si etiam anteq̄ peruenīāt ad spiritalem men
tis ætatē, ubi non lacte alantur, sed solido cibo,
dies uitæ huius extremus inuenerit, perficiet in
eis habitator illorum, quicquid hic intelligētiæ
minus habuerunt, quoniam & ab unitate corpo
ris Christi, qui nobis uia factus est, & à tēpli dei
societate non recesserunt. Vnde ut nō recedāt,
regulam fidei pusillis magnisq; cōmunem in ec
clesia perseueranter tenent, & in quod peruene
runt in eo ambulant, donec eis Deus reuelet: si
quid aliter sapiūt, cogitationes suas carnales nō
B dogmatizant: quia non obdurant contentiosis
defensionibus immanēdo, sed quodāmodo am
bulando, id est proficiēdo desudant, intelligen-
tiæ perspicuitatē impetrantes per fidei pietatē.
Quæ cum ita sint, duo ista quæ in uno fiunt ho-
mine, nasci & renasci, ad duos homines perti-
nent. Vnum ad illum primum Adam, alterum
ad secundū qui dicitur Christus. Sed nō prius,
ait Apostolus, quod spiritale est, sed quod ani- 1 Cor.15
male, postea spiritale. Primus homo de terra ter
renus, secundus homo de cœlo cœlestis: qualis
terrenus tales & terreni, & qualis cœlestis tales
& cœlestes. Sicut portauimus imaginē terreni,
portemus & imaginē eius qui de cœlo est. Item
dicit: Per unum hominem mors, & per unū ho-
C minem resurrectio mortuorum. Sicut enim in
Adā omnes moriūtur, ita & in Christo omnes
uiuificabunt. Omnes & omnes ideo dixit, quia
in mortem nemo nisi per illum, in uitam nemo
nisi per istum. In primo patuit quid hominis ar-
bitrium ualeret ad mortem, in secūdo aūt quid
dei adiutoriū ualeret ad uitam. Deniq; primus
homo non nisi homo, secundus uero deus & ho
mo. Peccatum enim factum est relicto deo, iusti
cia non fit sine deo: ac per hoc nec moreremur
nisi per carnalem propaginem de membris il-
lius ueniremus: nec uiueremus nisi per spirita-
lem cōnexionem membra huius essemus. Ideo
nobis opus fuit nasci & renasci: Illi autem pro-
pter nos tantūmodo nasci. Nos enim à pecca-
to ad iusticiam renascēdo transimus. Ille autem
à nullo peccato ad iusticiam trāsitum fecit, sed
in eo quod baptizatus est, nostræ regeneratio-
nis sacramētum, sua humilitate altius commen-
dauit: ueterem tamen hominem nostrum pas-
sione, nouum autem resurrectione significans.
Inobedientia nanq; concupiscentiæ quæ habi-
tat in carne mortali, qua fit ut eadē etiam mem-
bra præter uoluntatis moueantur arbitrium, ad
eum modum redigitur iusticia coniugali, ut li-
cite copulatis parentibus generentur, quibus
sit necessarium regenerari. Non tamen per hu-
iusmodi conuenientiam maris & fœminæ ue-
nire uoluit carnem suam Christus, sed de uirgi-
ne nihil tale in eius conceptu concupiscente,

similitu

similitudinē carnis peccati sumpsit ille pro no- A
bis, qua caro peccati mūdaretur in nobis. Sicut
Rom.5 enim per unius delictum, ait Apostolus, in om-
nes homines ad cōdemnationem, ita per unius
iustificationē in omnes homines ad iustificatio
nem uitæ. Nemo enim nascitur nisi operāte cō-
cupiscentia carnali, quæ tracta est ex primo ho-
mine qui est Adā: & nemo renascitur, nisi ope-
rante gratia spiritali, quæ data est per secūdum
4. sent. dist. 6 cap. illud hominem qui est Christus. Quapropter si ad il-
lum nascendo pertinemus, ad hunc renascēdo,
nec renasci quisquā potest antequàm natus sit,
profecto ille singulariter natus est, cui renasci
non opus fuit: quia non ex peccato in quo nun-
quam fuit, trāsitum fecit, neq; in iniquitate con-
ceptus est, aut eum in delictis mater eius in ute- B
ro aluit: quia spiritus sanctus superuenit in eam,
& uirtus altissimi obumbrauit eam, unde quod
natum est ex ea sanctum uocatur filius dei. Nu-
ptiarum enim bonum non extinguit, sed modi
ficat inobedientiū membrorum malum, ut limi
tata quodammodo cōcupiscentia carnalis, fiat
saltem pudicitia coniugalis. Virgo autē Maria
Luc.1 cui dictum est: Et uirtus altissimi obumbrabit ti
bi, in sanctam concipiendo prolem, sub tali um
braculo nullo ardore concupiscentiæ huius æ-
stuauit. Hoc ergo excepto lapide angulari, non
uideo quomodo ædificentur homines in domū
dei ad habendum in se inhabitantem deum, nisi
cum fuerint renati, quod non possunt esse ante-
quàm nati. Quālibet itaq; sententiā de prægnā C
tibus, imò de hominibus habeamus adhuc in-
tra materna uiscera constitutis, utrum existime
mus eos nec nē donari posse aliquo sanctifica-
tionis modo: uel propter Iohannem, qui nondū
in hanc æditus lucē, tamen exultauit in gaudio,
quod utiq; nisi operatiōe spiritus sancti fieri po
Hier.1 tuisse quis credat? uel propter Hieremiam cui
dominus dicit, Prius q̄ exires de uulua sanctifi
caui te: tamē illa sanctificatio qua efficimur, &
singuli templa dei, & in unum omnes templum
dei, non est nisi renatorum, quod nisi nati homi
nes esse nō possunt. Nullus autem uitam in qua
natus est bene finiet, nisi renatus ante q̄ finiat.
Quod si quisquā dicit iam esse natum hominē,
etiā cū adhuc est in utero matris, testimoniūq; D
adhibet ex Euāgelio, quia dictum est ad Ioseph
Natus, pro conceptus de prægnante uirgine domini matre, Quod em
in ea natū est, de spiritu sancto est: nūquid nam
huic natiuitati accedit secunda natiuitas? Alio-
quin non erit iam secunda, sed tertia. Dominus
Io.3 autē cum hinc loqueretur: Nisi quis, inquit, re-
natus fuerit denuo, eam scilicet computans pri
mam natiuitatē, quæ fit matre pariēte, non con-
cipiente atq; prægnante, quæ fit ex ea, non quæ
fit in ea. Neq; enim renatū dicimus hominem,
quem mater peperit, tanq̄ iterum natus sit, qui
iam semel natus fuerat in utero. Sed illa natiui-
tate non cōputata quæ grauidam facit, natus di
citur homo partu, ut possit renasci ex aqua &

A spiritu. Secūdum quam ex matre natiuitatem, Mat.1
etiam ipse dominus in Bethlehem Iudæ dicitur
natus. Si igitur homo regenerari per gratiā spi-
ritus in utero potest, quoniā restat illi adhuc na
sci: renascitur ergo antequā nascitur, quod fieri
nullo modo potest. Proinde in compagē corpo
ris Christi tanq̄ in uiuam structurā templi dei,
quæ est eius ecclesia, nati homines non ex ope-
ribus iusticiæ quæ fecerunt, sed renascendo per
gratiam transferūtur, tanquam de massa ruinæ
ad ædificiū firmamētum. Præter hoc enim ædi-
ficium, quod beatificādum constituitur ad æter
nam habitationē dei, uita hominis omnis infe-
lix, & mors est potius appellanda q̄ uita. Quis-
quis ergo inhabitabit à deo, ne ira dei maneat
super eum, ab hoc corpore, ab hoc tēplo, ab hac
ciuitate non erit alienus. Omnis autem nō rena
tus alienus est. Sacramentū porrò regeneratio-
nis nostræ manifestū esse uoluit, manifestatus
mediator. Erat autem antiquis iustis aliquod oc
cultū, cum tamē & illi eadem fide salui fierent,
quæ fuerat suo tēpore reuelanda. Non enim au
demus fideles temporis nostri præferre amicis
dei per quos nobis ista prophetata sunt, cū deū
Abraham & deum Isahac & deum Iacob, ita se
deus esse commēdet, ut hoc dicat suum nomen
æternū. Quod si circūcisio antiquis sanctis pro
baptismo fuisse creditur, quid respōdebitur de
his, qui anteq̄ hoc præceptum esset, deo placue
runt, non tamen sine fide? Quia sine fide, ut scri
ptum est ad Hebræos, impossibile est deo place Heb.11
re. Habentes autem, inquit Apostolus, eundem 2 Cor.4
spiritum fidei, propter quod scriptum est, Cre- Psal.15
didi propter quod & loquutus sum, & nos cre-
dimus, propter quod & loquimur. Non diceret
eundem, nisi & illorum idem ipse esset spiritus
fidei. Sicut autem illi quando idem sacramentū
occultum erat, credebant Christi incarnationē
futuram, sic & nos credimus factam. Et à nobis
autem & ab aliis, futurus expectatur ad iudiciū
eius aduentus. Non est enim aliud dei myste-
riū, nisi Christus, in quo oportet uiuificari mor
tuos in Adam: quia sicut in Adam omnes mo-
riuntur, sic & in Christo omnes uiuificabūtur,
quemadmodū superius disseruimus. Quamob
rem deus qui ubiq; præsens est, & ubiq; totus, Col.1
non in omnibus habitat, sed in eis tantum quos
efficit beatissimum templum suum, uel beatissi-
ma templa sua, eruens eos à potestate tenebra-
rum, & transferens in regnū filii charitatis suæ,
quod incipit à regeneratione. Aliter autem di-
citur templum eius in significatione, quum fit
per manus hominum de rebus inanimis, sicut
tabernaculum, lignis, uelis, pellibus atque hu-
iusmodi mobilibus, sicut etiam per Salomonē
regem, templum lapidibus, lignis, metallis con
structum. Aliter uero re ipsa uera, quæ illis si-
gnificationibus figurata est. Vnde dicitur: Et
uos tanquam lapides uiui, ædificamini domus 1 Pet.2
spiritalis. Et unde item scriptum est: Nos enim

templa

Universidad de Deusto
Biblioteca

templa dei uiui sumus,sicut deus dicit:Quoniã A uita sua æterna post fluctuationem huius seculi
inhabitabo in illis & inambulabo,& ero illorũ constituto. Deus igitur ubiq; præsens est,& ubi
deus,& ipsi erunt mihi plebs. Nec mouere nos q; totus præsens,nec ubiq; habitans,sed in tem
debet quod per quosdam ad hoc templum non plo suo,cui per gratiam benignus est & propi
pertinentes uel nondũ pertinentes,id est in qui tius. Capitur autem habitãs ab alijs amplius,ab
bus non habitat,uel nondum habitat deus ali alijs minus. De ipso uero capite nostro Aposto Col.2
quid uirtutis operatur:sicut per illum qui in no lus ait:Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo
mine Christi expellebat dæmonia,cum Chri diuinitatis corporaliter. Nõ ideo corporaliter,
stum non sequeretur,quem permitti iussit pro quia corporeus est deus,sed aut uerbo trãslato
pter multis utilem cõmendationẽ nominis sui. usus est,tanquam in templo manufacto non cor
Multos quoq; ait sibi in nouissima die dicturos: poraliter sed umbraliter habitauerit,id est,præ
Mat.7 In nomine tuo uirtutes multas fecimus. Qui figurãtibus signis:nam illas omnes obseruatio
bus utiq; non responderet:Non uos noui,si ad nes,umbras futurorũ uocat,etiam ipso transla
templum dei quod inhabitando beatificat per to uocabulo:summus enim deus,sicut scriptum
Act.10 tinerent. Cornelius etiam Centurio antequam est,non in manufactis templis habitat:aut cer Act.17
regeneratiõe incorporaretur huic templo,miſ B te corporaliter dictum est,quia & in Christi cor
sum ad se angelum uidet,auditq; dicentẽ,quòd pore quod assumpsit ex uirgine,tanquã in tem
exaudite sint orationes eius,& eleemosynæ ac plo habitat deus. Hinc est enim quod Iudæis si
ceptæ. Agit enim hæc deus tanquam ubiq; præ gnum petentibus,cum dixisset:Soluite templũ Io.2
sens,uel per sanctos angelos suos. Nã illa prius hoc,& in triduo resuscitabo illud:Euangelista
4.sent.dist.6 cap.illud q; exiret de uulua sanctificatio Hieremiæ,quan quid hoc esset consequẽter exponens ait:Hoc
quam nõnulli hoc in typũ saluatoris accipiant, autem dicebat de templo corporis sui. Quid er
qui regeneratione non egerit,tamen etiam si de go est? Hoccine interesse arbitramur inter ca
ipso propheta accipiatur,potest & secundũ præ put & membra cętera,quod in quolibet quãuis
destinationẽ non inconuenienter intelligi:sicut præcipuo membro,uelut in aliquo magno pro
filios dei appellat euangelium nondum regene pheta aut apostolo,quãuis diuinitas habitet,nõ
Io.11 ratos,ubi Caiphas cum de domino dixisset:Ex tamen sicut in capite quod est Christus omnis 3.sent.d
pedit uobis ut unus moriatur homo pro popu plenitudo diuinitatis? Nam & in nostro corpo cap.1
lo,& non tota gens pereat,mox euangelium se re inest sensus singulis membris,sed non tantus
quutũ adiunxit:Hoc autem à semetipso non di quãtus in capite,ubi prorsus omnis est quinque
xit,sed cum esset pontifex anni illius propheta C partitus. Ibi enim & uisus & auditus & olfactus
uit,quia Iesus moriturus erat pro gente,& non & gustus & tactus. In cæteris autem solus est ta
tantum pro gente,sed ut filios dei,qui erant dis ctus. An etiam præter hoc quod tanquã in tem
persi,cõgregaret in unum. Filios dei appellauit plo in illo cõrpore habitat omnis plenitudo di
utiq; præter Hebræam gẽtem,in cæteris etiam uinitatis,est aliud quod interfit inter illud caput
omnibus gentibus cõstitutos,nondum fideles, & cuiuslibet membri excellentiam? Est planè,
nõdum baptizatos. Quomodo ergo dei filios, quod singulari quadam susceptione hominis il
nisi secundum prædestinationẽ,secundũ quam lius una facta est persona cum uerbo. De nullo
Eph.1 & Apostolus dicit,quòd nos elegerit deus in enim sanctorũ dici potuit,aut potest,aut pote Io.1
Christo,ante constitutionẽ mundi? Illa uero in rit,Verbum caro factum est. Nullus sanctorũ,
unum congregatio,factura eos erat filios Dei. qualibet præstantia gratiæ,unigeniti nomen ac
Neq; enim in unum dictum est aliquem corpo cepit,ut quod est ipsum dei uerbũ ante secula,
ralem locum,cum de tali uocatione gentiũ pro hoc simul cum assumpto homine diceretur. Sin
pheta prædixerit:Et adorabũt eum unusquisq; gularis est ergo illa susceptio,nec cum homini
de loco suo,omnes insulæ gentium:sed congre bus aliquibus sanctis quantalibet sapientia &
garet in unum dictum est,in unum spiritũ,& in D sanctitate præstantibus,ullo modo potest esse
unum corpus,cuius unũ caput est Christus. Ta communis,ubi diuinæ gratiæ satis perspicuum
lis cõgregatio ædificatio est templi dei. Talem clarumq; documẽtum est. Quis enim tam sit sa
congregationẽ non generatio carnalis,sed re crilegus,ut audeat affirmare aliquam posse ani
generatio spiritalis facit. Habitat itaq; in singu mam per meritũ liberi arbitrij,ut alter sit Chri
lis deus tanquam in templis suis,& in omnibus stus efficerer? Vt ergo ad personam uerbi unige
simul in unum congregatis,tanquam in templo niti pertineret,quo pacto per liberũ arbitrium
suo. Quod templum quandiu sicut arca Noe in cõmuniter omnibus & naturaliter datum una
hoc seculo fluctuat,fit quod in psalmo scriptum sola anima meruisset,nisi hoc singularis gratia
Psal.28 est:Dominus diluuium inhabitat. Quamuis & præstitisset,quam fas est prædicare,de qua ne
propter multos in omnibus gẽtibus populos fi fas est uelle iudicare. Hæc si pro uiribus nostris
deliũ,quos aquarũ nomine Apocalypsis signifi quantũ dominus adiuuit rite tractauimus,quan
cat,possit intelligi cõgruẽter:Dominus diluuiũ do deum ubique præsentem,& non spacijs di
inhabitat. Sequitur autem:Et sedebit dominus stantibus,quasi aliqua mole uel distensione dif
rex in ęternum: Vtiq; in ipso templo suo iam in fusum,sed ubique totum cogitare te extendis,

auerte

auerte mentem ab omnibus imaginibus corpo A runt? Quos ait sanctos qui in terra sint sancti.
rum, quas humana cogitatio uoluere consue Num illos Iudæos, qui filij carnis Abrahæ, &
uit. Non enim sic sapientia, non iustitia, non non filij repromissionis excluduntur à semine
sic denique charitas cogitatur,de qua scriptum quod in Isaac uocatum est? Ideo sanctos in ter
1 Io.4. est:Deus charitas est. Cum uero habitationem ra,quia sancti genere carnali, uita autẽ sensuq;
eius cogitas,unitatem cogita congregationẽq; terreni sunt,qui terrena sapiũt, & carnali obser
sanctorũ,maxime in cœlis:ubi propterea præ uantia in uetustate litteræ consenescunt: nõ re
cipue dicitur habitare,quia ibi fit uoluntas eius nascentes in nouam creaturam, quia non rece
perfecta eorum in quibus habitat obedientia. perunt eum per quem uetera transierunt, & fa
Deinde in terra,ubi ædificans habitat domum cta sunt omnia noua. Sic enim forte eos in hoc
suam,in fine seculi dedicandam. Christum aũt psalmo sanctos appellat,quomodo & in Euan
dominũ nostrum unigenitũ dei filiũ æqualẽ pa gelio iustos,ubi dicit:Non ueni uocare iustos, Mat.9
tri,eundemq; hominis filium, quo maior est pa sed peccatores:id est illos iustos, qui in sanctita
ter,& ubiq; totũ præsentẽ esse nõ dubites tanq; te generis & littera legis gloriantur. Quibus di
deum,& in eodem tẽplo dei esse tanq; inhabitã citur:Nolite gloriari in patre Abrahã,quia po
tem deum,& in loco, aliquo cœli propter ueri B tens est deus de lapidibus istis excitare filios Mat.3
corporis modũ. Sed cum me delectat loqui te Abrahæ. Quorum forma in illo pharisæo pro
cum,nescio utrum seruauerim sermonis suffi ponitur,qui iusticias suas tãquam nescienti do
cientis modũ,quasi diuturnum silentium loqua mino recolens,prædicabat in templo: nõ orans
citate cõpensem. Verum quia religione & be ut exaudiretur,sed exigens quasi debitum me
neuolentia qua me præoccupasti,ita inuiscera riti pro operibus bonis quidẽ,sed ingratis,deo:
tus es cordi meo,ut tanq; cũ amico uere collo quia quod iusticia ædificauerat, superbia de
quar,quicquid in opere stili nostri utiliter ela struebat:nec id ipsum silentio sed uoce clama
boratum esse cognoscis,deo gratias age. Si qua bat,ut appareret eum nõ diuinis auribus loqui,
autem uitia mea perspicis,uti charissimus ami qui & ab hominibus uellet audiri. Atq; ideo nõ
cus ignoscat,eadem scilicet synceritate dilectio placuit deo,qui placebat sibi. Quoniam dissipa Psal.52
nis mihi optas medicinã,qua cõcedis & uenia. uit dominus ossa hominum sibi placentiũ. Con
Paulinus Augustino proponit nouem quæstio fusi sunt,inquit,quia spreuit illos,qui cor humi
nes ex diuersis scripturarum locis. In hac epistola le & contribulatum non spernit. Deniq; & in Luc.18
comperi quiddã ridiculum. Paulinus in loco quo ipsa euangelij parabola, qua pharisæi & publi
Paulus refert alios datos prophetas, alios aposto C cani persona confertur,euidenter ostendit ipse
los,non putat eum sentire de prophetis Veteris te dominus quid in homine suscipiat,quid repel
stamenti,sed de alio genere prophetarum. Hic qui lat,sicut scriptũ est: Quia deus superbis resistit, Iac.4.
dam assuerat pannũ,ueluti pro Augustino respon humilibus autem dat gratiam. Ideo protestatur
dens,quo nihil uidi stultius. Inerant enim hæc uer magis iustificatum abijsse è templo publicanũ
ba: Vt enim ad uim termini proficiscar, Apostolus de confessione peccatorum suorum, q; phari
Græcum dicitur ab apos,quod notat argumẽtum sæum de imputatione iusticiarũ suarum. Meri
uel præminentiam,& stolon quòd est missio,quasi to aũt ille laudator sui repudiatus abscessit à fa
præminenter missus ad augmentationem scilicet fi cie dei,qui cum ipso nomine etiã peritiam legis
dei catholicæ. Habes gustũ optime lector,unde reli præferret,obijtus fuerat in propheta dicentem
qua cõtectes,leonem (ut aiunt) ab unguibus. Assu dominum: Super quem habitabo nisi super hu Esa.66
mentum ridicule fuerat interiectũ inter nomen ap milem & quietũ, & trementẽ sermones meos.
pellatiuũ & epitheton,temporis uidelicet & sequu Ille autem in corde contrito sui accusator acci
turi. Hæc portenta cum deprehendantur in libris pitur,& obtinet ueniam de confessis peccatis
orthodoxorum,tamen quidam indignãtur nobis, propter gratiam humilitatis, sancto illo phari
quod audemus quædam restituere. Epist. LVIII sæo (quales Iudæi sancti sunt) reportante sarci
E paucis quæ nũc iam ad nauẽ cur nam peccatorum de iactantia sanctitatis. Ipsius
D rente litterarũ perlatore, & mihi in D nimirum sunt forma Iudæi illi,quibus Aposto Rom.10
ipsius festinatione properanti in mẽ lus ait,quod suam iusticiam statuere cupientes,
tem uenerunt,ne sine corollario mi quæ ex lege est, iusticiæ dei non sunt subiecti,
hi rescribas,aliqua proponam: Quæ si forte lu quæ est ex fide, quæ reputata est patri nostro
cida sunt & mihi uidentur obscura, nemo pru Abraham ad iusticiam, nõ ex operibus, quia se
dentum filiorum,qui forte de nostris in hora le cundum omnipotentiã dei credidit deo: Apud
ctiunculæ huius circa te steterint,de insipientia quẽ ille uere iustus est,qui ex fide uiuit: nec san
mea rideat,sed potius beneuolẽtia fraternæ cha ctus in terra est,sed in cœlo,quia non carne,sed
ritatis faueat instruendo, ut efficiar uidentium spiritu ambulat: cuius conuersatio in cœlis est,
particeps,& ex doctrina tua illuminatis menti nõ gloriãtis in circũcisione carnis,sed in circũci
bus considerantium mirabilia de lege domini. sione cordis,quæ nõ littera,sed spiritu agitur in
Dic ergo mihi benedicte doctor Israel, quid sit uisibiliter,unde laus eius nõ ex hominibus,sed
quod dicitur in psalmo decimoquinto: Sanctis ex deo. Deinde quod iungit in eodẽ uersiculo:
qui in terra sunt eius,mirificauit omnes uolun Mirã
tates suas inter illos. Multiplicatæ sunt enim
omnes infirmitates eorum,postea acceleraue

Universidad de Deusto
Biblioteca

Miras fecit uoluntates suas inter illos, credo ex eo dicit, quod ipsis primum lucernam legis accendit, & præcepta uiuendi dedit. Notas enim inquit, fecit uias suas Moysi, & filijs Israel uoluntates suas. Deinde ipsum pietatis suæ sacramentum in ipsis operatus est, natus in carne ex uirgine deus in gente ipsorum, & de carne ipsorum factus ex semine Dauid homo. Deinde uirtutes sanitatum, quas in ipsis & coram ipsis perfecit.
Io.9 Qui per hæc non modo creditus non est, sed & blasphematus est ab eis, cum dicerent: Hic homo si à deo esset, non curaret sabbatis: & nõ ejicit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Propter hanc mentem obdurata impietate cæcatam, multiplicatæ sunt infirmitates & tenebræ eorum. Sed quid est quod ait: Postea accelerauerunt: Vtrum in pœnitentiã, sicut illi in Actibus apostolorum capite secũdo, qui beati Petri prædicatione compuncti, crediderunt in eum quem crucifixerunt: & festinantes tanto expiari peccato, ad domum gratiæ concurrerunt? An uero quia uirtutes animæ ex fide & charitate dei roborantur, illis impijs utroq; uacuis multiplicatæ sunt infirmitates animæ ex impietate scelerum mortiferis languoribus occupatæ? Christus etenim lumen & uita credentium est, & sanitas sub pennis eius. Vnde non mirum si & tenebræ & infirmitates eorum multiplicatæ sunt in interitum, qui uitam & lucem non receperũt, neq; sub pennis eius manere uoluerunt. Quos ut ipse flens in euangelio protestatur, sæpe uoluit congregare ipsos sub alas suas, sicut gallina congregat pullos suos, & noluerunt. Multiplicatis ergo infirmitatibus quo accelerauerunt, forte in crucẽ domini conclamandam, & inuito Pilato nefarijs uocibus extorquendam, ut adimplerent mensuram patrũ suorum: ut isti dominum prophetarum occiderẽt, quorum patres ipsos prophetas interfecerunt, à quibus hic mundi saluator esse uenturus nunciabatur. Postea accelerauerunt. Veloces enim pedes eorum ad effundẽdum sanguinem. Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, id est Christũ, qui dicit: Ego sum uia. In consequẽti psalmo illud mihi expono desidero, quid dicat: De absconditis tuis adimpletus est uenter eorum. Saturati sunt porcina, uel sicut in quibusdã psalterijs scriptum audio: Saturati sunt filijs, & reliquerũt quæ superfuerunt paruulis suis. Rursus in alio psalmo admirari soleo, filium ad patrem loqui intelligẽs, in psalmo quinquagesimo octauo, ubi de Iudæis inimicis, de quibus supra dixerat: Ecce ipsi loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum. Paulo infra dicit: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ. Disperge illos in uirtute tua, & destrue eos domine. Quod in his usq; in hodiernũ diem uidemus impleti. Destructi sunt enim à ueteri sua gloria sine templo & sine sacrificijs, ac sine prophetis in omnium gẽtium dispersione uiuentes. Sed quid miramur quod iam per prophetam pro eis non occidendis rogabat, pro quibus & sub ipso tẽpore passionis iam ad crucem eum ducentibus precabatur, dicens: Pater dimitte eis, non enim sciunt quid faciunt. Verum quod adiecit: Ne unquam obliuiscantur legis tuæ, tanquam propter hoc necessaria esset etiam sine fide euãgelij uita eorum, obscurum mihi fateor. Quid enim his ad salutem, quæ sola fide quæritur, prodest in legis memoria & meditatione uersari, nisi forte propter honorem legis ipsius, uel generis Abrahã, ut etiã in parte terrena carnalis seminis eius, qua uidẽtur secundum harenam maris computari, legis antiquæ litera perseueret, ne forte aliqui legendo legem, illuminentur ad fidem Christi, qui & legis & prophetarũ finis est, & in omnibus eorum libris præfiguratus ac prophetatus elucet? Aut quia ex ipsis impijs eorum, generatio uentura est electorum, qui de singulis tribubus electi, in duodenis milibus signabuntur, quibus ipsa reuelatio beati Ioãnis ex uoce angeli prænunciantis hoc testimonium perhibet, quia comita tui regis æterni familiarius adhærebũt penitus immaculati, & humanæ coniunctionis expertes? De quibus specialiter ait: Sequũtur agnum quocũq; ierit, quia cum mulieribus se non coinquinauerũt, uirgines enim sunt. In sexagesimo septimo præter alia illud mihi obscurissimũ est quod ait: Verũtamen deus conquassauit capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis, quid sit uerticem capilli perambulãtiũ in delictis. Non enim dixit: Verticem capitis, sed uerticem capilli, qui sine sensu est. An repletum peccatis hominẽ uult ostendere? Scriptum est: Omne cor in dolore à pedibus usq; ad caput. Et paulo infra quod ait: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. A quo ipso? Et nunquid canes dei dici possunt gentiles, quos ipse in euangelio canes nominat? Aut ne forte ipsos canes dei dicat, quales æstimari possunt, si qui in nomine Christiano gẽtiliter uiuant, quorũ pars cum infidelibus ponitur, quia deum quem uerbis colunt, factis negant? Hæc interim de psalmis, nũc & de apostolo, quod cũ que proponam. Dicit ad Ephelios, quod in alia epistola dixerat de gradibus uel ordinibus dispositionum dei operante spiritu sancto diuisiones gratiarum: & quosdam quidem dedit apostolos, quosdam autẽ prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationẽ sanctorũ, & reliqua. Hoc opto distinguas mihi in hac diuersitate nominũ, quæ sit cuiq; nomini officiorum uel gratiarum proprietas. Quid proprium sit apostolorum, quid prophetarum, quid euangelistarum, quid pastorum, quidue doctorũ. In omnibus enim his diuersis nominibus simile & propè unum doctrinæ officium uideo fuisse tractatum. Hos autem prophetas, quos post apostolos posuit, non pu-

to illos esse, qui ordine temporũ ante apostolos fuerunt: sed illos, quibus iam sub apostolis per gratiã donabatur, aut interpretatio scripturarũ & inspectio mentium, aut prædictio temporis secuturi, ut Agabus cernebat. qui & famem instantem prædixit, & quæ beatus Paulus in Hierosolymis passurus esset, & uerbo denunciauit, & signo zonæ eius ostendit. Inter pastores specialiter & doctores quid interfit dinoscere uolo, quia præpositis ecclesiæ utrunq; nomen adscribi solet. Item quod ait ad Timotheum: Obsecro igitur primum omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominib. quæso exponas mihi quod discrimen sit in hac diuersitate uerborum, cum omnia mihi quæ gerẽda dixit, orationis officio conuenire uideantur. Item quod ad Romanos ait, interrogo & rogo ut edisseras mihi. Multũ enim cæcutire me fateor in hac Apostoli sentẽtia de Iudæis quod ait: Secundum euangelium quidem inimici propter uos, secundũ electionẽ autem charissimi propter patres, quomodo ijdẽ inimici propter nos, qui credidimus ex gentibus, tanquã non potuerint gentes credere, nisi Iudæi non credidissent? Aut ipse unus omnium creator deus, qui omnes homines saluos fieri uult, & ad agnitionẽ ueritatis uenire, capax nõ fuit acquisitionis utriusque, nisi alterum pro altero possideret? Deinde si charissimi propter patres, quomodo aut unde charissimi, si non credant, & inimici deo esse persistant? Nónne inquit: Qui oderãt te deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos? Certe hoc puto paterna uox loquitur ad filiũ per prophetam in eodem psalmo, ubi supra de parte credentiũ dixerat: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Quid autem illis prodest ad salutem, quę non nisi per fidem & gratiam Christi capitur, si propter fidem patrũ charissimi sunt? cui bono diligũtur quos necesse est propter hoc damnari, quod propter suam in fidelitatem à prophetarum & patriarcharũ parentũ fide discrepantes, inimici sunt euangelio Christi? Si ergo charissimi deo, quomodo pereunt? & si non credunt, quomodo nõ peribũt? Si propter patres sine suo merito diliguntur, quomodo & propter patres nõ saluabũtur: sed & si fuerint Noe, Daniel, & Iob in medio eorũ, filios impios non saluabunt, soli salui erunt. Ad huc aliud obscurius mihi erue de profundo & in uadum profer. In epistola Colossensium omnino colligere nõ possum quod ait: Nemo uos seducat, uolens in humilitate & religione angelorum, quæ non uidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis sue, & non tenens caput, de quibus angelis dicit: si de inimicis & malis, quæ illorũ religio, aut quæ humilitas, aut quis sit magister seductionis huius, qui per obtentum nescio cuius angelicæ religionis quasi uisa & comperta doceat quæ non uidit. Sine dubio hæretici, qui doctrinas dæmoniorũ & sequuntur, & promũt conceptis ab eorũ spiritu adinuentionibus, quę non uiderunt phantasmata quasi uisa fingẽtes, & pestiferis disputationibus in corda male credula seminãtes. hi sunt qui non tenent caput, id est Christum fontem ueritatis, cuius doctrinæ quicquid aduersatur, insanum est. Et hi cæci ducces cæcorum: de quibus dici puto, Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non tenẽt aquam. Deinde in sequenti capite adiecit: Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; cõtrectaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso usu secundum præcepta & doctrinas hominum, rationem quidem habẽtia sapientiæ in superstitiõe & humilitate ad nõ parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Qui sunt isti, quibus rationem sapientiæ inesse testatur magister ueritatis, & tamen ipsam ueritatem religionis inesse abneget. Ne forte de talibus loquitur, de quibus ad Timotheum dicit: Habentes autem speciem pietatis, uirtutem eius abnegantes? Rogo ergo specialiter hæc capitula duo de Colossensium epistola per singula mihi uerba dissoluas, quia laudabilibus execrãda permiscuit. Quid enim tam laudabile, quam ratio sapientiæ? & quid tã execrabile, quam superstitio erroris? Humilitas quoq; & deo placita, & maxime in uera religione laudabilis, cum ratione sapientiæ ipsis datur: De quorum doctrinis & actibus dicitur nobis: Ne tetigeritis, neq; gustaueritis quę sunt in interitum, quia non sunt ex Deo: & omne quod non est ex fide, peccatum est. Deus autem dissipauit consilia sapientium, qui deo stulti sunt per prudentiam carnis, quæ non potest legi Dei esse subiecta. Scit enim cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt. Qualem humilitatem, qualemq; rationem sapientiæ superstitioni ex hominum doctrinis uenienti inesse dicat, requiro. Et quod ait: Ad non parcendũ corpori, non in honore aliquo ad saturitatẽ carnis. Prorsus hæc parum intelligo, quia in eadẽ sententia magna mihi uidetur esse discretio: arbitror enim eum de abstinentia qualibet ficta uel inutili, qualis solet ab hæreticis affectari, hoc dicere, Ad non parcẽdum corpori. Quod autem adiecit: Non in honore aliquo, quia sancti operis speciem, nõ in fide ueritatis exercentes, nullius gloriæ honore uel fructu agunt, quod in magna erroris peruersi reprehensione conficiunt: transfigurãtes se in ministros iustitię. Sed quod adiecit, Ad saturitatem carnis: contrarium mihi uidetur illi quod dicit, Ad non parcendũ corpori: uidetur enim mihi ille non parcere corpori, qui carnẽ ieiunijs domat, sicut Apostolus dicit: Liuidum facio corpus meum, & in seruitutẽ redigo: à quo opere saturitas carnis aliena est: nisi forte & ipsam saturandæ carnis curam, quę maxime obseruantiam religionis prætendenti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus probrosa est,non parcere corpori, dixit se/ A
cundum illud honestatis præceptum, quod ali/
bi dicit,ut unusquisq; suum uas honorifice pos/
sidere nouerit, ut hostiam uiuam & placentem
deo suum corpus exhibeat:nō in saturitate car/
nis,quia distensio corporis animæ sobrietatem
necat,& inimica est castitati. Restat ut aliquid
& de euangelicis locis suggerā beatitudini tuę:
non quidē quanta legenti per ocium occurrere
solent (Nec enim nunc uacabat disposita per li/
bros quęrere,aut in reminiscēdis memoriā uen
tilare) sed uel pauca,quæ ad horam dictationis
huius in mentē ueniunt,scisciтabor.De resurre/
ctionis forma non grādem,sed plenam fidei in/
structione epistolā, qua secundæ consultationi
meę,dum Carthagini hyemarem,rescripseras, B
si habes relictam in schedis, rogo ut mittas,aut
certe retexas eam mihi, quod tibi facile est.Nā
& si scripta nō extat,quia forte breuis epistola
ut tumultuaris tibi inter libros tuos haberi spre
ta sit,renoua eam mihi in eodē sensu promptā
de thesauro cordis tui, & mitte ad me inter alia
responsa,quæ reddes mihi,ut spero, præstante
mihi ac tibi cōmeatū dierum Christo, ut eam,
quo labor tuus in me fructificet,accipiā:secun/
dum hæc capitula scripturarū,de quibus te qui
uides quasi per deum interrogaui,ut audiā quid
in uel ex te mihi loquatur deus. Hoc autem ro/
go lucere mihi facias,quomodo uel qua ratiōe
dominus post resurrectionem uel mulieribus,
quæ primæ ad sepulchrū uenerunt,uel postea il C
lis duobus in uia,deinde discipulis suis, & non
agnitus sit,& agnitus.In eodē enim corpore re/
surrexit,in quo & passus est. Et quomodo non
eadem erat eiusdē corporis forma quæ fuerat:
aut si eadē erat,quomodo non agnoscebatur ab
his qui eum nouerant.Illud uero sacramenti es/
Luc.24. se credo,quod qui in uia ambulantibus nō fue/
rat agnitus,in fractione panis reuelatus est.Id/
ipsum tamen tuo sensu uolo tenere, non meo.
Io.20 Et quod ad Mariam ait: Noli me tangere,non/
dum enim ascendi ad patrē, Si cominus stantē
non sinebatur attingere,quomodo eum tange/
ret cum ascendisset ad patrē,nisi forte fidei pro/
fectu & mētis ascēsu,qua deus homini fit lōgin
quus aut proximus:& illa dubitauerat de Chri D
sto,quem hortulanū putauerat.Ideo fortassis au
dire meruit:Noli me tāgere.Indigna enim iudi
cabatur ut tāgeret manu Christū,quem necdū
fide apprehēderat,nec intellexerat deum,cum
hortulanū putasset,de quo paulo ante ab ange/
lis audierat:Quid quęritis uiuentē cū mortuis?
Noli ergo me tangere,quia tibi nondū ascendi
ad patrē,cui adhuc tātum homo uideor:postea
me tanges,cum ad agnoscēdum me credendo
conscenderis.De illis etiā beatissimi Simeonis
uerbis quid sentias,edissere mihi,ut sequar sen/
sum tuum:quibus cum ad uidendū ex oraculo
dei Christum agente spiritu uenisset in templū,
& acceptum sinu benedixisset infantem domi/

num,ait ad Mariam:Ecce hic positus est in rui/
nam & resurrectionem multorum in Israel,& in
signum cui contradicetur: & tuam ipsius ani/
mam pertransibit gladius,ut reuelentur multo/
rum cordium cogitationes:nunquid de passio/
ne Mariæ,quæ nusquā scripta est,hoc prophe/
tasse credendum est? An uero de materno eius
affectu,quo postea in tempore passionis assistēs
cruci,qua hoc erat fixum quod ipsa pepererat,
maternorum uiscerum dolore cōfixa est:& ani
mam illius,quæ eius secundū carnem filiū ipsa
spectante confoderat, crucis rhomphæa pene/
trabat. Vídeo enim & in Psalmis de Ioseph ita
dictum esse:Humiliauerunt in compedibus pe/ Psal.10
des eius,ferrum pertransiit animam eius.sicut
in Euangelio dixit Simeon: Et tuam ipsius ani/
mam pertransibit gladius. Non ait,carnem,sed
animam, in qua pietatis affectio continetur,&
doloris aculeus quasi gladius operatur:cum aut
aliqua carnis suæ iniuria afficitur,ut Ioseph,qui
non mortis,sed iniuriarū pertulit passiones,in
seruum uenditus,& in reum uinculatus,& car/
ceri datus:aut cum affectionis maternę tristicia
uel dolore cruciatur,ut in Maria,quam utiq; ad
crucem domini,in quo tunc sui tantū corporis
filium cogitabat,materna mēs duxerat,ut cum
eum uidisset mortuū,humana infirmitate luge/ ordo
ret,sepeliēdumq; colligeret,nihil sibi de ipsius
resurrectione præsumēs,quia subsequuturę ad/
mirationis fidem,in oculis posita passionis pœ
na cæcabat. Quāuis eandem astantē cruci suæ,
dominus non morientis infirmitate trepidans
consolatus sit,sed ipsam,qua obibat uolens,in
potestate habens mortē,plena uirtute uiuentis,
& constantia resurrecturi de cruce admonet,di
cens de beato apostolo Ioanne, Mulier ecce fi/ Io.19
lius tuus.itemq; illi ibidem cōsistenti,Ecce ma/
ter tua.Iam scilicet ab humana fragilitate,qua
erat natus ex fœmina,per crucis mortem demi
grans in æternitatē dei,ut esset in gloria dei pa/
tris,delegat homini iura pietatis humanę,& ex
discipulis suis adolescentiorē eligit,ut cōueniē/
ter assignet uirgini apostolo uirginem matrem:
duo pariter in eadē sententia docens,formā pie
tatis relinquens nobis,cum est de matre solici/
tus,ut quā relinquebat corpore,nō relinqueret
cura:sed nec corpore relicturus,quia quē uide/
bat morientē,mox erat uisura rediuiuū.Et illud
quod ad fidem omniū pertineret,salutiferū pie
tatis suæ sacramentū,arcana diuini rationē con
silij sub hac uoce designans,ut & alij matrē dele
garet pro matre habendā,& uice sua consolan/
dam,atq; illi uicissim nouū filium uice corporis
sui traderet,imò (ut ita dixerim) gigneret:quo
ostēderet eam præter se,qui ex ea uirgine natus
esset,nec habuisse filiū,nec habere:quia nec sal/
uator tātopere curā desolationis habuisset eius,
si illi unicus non fuisset. Sed redeamus ad uerba
Simeonis,in quorum clausula intellectū meum Luc.2
caligare fateor. Et tuam,inquit,animā pertransi

bit

bit framea uel gladius,ut reuelentur multorum A
cordium cogitationes. Secundū literā hoc mi/
hi penitus obscurū est,quia nec Mariā beatissi/
mam usquam legimus occisam,ut de corporali
gladio sanctus ille ei futuram passionē prophe/
tasse uideatur. Sed & quod subiecit: Vt reuelen
Psal.7 tur multorum cordium cogitationes. Scrutans
enim,inquit,corda & renes deus. Et de futuro
1 Cor.4 iudicio Apostolus ait: Quia tunc manifestabit
deus operta cordiū & occulta tenebrarū. Itidē
Apostolus,spiritaliter exprimēs arma cœlestia,
quib.in interiori nostro debeamus armari,gla/
dium spiritus dicit uerbum dei. De quo ad He/
Heb.4 bræos ait: Viuus est sermo dei & efficax,& pe/
netrabilior omni gladio ancipiti,Pertingēs(in/
quit)usq; ad diuisionē animæ & spiritus,& reli B
qua quæ nosti. Quid ergo mirum,si istius uerbi
ignita uis,& ācipitis gladij penetrabilior acies,
& sancti Ioseph olim,& postea beatę Marię ani
mam pertransiuit? Nam neq; in illius neq; in hu
ius corpore ferrum trāsisse cognouimus:atq; ut
magis pateat ibi prophetā ferrum pro uerbi gla
dio posuisse,statim subsequēte uersiculo ait: Ser
mo domini igniuit illum. Sermo enim dei & ig
nis & gladius est,uerbo ipso deo utrūq; dicente
de se:Ignem enim,inquit,ueni mittere in terrā,
& quid uolo nisi iam accēdatur? Itē alibi dicit:
Mat.10 Non ueni pacē mittere,sed gladiū. Vides eum
unam uim doctrinæ suæ diuerso ignis & gladij
nomine designasse. Aut quomodo Marię illata
per gladiū passio uel tribulatio perstaret. Itaque C
hoc scire cupio quid ad Mariā pertineret,ut re/
uelarētur multorum cordium cogitationes:aut
ubi apparuit, quia ex eo quod animam eius siue
carnalis in ferro,siue spiritalis gladius in uerbo
dei pertransiuit,exinde multorū cordium cogi
tationes reuelatæ sunt. Expone ergo hanc maxi
me de uerbis Simeonis clausulā mihi,quia lucē
nō dubito sanctæ animæ tuæ,quæ de interioris
oculi puritate meruit illuminationē spiritus san
cti,per quem scrutari & inspicere possit etiā al/
ta dei. Deus misereatur mei per oratiōes tuas,et
illuminet uultū tuum super me per lucernā uer/
bi tui,sancte domine beatissime frater in domi/
no Christo unanime magister meus in fide ueri
tatis,& susceptor meus in uiscеribus charitatis. D

Augustinus Paulino respondet ad nouem propositas quæstiones, Epistola LIX

Beatissimo & uenerabiliter desiderabili,& desi
derabiliter uenerabili sācto sanctęq; charis.fra
tri & coepiscopo Paulino,Augustinus in dn.S.

Vod de peruentione tā prospera fra
q tris & cōpresbyteri nostri Quinti,et
qui cum eo nauigauerūt,cito nos do
minus exhilarauit,nūciātibus literis
sanctitatis tuæ,gratias agens ei qui recreat affli
ctos,& humiles cōsolatur,& synceritati cordis
tui occasione filij & condiaconi nostri Ruffini,
quę proxima occurrit,nunc rescripta persoluo.
De littore nāq; Hipponensi profectus est;& ap

probo misericordiæ cōsiliū,quod tibi dominus
inspirauit,mihiq; insinuare dignatus es. Ipse &
hoc adiuuet,ipse prosperet,qui iam curā nostrā
ex magna parte leniuit,quia peruectus & cōmē
datus est charissimus homo non solū bonis ope
ribus,sed etiā sanctis orationibus tuis. Literæ sa
nè ueneratiōnis tuæ,ubi multa quæsisti,& quæ
renda admonuisti,& quęrendo docuisti,ad me
peruenerūt. Sed quas ipse cōtinuo rescripsi per
homines eorundem sanctorū solatiorū nostro/
rum,sicut his tuis recentioribus comperi,non
sunt redditæ ueneratiōni tuæ. In quibus quidē,
quatenus ad interrogata responderim,recolere
nō ualui:nec earum exemplū cum requisissem,
ubi hæc omnia possem recognoscere, inueni.
Ad nōnulla tamē me respōdisse certus omnino
sum,& ideo nō ad omnia,quia ut cito finirem,
festinatio perlatoris urgebat. Simul etiā miserā,
sicut iusseras,& illius epistolæ exemplū,quam
tuæ charitati apud Carthaginē de corporū re/
surrectione rescripserā,ubi de usu membrorum
exorta erat quæstio. Nunc ergo & hoc mihi,&
alterū alterius,ga nec ipsam in manus tuas per/
uenisse conieci,eo quod iterū interrogasti quæ
dam,quæ iam me in ea respōdisse lego & agno
sco. Sed ista per quem dixerim nescio. Scripta Solutio pri/
quippe charitatis tuæ,quibus ea reddidi,sicut mæ quæstiōis
etiam ipsa indicāt,missa sunt mihi ab Hippone
à nostris,cum essem apud sanctū fratrem & coe
piscopū nostrū Bonifaciū:nam eorū perlatorē
non uidi,& cōtinuo rescripta non distuli. Quia
ergo,sicut tunc scripsi,non potueram inspicere
codices Græcos propter quædā Psalmi decimi Augustinus
sexti inspexi postea quos inueni. Et unus habe/ consulit Grę
bat,quod & Latini nostri:Domine perdens de cos codices
terra dispertire eos. Alius sicut ipse posuisti:A
paucis de terra. Et illud quidē apertū habet sen
sum:Perdens de terra quā eis dedisti,dispertire
eos in gentibus,quod & factū eis est,cum graui
bello expugnati atq; subuersi sunt. Illud autē al/
terum quomodo accipiendū sit,nō mihi occur
rit,nisi quia in cōparatiōe perditæ multitudinis
eorū reliquiæ saluæ factæ sunt utiq; in paucis,à
quibus eos dispertiēdos,hoc est diuidēdos atq;
separandos,scriptura prænūciauit,dicens:Do/
mine à paucis,id est à reliquijs,quas ex illa gen
te saluas fecisti,de terra dispertire eos:ut terrā
intelligamus ecclesiā hæreditatēq; fideliū atq;
sanctorū,quę dicitur terra uiuentiū,& quæ etiā
illo loco rectè intelligi potest:Beati mites,quo/ Mat.5
niam ipsi hæreditate possidebūt terrā. Cum aūt
dictū esset,A paucis de terra diuide eos:additū
est,In uita eorum:ut in manifesto futurū intelli
geretur,dum hic uiuunt. Separātur enim multi
ab ecclesia,sed cum moriūtur,qui tamē cum ui/
uunt per sacramētorū cōmunionem unitatisq;
catholicæ uidētur ecclesiæ copulati. Isti ergo di
uisi sunt à paucis,qui diuisi sunt de terra,quam
sicut agrū suū excolit pater agricola. Diuisi aūt
in uita sua,id est hic in manifesto sicut uidemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sequitur autem,Et de absc̃oditis tuis adimple/
tus est uenter eorum,id est præter hoc quod in
manifesto diuisi sunt,etiam de absconditis tuis,
quæ in occulto reddis,retributione malorũ ad/
impletus est uenter eorum:uentrem posuit pro
internorũ latentiũq; secretis.Quod uero sequi/
Pro ὑμῶν, ὑῶν, legisse uidetur qui uertit por/ cinam
tur,Saturati sunt porcina:iam quid mihi ex hoc
uideretur aperui.Sed quod alij codices habẽt,
& uerius habere perhibẽtur diligentiora exem
plaria,quæ per accentus notam eiusdem uerbi
Græci ambiguitatẽ Græco scribendi more dis/
soluunt,obscurius est quidẽ,sed electiori senten
tiæ uidetur aptius conuenire.Quia enim dixe/
rat:Et de absc̃oditis tuis adimpletus est uenter
eorum,quibus uerbis occulta dei iudicia signi/
ficata sunt:occulta quippe sũt miseris,qui etiã
gaudent in malis,quos tradidit deus in cõcupi
scẽtias cordis eorũ:uelut quæreretur unde pos/
sint cognosci,qui in absc̃dito ira dei adimple/
Mat.7 ti sunt,& respõderetur quod in Euãgelio dictũ
est:Ex fructibus eorũ cognoscetis eos,cõtinuo
subiunctũ est,Saturati sunt filijs:hoc est fructi/
bus,quod euidẽtius dicitur operibus suis.Vn/
Psal.7 de alibi legitur: Parturiuit iniusticiã, concepit
Isc.1 dolorẽ,& peperit iniquitatẽ.Et alibi:Dein con
cupiscẽtia cum cõceperit parit peccatum.Mali
ergo filij,mala opera,quibus cognoscuntur,&
qui de absc̃oditis dei iudicijs internis cogitatio
Cant.4 num suarum tanq; in uentrẽ adimpleti sunt.Bo
na opera,boni filij sunt.Vnde ad spõsam eccle
siam dicitur:Dentes tui sicut grex detonsarum C
ascẽdẽs de lauacro,quæ omnes geminos creãt,
& sterilis nõ est in illis:in quo gemino fœtu,ge
minum opus dilectionis agnoscitur,dei scilicet
Mat.22 & proximi.In quibus duobus præceptis,tota
lex pendet & prophetæ.Iste autem sensus quo
ita exponitur quod scriptũ est,Saturati sunt fi/
lijs:nõ mihi occurrerat,cum ante rescriberem,
sed recensui breuissimã quãdam eiusdẽ Psalmi
expositionẽ quam iam olim dictauerã,& hoc sa
tis breuiter à me positum reperi.Inspexi etiã co
dices Græcos,utrũ datiuus casus esset quod di/
ctum est,filijs,an genitiuus,quo illa lingua uti/
ὡς γραμ/ ματίζει tur pro ablatiuo,& inueni genitiuũ.Quod si ad
uerbum interpretaretur,scriptũ esset, Saturati
sunt filiorum,sed recte interpres sententiam se/ D
quutus est,& Latino more dixit,Saturati sunt fi
lijs.Quod uero sequitur:Et reliquerũt reliquias
paruulis suis:existimo paruulos accipiẽdos ma
nifestos carnis filios.Vnde etiam secundũ istã,
non de porcina,sed de filijs expositionẽ,manet
Mat.27 illa sententia qua dixerũt:Sanguis huius super
nos & super filios nostros.Ita enim reliquerunt
operũ suorũ reliquias paruulis suis.In quintode
Solutio quæ/ stionis secũdæ cimo autem psalmo,quod scriptũ est:Mirifica/
uit,uel mirificet omnes uoluntates suas inter il/
los,nihil prohibet intelligi,imò & conuenien/
tius uidetur non inter illos,sed in illis.Sic enim
& Græci codices habent.Sepe autem quod ha
bet illa lingua in illis,nostri interpretantur inter

A illos ubi uidetur sententiæ conuenire.Accipia
mus ergo:Sanctis qui sunt in terra eius,mirifi/
cauit omnes uolũtates suas in illis,quod pleriq;
codices habent.Et intelligamus uolũtates eius,
munera gratiæ,quæ gratis data est,id est,quia
uoluit,non quia debebatur.Vnde est:Scuto bo
næ uolũtatis tuę custodisti nos.Et,in uoluntate
tua deduxisti me.Et,uolũtarie genuit nos uer/
bo ueritatis.Et,pluuiam uoluntariã segregans
deus hæreditati tuæ.Et,diuidẽs propria unicui
que prout uult,& alia innumerabilia.Proinde,
Mirificauit omnes uolũtates suas in illis,in qui
bus nisi in sanctis qui in terra sunt eius? Si enim
terra,sicut suprà ostẽdimus,potest accipi in bo
no,& ubi non additũ est eius,quãto magis ubi
B dicitur terra eius? Miras ergo fecit omnes uo/
luntates suas in illis. Miras omnino fecit,quia
eos ex desperatiõe mirabiliter liberauit.Ex hac
admiratiõe exclamat Apostolus: O altitudo di Rom.11
uitiarum sapientiæ & scientiæ dei.Suprà quippe
dixerat:Conclusit enim deus omnes in infideli
tate,ut omniũ misereatur.Nam hoc etiã hic se/
quitur:Multiplicatæ sunt infirmitates eorum,
postea accelerauerunt.Infirmitates posuit pro
peccatis,sicut ad Romanos apostolus dicit:Si
enim Christus cũ infirmi essemus adhuc iuxta
tempus pro impijs mortuus est:hos dixit,infir/
mos quos impios.Deinde paulo post eandẽ sen
tentiam repetens:Cõmendat,inquit,suã chari/ Rom.5
tatem deus in nobis,quoniã cum adhuc pecca/
tores essemus,Christus pro nobis mortuus est.
Quos infirmos supra,eos hic peccatores appel
lauit.Item in cõsequentibus hoc idem alijs uer/
bis uersans.Si enim cũ inimici essemus,inquit,
recõciliati sumus deo per mortem filij eius.Ac
per hoc in eo quod dictũ est:Multiplicatæ sunt
infirmitates eorũ,intelligũtur multiplicata pec
cata eorum.Lex enim subintrauit,ut abundaret
delictum.Sed quoniã ubi abũdauit delictum,su
perabũdauit gratia,ideo postea accelerauerũt.
Non enim uenit ille uocare iustos,sed peccato/
res,quia non est opus sanis medicus,sed ægro/
tantibus,quorũ scilicet multiplicatæ sunt infir/
mitates,ut eis sanãdis esset necessaria tantæ gra
tiæ medicina,& cui dimittuntur peccata multa
diligeret multum.Hoc cinis uaccæ & aspersio
sanguinis,et cruentarũ multiplicatio uictimarũ
significabat,nõ efficiebat.Ideo deinceps dicit:
Non cõgregabo cõuenticula eorum de sangui/
nibus,id est illorum sacrificiorũ,quæ immola/
bantur in figura sanguinis Christi.Nec memor
ero nominũ eorũ per labia mea.Nomina quip/
pe illorum erant in multiplicatiõe infirmitatũ:
Fornicatores,idolis seruiẽtes,adulteri, molles, Ephes
masculorũ concubitores,fures,auari,raptores,
ebriosi,maledici,& quicũq; alij regnum dei nõ
possidebunt.Sed ubi abũdante peccato,supera
bũdauit gratia,postea accelerauerũt.Hæc qui/
dem fuerũt,sed abluti sunt,sed sanctificati sunt,
sed iustificati sũt in nomine domini nostri Iesu
Christi

Christi,& in spiritu dei nostri.Ideo nõ memor A
erit nominũ illorum per labia sua.Sanè codices
emendatiores & electioris autoritatis,nõ habẽt
Nostri contrà habent, αὐτῶ uoluntates suas,sed uoluntates meas,quod tan/
tundem ualet,quia ex persona filij dicitur.Ipse
quippe loquitur,quem uerba illa euidẽter ostẽ/
Act.2 dunt,quibus & apostoli usi sunt:Non derelin/
ques animã meam in inferno,nec dabis sanctũ
tuum uidere corruptionẽ.Eadem sunt utiq; mu
nera gratiæ patris & filij & spiritus sancti.Et i/
deo rectissime & filius eas potest dicere uolũta/
tes suas.Quod uero in Psalmo LVIII de Iudæis
intelligitur,dicente:Ne occideris eos,ne quan/
do obliuiscãtur legis tuæ:conuenienter mihi ui
detur intelligi ita esse prænunciatum,eandẽ gen
tem etiam debellatam atq; subuersam,in popu/ B
li uictoris superstitiones nõ fuisse cessuram,sed
in ueteri lege mansuram,ut apud eam esset testi
monium scripturarũ toto orbe terrarum,unde
ecclesia fuerat euocanda.Nullo enim euidẽtio/
re documento ostẽditur gentibus,quod saluber
rime aduertitur,non inopinatum & repentinũ
aliquid institutum spiritu præsumptionis huma
næ,ut Christi nomen in spe salutis æternę tanta
autoritate præpolleat,sed olim fuisse propheta
tum atq; cõscriptum.Nam ipsa prophetia quid
aliud nisi à nostris putaretur esse conficta,si non
de inimicorum codicibus probaretur? Ideo ne
occideris eos,ne ipsius gentis nomen extinxe/
ris,ne quãdo obliuiscãtur legis tuæ.Quod utiq;
fieret,si ritus & sacra Gentilium colere cõpulsi C
penitus qualecũq; nomẽ religionis suæ minime
retinerẽt.Quod in eorum figura etiam de Cain
Gen.4. scriptũ est,quod cõstituit in eo dominus signũ,
ne quis occideret eum.Deniq; cum dixisset:Ne
occideris eos,ne quando obliuiscãtur legis tuę:
uelut quæreretur quid de illis esset faciẽdum,ut
in aliquos usus testimonij ueritatis non occidã/
tur,id est non cõsumantur,neq; obliuiscãtur le/
gis dei,cõtinuo subiunxit:Disperge illos in uir
tute tua.Si enim in uno loco essent terrarũ,non
adiuuarent testimonio prędicationẽ euangelij,
quæ fructificat toto orbe terrarũ.Ideo dispерge
illos in uirtute tua,ut eius ipsius,cuius fuerũt ne
gatores,persequutores,interfectores,ubiq; sint
testes per ipsam legem,quam non obliuiscũtur, D
in qua est ille prophetatus quem non sequũtur.
Neq; enim eis aliquid prodest,quòd eam nõ ob
liuiscuntur.Aliud est enim legem dei habere in
memoria,aliud in intellectu & effectu.In LX au
Quæstiõis ter tiæ solutio tem VIII psalmo quod quæris quid sit:Verunta
mẽ deus cõquassabit capita inimicorũ suorum,
uerticem capilli perambulantiũ in delictis suis,
nõ mihi uidetur aliud dictum,q; deus cõquassa
bit capita inimicorũ suorum nimium superbiẽ/
Hyperbole tium,nimium se extollentiũ in delictis suis.Per
hyperbolẽ quippe significauit superbiam,tan/
tum se extollẽtem,& tanta elatione incedentẽ,
quasi capilli uerticem perambulando calcaret.
Item in eodem Psalmo quod scriptum est,Lin/

gua canum tuorum ex inimicis ab ipso,nõ sem/
per in malo accipiendi sunt canes. Alioquin nõ
reprehẽderentur apud Prophetã canes nescien
tes latrare,& amãtes dormitare.Profecto enim Esa.56
laudabiles canes essent,si & latrare scirent,& ui
gilare amarent.Et certe illi trecenti in numero
per crucis literã sacratissimo non eligerentur ad Iud.7
uictoriam faciendã,qui tanq; canes lamberent
aquam,nisi aliquid magnum significarent. Vi/
gilant enim & latrant boni canes,& pro domo
& pro domino,& pro grege & pro pastore.De
niq; & hic in ecclesiæ laudibus,cum prophetia
exereretur,lingua canum est cõmemorata non
dẽtes:tuorum autem canum dixit ex inimicis,
id est ut qui erant inimici tui fierẽt canes tui,&
latrarent pro te qui sæuiebant in te.Addidit au
tem:Ab ipso,ut non à seipsis hoc factum intelli
gerẽt,sed ab ipso,id est misericordia eius & gra
tia.De prophetis quod ait Apostolus:Quosdã Quæstionis quartæ so/ lutio
quidem dedit deus in ecclesia apostolos,quos/
dam aũt prophetas,hoc ita intelligo quod ipse
scripsisti,prophetas eos dictos isto loco ex qui/
bus Agabus erat,non illos qui uenturum in car
ne dominum prophetauerunt,euãgelistas uero
inuenimus,quos apostolos fuisse non legimus:
sicut fuerunt Lucas & Marcus.Pastores autem
& doctores quos maxime ut discernerem uolui
sti,eosdem puto esse sicut & tibi uisum est,ut nõ
alios pastores,alios doctores intelligamus,sed Episcopus, doctor
ideo cum prædixisset,pastores,subiunxisse do/
ctores,ut intelligerent pastores ad officiũ suum
pertinere doctrinam.Ideo enim nõ ait:Quosdã
autem pastores,quosdã uero doctores,sed cum
superiora ipso loquutionis genere distingueret
dicẽdo,quosdã autem apostolos,quosdã autem
prophetas,quosdã uero euangelistas,hoc tanq;
unũ aliquid duobus nominibus amplexus est,
quosdã autem pastores & doctores. Illa plane Quæstionis quintæ so/ lutio
difficillime discernuntur,ubi ad Timotheũ scri
bens,ait:Obsecro itaq; primũ omniũ fieri obse 1 Tim.2
crationes,orationes,interpellatiões,gratiarum Græca lau/ dantur
actiones.Secundum Græcum enim eloquium
discernenda sunt.Nam nostri interpretes uix re
periuntur,qui ea diligenter & scienter trãsferre
curauerint.Ecce enim sicut ea ipse posuisti:Ob
secro fieri obsecratiões,nõ eodem uerbo utrũq;
dixit Apostolus, qui utiq; Græce illam scripsit
epistolã,sed pro eo quod in Latino est obsecro,
ille Græce dixit παρακαλῶ. Pro eo uero quod
Latinus ueſter habet obsecrationes, ille posuit
δεήσεις. Proinde alij codices in quibus & nostri
sunt,non habent obsecrationes,sed deprecatio
nes. Tria porrò quæ sequuntur,orationes,inter
pellationes,gratiarũ actiones,pleriq; Latini co
dices sic habent. Vnde si uelimus secundũ Lati
næ linguæ proprietates ista discernere more lo
quendi,nostram uel qualẽcunq; scientiã fortas/
se tenebimus,sed mirum si sententiã Græci ser/
monis uel cõsuetudinis obtinebimus. Precatio
nem & deprecationẽ,multi nostri idem putãt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hoc quotidiano usu iam omnino prævaluit. Qui autem distinctius Latine loquuti sunt, precationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus uero in deuitandis malis. Precari enim dicebāt esse precando & bona optare: imprecari mala, quod uulgò iam dicitur maledicere: deprecari autē mala precando depellere. Sed usitatum iam loquendi modū potius sequamur, & siue precatiōes siue deprecatiōes inuenerimus, quod Græci λιτήσεις uocāt, non putemus emendandū esse. Orationes uero, quas Græcus habet προσευχὰς, distinguere à precibus uel precationibus omnino difficile est. Quod uero quidam codices non habēt orationes, sed adorationes: quia nō dictū est in Græco εὐχὰς, sed προσευχὰς non arbitror scienter interpretatum: προσευχὰς enim orationes dici à Græcis notissimū est. Et utiq; aliud est orare, aliud est adorare. Deniq; nō
Mat.4. Psal.5 ista uerbo, sed alio legitur in Græco: Dominū deum tuū adorabis. &, Adorabo ad templū sanctum tuum: & si qua similia. Pro interpellationibus autem quod nostri habēt, secūdum codices credo uestros, postulationes posuisti. Hæc interim duo, id est quod alij postulationes, alij interpellatiōes interpretati sunt, unum uerbū transferre uoluerūt quod Græcus habet ἐντεύξεις. Et profecto aduertis: sed nosti aliud esse interpellare, aliud postulare. Nō enim solemus dicere, postulant interpellaturi, sed interpellāt postulaturi: uerū tamen ex uicinitate uerbū usurpatū, cui propinquitas ipsa impetrat intellectū, non est uelut censoria notatione culpandū. Nam & de
Rom.8 ipso domino Iesu Christo dictū est, quod interpellat pro nobis. Nūquid interpellat, & nō etiā postulat? Imò uero quia postulat, pro eo positū est interpellat. Euidēter quippe alibi de eo dicitur: Et si quis peccauerit, aduocatū habemus ad
1 Io.2 patrem Iesum Christū iustum, ipse est exoratio pro peccatis nostris. Quanq; fortassis codices apud uos etiam in eo loco de domino Iesu Christo non habent, interpellat pro nobis: sed, postulat pro nobis. In Græco enim quo uerbo hic positæ sunt interpellationes, quas ipse posuisti postulatiōes, ipsum & illic uerbum est, ubi scriptū est, interpellat pro nobis. Cum igitur & qui precaī oret, & q orat precē: & qui interpellat deū, ad hoc interpellet, ut oret & precetur: quid sibi uult q; ista ita posuit Apostolus, ut nō sit eorum negligēda distinctio? Excepto itaq; nomine generali, & salua loquendi cōsuetudine, secūdum quam siue dicas precationē, siue orationē, siue interpellationē, uel postulationē, una eadēq; res intelligitur, aliqua etiam singulorū istorum proprietas inquirēda est, sed ad eam liquidò peruenire difficile est. Multa quippe hinc dici possūt quæ improbāda non sint, sed eligo in his uerbis hoc intelligere, quod omnis uel pene omnis frequentat ecclesia, ut precationes accipiamus diuinas, quas facimus in celebratione sacramentorum, anteq; illud quod est in domini mensa, in-

Postulationes

Preces ante consecrationē

A cipiat benedici: orationes cum benedicitur & sanctificatur, & ad distribuendum cōminuitur, quam totam petitionē ferè omnis ecclesia, dominica oratione cōcludit. Ad quem intellectū etiam uerbi Græci origo nos adiuuat. Nam eam quam dicūt εὐχὴν, raro ita scriptura ponit ut intelligatur oratio, sed plerunq; & multo usitatius uotum appellat εὐχὴν, προσευχὴν uero, quod uerbum ita positū est unde tractamus, semper orationem uocat. Unde hanc uerbi originē, sicut superius dixi, nōnulli minus erudite intuentes, προσευχὴν non orationē sed adorationē dicere uoluerunt, quæ potius προσκύνησις dicitur. Sed quia oratio interdum dicitur, quæ uocatur εὐχὴ, adoratio putata est προσευχή. Porrò si usitatius,
B ut dixi, in scripturis uotum appellatur εὐχὴ, excepto nomine generali orationis, ea proprie intelligēda est oratio, quam facimus ad uotum, id est πρὸς εὐχήν. Vouentur autem omnia quę offerūtur deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramento prædicatur nostrum aliud uotū maximum, quo nos uouimus in Christo esse mansuros, utiq; in cōpage corporis Christi. Cuius rei
1 Cor.10 sacramētum est, quòd unus panis unum corpus multi sumus. Ideo in huius sanctificatione & distributionis præparatiōe, existimo Apostolum iussisse propriè fieri προσευχὰς, id est orationes, uel (ut nonnulli minus perite interpretati sunt) adorationes: hoc est enim ad uotum, quod usitatius in scripturis nuncupatur εὐχὴ. Interpellationes autem, siue ut uestri codices habent Postu-
C lationes, fiunt cum populus benedicitur. Tunc em̄ antistites uelut aduocati, susceptos suos per manus impositionē misericordissimæ offerunt potestati. Quibus peractis & participato tanto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam uerbis ultimam cōmendauit Apostolus. Hæc autem causa præcipua fuit ista dicendi, ut his breuiter perstrictis atq; significatis, non putaretur negligendū esse quod sequit: Pro omnibus hominib⁹, pro regibus, & his qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillā uitā agamus in omni pietate & charitate: ne quisquam sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas, existimaret non esse ista facienda pro his
D à quibus persequutionē patiebatur ecclesia, cū membra Christi ex omni essent hominū genere colligenda. Vnde adiungit & dicit: Hoc em̄ bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Et ne quisquā diceret posse esse salutis uiam in bona cōuersatione, & unius dei omnipotentis cultu, sine participatiōe corporis & sanguinis Christi: Vnus enim
1 Tim.2 deus, inquit, & unus mediator dei & hominum homo Christus Iesus: ut illud qđ dixerat, Omnes homines uult saluos fieri: nullo alio modo
1o.1 intelligatur præstari, nisi per mediatorem, non deum quod semper uerbum erat, sed hominem Christum Iesum, cum uerbū caro factum est, &

habita

habitauit in nobis. Vnde nec illud moueat te,
Rom.11 quod de Iudæis idem Apostolus ait: Secūdum euāgeliū quidem inimici propter uos, secundū electionē autem dilecti propter patres. Altitudo quippe illa diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, & illa inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius: hinc fidelib⁹ cordibus magnā ingerunt admirationē, qui de illius sapiētia pertingente à fine usq; ad finē fortiter & omnia sua uiter disponēte non dubitāt, quid sit quod ei placet ut nascantur, crescant ac multiplicentur, hi quos & si malos ipse non fecit, tamen malos futuros esse præsciuit. Nimis enim consiliū eius in abdito est, quo etiā malis bene utitur ad profectum bonorū, etiam in hoc mirificans omnipotentiam bonitatis suæ: quia sicut illorum nequitiæ est male uti bonis operibus eius, sic illius sapientiæ est bene uti malis operibus eorū. Hanc igitur altitudinē sacramenti sic cōmendat Apostolus: Nolo uos ignorare fratres hoc sacramentum, ut non sitis uobis sapiētes, quia cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentiū intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ex parte dixit, quia non omnes excæcati sunt. Erant enim ex illis qui Christū cognouerunt. Plenitudo autem gentiū in his intrat, qui secundū propositū uocati sunt: & sic omnis Israel saluus fiet, quia & ex Iudæis & ex Gentibus qui secūdum propositū uocati sunt, ipsi uerus sunt Israel. De quo dicit idem Apostolus: Et super Israel dei. Illos autem dicit Israel secundū carnem: Videte,
Esa.59 inquit, Israel secundū carnem. Deinde interponit testimoniū prophetæ: Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatē ab Iacob, & hoc illis à me testamentū cum abstulero peccata eorum, nō utiq; omnium Iudæorum sed electorū. Hinc adiungit ea quæ inquirēda posuisti: Secūdum euangelium quidem inimici propter uos. Precium quidem redemptionis nostræ sanguis est Christi, qui utiq; non nisi ab inimicis potuit occidi. Hic est ille usus malorū in profectū bonorum. Quod uero adiungit: Secundū electionem autem dilecti propter patres, hinc ostēdit non illos inimicos, sed electos esse dilectos. Sed scripturæ mos est ita loqui de parte tāquam de toto: sicut Corinthios in primis epistolę suę partibus, ita laudat tanq̄ omnes tales sint, cū essent laudabiles quidā eorum: & postea in nonnullis epistolæ ipsius locis, ita reprehēdit tanq̄ omnes culpabiles essent propter quosdā qui tales erāt. Istam diuinarū scripturarū consuetudinem per omne corpus literarū eius creberrime sparsam, quisquis diligenter aduerterit, multa dissoluit quæ inter se uidentur esse cōtraria. Inimicos ergo alios dicit, alios dilectos. Sed qui in uno populo erant uelut eosdē ipsos dicere uidetur, quā quam & ex ipsis inimicis qui crucifixerunt dominum plerique conuersi sunt & apparuerūt electi. Tunc electi quando cōuersi quantum ad salutis initium: quantū uero ad dei præscientiam

Generalis sermo partē dum taxat designans

A non tunc electi, sed ante constitutionē mundi, sicut idē dicit Apostolus, q̄ elegerit nos ante mūdi constitutionem. Duobus itaq; modis, ipsi inimici qui dilecti, siue quia in uno populo utrique
Eph.5 fuerant, siue quia ex inimicis sæuientibus usq; ad sanguinē Christi, quidā eorum dilecti facti erāt secundū electionē quæ latebat in præscientia dei. Ad hoc enim addidit, Propter patres: quia id quod patrib⁹ promissum est oportebat impleri, sicut circa finē epistolæ ad Romanos ait: Dico
Rom.15 enim Christū ministrū fuisse circūcisionis propter ueritatē dei ad cōfirmandas promissiones patrū, gentes autem super misericordia glorificare deum. Secūdū istam misericordiā dictum est, Inimici propter uos: quod & supra dixerat,
B illorum delicto salus gentibus. Cum autē dixisset: Secundum electionem propter patres, addidit: Sine pœnitentia enim sunt dona & uocatio
Rom.11 dei. Vides certe illos significari, qui pertinēt ad numerū prædestinatorum. De quibus alio loco
Rom.8 dicit: Scimus quia diligētibus deum omnia cooperātur in bonum, his qui secundū propositum
Mat.11 uocati sunt sancti. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Qui uero electi, ipsi sunt secūdum propositū uocati, in quib⁹ dei proculdubio præscientia falli nō potest. Hos præsciuit & prædestinauit cōformes imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: Quos autē prædestinauit, illos & uocauit. Hæc uocatio est secūdum propositū, hæc est sine pœnitētia. Quos
C autem uocauit, illos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & glorificauit: Si deus pro nobis, quis cōtra nos? Non sunt in ista uocatione, qui in fide quæ per dilectionē operatur, etiam si aliquātulum ambulāt, non perseuerāt usq; in finem: & utiq; potuerunt rapi, ne malicia mutaret intellectum eorum, si ad illā prædestinationē & uocationē, quæ secundum propositū & sine pœnitentia est, pertinerent. At ne quisquā præsumptor ita de occultis iudicet alienis, ut dicat, Id-eo non rapti sunt ex hac uita, anteq; essent fideles desertores, quia in eadē uita non fideliter ambulabāt, & hoc in eorum cordibus nouerat dominus, q̄uis hominibus aliter appareret: quid dicturus est de infantulis paruulis, qui plerique ac-
D cepto in illa ætate Christianæ gratiæ sacramento, cum sine dubio pertinerēt ad uitā æternā regnūq; cœlorū, si cōtinuo ex hac uita emigrarēt, sinuntur crescere, & nōnulli etiā apostatę fiunt. Vnde nisi quia non pertinēt ad illam prædestinationē, & secundū propositū ac sine pœnitētia uocationē. Cur autem ad eam alij pertineāt, alij non pertineāt, occulta causa esse potest, iniusta nō potest. Nunquid enim iniquitas apud deū? Absit. Nam & hoc ad illā pertinet altitudinem iudiciorum, quam mirans tanquā expauit Apostolus. Ideo quippe illa iudicia uocat, ne quisquam talia fieri putet, siue iniquitate, siue temeritate facientis, siue casu & fortuito labentibus ullis partibus tam dispositorū sub tanta sapiētia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstiõis septimæ solutio Col. 2

dei seculorũ. In epistola porrò ad Colossenses, quod scriptum est, Nemo uos seducat uolens in humilitate: & cætera quæ sequũtur: quousq; tibi obscura esse dixisti, nec ego adhuc sine caligine intelligo, atq; utinã præsens de me ista quæsisses. In eo quippe sensu, quem mihi in his uerbis habere uideor, adhibẽda est quædã pronunciatio in uultu & modo uocis, qui exprimi literis nõ potest, ut ex aliqua parte aperiatur, quod ideo fit obscurius, quia non recte sicut existimo pronũciatur. Quod enim scriptũ est, Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis: tanquã præceptũ putatur Apostoli, nescio quid tangere, gustare, attaminare prohibentis. Contrà est autem, si tamen in tanta obscuritate ista non fallor. Per irrisionem quippe uerba posuit eorum, μιμητικῶς à quibus eos nolebat decipi atq; seduci, qui discernentes cibos secundũ culturam angelorum, atq; ita de hoc mundo decernentes, dicunt: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis, cum sint omnia munda mundis, & omnis creatura dei bona sit. Quod in alio loco ipse euidenter cõmendat. Totam ergo ipsius sententiæ circũstantiam uideamus. Ita enim Apostoli intentione perspecta, sensum eius quãtum ualemus, fortasse tenebimus. Quibus enim ita scribit, metuebat eos seduci umbris rerum dulci nomine sciẽtiæ, & auerti à luce ueritatis, quę est in Christo Iesu domino nostro. Hanc autẽ sub nomine sapientiæ uel scientiæ curam uanarũ superfluarum ue obseruationũ, & de superstitione gentilitatis, maximeq; ab eis qui philosophi sunt nũcupati, & à Iudaismo cauẽdã esse cernebat, ubi erant umbræ futurorũ remouendæ, quoniã lumen earum iam Christus aduenerat. Cum ergo cõmemorasset & cõmendasset quantum certamen pro eis haberet, & pro his qui Laodiceæ fuerant, & quicũq; non uiderant faciem eius in carne, ut cordibus cõsolarentur copulati in charitate, & in omnibus diuitijs plenitudinis intellectus, ad cognoscẽdũ mysterium dei, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię abscõditi: Hoc dico, inquit, ut nemo uos circũueniat in uerisimili sermone: quia ueritatis amore ducebantur, uerisimilitudinẽ illis timuit ne deciperentur. Et ideo commendauit in Christo quod dulcissimũ habebant thesaurum, scilicet sapientiæ & scientiæ, cuius nomine & promissione inducí poterant in errorem. Nam & si corpore, inquit, absens sum, spíritu uobiscũ sum, gaudens & uidẽs uestram ordinationẽ, & id quod deest fidei uestræ in Christo. Ideo illis timebat, quoniam quid eis adhuc deesset, uidebat. Sicut ergo accepistis, inquit, Iesum Christũ dominũ nostrum, in ipso ambulate radificati & superædificati in ipso, & cõfirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in ea gratiarũ actione. Vult eos fide nutriri, ut capaces fiant participãdorum thesaurorũ sapientiæ & sciẽtiæ, qui sunt abscõditi in Christo, ne anteq; sint ad hæc idonei, uerisimili sermone capiantur, & à ueritatis itinere deuiẽt. Deinde apertius quid eis timeat ostendens: Videte, inquit, ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem seductionẽ secundum traditionẽ hominum secundum elementa mundi, & non secundũ Christũ, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ideo corporaliter dixit, quia illi umbraliter seducebant, translato uerbo usus, sicut etiam umbræ nomen in his rebus non est utiq; uerbũ proprium, sed quadã similitudinis ratione translatum. Et estis in illo, inquit, repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Per principatus enim & potestates superstitio gentilium uel philosophi seducebant, prædicantes illã quam uocant theologiam per elementa huius mundi. Caput autem omniũ Christũ, principiũ omniũ uoluit intelligi, sicut ipse ait, cum ei dictũ esset: Tu quis es? Respondit: Principium qui & loquor uobis. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Mirabiliter autem uult eos esse horum uelut mirabiliũ contemptores, cum eos ostẽdit corpus factos illius capitis, dicendo: Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Hinc iam ne umbris Iudaismi seducãtur, adiungit: In quo etiam circuncisi estis, circũcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: uel sicut aliqui habent, In expoliatione corporis peccatorum carnis circũcisionis Christi, cõsepulti ei in baptismum, in quo & consurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum à mortuis. Vide quemadmodũ & hic corpus Christi eos ostendit, ut ista contẽnant, cohærẽtes tãto capiti suo, mediatori dei & hominũ Christo Iesu, & nullũ falsum uel inualidũ mediũ per quod deo cohæreant requirẽtes. Et uos, inquit, cum essetis mortui in delictis & præputio carnis uestræ: præputiũ uocauit quod significatur præputio, hoc est delicta carnalia quibus expoliãdi sumus: Viuificauit, inquit, cum illo donãs uobis omnia delicta, delẽs quod aduersus nos erat chirographũ in decretis, quod erat cõtrariũ nobis, quia reos lex faciebat, quæ subintrauerat ut abũdaret delictum. Tollẽs, inquit, illud de medio & affigens illud cruci, exuens se carnẽ principatus & potestates exẽplauit, fiducialiter triũphans eos in semetipso: nõ utiq; bonos sed malos principatus & malas potestates, diabolicas scilicet & dęmoniacas exẽplauit, id est exemplũ de illis dedit, ut quẽadmodũ ipse se exuit carne, sic suos ostẽderet exuẽdos carnalibus uitijs, per quæ illi eis dominabãtur. Iam hic diligenter attende quẽadmodũ inferat propter quod cũcta ista cõmemorauimus. Nemo ergo uos, inqt, iudicet in cibo, tanq; propterea omnia illa dixerit, quia isti per huiusmodi obseruatiões seducebãtur à ueritate qua liberi fiebant. De qua dictũ est in Euãgelio: Et ueritas liberabit uos, id est liberos faciet. Nemo ergo uos, inquit, iudicet in cibo aut in potu aut

πλάνολογίας

Exuens se principatus & potestates exẽplauit

Ioã. 8

aut in parte diei festi, aut neomenię aut sabbatorum, quod est umbra futurorũ: hoc propter Iudaismum. Deinde sequitur propter superstitiones Gentiliũ: Corpus autem Christi, inquit, nemo uos cõuincat. Turpe est, inquit, & nimis incongruũ, & à generositate uestræ libertatis alienum, ut cũ sitis corpus Christi, seducamini umbris, & conuinci uideamini ueluti peccantes, si hæc obseruare negligitis. Corpus ergo Christi, nemo uos cõuincat uolẽs in humilitate cordis. Hoc si per uerbum Græcum diceretur, & in Latina cõsuetudine populari, sonaret usitatius. Sic enim & uulgo dicitur, qui diuitẽ affectat thelodiues, & qui sapientẽ thelosapiens, & cętera huiusmodi. Ergo & hic thelohumilis, quod plenius dicitur thelon humilis, id est uolens humilis, affectans humilitatẽ, quod intelligitur, uolẽs uideri humilis, affectans humilitatẽ. Hoc enim in talibus obseruationibus agitur, ut cor hominis uelut religiõe humile reddatur. Addidit autem & culturã angelorũ, uel sicut uestri codices habent, religionẽ angelorũ, quæ Græce θρησκεία dicit, angelos uolẽs intelligi principatus, quos elementorũ mundi huius præpositos, in his obseruationibus cõlẽdos esse arbitrãtur. Nemo ergo uos, inquit, conuincat cum sitis corpus Christi, uolens uideri humilis corde in cultura angelorum, quæ non uidit inculcans. Vel sicut quidam codices habẽt: Quæ uidit inculcans. Aut enim sic dicere uoluit, Quæ non uidit inculcãs: quia homines ista suspicionibus & opiniõibus agunt, non quod uiderint ista esse facienda, Aut certe quæ uidit inculcãs: ideo magna existimãs quia uidit ea quibusdã locis obseruari alibi ab hominibus, quorũ autoritati haberet fidẽ etiam ratione non reddita: & ideo sibi magnus uidetur, quia ei contigit quorundã sacrorũ uidere secreta. Sed plenior sensus est, quæ nõ uidit inculcans, frustra, inflatus mente carnis suæ. Mirabiliter ibi eum dixit inflatũ mente carnis suæ, ubi thelohumilẽ suprà dixerat. Fit enim miris modis in anima hominis, ut de falsa humilitate magis inflетur, cũ si apertius superbiret. Et non tenens, inquit, caput, quod uult Christũ intelligi, ex quo omne corpus cõpactum, & connexum subministratũ & copulatũ crescit in incremẽtũ dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elemẽtis huius mũdi, quid adhuc uelut uiuẽtes de hoc mundo decernitis? His dictis inserit uerba eorum qui decernũt de hoc mundo, per has obseruationes quasi ratiõabiles affectata uanitate humilitatis inflati: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis. Recolamus quod dictũ est superius, ut hoc intelligamus. Nõ uult enim eos in his obseruationibus iudicari, ubi dicitur: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis, quæ sunt omnia, inquit, in corruptionẽ per abusionẽ. Omnia hæc, inquit, magis ad corruptionem ualent, cum superstitiosè ab eis abstinetur, ut eis homo abutatur, id est non eis utatur secũdum præcepta & doctrinas hominũ. Hoc planum est, sed quod sequitur multũ requiris. Quę sunt quidem rationẽ habentia sapiẽtiæ in obseruatione & humilitate cordis & uexatiõe corporis. Vel sicut alij interpretati sunt: Ad non parcendũ corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Cur, inquis, hæc dicit rationẽ habere sapiẽtiæ, quæ ita reprehẽdit? Dicam quod & in scripturis potes aduertere, sæpe sapiẽtiam positã etiam in sedibus mũdi huius, quam dicit expressius sapientiã huius mundi. Nec moueat quod hic non addidit, mũdi. Non enim & alio loco, cum ait, Vbi sapiẽs, ubi scriba: addidit, huius mundi: ut diceret, Vbi sapiens huius mundi: & tamen hoc intelligitur. Sic & ista ratio sapientiæ. Nihil enim ab eis dicitur in huiusmodi superstitiosis obseruationibus, ubi non mundi huius elemẽta naturarũq; rerum, ratio quædam sapiẽtiæ reddi uideatur. Nam & cũ dicit, Cauete ne quis uos decipiat per philosophiã, nõ ait, huius mũdi. Et quid est philosophia Latine, nisi studiũ sapientiæ? Sunt ergo, inquit, ista rationẽ quidem habẽtia sapientiæ, id est de quib. aliqua ratio reddatur, secundũ elementa mundi huius, & principatus ac potestates in obseruatione & humilitate cordis. Id enim agũt ista, ut superstitionis uitio cor humilietur ad nõ parcendũ corpori, dũ fraudatur istis escis, quibus cõpellitur abstinere, nõ in honore aliquo ad saturitatẽ carnis: non quod honoratius illo magis q̃ illo cibo caro saturaretur, cũ ad eius necessitatẽ non pertineat, nisi à quolibet ualetudini apto alimẽto reficí atq; fulciri. De euãgelio inquisitio tua solet multos mouere, quomodo dominus post resurrectionẽ, cum in eodẽ corpore surrexerit, à quibusdã qui eum nouerant, utriusq; sexus hominibus & agnitus non sit & agnitus sit. Vbi primũ quæri solet, utrum in eius corpore, an potius in illorũ oculis aliquid factũ sit, quo non posset agnosci. Cum enim legitur: Tenebãtur oculi eorum ne agnoscerent eum, impedimentũ quoddam agnoscẽdi uidetur in luminibus factũ esse cernentium: cum uero aperte alibi dicitur, Apparuit eis in alia effigie, utiq; in ipso corpore cuius alia erat effigies, aliquid factũ fuisse, quo impedimento tenerentur, id est moram agnoscẽdi paterentur oculi illorũ. Sed ego miror cum duo sint in corpore, quibus cuiusq; species agnoscatur, lineamenta & color, cur ante resurrectionẽ, quod in monte ita transfiguratus est, ut fieret uultus eius splẽdidus sicut sol, neminem mouet eum usq; ad tantam excellentiam fulgoris & lucis colorẽ sui corporis mutare potuisse: & post resurrectionem mouet aliquatenus lineamenta mutata esse ut non posset agnosci, & rursum eadem potẽtiæ facultate, sicut tunc pristinum colorem, sic & post resurrectionem pristina lineamenta reuocasse. Nam & illi tres discipuli ante quorũ oculos in mõte trãsfiguratus est, nõ eum agnoscerẽt, si ad eos talis aliũde uenisset: sed qa cum

κατα βρεμβύνετω

ἀφειδία

θρησκεία

Inculcans, ἐμβατεύων

Quæstiõis octauæ solutio

Luc. 24.

Mar. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum illo erant ipsum esse certissime retinebant. A At enim corpus ipsum erat in quo resurrexit. Quid hoc ad rem? Nã illud utiq; ipsum corpus erat, in quo in monte trãsfiguratus est, & ipsum erat iuuenis in quo natus est: & tamen si quis eũ repente iuuenẽ uidisset, qui nõ nisi infantulum nosset, nõ utiq; agnosceret. An uero ad liniamẽta mutãda nõ potest celeriter dei potestas, quod potest per annorũ moras hominis ætas? Quod autem Mariæ dixit, Noli me tangere, nondum enim ascẽdi ad patrẽ, nihil aliud noueris me intelligere q̃ tu. Ita enim significare uoluit tactũ spiritalẽ, id est accessum fidei se requirere, qua creditur eum excelsum esse cum patre. Et quod ab illis duobus in fractione panis est agnitus, sa-
Quæstionis nonæ solutio cramentũ esse quo nos in agnitionẽ suam cõgre B gat, nullus debet ambigere. De uerbis Simeonis, ubi ait uirgini matri domini: Et tuam ipsius animã pertrãlibit framea: in alia epistola cuius exemplũ etiã modo misi, dixi quid mihi uidetur, quod etiã tibi inter cætera uisũ est. Et quod adiũxit: Vt denudentur multorũ cordium cogitationes, hoc intelligẽdũ puto, quia per domini passionẽ, & insidiæ Iudæorũ, & discipulorũ infirmitas patuit. Tribulationẽ igitur, gladij nomine significatã esse, credibile est, quo materna anima uulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore persequutorũ, de quibus in Psalmo
Psal. 58 dicitur: Et gladius in ore eorum. Ipsi enim erant filij hominũ, quorum dentes arma & sagittæ, &
lingua eorũ gladius acutus. Nam & ferrũ quod C pertransiit animã Ioseph, pro dura tribulatione positũ ferrum mihi uidetur. Aperte quippe dici-
Psal. 56 tur: Ferrũ pertransiit animã eius, donec ueniret uerbũ eius: id est tãdiu fuit in dura tribulatione, donec fieret quod prædixit. Hinc eũ magnus est habitus, & ab illa tribulatiõe liberatus. Sed ne humanæ sapiẽtiæ tribueretur quod uenit uerbum eius, id est factum est quod prædixit, more suo scriptura sancta deo inde dat gloriã. Et continuo subiũgit: Eloquiũ domini igniuit eũ. Vt potui non defui interrogationibus tuis, adiutus orationibus tuis, & ipsis quas misisti disputationibus tuis. Cum enim interrogãdo disputas, & quæris acriter, & doces humiliter. Vtile est aũt ut de obscuritatibus diuinarũ scripturarũ, quas D exercitatiõis nostræ causa deus esse uoluit, multæ inueniãtur sententiæ, cum aliud alij uidetur, quæ tamen omnes sanæ fidei doctrinæq; cõcordent. Dabis sanè ueniã stilo meo multũ festinanti, ut iam in naui cõstituto occurrerẽ perlatori. Filium autẽ nostrũ Paulinũ in Christi charitate dulcissimum, in hac potius epistola resaluto, & paucis ut festinus exhortor, ut misericordiæ domini, qui sciens dare auxiliũ de tribulatione, eũ turbulẽtissima tẽpestate misit in portum, quo tu pelago tranquilliore permeasti, ipsi marinæ trã quillitati minime credẽs, & qui eius rudimẽtis excipiẽdis atq; nutriendis te dedit, gratias agat quãtas potest, & omnia ossa eius dicant, Domine quis similis tibi? Non enim uberiore fructu legit uel audit me docentem ac disserentem, uel quibuslibet exhortatiõibus accendentẽ, q̃ inspicit te uiuẽtem. Resalutant sanctã & synceriss-simam benignitatẽ tuam cõserui mei qui mecũ sunt. Cõdiaconus autem noster Peregrinus, ex quo à me profectus est cum sancto fratre nostro Vrbano, quãdo episcopatus sarcinã subire perrexit, nondũ remeauit Hipponẽ. Saluos eos tamen in nomine Christi & literis eorũ & fama nũciãte cognoscimus. Compresbyterum Paulinũ, & omnes qui tua præsentia in domino perfruuntur, germano salutamus affectu.

Augustinus Cæciliano præsidi, ut suo edicto coerceat Donatistas iuxta Hipponem, quemadmodum alibi fecerat. Epistola LX

Domino eximio, & in Christi charitate uere meritoq; honorabili ac suscipiendo filio Cæciliano, Augustinus.

a Dministrationis tuę claritas & fama uirtutum, pietatis quoq; Christianæ laudãda diligẽtia & fida synceritas, quæ tibi diuina munera eo donante gaudes tributa, à quo speras promittente potiora, excitauerũt me ut hoc epistolari alloquio, æstus causarũ mearum excellentiæ aperirem tuę. Quantũ enim per alias Africæ terras te unitati catholicæ mirabili efficacia consuluisse gaudemus, tantũ dolemus regionem Hipponensiũ, et ei uicinas partes confines Numidiæ, præsidali edicti tui uigore nondũ adiuuari meruisse, dñe eximie & in Christi charitate uere meritoq; honorabilis ac suscipiende fili. Quod ne meæ potius negligẽtiæ deputetur, qui episcopalẽ sarcinam Hippone sustineo, tuæ magnificẽtiæ non tacendũ putaui. Quantum etiam in campo Hipponensi hæretica præsumat audacia, si ex fratribus & collegis meis, qui hęc tuę sublimitati narrare poterint, uel ex presbytero quem cum literis misi, fueris audire dignatus, adiuuãte domino Deo nostro, proculdubio prouidebis ut tumor sacrilegæ uanitatis, terrẽdo sanetur potius, quàm ulciscendo resecetur.

Augustinus Dulcitio tribuno ut Donatistas edicto suo corrigat, non occidat, deq; mira uesania quorundam qui sibi necem consciscebant. LXI

Domino eximio & honorabili filio Dulcitio, Augustinus salutem in domino.

n On debui contẽnere petitionẽ tuam qua desiderasti à me institui, quẽadmodũ te oporteat hæreticis respondere, quorum salus in domini misericordia, institãtia quoq; tuæ strenuitatis inquirit. Quãuis enim ingẽtes eorũ multitudines, unde plurimũ gratulamur, quidã tamẽ eorũ & deo & hominib. miserabili instinctu furoris ingrati, nisi suis cædib. nos uastare nõ possunt, suo nos exitio terrere se credunt, aut lætitiã suam quærẽtes de mortibus nostris, aut tristiciã nostrã de mortibus suis. Sed non debet tot tantorumq; populorum

Iorum salutem, furiosus error hominũ impedi- A re paucorum: quid eis uelimus, non solum deus & prudentes homines, uerũ etiam ipsi cum sint nobis inimicissimi sentiũt. Cum enim suæ prouinciæ terrẽdos putant, non dubitãt nos timere ne pereant. Sed quid faciamus, uidẽtes quòd multi adiuuãte domino per occasionẽ uestram uiam pacis inueniant? Nunquid prohibere nos possumus uel debemus ab hac unitatis institãtia, dum metuimus ne quidam durissimi & in se ipsos crudelissimi, non nostra sed propria uolũtate se perdãt? Optaremus quidem ut omnes qui contra Christũ portant signum Christi, & contra Euangeliũ de ipso Euangelio quod non intelligunt gloriantur, à sua peruersitate discederent. Sed quoniam deus occulta satis dispositione, sed tamen iusta, nonnullos eorũ pœnis præ-
Mira in hæreticos clemẽtia destinauit extremis, proculdubio melius incõparabili numerositate plurimis ab illa pestifera diuisione & dispersione redintegratis atq; collectis, quidam suis ignibus pereũt, quàm pariter uniuersi sempiternis ignibus gehennarũ meriti sacrilegæ dissensionis ardebũt. Sic enim pereuntes dolet ecclesia, quemadmodũ rebellem filium sanctus Dauid, de cuius salute seruãda solicita dilectione mandauerat. Nam eum merito nefandæ impietatis extinctum, etiam cum testimonio lachrymosæ uocis ingemuit. Verũtamẽ superbo & maligno discedente in locũ suum, populus Dei qui fuerat illius tyrannide diuisus agnouit regem suum: & de amisso filio mœro- C rem patris, perfectio cõsolata est unitatis. Non itaq; reprehẽdimus domine eximie & honorabilis fili, quod tales homines apud Tamugadẽ, prius edicto admonẽdos existimasti: sed quod ibi dixisti, noueritis uos debitæ neci dãdos, putauerunt sicut eorum rescripta indicant, hoc te fuisse cõminatum, quod tu illos apprehẽsos fueras occisurus, nõ intelligẽtes de illa nece, quam ipsi sibi uolunt ingerere te loquutũ. Non enim tu in eos ius gladij ullis legib. accepisti, aut imperialibus constitutis, quorum tibi iniuncta est executio, hoc præceptũ est ut necentur. Secundo sanè edicto dilectionis tuæ planius quid uolueris aperuisti. Quod autẽ etiam ipsum episcopum illorum putasti literis adloquendũ, huma- D nissime ostendisti, quanta mãsuetudine temperati sint in catholica ecclesia, etiam qui potestate Christiani imperatoris, siue terrendo siue plectendo corrigendis præficiũtur erroribus, nisi quod honorificentioribus eum uerbis tractasti quàm decebat hæreticũ. Sed quod eius responsioni me respondere uoluisti, credo te arbitratũ etiam hoc Tamugadẽsibus debere præstare, ut fallax doctrina ipsius à quo seducebãtur aliquãto diligentius refellatur: uerum nos & occupatissimi sumus, & iam plurimis opusculis nostris huiusmodi uaniloquia refutauimus. Iam enim nescio quoties disputando & scribendo monstrauimus, non eos posse habere martyrũ mortem, quia Christianorũ non habent uitam, cum martyrem nõ faciat pœna sed causa. Docuimus etiam liberum arbitriũ sic homini datum, ut tamen & diuinis legibus & humanis rectissime grauium supplicia constituta sint peccatorũ: & pertinere ad religiosos reges terræ, non solum adulteria uel homicidia uel huiusmodi alia flagitia seu facinora, uerum etiam sacrilegia seueritate congrua cohibere: multumq; illos falli qui putant à nobis istos tales suscipi, quales sunt, quia non eos rebaptizamus. Quomodo enim tales suscipiũtur quales sunt, cum sint hæretici, & ad nos transeũdo fiant catholici? Neq; enim propterea corda deprauata nõ licet corrigi, qa sacramẽta semel data non licet iterari. De mor- Spontanea
tibus autem furiosissimis, quas quidam eorum B mors ipsi sibi inferũt, de quibus solent detestabiles & abominabiles esse multis, etiam suis quorũ mẽtes demẽtia non tanta possedit, eis secundũ scripturas rationemq; Christianorũ sæpe respondimus, quoniam scriptum est: Qui sibi nequã cui Eccli. 14.
bonus? Aut certe in eisdẽ positũ tentationibus, mori uolentẽ occidat & proximũ, qui sibi expedire & licere putat occidere seipsum, quoniam scriptura dicit, Diliges proximũ tuum tãquam Leuit. 19
teipsum. Nullis autem iubẽtibus legibus uel le- Mat. 22
gitimis potestatibus, nõ licere alterũ occidere, etiam uolentẽ & petentẽ, & uiuere iam non ualentem, satis indicat scriptura Regnorũ: ubi rex 2 Reg. 1
Dauid regis Saulis interfectorem iussit occidi, cum ille dixisset ab eo iam saucio atq; semiuiuo petitum se fuisse ut hoc faceret, & animã corporis nexibus obluctantem soluiq; cupiẽtem, uno ictu uulneris ab illis cruciatibus liberaret. Proinde quia omnis qui sine ulla legitimæ potestatis autoritate hominem occidit, homicida est, quisquis seipsum occidit nõ sit homicida, si nõ homo est. Hæc omnia multimodis in alijs plurimis nostris sermonib. & literis diximus. Ve- 2 Mac. 14.
rum tamen, quod fatendũ, de isto Razio senio-
re, quem summa exemplorũ inopia coartati se in Maccabæorum libris, quasi ad autoritatem sceleris quo seipsos perdunt, perscrutatis omnibus ecclesiasticis autoritatibus, uix aliquando inuenisse gloriantur, adhuc eis nunquã respondisse me recolo: sed quod tuæ charitati & prudentibus quibusq; sufficiat ad istos redarguendos, si ad uitam Christianorum de Iudæa gente, atq; illis literis parati sunt omnium sanctorũ exempla transferre, tunc & hoc transferant: Si autem illic sunt plurima eorum quoq; hominũ, qui literarum illarum ueritate laudati sunt, uel huic iam tempori non conuenientia, uel etiam illo tempore non recte facta, tale etiam hoc est quod in seipsum Razius iste commisit: qui quum esset & apud suos nobilis, & multum in Iudaismo profecisset, quæ sibi in comparatione iusticiæ Christianæ, damna & stercora fuisse dicit Apostolus: & propter hoc idem Razius, Iudæorum pater appellatur, quid mirum

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,si tanquam homini elatio superba subrepsit, A ut mallet manu propria perimi,q̃ post illam in suorũ aspectibus celsitudinẽ,sustinere indignã in hostium manibus seruitutem? Solẽt in literis Gentiliũ ista laudari. In his autem Maccabæorum libris,quãuis homo fuerit ipse laudatus,factum tamen eius narratum est nõ laudatum,& iudicandũ potius quàm imitandum,quasi ante oculos constitutũ: non sanè nostro iudicio iudicandũ,quod nos quoq; ut homines habere possemus,sed iudicio doctrinæ sobriæ,quæ in ipsis quoq; libris ueteribus data est. Longe quippe fuit iste Razius à uerbis illis,ubi legitur: Omne
Eccli.2 quod tibi applicitum fuerit accipe,& in dolore sustine,& in humilitate tua patiẽtiam habe. Nõ ergo fuit iste uir eligendæ mortis sapiens,sed ferendæ humilitatis impatiens. Scriptũ est,quòd uoluerit nobiliter & uiriliter mori,sed nũquid ideo sapienter? Nobiliter scilicet,ne libertatem sui generis captiuus amitteret. Viriliter autem, quod tantas uires animi haberet,quib. idoneus esset ut se ipse perimeret,quod gladio cum implere non posset,de muro se præcipitem dedit, & sic adhuc uiuus abruptã cucurrit ad petram, atq; ibi exanguis intestina sua produxit,quæ utraq; manu dissipata spargebat in populum,ac deinde postea defessus occubuit. Magna hæc sunt,nec tamen bona. Non enim bonũ est omne quod magnũ est,quoniã sunt magna etiam mala. Deus dixit: Innocentem & iustum ne occidas. Si ergo iste,innocens & iustus non fuit, C cur proponitur imitandus? Si autẽ innocens &
Exo.23 iustus fuit,quare interfector innocentis & iusti, id est ipsius Razij,insuper putatur esse laudandus? Hæc interim ne nimium prolixa fiat huic epistolæ implendæ satis sint. Debeo autem Tamugadensibus eiusmodi ministeriũ charitatis, quoniam mihi & noto tuo & ab honorabili &
2 Retract.59 charissimo filio Eleusino,qui tribunatum apud eos egit bene insinuati sunt,ut ambabus epistolis Gaudentij Donatistarũ episcopi,& maxime posteriori,quam secũdum scripturas sanctas se fecisse arbitratur,ita respondeã ne aliquid prætermissum putetur.

Augustinus Cœlestino diacono,de mutua beneuolentia. Epistola LXII

Domino uenerabili,nimiumq; desiderabili,sancto fratri & condiacono Cœlestino,Augustinus in Domino Salutem.

q Vamuis longe absens fuerim,quando per Proiectum clericũ ad me directa Hipponem sanctitatis tuæ scripta uenerunt,tamen postea quàm ueni,eisq; lectis,rescriptorũ debitorẽ me factum esse cognoui,reddendi tẽpus operiebar: & ecce subito profecturi à nobis charissimi fratris nostri Albini acoluthi, gratissima occurrit occasio. De tua igitur quæ mihi exoptissima est salute lætatus,sanctitati tuæ salutationẽ debitã reddo. Semper autem debeo charitatem,quæ sola etiam reddita,semper detinet debitorem. Redditur enim cum impenditur,debetur autẽ etiã si reddita fuerit,quia nullũ est tempus quando impendenda iam non sit: nec cum redditur amitti tur,sed potius reddendo multiplicatur: habẽdo enim redditur non carendo. Et cum reddi non possit nisi habeatur,nec haberi potest nisi redda tur: imò etiam cum redditur ab homine,crescit in homine,& tanto maior acquiritur,quãto plu ribus redditur. Quomodo autem negetur amicis,quæ debetur & inimicis? Sed inimicis cauta impenditur,amicis secura repẽditur. Agit tamen quãtum potest,ut ab his etiam quibus promalis bona retribuit,id recipiat quod impẽdit. Optamus quippe fieri amicũ,quem ueraciter B diligimus inimicũ,quia non eum diligimus nisi uelimus bonum,quod utiq; nõ erit nisi amiserit inimicitiarũ malum. Non ergo sic impenditur charitas ut pecunia. Excepto enim quod impẽdẽdo illa diminuitur hæc augetur,etiam illo inter se differunt: quod pecuniam cui dederimus tunc ei beneuolentiores erimus,si recipere non quæramus: non autem potest esse uerus charitatis impensor,nisi fuerit benignus exactor. quoniam pecunia cum recipitur,accedit cui datur, sed recedit à quo datur: charitas uero nõ solum apud eum crescit,qui hanc ab eo quem diligit, exigit,etiam si non recipit: sed etiam ille à quo eam recipit,tunc incipit habere cũ reddit. Proinde domine frater,mutuã tibi charitatẽ libens C reddo,gaudensq; recipio: quam recipio adhuc repeto,quam reddo adhuc debeo. Vnum enim magistrum apud quem condiscipuli sumus,per eius apostolum docibiles audire debemus præcipientem ac dicentem: Nemini quicquam de- Rom.
beatis,nisi ut inuicem diligatis.

Augustinus Cœlestino,de triplici rerũ ordine. LXIII

Augustinus Cœlestino.

O Vtinam possem assidue tibi aliquid dicere. Id autem aliquid est,ut curis exueremur inanibus,& curis indueremur utilibus. Nã de securitate nescio utrum quicquam in hoc mundo sperãdum sit. Scripsi,nec recepi ulla rescripta. Misi aduersum Manichæos libros,quos paratos & emendatos mittere potui,nec quicquã ex illis iudicij D motusq; nostri notum mihi factũ est. Nunc eos repetere iam me,uos autem restituere cõuenit. Peto itaq; ne differatis eos remittere cum rescriptis,quibus nosse cupio quid de illis geritis,uel adhuc ad illum errorem expugnandũ quid armaturæ uobis opus esse arbitremini. Sanè quoniam te noui,accipe hoc quoddã grande & breue. Est natura per locos & tẽpora mutabilis,ut est corpus. Et est natura per locos nullo modo, sed tãtum per tempora etiam ipsa mutabilis,ut anima. Et est natura quæ nec per locos nec per tempora mutari potest,hoc deus est. Quod hic insinuaui quoquo modo mutabile,creatura dicitur: quod immutabile creator. Cum aũt omne quod

quod esse dicimus,in quantũ manet dicamus, A & in quantum unum est,omnis porrò pulchritudinis forma unitas sit: uides profecto in ista distributione naturarum,quid summe sit: quid infime,& tamẽ sit: quid medie,maiusq; in infimo, & minus summo sit. Summũ illud est,ipsa beatitas. Infimum,quod nec beatum esse potest,nec miserum. Quod uero medium,uiuit inclinatione ad infimum,misere,cõuersione ad summum beate uiuit. Qui Christo credit,non diligit infimum,non superbit in medio,atq; ita summo in hærere fit idoneus: & hoc est totũ quod agere iubemur,monemur,accendimur.

Augustinus presbyter Aurelio episcopo,lamentans temulentiã,contentiones ac dolos mire regnare apud Afros,etiam in solẽnibus conuiuijs in honorem martyrũ fieri solitis,ostendens quibus modis possit illis mederi. Epistola LXIIII

Aurelio episcopo,Augustinus presbyter.

q Va gratia respõderem literis sanctitatis tuæ,cum diu hæsitans non reperirem: omnia enim uicit affectus animi mei,quem iam sponte surgentem lectio epistolæ multo ardentius excitauit: commisi me iam deo,qui pro uiribus meis operaretur in me,ut ea rescriberem quæ utriq; nostrum studio in domino & cura ecclesiastica pro tua præstantia & mea obsequũdatione congruerẽt. Atq; illud primũ,quod orationibus meis te adiuuari credis,non solũ non defugio,uerum etiam libenter amplector. Ita enim,& si non meis, C certe tuis, me dominus nunc exaudiet. Quod fratrem Alipium in nostra coniunctione mansisse,ut exemplo sit fratribus curas mũdi huius uitare cupientibus,beneuolentissime accepisti, ago gratias quas nullis uerbis explicare possim: dominus hoc repẽdat in animã tuam. Omnis itaq; fratrum cœtus qui apud nos cœpit coalescere,tanta tibi prærogatiua obstrictus est,ut locis terrarum tãtum longe disiunctis ita nobis consulueris tanquã præsentissimus spiritu. Quapropter precibus quãtum ualemus incũbimus, ut locum tibi cõmissum tecum dominus sustinere dignetur,nec te uspiã deserere,sed adesse adiutor in oportunitatibus,faciens cũ ecclesia sua misericordiã per sacerdotiũ tuum,quale spirita D les uiri ut faciat lachrymis eum gemitibusq; interpellant. Scias itaq; domine beatissime & plenissima charitate uenerabilis, non desperare nos,imò sperare uehemẽter,quòd dominus & deus noster per autoritatem personæ quam geris,quam non carni,sed spiritui tuo impositam esse confidimus; multas carnales fœditates & ægritudines,quas Africana ecclesia in multis patitur in paucis gemit,consiliorũ grauitate & tua possit sanare. Cum enim Apostolus tria breuiter genera uitiorum detestãda & uitanda uno in loco posuerit,de quibus innumerabiliũ peccatorum exurgit seges,unum horũ quod secundo loco posuit acerrime in ecclesia uindicatur: duo autem reliqua,id est primum & ultimũ,tolerabilia uidentur hominibus,atq; ita paulatim fieri potest,ut nec uitia iam putentur. Ait enim uas electionis: Nõ in comessationibus & ebrie- Rom.13
tatibus,non in cubilibus & impudicitijs,nõ in contentione & dolo,sed induite uos dominum Iesum Christum,& carnis curam ne feceritis in concupiscentijs. Horum ergo triũ,cubilia & impudicitiæ tam magnum crimen putantur,ut nemo dignus,non modo ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorũ cõmunione uideatur,qui se isto peccato maculauit. Et rectè omnino. Sed quare solum? Comessationes enim & e- 44. dist. cap
brietates ita concessæ & licitæ putãtur,ut in ho comessatiões
norem etiam beatissimorũ martyrum,non solũ
B per dies solennes,quòd ipsum quis non lugendum uideat,qui hæc non carnis oculis inspicit, sed etiam quotidie celebrentur. Quæ fœditas si tantum flagitiosa & non etiã sacrilega esset,qui buscunq; tolerantiæ utribus sustentandã putare mus. Quanquam ubi est illud,quod cum multa uitia enumerasset idẽ Apostolus,inter quæ posuit ebriosos,ita cõclusit,ut diceret cum talibus 1 Cor.5
nec panem edere. Sed feramus hęc in luxu & la- Ebriosi in honorẽ martyrũ
be domestica,& eorum conuiuiorum quæ priuatis parietibus continẽtur,accipiamusq; cum eis corpus Christi cum quibus panẽ edere prohibemur: saltẽ de sanctorũ corporũ sepulchris, saltem de locis sacrorum de domibus orationũ tantum dedecus arceatur. Quis enim audet uetare priuatim,quod cum frequẽtatur in sanctis locis,honor martyrũ nominatur? Hæc si prima Africa tẽtaret auferre à cæteris terris,imitatione digna esse deberet. Cũ uero & per Italiæ maximam partẽ,& in alijs omnibus aut prope omnibus transmarinis ecclesijs,partim quia nunq; facta sunt,partim quia uel orta uel inueterata, sanctorum & uere debita futura cogitantiũ episcoporũ diligentia & animaduersione extincta atq; deleta sint,dubitamus quomodo possimus tantã morum labem,uel proposito tam lato exemplo emendare? Et nos quidem illarum partium hominem habemus episcopum, unde magnas agimus gratias deo: quanquam eius modestiæ atq; lenitatis est, eius deniq; prudentiæ & D solicitudinis in domino,ut etiam si Afer esset,cito illi de scripturis persuaderetur curãdũ,quod licentiosa & male libera consuetudo uulnus infligit. Sed tanta pestilentia est huius mali,ut sa- Conciliũ contra ebrios
nari prorsus,quantum mihi uidetur,nisi cõcilij autoritate non possit. Aut si ab una ecclesia incohãda est medicina,sicut uidetur audaciæ,mutare conari quod Carthaginensis ecclesia tenet, sic magnæ impudentiæ est, uelle seruare quæ Carthaginensis ecclesia correxit. Ad hanc autẽ rem quis alius episcopus esset optãdus,nisi qui ea diaconus execrabatur? Sed quod erat tũc dolendum,nunc auferendum est,non aspere,sed sicut scriptum est,in spiritu lenitatis & mansuetudinis. Dant enim mihi fiduciam literæ tuæ indi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces germanissimę charitatis,ut tecum tanquam mecum audeā colloqui. Non ergo aspere,quantum existimo,non duriter,non modo imperioso ista tolluntur,magis docendo quàm iubēdo, magis monendo quàm minādo. Sic enim agendum est cum multitudine peccātium:seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur,cū dolore fiat,de scripturis comminando uindictam futuram,ne nos ipsi in nostra potestate,sed deus in nostro sermone timeatur. Itaq; prius mouebuntur spirituales uel spiritalibus proximi,quorum autoritate & lenissimis quidem sed instantissimis admonitionibus cætera multitudo frangatur. Sed quoniam istæ in cœmiterijs ebrietates & luxuriosa cōuiuia,non solum honores martyrum à carnali & imperita plebe credi solent,sed etiam solatia mortuorum,mihi uidetur facilius illic dissuaderi posse istam fœditatem ac turpitudinē,si & de scripturis prohibeatur,& oblatiōes pro spiritibus dormientium,quas uere aliquid adiuuare credendum est,super ipsas memorias nō sint sumptuosæ,atq; omnibus petentibus sine typho & cum alacritate præbeātur neq; uendātur. Sed si quis aliqd pecuniæ offerre uoluerit,in præsenti paueribus eroget. Ita nec deserere uidebuntur memorias suorum,quod potest gignere nō leuem cordis dolorem, & id celebrabitur in ecclesia quod pie & honeste celebratur. Hæc enim interim de comessationibus & ebrietatibus dicta sint. De contentione autem & dolo quid meatinet dicere,quādo ista uitia non in plebe,sed in nostro numero grauiora sunt: Horum autē morborū mater,superbia est, & humanæ laudis auiditas,quæ etiā hypocrisim sæpe generat. Huic non resistitur,nisi crebris diuinorū librorum testimonijs incutiatur timor & charitas dei:si tamen ille qui hoc agit,seipsum præbeat patiētiæ atq; humilitatis exemplum,minus sibi assumendo q̄ offertur,sed tamen ab eis qui se honorant nec totum nec nihil accipiēdo,& id quod accipitur laudis aut honoris,non propter se qui totus coram deo esse debet & humana contemnere,sed propter illos accipiatur quibus consulere non potest, si nimia deiectione uilescat. Ad hoc enim pertinet quod dictū est: Nemo iuuentutem tuam cōtemnat: cum hoc ille dixerit,qui alio loco ait: Si hominibus placere uellē, Christi seruus nō essem. Magnum est de honoribus & laudibus hominū non lætari,sed omnē pompam inanem præcidere,& si quid inde necessarium retinetur,id totum ad utilitatem honorantium salutemq; cōferre. Non enim frustra dictū est: Deus confringet ossa hominum placere uolentiū. Quid enim languidius,quid tam sine stabilitate ac fortitudine,quod ossa significant,q̄ homo quem male loquentium lingua debilitat, cum sciat falsa esse quæ dicuntur? Cuius rei dolor nullo modo animæ uiscera dilaniaret,si non amor laudis ossa eius confringeret. Præsumo de robore animi tui. Itaq; ista quæ tecum confero, mihi dico, dignaris tamen credo mecum considerare, q̄s sint grauia, q̄s difficilia. Non enim huius hostis uires sentit, nisi qui ei bellum indixerit: quia & si cuiquā facile est laude carere dum denegatur, difficile est ea nō delectari cum offertur: & tamen tanta mētis in deum debet esse suspēsio, ut si nō merito laudemur, corrigamus eos quos possumus: ne arbitrentur aut in nobis esse quod nō est, aut nostrum esse quod dei est, aut ea laudent quæ quāuis non desint nobis, aut etiam supersint, nequaquam tamē sunt laudabilia: uelut sunt bona omnia quæ uel cum pecoribus habemus cōmunia uel cum impijs hominibus. Si autem merito laudamur, propter deum gratulemur eis quibus placet uerum bonū: non tamen pro his quia placemus hominibus, sed si coram deo tales sumus quales nos esse credunt, & non tribuitur nobis sed deo, cuius dona sunt omnia quæ uere meritoq; laudantur. Hæc mihi ipse canto quotidie, uel potius ille cuius salutaria præcepta sunt, quæcūq; siue in diuinis lectionibus inueniuntur, siue quæ intrinsecus animo suggeruntur: & tamen uehementer cum aduersario dimicans, sæpe ab eo uulnera capio, cum delectationem oblatæ laudis mihi auferre non possum. Hæc propterea scripsi, ut si tuæ senectuti iam non sunt necessaria, siue quòd plura huiusmodi ipse cogites atq; utiliora, siue quòd tuę sanctitati medicina ista nō opus sit, mala tamen mea nota sint tibi, sciasq; unde pro mea infirmitate deum rogare digneris: quod ut impensissime facias, obsecro per humanitatem illius qui præceptum dedit, ut inuicem onera nostra portemus. Multa sunt quæ de uita nostra & conuersatione deflerem, quæ nollem per literas ad te uenire, si inter cor meum & cor tuū, ulla essent ministeria præter os meum & aures tuas. Si autem uenerabilis nobis omniumq; nostrum tota synceritate charissimus, cuius in te uere fraternam cum præsens essem benignitatē studiumq; perspexi, senex Saturninus dignatus fuerit, quando oportunum uidebit ad nos uenire, quic quid cum eius sanctitate & speciali affectu colloqui potuerimus, haud multum distabit, ac si cum tua dignatione id ageremus. Quod ut nobiscū ab eo petere atq; impetrare digneris, tantis precibus posco, quātis uerba nulla sufficiūt. Absentiam enim meam tantum longe Hipponenses uehemēter nimisq; formidant, neq; ullo modo mihi sic uolunt credere, ut & ego uobis. Agrum fratribus datum prouisione & liberalitate tua didicimus ante epistolam tuam, per sanctum fratrem & cōseruum nostrum Partheniū, à quo multa alia quæ audire desiderabamus audiuimus. Præstabit dominus ut etiā cætera quæ adhuc desideramus impleantur.

Augustinus Paulino, cupiens ab illo plenius explicari quomodo uoluntas hominis subditur uoluntati diuinæ. Epistola LXV

Sanctis

Consuetudo quō tollēda

Sacrificia pro mortuis

Contentio & dolus

Autoritas

1 Tim. 4.

Gal. 1

Psal. 52

Laudem quo pienda

Sanctis & deo dilectis merito uenerabilibus & multū desiderabilib⁹ fratribus Paulino & Therasiæ, Augustinus in domino salutem.

c Harissimus frater Celsus cum rescripta repeteret, debitum reddere festinaui. Sed uere festinaui. Cum enim eum putarem adhuc aliquot dies nobiscum moraturum, repente comperta occasione nauigij, mihi pridianam suam profectionem iam nocte suggessit. Quid facerem cum eum tenere non possem, & quia ad uos cum quibus ei melius esset, properabat, nec si possem deberē. Proinde pauca illico hæc arripui dictanda atq; mittenda, prolixioris epistolæ me confitens debitorem, cum post reditum uenerabiliū fratrū nostrorum collegarum Therasij & Euodij, primum uestri ex parte satiatus fuero. Vberius enim ad uos in eorum pectoribus et orationibus nos esse uenturos, iamiamq; in Christi nomine atq; adiutorio speramus. Cū hæc scríberemus, etiam per unanimem filium nostrum Carthaginiensis ecclesiæ presbyterum Fortunatianum Romam nauigaturum, aliam epistolam paucis ante diebus iam dederam. Nunc ergo quod soleo rogo, ut quod soletis, faciatis. Oretis pro nobis, ut uideat Deus humilitatem nostram & laborem nostrum, & dimittat omnia peccata nostra. Colloqui autem uobiscum talia cupio, si dignemini literis, qualia colloqui possemus, si coram uestris sensibus adessemus. Ecce illam quæ stiunculam quam nuper proposueram, tāquam c si præsens præsenti inter dulces loquelas obderem, plane Christiano intellectu & deuotione soluisti, sed nimis cursim & breuiter: posset q̄pe ibi aliquāto diutius & uberi⁹ habitare gratia oris tui, si cū dixisses ita te illo quo feliciter uteris loco perseuerare decreuisse, ut si quid de te aliud domino placuerit, eius uoluntatem præferas tuæ, idipsum aliquanto apertius explicares, quo'nam modo uoluntatem dei quæ nostræ uoluntati præponēda est, nouerimus. Vtrum tantum in ea re quam propterea præferre deberemus, quia & inuiti cogeremur. Ibi enim fit quidem quod uolumus. Sed ideo nos cogimur ut uelimus, quia ille uult cuius uoluntatis nec excellentiam fas est recusare, nec omnipotentiam D licet euitare: sicut Petrum aliter cinxit & tulit quò noluerat: uerū tamen quò nollet ijt, sed uolens mortem subijt. Asperrimum est, ibi ubi est potestas, non mutare sentētiam, quamuis aliud occurrat, in quo potius appareat uolūtas dei ad mutandam sententiā nos uocantis, non quia nostra mala erat, sed in qua recte permaneretur, nisi ab illo in alteram uocaremur. Neq; enim malum fuit Abrahæ nutrire & educare filium, quo ad posset quantū in ipso esset usq; ad finē uitæ suæ: sed repente iussus occidere, mutauit utique non prius malam sentētiam, sed quæ mala esset si potioribus mutata non esset. Hinc quoq; non dubito nihil aliud uideri tibi, sed plerunq; non uoce de cœlo, non per prophetam, non per reuelationem, uel somnij uel excessu mentis, qui dicitur ecstasis, sed rebus ipsis accidentibus, & ad aliud quàm statueramus uocātibus cogimur agnoscere dei uoluntatem aliam quàm erat nostra. Quod si proficiscī statueremus, & aliquid oriretur quod consulta de officio nostro ueritas uetaret deserere, aut decernentibus ibi manere, nunciaretur aliquid quod eadem ueritate consulta nos cōpelleret proficiscī, de hoc tertio genere causarum mutandæ sententiæ, quid tibi uidetur peto mecum plenius & enodatius colloquaris. Sæpe nos quippe conturbat, & difficile est nos aliquid quod magis faciendū erat omittere, dum illud mutare uolumus, in quo prius permanere statueramus, nō quidē malum, uerū iam ideo malū, quia id quod potius agendū est occurrens deseritur. Quod si nō occurreret, nō solum sine uituperatione, sed etiam cum laude, in illo priore perduraretur. Hic non falli difficile est, hic omnino uox prophetica prætualet, De licta quis intelligit. Hinc oro, participem me facias cogitationū tuarum, quid in talibus uel facere soleas uel faciendum esse reperias.

Psal. 18

Augustinus Maximo medico, recens ad ecclesiā catholicam cōuerso, hortans illum ut studeat & alios eōdem adducere, præsertim cum nonnullos in errorē adduxisset autoritate sua: instruens illum aduersus eos, qui de trium personarum eadem essentia impie disputant. Epistola LXVI

c Domino eximio meritoq; honorabili & religioso fratri Maximo, Alipius & Augustinus in domino salutem.

Vm à sancto fratre & coepiscopo c nostro Peregrino de tua tuorūq; non corporali sed spiritali salute præcipue quæreremus, de tua quidem lætos, de tuorum uero tristes nos eius responsa fecerunt, quod nō sunt ecclesiæ catholicæ salubri correctione sociati. Et quia id cito futurum speramus, adhuc non esse factum dolemus, domine eximie meritoq; honorabilis & religiose frater. Proinde charitatem tuam in domini pace salutantes, & præcipimus & rogamus, ut eos quod didicisti docere non differas, unum scilicet deum esse solū cui seruitus illa debetur, quæ latria Græco uocabulo nūcupatur. Ipsum enim uerbum est in lege, ubi scriptum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies: quem si deum patrem tantūmodo dixerimus, respondebitur, Ergo latria filio non debetur: quod nefas est dicere. Si autē debetur, quomodo ergo uni tantum debetur deo, si & patri & filio debetur, nisi quia unus cui per latriā seruire iussi sumus, ita dicitur solus ut & pater intelligatur & filius, imò uero etiam spiritus sanctus. De illo quippe dicit Apostolus: Nescitis quia corpora uestra templum sunt in uobis spiritus sancti quem habetis à deo, & non estis uestri. Empti enim estis magno precio, glorificate Deum, & portate in

Mat. 4.

1 Cor. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpore uestro. Quem deum nisi spiritum sanctum, cuius corpora nostra dixerat esse templum? Debetur ergo latria spiritui sancto. Nam si templū ei facere, sicut Salomon fecit de lignis & lapidibus iuberemur, utiq; faciendo templū latriam exhibere conuinceremur, quāto magis latriam debemus cui nō templū facimus sed sumus? Ac per hoc si patri & filio & spiritui sancto latria debetur & exhibetur à nobis, de qua dictū est: Dominū deum tuū adorabis & soli illi seruies, proculdubio dominus deus noster cui soli per latriam seruire debemus nō est pater solus, nec filius solus, nec solus spiritus sanctus, sed ipsa trinitas unus deus solus, pater & filius & spiritus sanctus: nō ut pater sit ipse qui filius, uel spiritus sanctus ipse sit aut pater aut filius, cū sit in illa trinitate pater filij solius, & filius patris solius, spiritus autem sanctus & patris & filij sit spiritus: sed propter unam eandemq; naturam atque inseparabilem uitam, ipsa trinitas quantum ab homine potest fide præcedente intelligitur unus dominus deus noster, de quo dictum est: Dominū deum tuum adorabis & illi soli seruies, & quem prædicat Apostolus. Ait enim: Quoniam ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorū amen. Non enim sic ex deo patre unigenitus filius, quemadmodum ex illo est uniuersa creatura quā ex nihilo creauit. Hunc quippe de sua substantia genuit non ex nihilo fecit: nec eum ex tempore genuit, per quem cuncta tempora condidit. Quoniam sicut flamma splendorē quem gignit, tempore nō præcedit, ita pater nunq; sine filio fuit. Ipse est quippe sapientia, de qua scriptum est: Splendor est enim lucis æternæ. Luci ergo cuius cādor est, id est deo patri sine dubio coæterna est. Et ideo non sicut in principio fecit deus cœlum & terram, ita in principio fecit uerbum, sed in principio erat uerbum. Spiritus quoque sanctus non sicut creatura ex nihilo est factus. Hæc trinitas unius est eiusdemq; naturæ atque substantiæ, non minor in singulis quàm in omnibus, nec maior in omnibus q̄ in singulis, sed tanta in solo patre uel in solo filio, quanta in patre simul & filio, & tanta in solo spiritu sancto, quanta simul in patre & filio & spiritu sancto. Neq; enim pater ut haberet filiū de seipso, minuit seipsum, sed ita genuit de se alterū se, ut totus maneret in se, & esset in filio tantus quātus & solus. Similiter & spiritus sanctus integer de integro, non præcedit unde procedit, sed tātus cum illo quantus ex illo, nec minuit eum procedendo nec auget hærendo. Et hæc omnia nec confuse unum sunt, nec distincte tria sunt, sed cum sint unum tria sunt, & cum sint tria unum sunt. Proinde qui tam multis cordibus fideliū suorum donauit ut essent cor unum, quantomagis conseruat in seipso ut sint hæc tria, & singula deus, & simul omnia nō tres dij sed unus deus. Hic est unus dominus deus noster, cui uniuersa pietate seruitur, cui soli latria illa debetur. qui cum in rebus quæ nascuntur in tēpore sua bonitate effecerit, ut suæ substantiæ prolē quælibet res gignat, id est homo hominē, non alterius naturæ sed eius cuius ipse est, uide q̄ impie dicatur ipse non genuisse id quod ipse est. Hæc enim propinquitatis sunt nomina non naturæ, & ideo ad aliq̄d uel relatiue dicunt, quæ aliq̄n eadē sūt, aliq̄n diuersa. Eadē scilicet cū frater refertur ad fratrē, amicus ad amicū, uicinus ad uicinum, cognatus ad cognatū, & si qua similia, quæ infinitum est uelle omnia percurrere. In his enim quod est iste ad illū, hoc est ille ad istū. Diuersa sunt autem, sicut pater ad filiū, filius ad patrem, socer ad generum, gener ad socerū, dominus ad seruum, seruus ad dominum. Non est quidem hoc iste ad illū, quod ille ad istum, sed ambo tātum homines sunt. Relatio diuersa est non natura. quoniam si attēdas quid sit alter ad alterum, non est hoc ad illum iste, quod ad istū ille: quia iste pater, ille filius, aut iste socer, ille gener, aut iste dominus, ille seruus. Si autem attendas q̄d quisq; sit, uel ad seipsum uel in seipso, hoc est ille quod iste q̄ ille homo est sicut iste. Vñ intelligit prudentia tua nō ab eis rationabiliter dici à quorū errore te dominus liberauit, ideo dei patris & dei filij naturā esse diuersam, quia iste pater est, ille filius. Et deū patrē nō genuisse id quod est ipse, quia nō genuit patrem filij sui, quod est ad illum ipse. Quis enim non uideat ista uocabula non in seipsis demonstrare naturas, sed alterius ad alterum significare personas? Tale est etiam illud quod simili loquuntur errore, Ideo filium alterius esse naturę, diuersæq; substantiæ, quia pater deus non est de altero deo, filius autem deus est quidem sed de patre deo: & hic enim nō indicatur substantia sed origo, id est nō quid sit, sed unde sit q̄q; uel nō sit. Neq; enim Abel & Adam ideo nō unius naturæ atq; substantiæ fuerunt, quia iste fuit homo de homine illo, ille de nullo. Si ergo utriusq; natura quæritur, homo Abel, homo Adam. Si autem origo, primus homo ex quo Abel, nullus homo ex quo Adam. Itē in deo patre & deo filio, si utriusq; natura queratur, uterq; deus, nec magis magnus alter altero deus. Si autem origo, pater est deus de quo filius deus, de quo autē pater, nullus est deus. Fruſtra itaq; ad hoc respondere conantes dicunt, sed homo cum passione generat, deus autem sine passione genuit filium. Hoc enim nō solum ipsos nihil, sed nos adiuuat plurimum. Nam si tēporalibus & passibilibus rebus deus tribuit, ut quod sunt hoc generent, quanto magis ipse æternus & impassibilis, non aliud q̄ est ipse generauit unus unicum, ideo nostra inenarrabili admiratione, quoniam sine passione, & tanta secum æqualitate, ut eum nec potestate præcederet nec ætate. Sed ideo totum quod habet, quod potest, non tribuit sibi sed patri, quia nō est à seipso sed à patre. Aequalis

Rom. 11

Sap. 4

Cōmode accipe, tria unum cum tres sint unum

lis est enim patri, sed hoc quoque accepit à patre: nec sic accepit unde esset æqualis, quasi prius fuerit inæqualis, sed natus æqualis, sicut semper natus, ita semper æqualis. Non utique inæqualem genuit, & æqualitatem iam nato addidit: sed gignēdo eam dedit, quia æqualem non imparem genuit. Ideo in forma dei æqualē esse deo, non ei rapina fuerat sed natura, quoniam id nascendo sumpsit, non superbiendo præsumpsit. Propterea uero patrem dicit esse maiorē, quia seipsum exinaniuit, formam serui accipiēs non amittens dei, propter quam formam serui, non tantum patre, uerumetiam seipso & spiritu sancto minor factus est. Nec tantum hac excellentissima trinitate, sed etiam minoratus est paulominus ab angelis, hominibus quoque minor fuit, quando parentibus subditus fuit. Propter hanc itaq; formam serui quam ueniente plenitudine temporis exinanitus accepit, dixit: pater maior me est. Propter illam formam uero quā nec exinanitus amisit, dixit: Ego & pater unum sumus. & homo scilicet factus, & permanēs deus. Homo enim assumptus est à deo, non homine consumptus est deus. Ideo ualde rationabiliter & patre minor est homo Christus, & patri æqualis est idemipse deus Christus. Cum igitur huic rectæ atq; catholicæ fidei præsentibus nobis cum magna exultatione populi dei consociatum te esse gaudeamus, quare adhuc de tuorum segnitia tristes sumus? obsecramus te per misericordiā dei, ut ipso adiuuante auferas istū mœrorem de cordibus nostris. Neq; enim credendum est autoritatem tuam ad peruersitatē tuorum plurimum ualere potuisse, & ad correctionem nihil ualere posse. An forte cōtemnūt te, quia in ecclesiæ catholicæ participationem hac ætate uenisti, cum te amplius debeant admirari atq; uenerari, quia uetustissimum errorem senili quadam iuuentute uicisti. Absit ut ipsi resistant tibi uera dicenti, cui consenserant a ueritate deuianti. Absit ut nolint tecū recta sentire, cum quo eos delectauit errare, tu tantū ora pro eis & insta eis. Immo uero adduc eos ad domum dei tecum, qui in domo tua sunt tecū: uel te non pigeat in domum dei cū illis uenire, qui in domum tuam soliti fuerant conuenire, præsertim cum catholica mater aliquos à te petit, aliquos repetit. Petit eos quos apud te inuenit, repetit eos quos per te perdidit. Non excruciet damnis, sed potius lætetur lucris. Acquirat filios quos non habuit, non plangat quos habuit. Oramus ad deum ut facias quod hortamur, & speramus de misericordia eius, quod litteris sancti fratris & coepiscopi nostri Peregrini, & rescriptis dilectionis tuæ, cito de hac re gaudio replebitur cor nostrū, & lingua nostra exultatione.

1. senten. dist. 36. notandū.

Ioan. 14.

Ioan. 10

Augustinus Alipio sent. de Gabiniano miraculis conuerso ad Christianismum.
Epistola LXVII.

Augustinus Alipio seni.

f Rater Paulus hic est incolumis, apportat negociorum suorum secūdas curas, præstabit dominus ut etiā ipsæ ultimæ sint: multum uos salutat & narrat gaudia de Gabiniano, quod ab illa sua causa, misericordia dei liberatus, non solū Christianus sed etiam fidelis sit ualde bonus, per pascha proxime baptizatus, in corde atque in ore habens gratiam quam percepit. Quantum eum desiderem quādo explicabo? Sed nosti ut eum diligam. Architheater etiam Dioscorus Christianus fidelis est simul gratiam consecutus. Audi etiam quemadmodum, neq; enim ceruicula illa uel lingua nisi aliquo prodigio domarētur: filia eius in qua unica acquiescebat ægrotabat, & usq; ad totam desperationem salutis temporalis, eodē ipso patre renunciante peruenit. Dicitur ergo & constat, cum mihi hoc & ante fratris Pauli reditum, comes Peregrinus uir laudabilis & bene Christianus, qui cum eis eodem tē pore baptizatus est, indicarit, Dicitur ergo ille senex tandem conuersus ad implorādam Christi misericordiam, uoto se obligasse Christianū fore si illam saluam uideret. Factum est. At ille quod uouerat, dissimulabat exoluere, sed adhuc manus excelsa. Nam repentina cæcitate suffunditur, statimq; uenit in mētem unde illud esset: exclamauit confitens, atq; iterum uouit, se recepto lumine impleturum esse quod uouerat. Recepit, impleuit, & adhuc manus excelsa: Symbolum non tenuerat, aut fortasse tenere recusauerat & se non potuisse excusauerat, deus uiderat. Iam tum post festa omnia receptiōis suæ in paralysim soluitur multis ac penè omnibus mēbris. Tūc somnio admonitus cōfitetur per scripturam, ob hoc sibi dictum esse accidisse, quod symbolum non reddiderit. Post illam confessionem redduntur officia omnium membrorū nisi linguæ solius: se tamē didicisse symbolū, ideoq; memoria iam tenere nihilominus in eadē tenta tiōe litteris fassus est. sicq; omnis est ab eo delecta nugacitas, quæ ut scis multū decolorabat naturalem quandam eius benignitatem, eumq; insultantem Christianis faciebat ualde sacrilegū. Quid dicam, nisi domino hymnum canamus & superexaltemus eum in secula?

Clerici Hippone catholici Ianuario primæ sedis episcopo partis Donatianæ, De immanitate Circumcellionū aduersus catholicos. Stilus est Augustini, quanquam communi clericorum nomine scripta est epistola. Epistola LXVIII

i Anuario Clerici catholici regionis Hipponensium. Clerici & Circumcelliones uestri noui generis & inauditæ crudelitatis persecutiōe in nos fæuiunt. Qui si malum pro malo redderent, etiā sic cōtra legem facerent Christi, Nunc uero cōsideratis omnibus factis nostris & uestris, inuenimur hoc pati quod scriptum est, Retribuebāt mihi mala pro bonis. Et in alio psalmo, Cū his

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui oderant pacem eram pacificus, cum loque-
Psal.119 bar debellabant me gratis. Nam cum sis in tam grandi constitutus ætate, arbitramur te optime nosse, quod pars Donati quæ primo apud Carthaginem pars Maiorini dicebatur, ultro accusauit Cæcilianum tũc episcopum ecclesiæ Carthaginensis, apud imperatorem illum antiquũ Constantinũ. Sed ne forte aut oblita hoc sit grauitas tua, aut te nosse dissimules, aut etiam q̃ nõ putamus, forsitan nescias, excẽplũ relationis tũc Anulini proconsulis, quem pars Maiorini tũc interpellauit, ut ea crimina quæ obijciebat Cæciliano ad memoratum imperatorem ab eodẽ proconsule mitterentur, his nostris litteris inseruimus.

Exemplum epistolæ. Anulinus nunc proconsul Africæ. Scripta cœlestia maiestatis uestræ, accepta atque adorata, Cæciliano & his qui sub eodẽ agunt quiq; clerici appellantur, deuotio paruitatis meę insinuare curauit, eodemq; hortata est, ut unitate cõsensu omnium facta, cũ omni omnino munere indulgentiæ maiestatis uestræ liberati esse uideantur catholici, custodita sanctitate legis debitæ reuerentiæ ac diuinis rebus inseruiant. Verum post paucos dies extiterunt quidam adunata se cum populi multitudine, qui Cæciliano contra dicendum putarent, quiq; fasciculum in aluta signatum obtulerunt dicationi nostræ, atq; impendio postularunt, ut ad sacrum & uenerabilẽ comitatum nominis uestri dirigerem, quæ manente Cæciliano in statu suo, subiectis eorundem actis, quæ cuncta maiestas uestra possit dinoscere, paruitas mea dirigere curauit.

Hactenus uidetur exemplum epistolæ Transmissi libelli duo, unus in aluta subscriptus ita, Libellus ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani traditus à parte Maiorini. Item alius sine sigillo cohærens eidem alutæ, datus die XVII Kal. Maias Carthagine, domino nostro Constantino Augusto tertiũ cos. Post hãc relationẽ ad se missam iussit imperator uenire partes ad episcopale iudicium in urbe Roma faciẽdum, ubi quẽadmodum causa dicta atq; finita sit, & Cæcilianus innocens iudicatus sit, indicant gesta ecclesiastica. Iam utiq; post pacificum moderamen iudicij episcopalis, omnis contentionis & animositatis pertinacia debebat extingui. Sed rursus maiores uestri ad imperatorem redierunt, & non recte iudicatam neq; omnem causam auditam esse conquesti sunt. Vnde ille alterum episcopale iudicium dedit habendum in Arelatensi Galliæ ciuitate, ubi multi uestri uana & diabolica dissentione damnata, cum Cæciliano in concordiam redierunt. Alij uero pertinacissimi & litigiosissimi ad eundem imperatorem appellauerunt: postea & ipse coactus episcopalem causam inter partes cognitam terminauit, & primus contra uestram partem legẽ constituit, ut loca congregationum uestrarum fisco uendicarẽtur, quarum omnium rerum documenta, si uellemus inserere, nimium lõgas litteras faceremus. Illud tamen nullo modo prætermittendũ est, quomodo Felicis Aptungẽsis, quẽ fontẽ omnium malorũ in cõcilio Carthaginensi, ab Secundo Tigisitano primate patres uestri fuisse dixerunt, urgentibus apud imperatorem uestris, publico iudicio causa discussa atque finita sit. Nã memoratus imperator, in hac ipsa causa uestros apud se accusatores & assiduos interpellatores, litteris suis fuisse testatur, quarum exemplum infra scripsimus.

Imperatores Cæsares, Flauius, Cõstãtinus Maximus, & Valerius Licinius ad Probianũ proc. Exemplum epistolæ
cõsulẽ Africæ. Helianus prædecessor tuus, merito dum uir perfectissimus Verus uicarius præfectorum tunc per Africam uestram, incommoda ualetudine teneretur, eiusdem partibus functus, inter cętera etiam id negocium uel inuidiam, quæ de Cæciliano episcopo ecclesiæ catholicæ uidetur esse commota, ad examen suũ atq; iussionem credidit esse reuocãdam. Etenim cũ iam Superium centurionem & Cæcilianũ magistratum Aptunginorũ & Saturninũ excuratorem & Calibium iuniorem eiusdẽ ciuitatis curatorem, atq; solũ seruum publicũ suprascriptæ ciuitatis, præsentes esse fecisset, audientiã præbuit competentem, adeo ut cũ Cæciliano fuisset obiectũ, quod à Felice eidẽ episcopatus uideretur esse delatus, cui diuinarum scripturarum proditio atq; exustio uideretur obiecta, innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Deniq; cum Maximus Vigentium decurionẽ Ziquensium ciuitatis, epistolam Cæciliani ex diuino iure falsasse contenderet, eundẽ ipsum Vigentium suspensum actis quæ suberant peruidimus, & ideo minime tortum, quod se decurionem Ziquẽsium asseuerauerit. Vnde uolumus ut eundem ipsum Vigẽtium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constãtini augusti mittas, ut illis qui impræsentiarũ agunt, atq; diurnis diebus interpellare nõ desinunt audientibus & coram assistentibus apparere & intimari possit, frustra eos Cęciliano episcopo inuidiã comparare, atq; aduersus eum uiolenter insurgere uoluisse. Ita enim fiet ut omissis sicut oportet eiusmodi contentionibus, populus sine dissensione aliqua religioni propriæ cũ debita ueneratione deseruiat.

Hactenus epistolæ Hæc cum uideas ita se habere, quid est quod nobis de imperatorum iussionibus, quæ cõtra uos cõstituunt inuidiã cõcitatis, cũ hoc totũ uos potius antea feceritis? Si nihil debent in his causis impatores iubere, si ad impatores Christianos hæc cura ptinere nõ debet, qs urgebat maiores uestros causam Cæciliani ad imperatorẽ p̃ proconsulem mittere, & episcopum contra quẽ absentem iam sententiam quoquo modo dixeratis, iterum apud imperatorem accusare, quo innocente pronunciato, ordinatori eius Felici alias apud eundem imperatorem calumnias machinari: & nũc quid aliud q̃ ipsius maioris Cõstantini

stantini iudicium contra uestram partem uiuit, A
quod maiores uestri elegerũt, quod assiduis interpellationibus extorserũt, quod episcopali iudicio prætulerunt. Si displicent imperialia iudicia, qui primitus imperatores adea uobis excitãda coegerunt? Sic enim modo contra catholicã clamatis in his quę cõtra uos ab imperatoribus decernuntur, quemadmodũ si uellent aduersus Danielem clamare, qui liberato illo, eisdem leonibus cõsumendi missi sunt, à quibus ipsum primitus consumi uoluerunt. Scriptum est enim,
Prouer.19 Nihil interest inter minas regis & iram leonis. Danielem calumniosi inimici in lacum leonum mitti coegerunt: uicit innocentia eius illorũ malicia: illæsus inde leuatus est, ipsi illuc missi perierunt. Similiter maiores uestri Cęcilianum & B
eius societatem, regiæ iræ consumendã obiecerunt, cuius innocentia liberata, ab eisdem regibus eadem uos patimini, quę illos uestri patiuo
Eccle.27 luerunt: quoniam scriptũ est, Qui parat proximo foueam, ipse incidet in eam. De nobis ergo quod queramini non habetis, & tamen ecclesiæ catholicæ mansuetudo, etiam ab his imperatorum iussionibus omnino cõquieuerat, nisi uestri clerici & circumcelliões, per suas immanissimas improbitates furiosasq; uiolentias quietem nostram perturbantes atq; uastãtes, hæc in uos recoli & moneri coegissent. Nam priusquã recentiores leges istæ, de quibus modo queramini, uenissent in Africã, insidias in itineribus nostris episcopis tetenderunt, conclericos nostros plagis immanissimis quassauerunt, laicis quoq; & plagas grauissimas inflixerunt, & intulerunt eorum ædificijs incendia. Presbyterum etiam quendam, quia propria libera uoluntate unitatem nostrę communionis elegit, de domo sua raptum, & pro arbitrio immaniter cæsum,
Burda in gurgite etiam cœnoso uolutatum, burda uestitum, cum quibusdam dolendũ, quibusdam ridẽdum in pompa sui facinoris ostentassent, abductum inde quò uoluerunt, uix post dies duodecim dimiserunt. Vnde conuentus municipalibus gestis à nostro episcopo Proculianus, cũ ab inquirenda causa dissimulasset, & iterum cõtinuo conuentus esset, nihil se dicturũ amplius gestis expressit. Et hodie illi qui hoc fecerunt. D
presbyteri uestri sunt, adhuc nos insuper terrifantes, & sicut potuerunt persequentes. Nec tamen de his iniurijs & persecutionibus, quas ecclesia catholica in regione nostra tunc pertulit, imperatoribus cõquestus est episcopus noster. Sed facto concilio placuit ut pacifice conueniremini, quo, si fieri posset, haberetis inter nos collationem, & errore sublato, fraterna charitas pacis in uinculo lætaretur. Et in ipsa conuentione quid Proculianus primo respõderit quod cõcilium facturi essetis, & alias & illic uisuri quid respondere deberetis. Deinde quid postea cum propter suam promissionem denuo conuentus esset, actis expresserit, recusans pacificam collationem, ipsa gesta instruant grauitatem tuam. Deinde cũ uestrorũ clericorũ & circumcelliõnum notissima omnibus non cessaret immanitas, dicta causa est, cũ Crispinus iudicatus hereticus, nec pœna decem librarũ auri quæ in hæreticos ab imperatoribus fuerat constituta per
Pœna pecuniaria in hæreticos mãsuetudinem catholicam ferri permissus est, & tamen ad imperatores appellãdum putauit, Cuius appellationi quod ita respõsum est, nonne uestrorum præcedens improbitas & eadem ipsius appellatio extorsit ut fieret: nec tamẽ etiã post ipsum rescriptũ, intercedentibus apud imperatorem nostris episcopis, eadem auri condẽnatione mulctatus est. Ex concilio autem nostri episcopi legatos ad comitatũ miserunt, qui impetrarent, ut non omnes episcopi & clerici partis uestræ ad eandem condemnationem decem librarum auri, quæ in omnes hæreticos constituta est tenerentur, sed hi soli in quorũ locis aliquas à uestris uiolentias ecclesia catholica pateretur. Sed cum legati Romam uenerunt, iam cicatrices episcopi catholici Vagitani horrendæ ac recentissimæ imperatorem cõmouerant, ut leges tales mitterentur, quales & missæ sunt. Quibus in Africam uenientibus, cum utiq; nõ ad malum sed ad bonũ cœpissetis urgeri, quid facere debebatis nisi & uos mittere ad episcopos nostros, ut quomodo uos ipsi cõuenerant, sic conuenirentur à uobis, & potius collatione ueritas appareret? Non solum autem non feci-
C stis, sed peiora mala nobis uestri nunc facitunt, non tantũ nos fustibus quassant ferroq; concidunt, uerumetiam in oculos extinguendos, cal-
Mira crudelitas circumcellionum. cem mixto aceto incredibili excogitatione sceleris mittunt. Domus insuper nostras compilãtes, arma sibi ingentia & terribilia fabricarunt, quibus armati per diuersa discurrũt cõminãtes atq; anhelãtes cędes, rapinas, incẽdia, cęcitates. Quibus rebus cõpulsi sumus tibi primitus conqueri. Cõsideret grauitas tua q̃ multi uestrũ, immo uos oẽs qui uos pati dicitis pśecutionẽ, sub ipsis quasi terribilibus imperatorũ catholicorũ legibus, in possessiõibus uestris & alienis securi sedeatis, & nos à uestris tã inaudita mala patiamur. Vos dicitis pati pśecutionẽ, & nos ab armatis uestris fustibus & ferro cõcidimur. Vos dicitis pati persecutionẽ, & nostræ domus ab armatis uestris cõpilando uastant. Vos dicitis pati persecutionem, & nostri oculi ab armatis uestris calce & aceto extinguuntur. Insuper etiam si quas mortes sibi ultro ingerunt, nobis uolunt esse inuidiosas, uobis gloriosas. Quod nobis faciunt sibi non imputant, & quod sibi faciunt nobis imputant. Viuunt ut latrones, moriũtur ut circumcelliones, honorantur ut martyres: & tamen nec latrones aliquando audiuimus eos quos deprædati sunt excæcasse. Occisos auferunt luci, uiuis auferunt lucẽ. Nos interim si qñ uestros tenemus, cũ magna dilectiõe seruamus illęsos, loquimur illis, & legimus omnia quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

error ipse conuincitur, qui fratres à fratribus se parat, facimus quod dominus per Esaiam prophetam præcepit dicēs: Audite qui pauetis uerbum domini, dicite fratres nostri estis his qui uos oderunt, & qui uos execrātur, ut nomē domini honorificetur & appareat illis in iocunditate, ipsi autem erubescāt. Ac sic aliquos eorum considerantes euidentiam ueritatis & pulchritudinem pacis, nō baptismo quem iam sicut regalem characterem tanquā desertores accepe rant, sed fidei quæ illis defuit, & spiritus sancti charitati & Christi corpori sociamus. Scriptū est enim: Fide mundans corda eorum, Itēq; scriptum est: Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Si autem uel nimia duricia, uel pudore nō ferentes eorum insultationem, cū quibus contra nos tā multa falsa iactabāt, & tam multa mala excogitabant, uel magis timore, ne qualia nobis antea faciebant, talia nobiscum iam patiantur, unitati Christi consentire noluerūt, sicut illæsi retenti sunt, sic à nobis dimittuntur illæsi: hoc quantum possumus monemus etiam laicos nostros ut eos illæsos teneant, & nobis corripiendos instruendosq; perducant. Sed aliqui nos audiunt, & si possunt faciunt. Alij cum illis quē admodum cum latronibus agunt, quia eos reuera tales patiuntur. Aliqui ictus eorū suis corporibus imminentes feriendo repellunt, ne ab eis ante feriantur. Aliqui apprehēsos iudicibus oferunt, nec nobis intercedentibus eis parcunt, dum ab eis pati mala iminania pertimescunt. In quibus omnibus illi non deponunt facta latronum, & honorē sibi exigūt martyrū. Hoc est ergo desiderium nostrum, quod tuæ grauitati per has litteras & per fratres quos misimus allegamus. Primum si fieri potest ut cum episcopis nostris pacifice conferatis, ut in quibus fuerit inuētus, nō homines sed error ipse tollatur, ut homines non puniantur sed corrigantur, ut uos modo conueniatis, quia eorum conuentionem antea contempsistis. Quanto melius enim hoc inter uos facitis, ut quod egeritis conscriptum & subscriptum imperatori mittatis, quàm et hæc apud terrenas potestates fiant, quę non possunt nisi iam datis contra uos legibus sæuire? Vestri enim collegæ qui nauigauerāt apud præfectos dixerunt se auditi uenisse. Et nominauerūt sanctum patrem nostrum catholicum episcopum Valentinum, qui tunc in comitatu erat, dicentes cum illo se uelle audiri: quod eis nō poterat iudex concedere, qui iam secundum leges quæ contra uos constitutæ sunt iudicabat: nec ille episcopus ita uenerat, aut aliquod tale mandatū à suis episcopis acceperat. Quāto ergo melius ipse imperator, qui non est eisdem legibus subditus, & qui habet in potestate alias leges ferre, cum ei collatio uestra fuerit recitata, de tota ipsa causa poterit iudicare, quāuis iam olim dicta fuerit terminata? Sed ideo nos conferre uolumus, non ut causa iterum finiatur, sed ut eis qui nesciunt iam finita monstretur. Quod si hoc facere uestri episcopi uoluerint, quid inde perditis, & non potius acquiritis, quia uoluntas uestra innotescit, ne diffidentia merito reprehendatur? An forte putatis non licere fieri, cum nō uos lateat, quod dominus Christus etiam cum diabolo de lege locutus est? Quod cum Paulo non solum Iudæi, sed etiam de hæresi stoicorū & epicureorum philosophi gētium cōtulerūt? An forte istæ leges imperatoris, uos nō permittunt nostros episcopos cōuenire? Ecce interim episcopos nostros qui sunt in regiōe Hipponē si, ubi à uestris tanta mala patimur conuenite. Quanto enim licētius & liberius ad nos, per uestros uestra scripta quàm eorum arma peruenitis? Postremo p istos ipos fratres nostros quos ad uos misimus talia rescribite. Si autem & hoc non uultis, saltem cum uestris à quibus talia patimur nos audite. Ostēdite nobis ueritatem pro qua uos pati dicitis persecutionē, cū patiamur nos uestrorum tantam crudelitatē. Si enim nos esse in errore conuiceritis, forte conceditis nobis ut non rebaptizemur à uobis, iustum existimantes, ut nobis hoc præstetis, qui baptizati sumus ab eis quos nullo iudicio damnastis, quod præstitistis eis, quos Felicianus Musticanus, & Prætextatus Assuritanus per tam lōgum tēpus baptizauerāt, qñ eos per iudicū iussa de Basilicis pellere conabamini, qa Maximiano cōmunicabāt, cū à uobis in cōcilio Bagaitano expresse nominatimq; dānati sunt. Quæ omnia gestis iudicialibus & municipalibus demonstramus, ubi & ipsum cōcilium uestrum allegastis, dum uultis iudicibus ostendere, quod schismaticos uestros de Basilicis pelleretis. Et tamē qui ab ipso semine Abrae, in quo oēs gētes benedicūtur schisma fecistis, de Basilicis pelli nō uultis, non p iudices sicut schismaticis uestris uos fecistis, sed per reges terræ qui cōpleta prophetia Christum adorāt, apud quos Cæcilianū accusantes uicti recessistis. Si aūt nec docere nos uultis, uenite aut mittite nobiscum in regionē Hipponē sium, qui uideant armatum exercitum uestrum, quamuis nullus miles numero armorum suorū calcem & acetum addidit ad oculos barbarorum. Si neq; hoc uultis, saltem scribite ad illos, ut iam ista non faciant, ut iam se à cædibus nostris, à rapinis, ab excæcatione compescāt. Nolumus dicere, damnate illos: Vos enim uideritis quomodo uos non inquinent, quos modo ostendimus in uestra communione latrones, & nos inquinent quos nunquam potuistis ostendere traditores. Ex his omnibus eligite quod uolueritis. Si autem querelas nostras contempseritis nos minime pœnitebit ordine pacifico agere uoluisse. Aderit dominus ecclesiæ suæ, ut uos potius humilitatem nostram contempsisse pœniteat.

Actu. 15
1. Petri. 4.

Venit audiri ut audiatur

Imperator supra leges, sed non extra.

Augustinus Restituto, quatenus mali tolerandi in ecclesia Epistola LXIX

Domino

Domino desiderantissimo & honorifica syncerita te charissimo fratri & diacono Restituto, Augustinus in domino salutem.

a Estus indicātes piam flammam cordis tui, indicauit mihi fidelissimus ut sis particeps eorū frater Deo gratias. Lege itaq; Tychoniū quē bene nosti, non quidē omnia probaturus. Nā quæ in illo cauenda sint, bene nosti. Hanc tamen quæstionē quomodo in ecclesia dei si qua forte peruersa uel etiā scelerata corrigere aut extingue re non ualemus, saluo unitatis uinculo toleranda sint, strenue uidetur mihi tractauisse atq; soluisse: quanquam in eius litteris tantummodo intentione correcta, ad ipsos diuinarum scripturarum fontes recurrere nos oportet, ut ibi uideamus quàm plurima de hac re testimonia sentētiarum, uel exempla gestorū, & quoniam nemo possit omnia ponere, nisi qui pene omnes sanctorum librorum paginas in sua scripta transferre uoluerit. Ita prope nulla est, quæ nos non admoneat intus in ipsa societate sacramentorum, quibus imbuimur ad uitam ęternam, cū his qui oderunt pacem esse debere pacificos, donec in gemiscendo nostra longinqua peregrinatio trā seat, atq; in uirtute Hierusalem matris æternæ securissima pace perfruamur, & in turribus eius abundantia uerorum fratrum, quorum nunc inter multos falsos gemimus paucitatē. Quæ est autem uirtus illius ciuitatis, nisi deus eius deus noster. Vides igitur in quo solo fiat pax, & singulis hominibus qui secum sine illo bellum gerunt, & in ullo extrinsecus oborto scandalo, omnibus simul, qui quanquam in hac se uita diligant & amicitiæ fidæ nexibus teneantur, tamen nec præsentia corporis nec confessione animi summe perfecteq; copulantur. Confortetur cor tuum in domino, memor nostri.

Augustinus Bonifacio Comiti, qui concepto prius uoto monachismi, post ex ipsius consilio suscepit comitis potestatē: ac duxit uxorem, præter ipsius consilium, Multisq; bellis feliciter gestis, in multis peccauit. Hūc litteris secretis hortatur ad uetus propositum, si per uxorē liceat, si non liceat, potestate mundana utatur in bonū non malum. Epist. LXX

Domino filio in præsenti & in æterna salute dei misericordia protegendo & regendo Bonifacio, Augustinus.

f Ideliorem hominē & qui faciliores haberet accessus ad aures tuas ferēs litteras meas nunquam potui reperire, quàm nunc obtulit dominus seruum & ministrum Christi, diaconum Paulum, ambobus nobis charissimum: ut aliquid tibi loquerer, non pro potentia tua & honore quē geris in isto seculo maligno, nec pro incolumitate carnis tuæ corruptibilis atq; mortalis, quia & ipsa transitoria est, & quandiu sit semper incertum est, sed pro illa salute quam nobis promisit Christus: qui propterea hic exhonoratus atq; crucifixus est, ut doceret nos bona huius seculi magis contemnere quàm diligere, & hoc amare & sperare ab illo, quę in sua resurrectione mōstrauit. Resurrexit enim à mortuis, iam nec moriturus, & mors ei ultra non dominabitur. Scio non deesse homines, qui te secundū uitam mundi huius diligunt, & secundum ipsam tibi dant consilia, aliquando utilia, aliquando inutilia, quia homines sunt, & sicut possunt ad præsens sapiunt, nescientes quid contingat sequenti die. Secundum autem deum ne pereat anima tua, non facile tibi quisquam consulit, non quia desunt qui hoc faciant, sed quia difficile est inuenire quādo tecum ista possint loqui. Nam & ego semper desiderauī, & nūquam inueni locū uel tempus, ut agerē tecū, quod me agere oportebat cū homine quē multū diligo in Christo. Scis autem qualem me apud Hipponem uideris, quādo ad me uenire dignatus es, quia uix loquebar imbecillitate corporis fatigatus. Nunc ergo fili audi me, saltem per litteras tibi sermocinantem, quas in periculis tuis nunquam tibi mittere potui, periculū cogitans perlatoris, & cauens ne ad eos ad quos nollem mea epistola peruenirēt. Vnde peto ut ignoscas si me putas plus timuisse q̄ debui, tamen dixi quod timui. Audi ergo me, immo dominū nostrū per ministerium infirmitatis meæ: Recole qualis fueris adhuc in corpore constituta religiosæ memorię priore coniuge tua, & recēti eius obitu, quomodo tibi uanitas seculi huius horruerit, & quomodo cōcupieris seruitutē dei. Nos nouimus, nos testes sumus qd nobiscū apud Tubunas de animo & uolūtate tua fueris collocutus. Soli tecū eramus ego & frater Alipius. Non enim existimo tantū ualuisse terrenas curas quibus impletus es, ut hoc de memoria tua penitus delere potuerint. Nēpe omnes actus publicos quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in ociū sanctū conferre, atq; in ea uita uiuere in qua seruī dei monachi uiuūt. Vt aut nō faceres, quid te reuocauit, nisi quia considerasti ostendentibus nobis, quantum prodesset Christi ecclesijs quod agebas, si ea sola intentione ageres, ut defensæ ab infestationibus barbarorū, quietam & tranquillā uitam agerēt, sicut dicit apostolus, In omni pietate & castitate. Tu aūt ex hoc mūdo nihil quereres, nisi ea que necessaria essent huic uitę sustentādæ tuæ ac tuorū, accinctus baltheo castissimæ cōtinentiæ, & inter arma corporalia spiritualibus armis tutius fortiusq; munitus. Cū ergo te esse in hoc proposito gauderemus, nauigasti, uxoremq; duxisti: sed nauigasse obedientiæ fuit, quā secundū apostolū debebas sublimioribus potestatibus: uxorē aūt nō duxisses, nisi susceptā deserens continentiā concupiscētia uicius esses: quod ego cū comperissem, fateor miratus obstupui: dolorē aūt meū ex aliqua parte cōsolabatur, quod audiui te illā ducere noluisse, nisi prius catholica fuisset facta: & tamen hæresis eorū qui uerum filium dei negant tantum præualuit

Roma. 6

17. q. 2. nos nouimus

Monachi

1. Tim. 2.

Arianæ hæresis

Universidad de Deusto
Biblioteca

prævalui̇t in domo tua, ut ab ipsis filia tua bapti A
zaretur. Iā uero si ad nos non falsa perlata sunt,
quæ utinam falsa sint, quod ab ipsis hæreticis
quod etiā ancillæ à deo datæ rebaptizatæ sint,
quantis tantum malum plangendū est fontibus
lachrymarum: ipsam quoq; uxorem nō tibi suf/
fecisse, sed concubinarum nescio quarum com
mixtione pollutum loquuntur homines, & for/
sitan mentiūtur. Ista omnibus patent, tōt & tan
ta mala, quæ te postea quàm coniugatus es con
sequuta sunt. Quid ergo dicam? Christianus es,
cor habes, Deum times: tu ipse considera quæ
uolo dicere, & inuenies de quātis malis debeas
agere pœnitētiam, propter quam tibi credo do
minum parcere, & à periculis omnibus libera/
re, ut agas eam sicut agenda est. Sed si illud au/ B
Eccli.5 dias quod scriptum est: Ne tardes conuerti ad
dominum, neq; differas de die in diem. Iustam
quidem dicis habere causam, cuius iudex ego
non sum: sed qualisc̄unq; sit tua causa, de qua mo
do quærere uel disputare non opus est, nūquid
coram deo potes negare, quod in istam necessi
tatem non peruenisses, nisi bona seculi huius di
lexisses, quæ tanquam seruus dei, quem te antè
noueramus, contemnere omnino, & pro nihilo
habere debuisti: & oblata quidem sumere ut eis
utereris ad pietatem, non autem negata uel de/
legata sic quærere, ut propter illa in istā necessi/
tatem perducereris: ubi cum amantur uana, per
petrātur mala, pauca quidem à te, sed multa pro
pter te: & cum timentur quæ ad exiguum tem/ C
pus nocent, si tamē nocent, cōmittuntur ea quæ
uere in æternum noceant? De quibus ut unum
aliquid dicam, quis non uideat, quòd multi ho/
mines tibi cohæreant ad tuendam tuam poten/
tiam uel salutem, qui etiam si tibi omnes fideles
sint, nec aliquorum ullæ timeātur insidiæ, nem/
pe tamen ad ea bona quæ ipsi quoq; non secun/
dum deum sed secundum seculum diligunt, per
te cupiūt peruenire, ac per hoc qui refrenare &
cōpescere debuisti cupiditates tuas, explere co
geris alienas. Quod ut fiat, necesse est multa
quæ deo displicent, fiant. nec sic tamen explen/
tur tales cupiditates. Nam facilius resecantur,
quàm in eis qui mundum diligunt aliquādo sa/
1 Io.2 tiātur. Propter quod dicit diuina scriptura, No D
lite diligere mundū, nec ea quæ in mundo sunt.
Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non
est in eo, quia omne quod in mundo est, concu/
piscentia carnis est, & concupiscētia oculorum
& ambitio seculi, quę non est à patre, sed ex mū
do est. Et mundus transit & concupiscētia eius.
Qui autem facit uoluntatem dei, manet in æter
num. Quando ergo poteris tot hominum arma
torum quorum fouenda est cupiditas, timetur
atrocitas: quando, inquam, poteris eorum con/
cupiscentiam qui diligunt mundum, non dico
satiare, quod fieri nullo modo potest, sed aliqua
ex parte pascere, ne uniuersa plebs pereat, nisi
tu facias quæ deus prohibet, & faciētibus com

minatur? Propter quod uides tam multa contri
ta, ut iam uile aliquid quod rapiatur uix inue/
niatur. Quid autē dicam de uastatione Africæ,
quam faciunt Afri barbari resistēte nullo, dum
tu talis tuis necessitatibus occuparis, nec aliqd
ordinas unde ista calamitas auertatur? Quis au
tem crederet, quis timeret, Bonifacio domesti/
corum & Africæ comite in Africa constituto
cum tam magno exercitu & potestate, qui tri/
bunus cum paucis fœderatis omnes ipsas gen/
tes expugnando & terrēdo pacauerat, nunc tan
tum fuisse barbaros ausuros, tantum progressu/
ros, tanta uastaturos, tāta loca quæ plena popu/
lis fuerant deserta facturos? Qui non dicebant
quādocūq; tu comitiuam sumeres potestatem,
Afros barbaros, non solum domitos, sed etiam
tributarios futuros Romanę reipublicę? Et nūc
quàm in contrarium uersa sit spes hominum ui
des, nec diutius hinc tecum loquēdum est, quia
plus ea tu potes cogitare quàm nos dicere. Sed
forte ad ea respondes, illis hoc esse potius impu
tandum qui te læserunt, qui tuis officiosis uirtu/
tibus non paria, sed contraria reddiderūt. Quas
causas ego audire & iudicare nō possum: tuam
causam potius aspice & inspice, quam nō cum
hominibus quibuslibet, sed cum deo habere te
cognoscis: quia in Christo fideliter uiuis, ipsum
debes timere ne offendas. Nam causas ego su/
periores potius attendo, quia ut Africa tanta
mala patiatur, suis debent homines imputare
peccatis. Verū tamen nolim te ad eorum nume
rum pertinere, per quos malos & iniquos deus
flagellat pœnis temporalibus quos uoluerit. Ip
sis nanq; iniquis si correcti non fuerint, seruat
æterna supplicia, qui eorū malicia iuste utitur,
ut alijs mala ingerat temporalia: tu deum atten/
de, Iesum Christum considera, qui tanta bona
præstitit, & tanta mala pertulit. Quicunque ad
eius regnū cupiunt pertinere, & cum illo ac sub
illo semper beate uiuere, diligunt etiam inimi/ Matt.
cos suos, bene faciunt illis qui eos oderunt, &
orant pro eis à quibus persequutionem patiun/
tur. Et si quando adhibent pro disciplina mole/
stam seueritatem, non tamen amittūt synceri/
simam charitatem. Si ergo tibi bona sunt præ/
stita, quamuis terrena, trāsitoria ab imperio Ro
mano, quia & ipsum terrenum est, non cœleste,
nec potest præstare nisi quod habet in potesta/
te: Si ergo bona in te collata sunt, noli reddere
mala pro bonis. Si autē mala tibi irrogata sunt,
noli reddere mala pro malis. Quid istorum duo
rum sit, nec discutere uolo, nec ualeo iudicare,
ego Christiano loquor: Noli reddere uel mala
pro bonis, uel mala pro malis. Dicis mihi for/
tasse, In tanta necessitate quid faciam? Si consi/
lium à me secundum hoc seculum quæris, quo/
modo ista salus tua trāsitoria tuta sit, & potētia
atq; opulentia, uel ista seruetur quā nunc habes,
uel etiam maior addatur, quid tibi respondeam
nescio. Incerta quippe ista, certum consilium
habere

habere non possunt. Si autem secundum deum A
me consulis, ne anima tua pereat, & times uer/
Luc.9 ba ueritatis, dicentis: Quid prodest homini,
si totum mundū lucretur, animæ autem suæ de/
trimentum patiatur, habeo planè quod dicam:
Est apud me cōsilium, quod à me audias. Quid
autem opus est ut aliud dicā, quàm illud quod
supra dixi: Noli diligere mundum, nec ea quæ
in mundo sunt. Si quis autem dilexit mundum,
non est charitas patris in illo: quoniam omnia
quæ in mundo sunt, concupiscētia carnis est, &
concupiscētia oculorum & ambitio seculi, quæ
non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus
transit, & concupiscentia eius. Qui autem fece
rit uoluntatem Dei, manet in æternum, sicut &
deus manet in æternum. Ecce, cōsilium arripe, B
& age. Hic appareat si uir fortis es, uince cupidi
tates quibus iste diligitur mūdus, age pœniten/
tiam de præteritis malis, quando ab eis cupidi/
tatib⁹ uictus per desideria bona trahebaris. Hoc
cōsilium si acceperis, si tenueris atq; seruaueris,
& ad bona illa certa peruenies, & cū salute ani/
mæ tuæ inter ista incerta uersaberis. Sed fortè
iterum quæris à me, quomodo ista facias tantis
mundi huius necessitatibus implicatus. Ora for
titer, & dic Deo quod habes in Psalmo, In ne/
cessitatibus meis erue me. Tunc enim finiuntur
istæ necessitates, quando uincuntur illæ cupidi
tates. Qui exaudiuit te, & nos pro te, ut liberare
ris de tot tantisq; periculis, uisibilium corpora/
liumq; bellorum, ubi sola ista uita quandoq; fini C
enda periclitatur, anima uero non perit, si non
malignis cupiditatibus captiua teneatur: ipse te
exaudiet ut interiores & inuisibiles hostes, id
est ipsas cupiditates inuisibiliter & spiritaliter
uincas, & sic utaris hoc mundo tanquam non
utens, ut ex bonis eius bona facias, non malus
fias: quia & ipsa bona sunt, nec dantur homini/
bus, nisi ab illo qui habet omnium cœlestium &
terrestrium potestatem. Sed ne putentur mala,
dantur & bonis: ne putentur magna uel summa
bona, dantur & malis. Itemq; auferuntur ista &
bonis ut probentur, & malis ut cruciētur. Quis
enim nesciat, quis ita sit stultus, ut non uideat
quod salus huius mortalis corporis, & membro
rum corruptibiliū uirtus, & uictoria de homini D
bus inimicis, & honor atq; potētia temporalis,
& cætera istius mūdi bona terrena, & bonis dā
tur & malis, & bonis auferūtur & malis? Salus
uero animę cū immortalitate corporis, uirtusq;
iusticiæ, & uictoria de cupiditatibus inimicis,
& gloria & honor & pax in æternum non dan/
tur nisi bonis. Ista ergo dilige, ista concupisce,
ista omnibus modis quære. Propter hæc acqui
renda & obtinenda fac eleemosynas, funde ora
tiones, exerce ieiunia, quantum sine lęsione cor
poris tui potes. Bona uero illa terrena noli dili/
gere quantalibet tibi abundent. Sic eis utere, ut
bona multa ex illis, nullum autē malum facias
propter illa. Omnia quippe talia peribunt, sed

bona opera non pereunt, etiā quæ de bonis pa/
rentibus fiunt. Si enim coniugem non haberes,
dicerem tibi quod & tribuno diximus, ut in san
ctitate continētiæ uiueres: adderem quod tunc
fieri prohibuimus, ut iam te quantum rerum hu
manarum salua pace potuisses, ab rebus bellicis
abstraheres, & ei uitæ uacares in societate san/
ctorum, cui tūc uacare cupiebas, ubi in silentio
pugnant milites Christi, non ut occidant homi
nes, sed ut expugnēt principes & potestates &
spiritalia nequiciæ, id est, diabolum & angelos
eius. Hos enim hostes sancti uincunt, quos uide
re non possunt, & tamen quos non uident, uin/
cunt, ista uincendo quæ sentiunt. Sed ut te ad
istam uitam non exhorter, coniunx impedimē/
to est, sine cuius cōsensione cōtinenter tibi non
licet uiuere: quia & si tu eam post illa tua uerba
Tubunensia ducere non debebas, illa tibi tamē
nihil eorum sciens, innocēter & simpliciter nu/
psit. Atq; utinam posses ei persuadere continen
tiam, ut sine impedimēto redderes deo quod te
debere cognoscis. Sed si cum illa agere non po
tes, serua saltem pudicitiam cōiugalem, & roga
deum, qui te de necessitatibus eruit, ut quod nō
potes modo, possis aliquando. Verū tamen ut
deum diligas, non diligas mundū, ut in ipsis bel
lis (si adhuc in eis te uersari opus est) fidem tene
as, pacem quæras, ut ex mundi bonis facias bo
na opera, & propter mundi bona nō facias ope
ra mala, aut non impedit coniunx, aut impedire
non debet. Hæc ad te, fili dilectissime, ut scribe/
rem, charitas iussit qua te secundū deum, non se
cundum hoc seculum diligo, quia & cogitans
quod scriptum est: Corripe sapientem, & ama/ Prouer.9
bit te: corripe stultū, & adiiciet odisse te, non te
utiq; stultum, sed sapientem debui cogitare.

Nebridius Augustino, proponit quæstionē de intellectu & memoria quæ phantasias accipit à sensibus. Epistola LXXI

Augustino Nebridius.

Pistolas tuas perplacet ita seruare ut
e oculos meos. Sunt enim magnæ, nō
quantitate, sed rebus, & magnarum
rerum magnas continent probatio/
nes. Illæ mihi Christum, illæ Platonē, illæ Ploti
num sonabunt. Erunt igitur mihi, & ad audien/
dum propter eloquentiā dulces, & ad legēdum
propter breuitatem faciles, & ad intelligēdum
propter sapiētiam salubres. Curabis ergo quod
tuæ menti sanctum bonum'ue fuerit uisum, me
docere. His autem literis respondebis, cum de
phantasia & memoria subtilius aliquid disputa
ris. Mihi enim ita uidetur, quòd quamuis non
omnis phantasia cum memoria sit, omnis tamē
memoria sine phantasia esse non possit. Sed di/
cis, quid cum recordamur nos intellexisse, aut
cogitasse aliquid? Contra hæc ergo respondeo
& dico, propterea hoc euenisse, quia cum in/
telleximus uel cogitamus, corporeum aut tem/
porale aliquid gerimus, quod ad phantasiam
pertinet

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertinet: nam aut uerba intellectui cogitationi/ A
busq; nostris adiunximus, quæ uerba sine tem/
pore non sunt, & ad sensum uel phantasiam per
tinent: aut tale aliquid intellectus noster cogita
tione passus est, quod in animo phantasticā me
moriam facere potuisset. Hæc ego incōsiderate
ac perturbate, ut soleo, dixi: tu explorabis, & fal
so reiecto, ueritatem in literis conferes. Audi a/
liud: Cur quæso te, à se potius quàm à sensu phā
tasiam habere omnes imagines dicimus? Potest
enim, quemadmodū animus intellectualis ad
intelligibilia sua uidēda à sensu admonetur po/
tius quàm aliquid accipit: ita & phātasticus ani
mus ad imagines suas contēplandas, à sensu ad/
moneri potius quàm aliquid assumere. Nā for/
tè contingit, ut ea quæ sensus non uidet, ille ta/ B
men aspicere possit, quod signum est in se & à
se habere omnes imagines. De hac re quoq; qd
sentias, respondebis.

Augustinus Nebridio, aperit triplicem phan
tasiarum naturam. Epistola LXXII

Augustinus Nebridio.

Rocemio supersedebo, & cito inci/
p piam quod iamiamq; uis dicere, præ
sertim non cito desiturus. Memoria
tibi nulla uidetur esse posse sine ima/
ginibus uel imaginarijs uisis, quæ phātasiarum
nomine appellare uoluisti: ego aliud existimo.
Primum ergo uidendum est, non nos semper re
rum prætereuntiū meminisse, sed plerunq; ma/
nentium, cum sibi memoria præteriti temporis C
uendicet tenacitatē: constat eam tamen partim
eorum esse quæ nos deserūt, partim eorum quæ
deseruntur à nobis. Nam cum recordor patrem
meū, id utiq; recordor quod me deseruit, & nūc
nō est: cum autem Carthaginem, id quod est &
quod ipse deserui. In utroq; tamen generum ho
rum, præteritum tempus memoria tenet. Nam
& illum hominem & istam urbem ex eo quod
uidi, non ex eo quod uideo memini. Hic tu for/
tasse quæris, Quorsum ista præsertim cum ani
maduertas utrumlibet horum non posse in me/
moriam uenire, nisi uiso illo imaginario. At mi/
hi satis est sic interim ostendisse, posse dici earū
etiam rerum quæ nondum interierunt memo/
riam. Verum quid me adiuuet, facito intentus D
accipias. Nonnulli calumniantur aduersus So/
craticum illud nobilissimum inuentum, quo as/
seritur, non nobis ea quæ discimus ueluti noua
inferri, sed in memoriam reuocari: dicentes me
moriam præteritarū rerum esse, hæc autem quę
intelligēdo discimus, Platone ipso autore, sem/ Scientia, remi
per esse, nec posse interire, ac per hoc non esse niscentia
præterita: qui non attēdunt illam uisionem esse
præteritam, qua hæc aliquando uidimus mēte,
à quibus quia defluximus, & aliter alia uidere
cœpimus, ea nos reminiscendo reuisere, id est
per memoriam. Quāobrem si ut alia omittam,
ipsa æternitas semper manet, nec aliqua imagi/
naria figmenta requirit, quibus in mentē quasi

in disciplinis tāquam in figuris geometricis & A
rhythmicis musicis, & infinita uarietate nume/
rorum: quæ quamuis uera, sicut ego autumo, cō
prehendantur, gignunt tamē falsas imaginatio
nes, quibus ipsa ratio uix resistit: tametsi nec ip
sam disciplinam differendi carere hoc malo fa/
cile est, cum in diuisionibus & conclusionibus
quosdam quasi calculos imaginamur. In hac to
ta imaginum sylua credo tibi non uideri primū
illud genus ad animam priusquam inhęreat sen
sibus pertinere, neq; hinc diutius differendū: de
duobus reliquis iure adhuc queri posset, nisi ma
nifestum esset, animam minus esse obnoxiā fal
sitatibus, nondum passam sensibiliū sensuumq;
uanitatem. At istas imagines quis dubitauerit
istis sensibilibus multo falsiores? Nam illa quæ B
putamus & credimus siue fingimus, & ex omni
parte omnino falsa sunt, & certe lōge ut cernis
ueriora sunt quæ uidemus atq; sentimus. Iam in
illo tertio genere quodlibet spacium corporale
animo figurauero, quanquam id rationibus di/
sciplinarum minime fallētibus cogitatio pepe/
risse uideatur, ipsis rursum rationibus arguenti/
bus, falsum esse conuinco. Quo fit ut nullo pa/
cto animam credam nondum corpore sentien/
tem, nondum per sensus uanissimos mortali &
fugaci substantia uerberatam, in tanta falsitatis
ignominia iacuisse. Vnde ergo euenit ut quæ
non uidimus cogitemus? Quid putas esse nisi
uim quandam minuendi & augendi animæ in/
sitam, quam quocunq; uenerit necesse est affe/ C
rat secum? Quæ uis in numeris præcipue ani/
maduerti potest: hac fit, uerbi gratia, ut corui
quasi ob oculos imago cōstituta, quæ uidelicet
aspectibus nota est, demendo & addendo quę/
dam, ad quamlibet omnino nunquā uisam ima
ginem perducatur. Hinc euenit, ut per consue/
tudinem uoluētibus sese in talibus animis, figu/
ræ huiuscemodi uelut sua spōte cogitationibus
irruant. Licet igitur animæ imaginanti, ex his
quæ illi sensus inuexit, demendo, ut dictum est,
& addendo, ea gignere quę nullo sensu attingit
tota, partes uero eorum in alijs atq; alijs rebus
attigerat. Ita nos pueri apud mediterraneos na
ti atq; nutriti, uel in paruo calice aqua uisa, iam
imaginari maria poteramus: cum sapor fragō/ D
rum & cornorum, anteq; in Italia gustaremus,
nullo modo ueniret in mentem. Hinc est quod
à prima ætate cæci, cum de luce coloribusq;
interrogantur, quod respōdeant non inueniūt.
Non enim coloratas ullas patiantur imagines,
qui senserunt nullas. Nec mirare quo pacto ea
quæ in rerum natura figurātur & fingi possunt,
non primo in anima quæ omnibus inest cōmi/
xta uoluantur, cum ea nūquam extrinsecus sen
serit. Nam etiam nos cum indignando aut lætā
do, cæterisq; huiuscemodi animi motibus, mul
tos in nostro corpore uultus coloresq; forma/
mus, prius nostra cogitatio quod facere possu/
mus tales imagines concipit. Cōsequuntur ista

miris illis modis, & committendis cogitationi
tuæ, cum in anima sine ulla corporali figura fal/
sitatum numeri agitantur occulti. Ex quo intel/
ligas uelim, cum tam multos animi motus esse
sentias expertes omnium de quibus nunc quæ/
ris imaginum, quolibet alio motu animam sor/
tiri corpus, quàm sensibilium cogitatione for/
marum, quas eam, prius q; corpore sensibusq;
utatur, nullo modo arbitror pati posse. Quam/
obrem pro nostra familiaritate, & pro ipsius di
uini iuris fide sedulo monuerim charissime mi/
hi ac iocundissime, nullam cū istis infernis um/
bris copules amicitiam, ne ue illam quæ copu/
lata est cūcteris diuellere. Nullo enim modo re
sistitur corporis sensibus, quæ nobis sacratissi/
ma disciplina est, si per eas inflictis plagis uulne
ribusq; blandimur.

Augustinus Possidio de cultu & fucis & inau
ribus, etiam uirorum. Epistola LXXIII

Domino dilectissimo & uenerabili fratri & cō/
sacerdoti Possidio & qui tecum sunt fra/
tribus, Augustinus & qui mecum
sunt fratres in domino salutē.

Agis quid agas cum eis qui obtem/
m perare nolunt cogitādum est, quàm
quemadmodum eis ostendas non li
cere quod faciunt. Sed nunc episto/
la sanctitatis tuæ, & occupatissimum me repe/
rit, & celerrimus baiuli reditus, neq; non rescri/
bere tibi, neq; ad ea quæ consuluisti, ita ut opor
tet respondere permisit. Nolo tamen de orna/
mentis auri uel uestis præproperam habeas in
prohibendo sententiam, nisi in eos qui neq; cō
iugati neq; coniugari cupientes, cogitare debe
ant quomodo placeant deo; Illi autem cogitant
quæ sunt mundi, quomodo placeant uel uiri u/ 1. Cor. 7
xoribus, uel mulieres maritis, nisi quod capil/
los nudare fœminas (quas etiā caput uelare apo
stolus iubet) nec maritas decet. Fucari autem
pigmentis, quo uel rubicundior uel candidior
appareat, adulterina fallacia est, qua non dubi/ De conse. dis.
to etim ipsos maritos se nolle decipi, quibus so/ 5. fucare
lis permittendæ sunt fœminæ ornari, secūdum
ueniam non secundum imperium. Nam uerus
ornatus maxime Christianorum & Christiana
rum, non tantū nullus fucus mendax, uerum ne
auri quidē uestisq; pōpa, sed mores boni sunt.
Execranda autem superstitio ligaturarū, in qui
bus etiam inaures uirorū, in summis ex una par
te auriculis suspensæ deputantur, non ad placē/
dum hominibus, sed ad seruiendum dæmoni/
bus adhibetur. Quis autem possit speciales ne/
fariarum superstitionum prohibitiones in scri/
pturis inuenire, cum generaliter apostolus di/
cat: Nolo uos socios fieri dæmoniorum: Et ite/ 2. Cor. 6
rum: Quæ enim consonantia Christi ad belial?
Nisi forte quia belial nominauit, & generalē so
cietatem dæmoniorū prohibuit, licet Christia/
nos sacrificare Neptuno, quia nihil proprie de
Neptuno uetitum legimus. Monētur interim

Universidad de Deusto
Biblioteca

miseri, ut si obtemperare nolũt præceptis salu-
Inaures si-gnum diaboli brioribus, saltẽ sacrilegia sua nõ defendant, ne maiori se scelere implicẽt. Quid aũt cum eis agendum sit, si soluere inaures timent, & corpus Christi cũ signo diaboli accipere nõ timẽt: De ordinando autem qui in parte Donati baptizatus est, autor tibi esse non possum, Aliud est eñ facere si cogaris, aliud consulere ut facias.

Augustinus Deuterio episcopo significat se Victorinum hypodiaconũ, qui clàm docuerat hæresim Manichæorum, deprehensum è clericorũ ordine submouisse admonens ne illic recipiatur ad pœnitentiam, nisi prodat quotquot nouit eodem infectos errore. Docet autem qui apud Manichæos fuerint auditores, q electi. Ep. LXXIIII

Domino beatissimo & ueneraBiliter charissimo fratri & coepiscopo Deuterio, Augustinus in domino salutem.

Ihil melius me facere posse arbitratus sum, quàm ut tuæ sanctitati potissimum scriberem, ne per negligẽtiam in nostra prouincia domini nostri Iesu Christi ouile uastet inimicus, qui nõ desinit insidiari, ut perdat animas tam magno precio cõparatas. Mallianẽsem quendã subdiaconum Victorinum, apud nos cõstitit esse Manichæum, & in tam sacrilego errore sub nomine clerici latitabat, Nã est etiam ætate iam senex. Ita est autẽ manifestatus, ut etiã ipse à me interrogatus, anteq̃ à testibus coargueretur, negare non posset. Tot enim & tales esse sciebat, quibus se incautus effuderat, ut nihil aliud si negare tentaret, quàm nõ dico impudentissimus, sed insanissimus appareret: auditorem sanè Manichæorum, nõ electũ se esse confessus est. Audi-
Auditores, electi qui. tores aũt qui appellantur apud eos, & carnibus uescuntur & agros colũt, & si uoluerint uxores habent, quorũ nihil faciunt qui uocantur electi. Sed ipsi auditores, ante electos genua figunt, ut eis manus supplicibus imponatur, nõ à solis episcopis uel presbyteris aut diaconis, sed à quibuslibet electis. Solẽ etiã uel lunam, cũ eis adorant & orant. Die quoq; dominico cũ illis iejunant, & omnes blasphemias cũ illis credunt, quibus Manichæorũ hæresis detestãda est, negantes scilicet Christum natum esse de uirgine, nec eius carnẽ ueram cõfitentes fuisse, sed falsam: ac per hoc & falsam eius passionẽ, & nullã resurrectionẽ fuisse cõtendunt: patriarchas prophetasq; blasphemãt, legẽ per famulũ dei Moysen datam, non à uero deo dicunt, sed à principe tenebrarũ: animas non solũ hominũ, sed etiã pecorum, de dei esse substantia, & omnino partes dei esse arbitrãtur. Deum denicq; bonum & uerum, dicunt cũ tenebrarũ gente pugnasse, & partẽ suã tenebrarũ principibus miscuisse, eãq; toto mundo inquinatã & ligatam per cibos electorum suorũ ac per solẽ & lunam purgari asseuerant: & quod purgari de ipsa parte dei nõ potuerit, in fine seculi æterno ac pœnali uinculo colligari, ut non solũ uiolabilis & corruptibilis & contaminabilis credatur deus, cuius pars potuit ad mala tanta perduci, sed nõ possit saltem totus à tanta coinquinatione & immundicia & miseria uel in fine seculi purgari. Has cũ illis intolerabiles blasphemias, subdiaconus iste quasi catholicus, nõ solum credebat, sed quibus uiribus poterat edocebat. Nam docens patefactus est cum se quasi discentibus credit. Rogauit me quidem posteaq̃ se Manichæorum auditorem esse cõfessus est, ut eum in uiam ueritatis doctrinæ catholicæ reuocarẽ. Sed fateor, eius fictionem sub clerici specie uehementer exhorrui, eumq; cohercitũ pellendum de ciuitate curaui. Nec mihi hoc satis fuit, nisi & tuæ sanctitati eũ meis litteris intimarem, ut à clericorũ gradu cõgrue & ecclesiastica seueritate deiectus, cauendus omnibus innotescat, Petenti aũt pœnitentiæ locum, tũc credatur si & alios quos illic nouit esse manifestauerit nobis, nõ solum in Mallitana, sed in ipsa omnino prouincia.

Augustinus senex Auxilio episcopo iuueni, ut aut anathematis sententiam rescindat, aut doceat quibus adductus causis putet obuius peccatum totam familiam excommunicari posse. Epistola LXXV

Domino dilectissimo & uenerabili fratri & cõsacerdoti Auxilio, Augustinus.

Ir spectabilis filius noster Classicianus, grauiter apud me litteris questus est, quod sit anathematis iniuriam à tua sanctitate perpessus, Narrans quod uenerit ad ecclesiam, apparitiõe paucorum suæ potestati cõgrua comitatus, & egerit tecum, ne contra salutem suã faueres eis, qui per euangelium peierando, adiutorium uiolandæ fidei, in ipsa fidei domo requirebant. Quos tamẽ considerantes quid male fecerint, nõ inde uiolenter abductos, sed sponte dicit egressos, atq; hinc uenerationẽ tuam ita sibi succẽsuisse, ut ecclesiasticorũ confectione gestorũ cum omni domo sua anathematis sententia feriretur. Quibus litteris lectis, non mediocriter æstuans cogitationibus, magna cordis tẽpesta-
Ephes. 4 te fluctuantibus, apud charitatẽ tuam tacere nõ potui: ut si habes de hac re sententiam, certis rationibus uel scripturarũ testimonijs exploratã, nos quoq; docere digneris: quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro mariti uxor, aut pro domini seruus, aut quisquã etiam in domo nondũ natus, si eodẽ tẽpore quo uniuersa domus est anathemate obligata nascatur, nec ei possit per lauacrũ regenerationis, in mortis periculo subueniri. Neq; enim hæc corporalis est pœna, qua legimus quosdã contemptores dei cũ suis omnibus, qui eiusdẽ impietatis participes nõ fuerũt pariter interfectos: tũc quidem ad terrorẽ uiuentiũ mortalia corpora perimebantur, quãdoq; utiq; moritura. Spiritalis aũt pœna, qua fit quod scriptũ est, Quæ ligaueris in terra erunt ligata & in cœlo, animas obligat, de quibus dictũ est: Anima patris mea est,

& anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, A ipsa morietur. Audisti fortasse aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse peccãtiũ, sed forte si essent interrogati, reperirẽtur idonei reddere inde rationem. Ego aũt, quoniam si quis ex me quærat utrum recte fiat, quid ei respondeam nõ inuenio: nunc̃q; hoc facere ausus sum, cum de quorũdam facinoribus immaniter aduersus ecclesiam perpetratis, grauissime permouerer. Sed si tibi quã iuste fiat, dominus reuelauit, nequaquã iuuenilem ætatem tuã, & honoris ecclesiastici rudimẽta cõtemno. Enassum, senex à iuuene coepisco-
po, & episcopus tot annorũ à collega necdũ anniculo paratus sum discere, quomodo uel deo uel hominibus iustam possimus reddere ratio- B nem, si animas innocẽtes pro scelere alieno, ex quo non trahunt sicut ex Adam (in quo omnes peccauerunt) originale peccatũ, spiritali supplicio puniamus. Etenim Classiciani filius, & si traxit ex patre primi hominis culpam, sacro fonte baptismatis expiandam, tamẽ quicquid postea quàm genuit peccati pater eius admisit, ubi particeps ipse non fuit, ad eum non pertinere quis ambigit? Quid de tot animabus in uniuersa familia? Vnde si una anima per istam seueritatẽ, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptismate de corpore exeundo perierit, innume-
rabilium mors corporũ, si de ecclesia homines innocentes uiolenter abstrahantur & interficiãtur, huic damno nõ potest cõparari. Si ergo de C hac re potes reddere rationem, utinam & nobis rescribendo præstes ut possimus & nos: si autẽ nõ potes, quid tibi est inconsulta commotione animi facere, unde si fueris interrogatus, rectã rationem non uales inuenire? Hæc aũt dixi, etiam si filius noster Classicianus aliquid admisit, quod tibi anathemate plectẽdum iustissime uideretur. Cæterum si ueras ad me litteras misit, nec solus in domo sua debuit ista sententia coerceri. Sed hinc cum tua sanctitate nihil ago, nisi tantũ peto ignoscas petenti ueniam, si agnouerit culpam: si aũt nihil eum peccasse prudenter agnoscis, quoniã ipse in domo fidei iustius flagitabat fidem debere seruari, ne ibi frangere tur ubi docetur: fac quod sanctum uirum facere D oportet, ut si tibi contigit tanquã homini, quod
Psal. 6 utique homo dei dicit in psalmo: Turbatus est præ ira oculus meus, exclames ad deum: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, ut porrigat dexteram suam, & comprimat iracundiam tuam, & tranquillet mentem tuam ad uidendã faciendamq; iustitiam. Sicut enim scriptũ est:
Iacobi 1 Iracundia uiri iustitiam dei non operatur. Nec arbitreris ideo nobis non posse subrepere iniustam commotionem, quia episcopi sumus. Sed potius cogitemus inter laqueos tentationũ nos periculosissime uiuere, qa homines sumus. Auter itaque gesta ecclesiastica, quæ perturbatior fortasse fecisti, & redeat inter nos charitas, quã cũ illo & catechumenus habuisti. Auser litem & reuoca pacẽ, ne tibi pereat homo amicus, & de uobis gaudeat diabolus inimicus. Potens est aũt misericordia dei nostri, quæ & me exaudiat orantem, ne mea tristitia de uobis augeatur, sed potius quæ est exorta sanetur, & erigat per gratiam suam, & lætificet iuuẽtutem tuam non cõtemnentem senectutem meam. Vale.

Augustinus Aurelio, disputans an monachi, qui sponte sua de monasterijs recesserũt, recipi debeant alibi in numerum clericorũ. Epi. LXXVI

Domino beatissimo & debita obseruãtia uenerabili, syncerit erq; charissimo fratri & consacerdoti papæ Aurelio, Augustinus in dño salutẽ.

Itteras nullas tuæ uenerabilitatis, ex quo ab inuicem corporaliter digressi sumus, accepi, Nunc uero legi epistolam benignitatis tuæ de Donato & fratre eius, & quid responderẽ, diu fluctuaui. Sed tamen etiã atq; etiã cogitanti quid sit utile saluti eorũ quibus in Christo nutriendis seruimus, nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istã uiam dandã seruis dei, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Et ipsis enim facilis lapsus, & ordini clericorũ fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorum ad militiã clericatus eligantur, cũ ex his qui in monasterio permanent, non tamẽ nisi probatiores atq; meliores in clerũ assumere soleamus: nisi forte, sicut uulgares dicũt, Malus choraula bonus symphoniacus est, ita ĩdem ipsi uulgares de nobis iocabuntur dicẽtes, Malus monachus bonus clericus est. Nimis dolendũ si ad tam ruinosam superbiã monachos surrigamus, & tam graui cõtumelia clericos dignos putemus, in quorũ numero sumus, cũ aliquando etiã bonus monachus uix bonũ clericũ faciat, si adsit ei sufficiens cõtinentia, & tamen desit instructio necessaria, aut personæ regularis interitas. Sed de istis credo arbitrata sit beatitudo tua, quod nostra uoluntate, ut suis potius corregionalibus utiles essent, de monasterio recessissent. Sed falsum est, sponte abierunt, sponte deseruerunt, nobis, quãtum potuimus, pro eorum salute renitẽtibus. Et de Donato quidẽ, qa iam factũ est, ut antequàm de hac re aliquid in cõcilio statueremus, ordinaretur, si forte à superbiæ peruersitate correctius est, quod uult prudentia tua de suo faciat, de fratre uero eius, cuius uel maxime causa de monasterio etiã ipse Donatus abscessit, cũ intelligas quid sentiã, nescio quid respondeam. Contradicere tamen prudentiæ, honori, charitatiq; tuæ non audeo, & sanè spero id te facturum, quod membris ecclesiæ salubre perspexeris.

Augustinus & Alipius Aurelio, gratulans de dono doctrinæ. Epistola LXXVII

Domino beatissimo & ueneraBiliter suscipiendo, syncerissimeq; charissimo fratri, & uere sancto papæ Aurelio, Alipius & Augustinus in domino salutem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mpletum est gaudio os nostrum, & A
i lingua nostra exultatione, nũcianti-
bus litteris tuis sanctam cogitationẽ
tuam, adiuuãte domino, qui eam in-
spirauit, & ad effectũ esse perductã, de omnibus
ordinatis fratribus nostris, & præcipue de ser-
mone presbyterorũ, qui te presente populo in-
funditur, per quorũ linguas clamat charitas tua
maiore uoce in cordibus hominũ, q̃ illi in auri-
bus, Deo gratias. Nã quid melius & animo ge-
ramus, & ore promamus, & calamo exprima-
mus, q̃ Deo gratias: Hoc nec dici breuius, nec
audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi fru
ctuosius potest. Deo gratias, qui te & tam fideli
pectore ditauit erga filios tuos, & id quod in in-
timo animæ habebas, quò humanus oculus nõ B
penetrat, eduxit in lucẽ, donando tibi nõ solum
ut bene uelles, uerumetiã in quibus posset appa
Mat. 5 rere quod uelles. Ita plane fiat, luceant hæc ope
ra coram hominibus, ut uideãt, gaudeant, glori
ficent patrem qui in cœlis est. Talibus delecte-
ris in domino, ut ipse te pro eis orantẽ dignetur
exaudire, quem tu per eos loquentem nõ dedi-
gnaris audire. Eatur, ambuletur, curratur in uia
domini, benedicãtur pusilli cũ magnis, iocũda-
Psal. 121 ti in his qui dicũt eis: In domũ domini ibimus:
præcedant illi, & sequantur isti, imitatores facti
eorum, sicut & illi Christi: ferueat iter sanctarũ
formicarũ, fragrent opera sanctarũ apium, fera
tur fructus in tolerantia cũ salute perseuerandi
1. Cor. 10 usque in finẽ. Nec sinat dominus tẽtari supra q̃ C
possumus ferre, sed faciat cũ tentatione etiã exi
tum, ut possimus sustinere. Orate pro nobis di-
Forte, tacito gni exaudiri, cũ tãto sacrificio accedítis ad deũ
synceríssimę dilectionis & laudis eius in operi-
bus uestris: orate ut & in nobis hæc luceãt: quo
niam nouit ille quẽ oratis, cũ quãto nostro gau-
dio in uobis luceant. Hæc sunt uota nostra, hæ
multitudines solatiorũ, secundũ multitudinem
dolorũ nostrorũ in corde nostro, iocũdant ani-
mam nostram. Ita est quia ita promissum est, ita
erit quod restat sicut promissum est. Obsecra-
mus te per eũ, qui tibi ista donauit, & populum
cui seruis hac per te benedictiõe perfudit, ut iu-
beas singulis, quos uolueris sermones eorũ se-
orsum cõscriptos & emẽdatos mitti nobis. Nã D
& ego quod iussisti nõ negligo, & de Tychonij
septem regulis uel clauibus, sicut sæpe iam scri-
psi, cognoscere quid tibi uideatur expecto.

Augustinus Hesychio, de die supremo mun-
di non inquirẽdo, deq̃ Hebdomadibus Da
nielis. Epistola LXXVIII

Domino beatissimo Hesychio, Augustinus.

D sanctitatẽ tuã filio tuo cõpresbyte
a ro nostro remeãte Cornuto, per quẽ
litteras tuæ uenerationis accepi, qui
bus exiguitatẽ meam uisitare digna
tus es, & tandem rescripta persoluo, & debitum
resalutationis obsequiũ, multũ me cõmendans
acceptissimis domino precibus tuis dñe beatis-

sime frater. De propheticis aũt dictis siue præ-
dictis, de quibus uoluisti ut aliquid scriberẽ, me
lius mihi uisum est sancti Hieronymi hominis
doctissimi expositiones eorundẽ uerborũ (ne il
las forte non habeas) de opusculis eius excer-
ptas, dirigere beatitudini tuę. Si aũt iã eas habe
bas, nec ingstitioni tuæ satisfaciebãt, qd de his
sentias, peto mihi rescribere nõ graueris, et quẽ
admodũ ipse eadẽ ꝓphetica oracula intelligas.
ego enim maxime illud de hebdomadibus Da
nielis secundũ tempus, quod iam transactũ est,
intelligendũ puto: nam de saluatoris aduentu,
qui expectatur in fine, tẽpora dinumerare non
audeo: nec aliquẽ prophetam de hac re numerũ
annorum existimo præfinisse, sed illud potius
prealere, quod ipse dominus ait, Nemo potest Act. 1
cognoscere tẽpora, quæ pater posuit in sua po-
testate. Quod enim in alio loco ait; De die autẽ Matth.
illa & hora nemo scit, sunt qui sic accipiunt, qui
putant se tẽpora cõputare, diem uere tantũmo-
do ipsum & horam neminẽ scire, ubi omitto di
cere quemadmodũ soleant scripturæ diem uel
horam etiã pro tẽpore ponere. Sed certe illud
de ignorantia temporũ apertissime dictum est.
Nam cum hinc dominus interrogatus esset à di
scipulis suis: Nemo, inquit, potest cognoscere
tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Nõ
enim dixit, diem uel horam, sed tẽpora, quæ in
breui spacio non solent dici sicut dies uel hora,
maxime si græcũ intueamur eloquium, ex qua
lingua in nostrũ eundem librũ, ubi hoc scriptũ
est, scimus translatum, quamuis latine satis ex-
primi nõ potuerit. Ibi enim græce legitur χρόνος
ἢ καιρός. Nostri aũt utrumq̃ hoc uerbũ tempo-
ra appellant, siue χρόνος siue καιρός, cũ habeant
hæc duo inter se nõ negligẽdam differentiam.
καιρός quippe appellãt Græci tẽpora quædam,
non tamen quæ in spaciorũ uoluminibus tran-
seunt, sed quæ in rebus ad aliquid opportunis
uel importunis sentiuntur: sicut messis, uinde-
mia, calor, frigus, bellum, & si qua similia. χρόνοι
autem ipsa spacia temporũ uocant. Et hoc certe
ipsi apostoli non ita quæsierunt, quasi unum no
uissimũ diem uel horam exiguã diei partẽ scire
uoluissent, sed utrum iam esset opportunũ tem-
pus, quo regnum repræsentaretur Israel. Tunc
audierũt: Nemo potest cognoscere tẽpora quæ
pater posuit in sua potestate, id est χρόνους ἢ καιρούς
quod si latine diceretur, tẽpora aut opportunita
tes, nec sic qd dictũ est, esset expressum, qa siue
opportuna siue importuna sint tẽpora καιροὶ di-
cunt. tẽpora ergo cõputare, hoc est χρόνους, ut scia
mus quãdo sit finis huius seculi uel aduẽtus do-
mini, nihil mihi aliud uidetur, q̃ scire uelle qd
ipse ait scire neminẽ posse. Opportunitas uero
illius tẽporis profecto non erit antequàm præ-
dicetur euangelium in uniuerso orbe in testimo
nium omnibus gentibus. Apertissima enim de
hac re legitur sententia saluatoris dicentis: Et
prædicabitur hoc Euangeliũ regni in uniuerso
orbe

orbe in testimoniũ omnibus gentibus, & tunc A
ueniet finis. Tunc ueniet, quid est, nisi ante non
ueniet? Quanto post ergo ueniat, incertum no-
bis est, ante tamen non esse uenturum dubita-
re utique non debemus. Si ergo susciperent
hunc laborem serui dei, ut peragrato orbe terra
rum, quantum possent colligerent, quod rema-
net gentium, ubi nondum est euangelium præ-
dicatum, hinc aduertere utcũq̃ possemus, quan
tum hoc tempus longe sit à fine seculi. Quod si
propter quædam loca inaccessibilia & inhospi
ta fieri posse nõ creditur, ut à seruis dei peragre-
tur orbis, & quot quantæq̃ sint adhuc gentes si
ne Christi euangelio, fideliter renuncietur: mul
to minus existimo scripturis posse cõprehendi,
quanta usq̃ ad finem futura sint tempora, quan B
doquidem in eis legimus: Nemo potest cogno
scere tempora, quæ pater posuit in sua potesta-
te. Vnde si iam nobis certissime nunciatum fu-
isset in omnibus gentibus euangelium prædica
ri, nec sic possemus dicere quantũ temporis re-
maneret usq̃ ad finem, sed magis magisq̃ iam
propinquare merito diceremus: Nisi quis forte
respondeat, tanta celeritate prædicato euange-
lio, Romanas gentes & plerasq̃ barbaras occu
patas, atq̃ ita nonnullas non paulatim, sed subi
to ad fidẽ Christi fuisse conuersas, ut non sit in-
credibile paucis annis, & si non uitæ nostræ, qui
iam senuimus, certe iuuenum qui uẽturi sunt ad
senectam, uniuersas omnino residuas gentes eu
angelio posse cõpleri. Sed si ita erit, facilius cũ C
factum fuerit probari experiendo, quàm legen
do antequàm fiat inueniri potest. Hoc me com
pulit dicere cuiusdam opinio, quem presbyter
Hieronymus quoq̃ Hieronymus temeritatis notat, q̃ ausus
fuerit Danielis hebdomadas de aduentu Chri-
sti futuro, nõ de præterito exponere. Si quid au
tẽ pro meritis potioribus sanctæ humilitati cor
dis tui dominus melius reuelauit siue reuelaue-
rit, peto nobiscum cõmunicare digneris, & hęc
nostra rescripta sic accipere, tanquam hominis,
qui mallem quidem eorum quæ à me inquisisti
habere scientiam, q̃ ignorantiã: sed quia id non-
dum potui, magis eligo cautam ignorantiã con
fiteri, quàm falsam scientiam profiteri.

Hesychius Augustino, docens diem supre- D
mum inquirendum esse. Epistola LXXIX

Domino beatissimo & charitate synceríssima
uenerando fratri & coepiscopo Augustino,
Hesychius in domino salutem.

Esideranti & expectãti mihi sanctus
d compresbyter noster Cornutus lite
ras pertulit tuas, quæ me lætificarũt,
quia memoriã nostri bonam habere
dignatus es, qui & mihi paucis sermone pro-
prio sanctæ mentis tuæ de his quæ petieram in
transitu significasti. Aliquanta autẽ de opuscu-
lis sancti compresbyteri Hieronymi adiũxisti,
ut meam quæstionẽ lectione eius operis de san-
ctis scripturis explere possem. Et quia dignatus
es id petere à nobis, ut quid sentiremus de ipsis
quæstionibus, per literas tuæ synceritatis cha
ritati insinuaremus, ad ea de quibus scripta le-
gi, prout intellectus exiguus meæ mediocrita-
tis sentire potuit aut intelligere, infra scripsi. Cũ
dei omnipotentis conditoris totius creaturæ ar
bitrio & potestate cuncta gerãtur, uel quæ facta
sunt, uel quæ etiam futura sunt, sanctorum pro-
phetarũ uocibus cognoscũtur, qui prius quàm
fierent ea quæ futura erant, uoluntate diuina ho
minibus sunt loquuti. Vnde satis admiratione
plenum est, si ea deus quæ prædici uoluit, ad ho
minum sensus penitus non posse peruenire con
stituit, secũdum hoc capitulum, quod dominus
beatis apostolis loquutus est, dicens: Nemo po
test cognoscere tẽpora, quæ pater posuit in sua
potestate. Primũ quia in antiquissimis libris ec-
clesiarum nõ ita scriptum est, Nemo potest: sed
scriptum est, Nõ est uestrum nosse tempora uel
momẽta, quæ pater posuit in sua potestate. Quę
ratio sermonis sequẽti uerbo recte completur,
cum dicit: Sed eritis mihi testes in Hierusalem,
& in Iudæa, & in Samaria, & usq̃ ad ultimũ ter
ræ. Non ergo apostolos testes consummationis
mundi, sed nominis & resurrectionis suæ uoluit
intelligi. Nam de temporibus cognoscẽdis ipse
dominus monet: Quis nam est fidelis seruus & Luc. 12
prudens, quem cõstituit dominus super familiã
suam, ut det illis cibum in tempore. Beatus ille
seruus, quem ueniẽs dominus eius inuenerit sic
facientem. Familia Christi uerbo prædicationis
pascitur, & fidelis famulus inuenitur, qui in tẽ-
pore expectãtibus dominum, necessariã escam
credentibus præstat. Malus enim seruus sic re-
prehenditur: Quod si dixerit malus seruus, Mo
ram facit dominus meus uenire: ueniet domi-
nus eius in die qua nescit, & hora qua ignorat:
& reliqua. Item arguit quare tempus non agno
scatur, dicendo: Hypocritæ, faciem cœli nostis
probare, tempus hoc quare nõ agnoscitis? Item
Apostolus: In nouissimis diebus instabunt tem 2 Tim. 3
pora periculosa: & reliqua. Item Apostolus: De 1 Thes. 5
temporibus autem & momẽtis non necesse ha-
bemus uobis scribere: uos enim ipsi diligenter
scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita ue-
niet. Cum enim dixerint, Pax & securitas, tunc
subitaneus illis apparebit interitus, quomodo
dolores parturientis, & non effugient. Item apo
stolus: Non retinetis memoria, quia cum essem 2 Thes. 2
apud uos, hæc dicebã uobis: & nunc quid deti-
neat, scitis, ut reueletur in suo tẽpore. Nam my-
sterium iniquitatis iam operatur, tantum ut qui
tenet, modo teneat, donec de medio fiat, & tũc
reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus in
terficiet spiritu oris sui. Item dominus in Euan-
gelio increpat ludæos: Et tu si cognouisses tem Luc. 19
pus uisitationis tuę, forsitan permansisses, nunc
autẽ abscondita sunt ab oculis tuis. Et dominus
sic prædicat ad Iudæos, Pœnitentiã agite, com- Mar. 1
pleta sunt tempora, credite euangelio. Et ad Iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæos quidem recte completa dicebat, quia eorum tempora post eius prædicationem & triginta & quinq; uel quadraginta annos finita sunt.
Dan. 7 Et in Daniele: Quoadusq; interfecta est bestia, periit, & corpus eius datum est ut comburatur, & reliquarum bestiarũ regnum translatum est, & magnitudo uitæ data est eis usq; ad tẽpus & tempus: quod Græce dicitur, ἕως χρόνου τῆ καιροῦ. Et insequitur: Et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniens. Mysterium bestiæ & reliquarum bestiarũ translatione, intelligentibus scriptura manifestũ est. Aduentus domini diligendus est & expectandus. Est etiam magna beatitudo diligentibus eius aduentum, sicut te-
2 Tim. 4 stimoniũ perhibet beatus apostolus Paulus: De cætero, inquit, reposita est mihi corona iustitiæ, B quam reddet mihi dominus iustus iudex in illa die: non autem mihi solum, sed & ijs qui diligũt aduentum domini. Et dominus in Euangelio:
Mat. 13 Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui.
Esa. 60 Itẽ propheta: Ecce enim tenebræ & caligo operient terrã super gentes, in te uero apparebit dominus, & maiestas eius in te uidebitur. Item propheta: Qui uero expectant dominũ, exultabunt cum uirtute, producẽt pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabũt & non esurient. Et plurima talia, quæ ad beatitudinem eorum pertineht, qui diligunt aduentum domini, inueniuntur. Quod autẽ nemo possit mensuras temporũ colligere, manifestum est. Euãgelium quippe dicit, De die illa & hora nemo scit: ego C autẽ pro possibilitate intellectus mei dico, neq; diem, neq; mensem, neq; annum aduẽtus ipsius sciri posse, sed signa quę sunt aduentus uidendo & credendo, & expectare me conuenit, & credentibus escam hanc retribuere, ut expectantes diligant aduentum eius, qui dixit: Hæc omnia cũ uideritis, scitote quoniã prope est in ianuis. Signa ergo euãgelica & prophetica, quæ in nobis completa sunt, aduentũ domini manifestãt: nam fruſtra aut qui quærunt aut qui calumniantur, dies & annos in computo comprehendere querunt: cum scriptum sit, Quia nisi abbreuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Certum est tempus carere computo, quod breuiandum D est à domino, qui tempora cõstituit. Appropin quasse autem aduentum eius, cuius signa aliqua uidemus ex ijs quæ facta sunt, esse completa. &
Luc. 21 iterum dicit: His autem fieri incipiẽtibus, respirabitis & leuabitis capita uestra, quoniã appropinquabit redemptio uestra. Quæ autem signa dixit uidenda, manifestum est in Euangelio sancti Lucæ: Et Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora gentiũ: hoc factum est, & fieri nulli dubiũ est. Et insequitur: Et erũt signa in sole & luna & in stellis, & in terra pressura gentium: causa quæ patimur cõfiteri & pœna compellit, si forte non curet uoluntas. Nam in uno tẽpore & signa in cœlo & pressura gen-

A tium in terris ab hominibus uideri & sustineri manifestum est. Et insequitur: Arescentibus hominibus præ timore & expectatiõe, quæ superuenient uniuerso orbi: nullam patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi aut humiliari certum est, sicut dictũ est, præ timore & expectatione, quæ superuenient uniuerso orbi: & omnia signa quæ superius Euangelium legentibus manifestat, ex maxima parte cõpleta sunt.
Quod autem dictum est: Et prædicabitur euan- Mat. 24
gelium in uniuerso mundo, & tunc ueniet finis. Primũ q; ipsius domini repromissio talis fuit, ut ipsi apostoli eius nominis & resurrectionis testes fierent in Hierusalẽ & in Iudæa & in Samaria & usq; ad extremũ terræ: & Apostolus hac Rom. 1
B autoritate docet: Sed dico, nunquid non audierunt, In omnem terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ: Itẽ: Propter spem Colos. 1
quæ reposita est uobis, quã ante audistis in uerbo ueritatis euãgelij, quod aduenit in uos, sicut & in omni mundo est fructificans & crescens. Sed ab apostolis nunciata fides in gentibus, habuit multos persequutores, ut retẽta tardius ingualesceret: ut illud impleretur, Ante hæc omnia primum in uos manus immittent suas, & persequentur & tradent uos in synagogas & in custodias, ducentes ad reges & ad præsides propter nomen meum, ut illud impleretur quod scriptũ erat: Et uelociter reædificaberis à quibus destructa es. Nam ex quo clementissimi imperatores, C Christiani dei uoluntate esse cœperunt, quanq; paulatim fides causa persecutionis crescebat in seculis, factis regibus Christianis ubiq; in pauo tempore Christi euangelium penetrauit. Expositio sanè beati Danielis de hebdomadibus, quam uir sanctus cõpresbyter noster Hieronymus exposuit, qualiter doctores ecclesiarũ tradidissent, lectorem suspẽdit. Nam si ipse doctissimus uir compresbyter noster ait, periculosum esse de magistrorũ ecclesiarum indicare sententijs, & alterũ præferre alteri: quanto magis hoc lector facere non potest, quod magister facere dubitauit. Nos autẽ credimus quod dominus Mat. 5
ait: Quia cœlum & terra trãsient, iota aũt unum uel unus apex non transiet à lege, donec omnia fiant. Quomodo ergo mysteriũ hebdomadarũ sit impletum usq; ad natiuitatem & passionem Christi, admiror: cũ illud quod in dimidio hebdomadæ propheta loquutus est, dicendo: In dimidio hebdomadæ tolletur sacrificium meum, & desolationũ supplicatio interitus, & ad sacrificiũ abominatio. Hæc ergo abominatio si iam completa fuerat, quomodo dominus monet & Mat. 24
dicit: Cum uideritis abominationẽ desolatiõis, quod dictum est per Danielẽ prophetã stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Ego autem nepetitionis beatitudinis tuæ contemptor essem, hæc quemadmodũ sensi, scripsi ad tuam charitatem. Plenius autem dignare nos uerbo gratię tuæ rescribendo instruere & lætificare.

Augu

Augustinus Hesychio, commonstrans quomodo sint intelligenda scripturæ loca, quæ uarie loquuntur de fine seculi: quodq; præstat non inquirere diem illum, sed hoc agere ut unusquisq; ad suæ uitæ supremum diem sit paratus. LXXX

Domino beatissimo & ueneraßiliter suscipiendo fratri & coepiscopo Hesychio, Augustinus in domino salutem.

a Ccepi literas uenerationis tuæ, quibus ualde salubriter exhortaris, ut saluatoris nostri diligatur & desideretur aduentus. Facis hoc ut seruus bonus eiusdem patrisfamilias, auidus lucrorũ domini tui, & uolens habere plurimos socios dilectionis; qua ipse præcipue & perseueranter accenderis. Intuentes igitur quod commemorasti
2 Tim. 4 de Apostolo, quia dominum dixit redditurum B coronam iustitiæ, non tantum sibi, sed & omnibus qui diligunt manifestationẽ eius, ita recte uiuimus, & in hoc seculo tanquã peregrini agimus, cum se in hac dilectione cor nostrum proficienter extendit, siue citius siue tardius ueniat quàm putatur, cuius manifestatio fideli charitate diligitur, & pio desideratur affectu. Seruus
Luc. 12 quippe ille qui dicit, Moram facit dominus meus: & percutit cõseruos suos, manducat & bibit cum ebriosis, non utiq; diligit manifestationem eius. Ex morib. enim apparet animus eius, quos mores licet breuiter ideo magister bonus curauit exprimere, id est superbiã atq; luxuriam, ne quod dicebat, Moram facit dominus meus: de-
Psal. 41 siderio domini sui dicere crederetur, quo ardebat ille qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deum uiuũ, quando ueniam, & appareho ante faciem dei: Dicendo enim, Quando ueniam: moras se perpeti moleste ferebat, quia etiam quod tẽpore acceleratur, desiderio tardũ uidetur. Quomodo autem tardus est eius aduentus, uel quomodo longe uẽturus est, cum ipsi apostoli tempore quo adhuc erant in carne, dixerint, Nouissima hora est: quamuis à domino audierint, Non est uestrũ scire tempora: Hoc ergo nesciebãt quod nescimus & nos, quãtum ad me attinet, dico, & eos qui hoc mecum nesciunt: & tamen quibus dictum est, Non est uestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate: diligebant eius manifestationẽ, & dabant conseruis in tempore ci D baria, nec percutiebant eos dominãdo eis, nec luxuriabantur cũ amatoribus mundi, dicentes, Morã facit dominus meus. Alia est ergo ignorantia temporũ, alia labes morum amorq; uitio
2 Thes. 2 rum. Nam & apostolus Paulus quãdo dicebat: Non cito moueamini mente, neq; terreamini, siue per uerbum siue per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies domini: nolebat utiq; ut crederent eis, qui iam propinquare domini arbitrabãtur aduentũ: nec tamẽ uolebat ut tanquam seruus ille dicerent, Moram facit dominus meus uenire: & traderent se superbiæ luxuriæq; perdendos: sed sic eos nolebat de propinquante die nouissimo falsi. auscultare rumo-

A ribus, ut tamen uellet eos paratos ad aduentum domini sui lumbis accinctis, & lucernis ardentibus operiri: quibus dicit, Vos autem fratres nõ 1 Thes. 5
estis in tenebris, ut uos dies ille tanquã fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis & filij diei, non sumus noctis neq; tenebrarũ. Ille autem qui sic dicit, Morã facit dominus meus uenire, ut percutiat conseruos suos, epuletur cum ebriosis, nõ est lucis, sed tenebrarũ: & ideo eum tanquam fur dies ille cõprehendet: quod unusquisq; debet etiam de die huius uitæ suæ nouissimo formidare. In quo eñ quenq; inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum cõprehendet mundi nouissimus dies: quoniam qualis in die isto quisq; moritur, talis in die illo iudicabitur. Ad
B hoc pertinet quod in Euangelio secundũ Mar- Mar. 13
cum ita scriptum est: Vigilate ergo, quia nescitis quando dominus domus ueniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico, Vigilate. Quibus enim omnibus dicit, nisi electis & dilectis suis ad corpus eius pertinẽtibus, quod est ecclesia? Non solum ergo illis dixit, quibus tũc audiẽtibus loquebatur, sed etiam illis qui fuerũt post illos ante nos, & ad nosipsos, & qui erunt post nos usq; ad eius nouissimũ aduentum. Nũquid autem omnes inuẽturus est dies ille in hac uita, aut quisquã dicturus est quod ad defunctos etiã pertineat quod ait: Vigilate, ne cum repẽte uenerit inueniat uos dormientes? Cur itaq; omnibus dicit, quòd ad eos solos pertineat qui tunc C erũt, nisi quia eo modo ad omnes pertinet, quo modo dixi? Tunc enim unicuiq; ueniet dies ille, cum uenerit ei dies ut talis hinc exeat, qualis iudicãdus est illo die. Ac per hoc uigilare debet omnis Christianus, ne imparatũ inueniat eũ domini aduentus. Imparatũ aũt inueniet ille dies, quẽ imparatũ inuenerit suæ uitæ huius ultimus dies. Certe enim hoc saltem manifestũ erat apostolis, nõ eorũ tẽporibus cum hic in carne uiuerent dominũ esse uenturũ: & tamẽ quis dubitet eos præcipue uigilasse & seruasse quod omnib⁹ dixit, ne imparatos repente ueniens inueniret? Nondũ sane intelligo quo'nam modo accipi debeat quod scripsit sanctitas tua, propterea dixisse dominũ apostolis: Non est uestrũ nosse tẽpora uel momenta quæ pater posuit in sua potestate: quoniã sequutus adiũxit: Sed eritis mihi testes in Hierusalẽ & in Iudęa & in Samaria & usq; ad ultimũ terræ. Quem scripturæ sensum sic exponis, ut dicas, ergo nõ apostolos testes cõsummationis mũdi, sed nominis & resurrectiõis suę uoluit intelligi. Nõ quidẽ ille ait, Nõ est uestrũ prędicare tẽpora: sed, Non est uestrũ nosse. Verũ si ita uis intelligi quod ait, Nõ est uestrũ scire: ac si diceret, Non est uestrũ sciẽtes facere: id est, non est uestrũ hoc docere: qs nostrũ docere audeat, uel scire præsumat, qđ⁹ de⁹ ille magister nec eos discipulos docuit, à qb⁹ presentib. interrogat⁹ est

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsens,nec illi tam sancti magnicq; doctores ec
clesiam docere potuerunt? An respondebitur,
hæc nō docuisse apostolos,sed prophetas. Hoc
enim aiſti,& uerum est,quòd ea quę futura sunt
sanctorum prophetarū uocibus cognoscuntur,
qui prius quàm fierent,inquis,ea quæ futura e-
rant uoluntate diuina hominibus sunt loquuti.
Sed si ueneratio tua satis admiratione plenū es-
se dicit,si ea deus quæ prædici uoluit,ad homi-
num sensus penitus non posse peruenire consti
tuit:quanto maiore admiratione plenū est,si ea
quæ prophetæ hominibus sunt loquuti,hæc a-
postoli uel scire sunt prohibiti uel docere? Quo
modo autē prophetæ ista de quibus agitur tem
pora docentes,non intelligerētur ab apostolis,
si intelliguntur à nobis? Aut si eos apostoli intel
lexerunt istam mensurā temporis prophetātes,
quomodo non docerēt quod intellexerūt,quā-
do per eorum præconium & ipsi prophetæ in-
notescebant,qui eos suis libris ista docuerunt?
Et ideo per quas literas ea ipsi didicerant,per
easdem poterāt alij quoq; in his gentibus disce
re, in quibus apostoli autoritatem propheticā
cōmendabant. Cur ergo eis dictum est,Non est
uestrum scire:uel si ita intelligendū est,Non est
uestrum docere tēpora,quæ pater posuit in sua
potestate:quandoquidem sic ea docebant,cum
hi in quorum literis discerentur,per illos inno-
tescebant? Vnde credibilius est,non deum no-
luisse scire,sed noluisse prædicari,quod noluit
prædicari quod uidebat nō utiliter sciri. Cur er
go,inquis,de temporibus cognoscēdis ipse do
minus monet,ubi dicit: Quis nam est fidelis ser
uus & prudens,quem constituit dominus super
familiam suam,ut det illis cibum in tempore?
&c. Imò uero monet,nō ut bonus seruus cogno
scat temporum finem,sed ut omni tempore in
opere bono uigilet,quia nescit temporū finem.
Non monet ut tempora quæ pater posuit in sua
potestate assequamur super apostolos,sed mo-
net ut quoniam nescimus quando ueniat domi
nus,in cordis præparatione imitemur aposto-
los. Vnde iam suprà satis loquutus sum. Arguit
autem Iudæos,quare tempus non cognoscant,
dicens:Hypocritæ,faciem cœli potestis proba
re:& reliqua:quoniam illud tempus non agno-
scebant,quod iam uolebat agnosci,id est,primi
aduentus sui quo in eum crederent,qui alterum
eius aduentū uellent expectare uigilantes quan
docunq; futurus esset. Qui enim aduentum do-
mini non cognouerit primum,præparare se nō
potuit ad secundum,credēdo in eum fideliterq;
uigilando,ne illum tanquā fur in tenebris com
prehēdat,siue tardius uenerit,siue citius quàm
speratur. Dicit etiam sicut admones,apostolus
Paulus:In nouissimis temporibus instabūt tem
pora periculosa:& reliqua. Sed nūquid ideo do
cet tempora,quæ pater posuit in sua potestate?
Aut ideo quisquam nouit quam longa uel bre-
uia sint eadem ipsa quæ fatēdum est,esse nouis-
sima? Cogitare quippe debemus quàm olim di
ctum sit: Fratres,nouissima hora est. Rursus eun
dem Apostolum dixisse commemoras: De tem
poribus autem & momentis non necesse habe-
mus scribere uobis,uos enim ipsi diligenter sci
tis,quia dies domini sicut fur in nocte,ita ueni-
et. Et cum dixerint,Pax & securitas: tunc subi-
taneus illis apparebit interitus,quomodo dolo
res parturientis,& non effugient. Et hic non di
xit post quantum temporis hoc futurum sit,sed
quomodo futurum sit: id est non quāta erit æta-
tis breuitas uel prolixitas,sed quantumlibet in-
teruallum sit spaciumq; temporis,non tamē eis
hoc ueniet malum nouissimum,nisi cum dixe-
rint,Pax & securitas. Quibus uerbis uidet Apo
stolus huius nouissimi diei uel spem uel timorē
ab hoc nostro tempore remouisse. Non enim ui
demus ipsos amatores huius seculi,quibus subi
taneus apparebit interitus,iam dicere, Pax &
securitas. Quid ergo scire sufficiat,satis ipse de-
monstrat Apostolus,dicendo: De temporibus
& momētis non opus habemus uobis scribere:
uel sicut alij codices habent,Non opus habetis
uobis scribi. Hęc sequutus adiunxit: Vos enim
ipsi diligenter scitis,quia hora domini sicut fur
in nocte,ita ueniet. Hoc ergo scire opus est,ut
curēt filij lucis esse,& parato corde uigilare,qui
nolunt ab illa hora sicut à nocturno fure cōpre-
hendi. Nam si ad cauendum hoc malum,id est,
ne hora domini tanquàm fur inueniat impara-
tum,opus esset nosse temporum spacia,non di-
ceret Apostolus non opus esse ut hoc scriberet,
sed hoc potius eis esse scribendum tanquam do
ctor prouidentissimus iudicaret. Nunc autē nec
illis hoc opus esse mōstrauit,quibus sufficiebat
ut scirent imparatis atq; dormientibus horā do
mini sicut furem esse uēturam,atq; hoc sciendo
essent ipsi uigilanter parati post quātalibet tem
pora ueniret: & suum seruauit modum,ut licet
Apostolus,non tamē præsumeret alios docere,
qđ apostolis dominū dixisse cognouerat,Non
est uestrū scire. Ponis etiā quod idem ipse dixit
Apostolus: Non retinetis memoria,quia cū es-
sem apud uos,hæc dicebam uobis. Et nūc quid
detineat scitis,ut reueletur in suo tēpore. Nam
mysteriū iam operatur iniquitatis: tantū qui te
net,modo teneat,donec de medio fiat. Et tunc
reuelabitur ille iniquus,quē dominus Iesus in-
terficiet spiritu oris sui. Quæ uerba apostolica
utinam non tantūmodo pōnere,uerū etiam ex-
pōnere dignareris: ita sanè obscura sunt & my-
stice dicta,ut tamē appareat eū nihil de statutis
dixisse tēporibus,nullūq; eorum interuallū spa
ciumq; aperuisse. Ait enim, Vt reueletur in suo
tēpore: nec dixit post quantū temporis hoc fu-
turū sit. Deinde subiūxit: Iā enim mysteriū ope
ratur iniquitatis. Hoc iniquitatis mysteriū quo
modolibet intelligat̄ qd sit,ab alio sic,ab alio au
tem sic,cq; diu tamen operet̄ occultū est. Neq; id
expressit apostolus tanq; homo ex eorū numero
quibus

quibus dictum est: Non est uestrū scire tēpora.
Quamuis enim nondū inter eos erat,quādo eis
hoc dictū est,ad eorū tamē collegiū atq; societa
tem etiam ipsum non ambigimus pertinere. Itē
quod sequitur: Tantū qui modo tenet,teneat,
donec de medio fiat,& tunc reuelabitur ille ini-
quus,quē dominus Iesus interficiet spiritu oris
sui, docet nos antichristū manifestū futurum.
Siquidē ipsum uidetur aliquāto euidentiori si-
gnificatione tetigisse interficiendū spiritu oris
domini Iesu Christi, sed post quantū temporis
istud erit,nec saltem obscure locutus est. Quis
nam sit enim qui modo tenet, uel quid teneat,
uel quid sibi uelit quod ait,de medio fiat, potest
quisq; se coartare ut intelligat, uel aliquatenus
suspicetur,quoniā quoquo modo scriptū legit.
Quandiu autē teneat, & post quanta tēporum
spacia de medio fiat,hoc omnino tacetur. Item
dominus,inquis,in euangelio increpat Iudæos
dicens: Et tu si cognouisses tempus uisitationis
tuæ,forsitan permansisses,nunc aūt abscondita
sunt ab oculis tuis. Sed hoc ad tēpus primi ad-
uentus domini pertinet,nō secundi,de quo nūc
quæstio est. De secundo quippe aduentu suo di
xit,Non est uestrū scire tēpora, non de primo.
De illo enim ab eo quæsierunt discipuli quem
sperabant,non de isto quē iam uidebāt. Si enim
primū eius aduentū Iudæi cognouissent,nunq;
dominū gloriæ crucifixissent,& ideo nō euerti
sed permanere potuissent. Iam uero quod ait ad
eos: Pœnitentiā agite,cōpleta sunt tēpora, cre-
dite Euāgelio,etiā ipse firmasti de temporibus
dictum esse Iudæorū,quæ cōtinuo post paucos
annos fuerant transitura,& nunc nouimus iam
esse transacta,euersa scilicet ciuitate, in qua re-
gnum eorū fuerat constitutū. Proinde quod ex
Daniele de interfecta bestia posuit uenerabili-
tas tua,& de reliquarū bestiarum regno, & in-
ter hæc de filio hominis ueniente cum nubibus
cœli,manifestū esse dixisti intelligentibus scri-
pturam. Sed si dignatus fueris exponere,quo-
modo ista pertineant ad cognoscendū tempo-
rum spacium,post quod erit saluatoris aduētus,
ita ut inueniantur sine ulla ambiguitate manife
sta,fatebor etiam ipse cū magna actione gratia
rum,illud quod ait dominus, Non est uestrum
scire tempora, tantūmodo apostolis esse dictū,
non posteris eorū qui ea fuerant cogniturі. Di-
ligendus ergo est & expectandus domini sicut
sanctę hortaris aduentus, magnamq; dicis esse
beatitudinē diligentibus eius aduentū,& adhi-
bes apostoli testimoniū,cuius uerba sic ponis:
De cętero reposita est mihi corona iusticię,quā
reddet mihi dominus iustus iudex in illa die.
Non solum aūt mihi,sed & his qui diligunt ad-
uentum domini. Tunc enim sicut ex Euange-
lio cōmemoras: Iusti fulgebunt sicut sol in re-
gno patris sui. Et quod propheta dicit: Ecce eū
caligo & tenebrę operient terram super gentes,
in te uero apparebit dominus, & maiestas eius
in te uidebitur. Item quod scriptū est: Qui uero
expectant dominū,exultabūt cum uirtute,pro
ducent pennas sicut aquilæ,current & nō labo
rabunt,ambulabūt & non esurient. Hoc plane
pijssime & uerissime dicis,commēdans eorum
beatitudinē,qui diligunt aduentū domini. Sed
& illi quibus dicebat Apostolus: Non cito mo
ueamini mente,quasi instet dies domini,dilige
bant utiq; aduentū domini. Nec eos hoc docēs
doctor gentiū ab illa dilectione frangebat, qua
ut inflāmarentur uolebat,& ideo nolebat ut cre
derent eis,à quibus audiebant instare diem do-
mini,ne forte cum transisset tempus,quo eū cre
diderant esse uenturū,& uenisse non cernerent,
etiam cætera fallaciter sibi promitti arbitrātes,
& de ipsa mercede fidei desperarent. Non ergo
ille diligit aduentū domini qui eum asserit pro-
pinquare,nec ille qui eū asserit nō ppinquare,
sed ille potius qui eū siue prope siue lōge sit,syn
ceritate fidei,firmitate spei,ardore charitatis ex
pectat. Nam si tanto magis diligitur dominus,
quāto magis creditur & prædicatur citius esse
uēturus,magis eum diligebāt qui eius aduentū
iam instare dicebāt,q; hi quos apostolus eis cre
dere prohibebat,uel ipse apostolus qui hoc uti
q; non credebat. Si autem onerosa non est infir
mitas mea sanctitati tuæ,peto apertius non gra
ueris exponere,quomodo dixeris neminē pos-
se temporum mēsuras colligere,ne forte & hoc
mihi uideatur,quod etiā charitati tuæ,& frustra
quilibet nostrū instrui expectet ab altero. Cum
hoc enim dixisses,deinde subdidisti & aisti,Eu
angeliū quidē dicit,De die & hora nemo scit.
Ego autē,inquis,pro impossibilitate intellectus
mei dico,neq; mēsem neq; annū aduētus ipsius
sciri posse. Ita enim hoc uidet̄ sonare,tanq; non
possit sciri,quo anno uēturus sit,sed possit sciri
qua hebdomade annorū,uel qua decade,tanq;
dici possit atq; definiri intra illos uel illos septē
ānos,aut intra illos uel illos decē annos. Quod
si ne hoc quidē comprehēdi potest,quæro utrū
sic saltē possit definiri tēpus aduētus eius,ut eū
uēturum esse dicamus,intra istos,uerbi gratia,
quinquaginta uel cētū annos,uel quotlibet seu
maioris numeri,seu minoris annorū,sed in quo
eorū,nos ignorare. Hoc si iam comprehēdisti,
multū est quod cōprehendere potuisti. Idipsum
est autem quod rogo,ut nobis benignus imper
tias,adhibens idonea documēta,quibus id po-
tueris indagare. Si autem neq; hoc te cōprehen
disse presumis,hoc sentis quod ego. Nouissima
enim esse ista tempora,multis rerū signis appa
rentibus quæ dominū prædixisse legimus,om-
nes qui ea credimus,cernimus,Sed & mille an-
norū tempus,si eorū finis,esset seculi finis,pos-
set uniuersum dici nouissimū tempus,uel etiam
nouissimus dies,quia scriptū est: Mille anni an
te oculos tuos,tanq; dies unus,ut quicquid per
eosdē mille annos gereretur,nouissimo tempo
re uel nouissimo die dicerē geri. Iterū enim di-

cō

Universidad de Deusto
Biblioteca

co quod in hac causa sæpe dicendũ est, Cõsideremus ante quàm multos annos dixerit beatus Ioannes Euangelista: Nouissima hora est. Nam si tunc essemus hoc audito, quãdo crederemus tot annos postea transituros, ac nõ potius ipso adhuc Ioanne in corpore cõstituto dominũ speraremus esse uenturũ? Neq; enim dixit, Nouissimum tẽpus est, aut nouissimus annus, aut mẽsis, aut dies, sed nouissima hora est. Et ecce ista hora quàm longa est, nec tamen est ille mentitus, sed utiq; intelligendus est horam pro tẽpore posuisse. Quod nonnulli sic accipiunt, ut sex annorum milia constituant, uelut unum diem, eumq; in partes uelut horas duodecim partiãtur, ut sic quingẽtos annos postremos, hora uideatur habere postrema. In quibus annis iam Ioannes, sn quiunt, loquebatur, quãdo nouissimam horam esse dicebat. Sed aliud est nosse aliquid, aliud suspicari. Cur enim nõ potius, si sex annorũ milia deputandus est unus dies, non duodecima, sed uicesima quarta pars eius una hora est? id est, nõ quingẽti, sed ccl anni? Totus em̃ dies, totus circumitus solis uerius nũcupaꝫ, nõ ab oriẽte usq; in occidẽtẽ, sed ab oriẽte usq; in oriẽtẽ, unde toto die peracto, id est uiginti & quatuor horis rursus exoriꝫ: ac per hoc hora ista nouissima, ex quo tẽpore id locutus est Ioannes, ante fermè septuaginta annos, ut minimũ dicã, iã reperiẽ esse transacta, & nondũ uenit terminus seculi. Hoc accedit, quia inspecta diligẽter ecclesiastica historia, reperitur Ioannes apostolus longe ante fuisse defunctus, quàm quinq; milia quingenti anni, à generis humani exordio complerentur. Nondum erat itaq; hora nouissima, si sex miliũ annorum pars duodecima, id est quingenti anni, uelut unius horæ spacium deputatur. Porrò si secundum scripturas unum diem mille annos esse donamus, multomagis olim transijt tam lõgę diei hora nouissima, nõ dico si uicesimaquarta pars eius, q̃ sunt anni paulo amplius quadraginta, sed si duodecima deputetur, quę illos annos duplos habet. Vnde cõuenientius ille apostolus creditur horam posuisse pro tẽpore, quæ hora quàm longa sit, ignoramus, quia nõ est nostrum scire tẽpora, quæ pater posuit in sua potestate: quamuis eam nouissimã esse nouerimus, multomagis utiq; nos, quàm qui fuerunt ante nos, ex quo esse uel dici cœpit hora nouissima. Quod autẽ ideo uidetur uenerationi tuæ cõprehendi nõ posse temporũ mẽsuras, ut definiatur quo anno futurus est finis, quia secundum promissionem domini breuiabuntur dies illi, prorsus non intelligo. Si enim sic breuiabuntur, ut fiant ex pluribus pauciores, quæro secundum quam ueritatem futuri erant plures, nisi breuiarentur? Hebdomades enim sancti Danielis non ad primum domini aduentum, sicut pluribus uisum est, sed ad secundum potius existimas pertinere. Ita'ne ergo breuiabũtur, ut uel una in eis hebdomada minus futura sit, & falsa erit prophetia, quæ tanta diligentia numerum hebdomadarum definire curauit, ut quiddam diceret etiam dimidio hebdomadis implendum? Miror si per prophetiã Christi, destruitur prophetia Danielis. Deinde quale est ut putemus ignorasse Danielem, uel potius angelum, à quo ista discebat, breuiaturũ dominum dies illos, & erasse ut hoc diceret, uel scisse quidem, sed ei quę docebat fuisse mentitũ? Quod si absurdum est, cur non potius credimus secũdum id quod breuiaturus est dominus dies illos, tot hebdomadas prophetasse Danielem, si tamẽ ad secundũ domini aduentum, quod nescio quemadmodũ possit ostendi, ille numerus refertur annorum? Postremo multo certius securiusq; dicitur domini aduentum intra septuaginta, aut ut pluriꝫ mum intra centum annos futurum, si hebdomades istæ ipsum prænunciant. Anni enim quadringenti nonaginta sunt in hebdomadibus septuaginta. A natiuitate autem domini hodie cõputantur anni fermè quadringenti uiginti, à resurrectione autem uel ascensione eius anni plus minus ccexc. Ac per hoc, si ex quo natus est cõputetur, septuaginta sunt reliqui: si ex quo passus est, circiter centum remanẽt, intra quos Danielis omnes hebdomades, si de nouissimo eius aduentu prophetatæ sunt, implebuntur. Qui ergo dicit intra tot annos erit, tunc falsum dicit si ultra erit. Sed quia breuiabuntur, pauciores poterunt esse, non plures. Recte itaq; dicitur intra hos erit, quoniam quantũlibet breuientur, uerum erit. Ipsa namque breuiatio si eo modo intelligenda est ut pauciores fiant, ultra eos diem domini uenire non patitur, sed magis magisq; intra eos quanto fuerint pauciores. Non igitur ista breuiatio turbat computatorem, qui eo modo definierit, ut dicat intra tot annos diem domini esse uenturum, sed adiuuat potius, quoniã quanto magis ad paucitatem redigentur dies, tanto magis erit intra & ultra esse non poterit: atque ideo uerum erit quod ita definitur, ut dicatur intra tot annos erit, quãuis nesciatur quo anno futurum sit. Proinde tota quæstio est, utrũ Danielis hebdomades primo aduentu domini impletę sint, an finem seculi prophetauerint, an ad utrunq; pertineant. Neq; enim qui etiã hoc saperent defuerunt, dicentes, tẽpore primi aduentus Christi esse completas, & inde usq; ad finem seculi totidem rursus esse cõplendas. Equidem uidẽo quia si primus eas nõ compleuit aduentus, necesse est ut secundus eas cõpleat: quoniam prophetia illa non potest esse falsa: quæ si tempore primi aduentus impleta est, nõ cogit intelligi quod etiã de fine seculi implebitur. Ac per hoc incertũ est etiam si uerum est, neq; negandum quidem, sed neq; præsumendum est id futurum. Relinquitur itaq; ut qui uult cogere istã prophetiam credi seculi fine complendam, contendat quãtum potest & ostendat si potest, primo aduentu domini non fuisse completam, contra

contra tot expositores diuinorũ eloquiorũ, qui hãc non solũ computatione temporũ, uerũetiã rebus ipsis cõpletam fuisse demonstrant, maxime quod ibi scriptũ est: Et ungetur sanctus sanctorum, uel propter quod in eadem prophetia Dan.9 Hebræi codices expressius habent: Occidetur Christus & non erit eius, id est, non erit eius ciuitatis, quoniã sic alienatus est à Iudæis, qui eũ propterea saluatorẽ redemptoremq; suũ nõ esse crediderũt, quia occidere potuerũt. Neq; enim in fine seculi ungẽdus, aut occidẽdus est Christus, ut ista prophetia Danielis tunc expectetur implenda, quæ nondũ creditur impleta. Quod aũt de signis Euãgelicis & propheticis quę fieri cernimus, propinquũ domini aduentũ speremus debeamus quis negat? Quotidie quippe magis magisq; fit proximus. Sed quãto interuallo propinquet, hoc, dictũ est, nõ est uestrum scire. Vide quãdo dixit apostolus: Nunc enim propRom.13 pior est nostra salus q̃ cũ credidimus, Nox processit, dies aũt appropinquauit, Ecce quot anni transierũt, nec tamẽ quod dixit falsum est. Quãto magis nunc dicendũ est propinquare domini aduentũ, quãdo tantus est ad finem factus accessus? Apostolus certe, Spiritus, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis tẽporibus recedẽt 1.Timoth.4. κήλωσι quidam à fide, Nondum utiq; erant eadem tempora, hæreticorũ scilicet & talium quales eodẽ sermone describit, sed iam uenerunt, ac per hoc in nouissimis tẽporibus uidemur etiam per ipsos de fine seculi cõmoneri. Item q; alibi dicens: Hoc aũt scitote quoniã in nouissimis diebus instabunt tẽpora sęua, uel sicut alij codices habẽt, 2.Timoth.3 periculosa, Deinde qualia futura sint exprimẽs, Erunt enim homines, inquit, seipsos amantes, amatores pecuniæ, elati, superbi, blasphemi, parẽtibus nõ obedientes, ingrati, scelesti, irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinẽtes, immites, sine benignitate, proditores, procaces, cæcati, uoluptatum amatores magis q̃ dei, habẽtes speciem pietatis, uirtutẽ aũt eius abnegãtes. Mirum si tales homines aliquando defuerunt. Deniq; quia & tũc erãt, adiungit ac dicit: Et hos deuita, Ex his enim sunt qui penetrãt domos. Non ait, Penetrabunt, tanq; & hic futurũ prænuncians, sicut supra dixerat, Instabunt tẽpora periculosa, sed ait, Penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas. Non ait, ducent uel ducturi sunt, sed iam ducunt. Nec putandus est hoc loco, pro tẽporis futuri uerbis, præsentis tẽporis uerba posuisse, quãdoquidem illos ab eo cui scribit euitari admonebat. Nec tamẽ frustra dixit, In nouissimis diebus instabũt tẽpora periculosa, & hinc ea periculosa futura demonstrãs, tales homines futuros esse prædixit, nisi quia tãto plures erũt, magisq; abundabũt, quanto magis propinquatur ad finem. Videmus ergo tales nunc abundare. Sed quid si abundantiores erunt post nos, & omnino abundantissimi quãdo iam iamq; ipse finis instabit, qui quandiu aberit ignorat? Nouissimi quippe dies dicti sunt, & in ipsis primis apostolorũ diebus, cũ domini in cœlum recens esset ascensus, quando die pẽtecostes misit promissum spiritũ sanctũ, & quidam stupebant admirãtes eos qui linguis quas non didicerant loquebantur, quidam uero irridentes, musto plenos esse dicebãt. Quo die Petrus loquens ad illos, qui de hac re uarie mouebantur: Non enim sicut, inquit, suspicamini, ebrij sunt isti, cum sit hora diei tertia. Sed attendite quoniã hoc est quod dictũ est per prophetã: Erit in nouissimis diebus dicit dominus, Effundam de spiritu meo super omnẽ carnẽ, &c. Iam Ioel,2 tunc ergo erãt dies nouissimi, quãtomagis nũc, etiam si tantum dierum remansit usq; in finem, quãtum ad hunc diem à domini ascẽsione trãsactum est, uel aliquid siue minus restet siue amplius: quod profecto nescimus, quia non est nostrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate: cum tamen sciamus in nouissimis tẽporibus, in nouissimis diebus, in nouissima hora nos agere sicut apostoli: sed multomagis qui fuerunt post illos ante nos, & multomagis nos, & magis quàm nos, qui erunt post nos, donec ad illos ueniatur qui erũt, si dici potest, nouissimorum nouissimi, atq; ad ipsum omnino nouissimum, quẽ uult intelligi dominus, ubi dicit: Et Ioan.6 resuscitabo eum in nouissimo die, qui quàm lõge absit, comprehendi non potest. Signa quæ in Euangelio futura prædicta sunt, sicut commemorat sanctitas tua secundũ Lucam, eadem sunt secundum Matthæum & secundum Marcum. Hi enim tres narrãt quę dixerit dominus, cum interrogatus esset à discipulis suis, quando futura essent quæ de templi euersione prædixerat, & quod signũ esset aduentus eius & cõsummationis seculi. Non enim discrepant rebus, si alius aliquid dicit quod alius tacet, aut alio modo dicit: magis autem collata inuicem iuuant, ut legentis intellectus regatur. Sed de omnibus disputare nunc longũ est: Interrogãtibus enim dominus, ea respondit quę iam ex illo tempore fuerãt secutura: siue de excidio Hierusalẽ, unde orta est ipsius interrogatiõis occasio: siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua usque ad finem uenire non cessat, In suis enim ueniens agnoscitur, dum eius quotidie membra nascuntur, De quo aduentu ait: Amodo uidebitis filium hominis ueniẽtem in nubibus, de quibus nubibus dicium est per prophetã: Mãdabo nubibus meis Matth.26 Esa.5 ne pluant super eam: siue de ipso fine, in quo apparebit uiuos iudicaturus & mortuos. Cũ itaq; signa dicat, quæ ad ista tria pertinent, id est ad excidium illius ciuitatis: ad aduentũ eius in corpore suo, quod est ecclesia: ad aduentum eius in capite ecclesiæ, quod est ipse: quod eorũ signorum, ad quod horum trium referendum sit, diligenti consideratione cernendum est: ne forte qđ pertinet ad euersionẽ Hierusalem, ad finẽ seculi referendum putemus: aut ecõtrario qđ ad finem

Universidad de Deusto
Biblioteca

finem ſeculi pertinet, affirmemus ad ciuitatis il A
lius excidiũ ptinere: aut quod pertinet ad eius
aduentum in corpore ſuo, quod eſt eccleſia, di/
camus pertinere ad eius aduentũ nouiſſimũ in
corpore ſuo, quod eſt caput eccleſiæ: aut rurſus
quod pertinet ad aduentũ eius nouiſſimum per
ſeipſum, ad eum pertinere aſſeueremus aduen/
tum, qui eſt per eccleſiam. In quibus omnibus
ſunt quædam manifeſta, quædam uero ſic ob/
ſcura, ut uel laborioſum ſit ea diſudicare, uel te/
merarium, quandiu non intelliguntur, de his a/
liquid definire. Quis enim non uideat ad illam
ciuitatem pertinere, quod dictũ eſt: Cum autẽ
uideritis circundari ab exercitu Hieruſalẽ, tunc
ſcitote quia appropinquabit deſolatio eius. Itẽ
quis non uideat ad aduentũ domini nouiſſimũ B
pertinere, quod dictũ eſt: Cum uideritis hæc fie
ri, ſcitote quoniam propẽ eſt regnum dei? Illud
autem quod dictum eſt: Væ prægnãtibus & nu
trientibus in illis diebus. Orate autem ut non
fiat fuga ueſtra hyeme uel ſabbato, erit emi tunc
tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mun
di, neq; fiet: ſic eſt poſitum ſecundum Matthæũ,
& ſecundum Marcum, ut incertum ſit utrũ de
excidio illius ciuitatis, an de ſeculi fine intelligi
debeat. Sic enim hoc ipſum legitur apud Mar/
cum, Væ autẽ prægnantibus & nutrientibus in
illis diebus, Orate ut hyeme nõ fiant. Erũt enim
dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt
ab initio creaturæ, quam cõdidit deus uſq; nũc,
neq; fient. Et niſi breuiaſſet dominus dies illos, C
nõ fuiſſet ſalua omnis caro: ſed propter electos,
quos elegit, breuiabit dies. Non diſſimiliter &
Matthæus. Hoc autem Lucas ita poſuit, ut ap/
pareat ad illius ciuitatis excidiũ pertinere. Nã
ſic apud eum legitur: Væ autem prægnantibus
& nutrientibus in illis diebus. Erit enim preſſu
ra magna ſuper terram, & ira populo huic, & ca
dent in ore gladij, & captiui ducẽtur in omnes
gentes, & Hieruſalem calcabitur à gentibus, do
nec impleantur tempora nationum. Vnde autẽ
ad hoc uentũ eſt, Matthæus ita ſcribit. Cum er/
go uideritis abominationem deſolationis, quæ
Matth. 24. dicta eſt à Daniele propheta ſtãtem in loco ſan
cto, qui legit intelligat, tũc qui in Iudæa ſunt fu/
giant in montes, & qui in tecto non deſcendat D
tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro nõ re
uertatur tollere tunicam ſuam. Væ autem præ/
gnantibus & nutrientibus in illis diebus, &c.
Marcus uero ita, Cum uideritis abominationẽ
deſolationis ſtantem ubi nõ debet, qui legit in/
telligat: tunc qui in Iudæa ſunt fugiant in mon/
tes, & qui ſuper tectum ne deſcendat in domũ,
nec introeat ut tollat quid de domo ſua, & qui
in agro erit non reuertatur retro tollere ueſtimẽ
tum ſuum, Væ autem prægnantibus & nutrien
tibus in illis diebus, & reliqua. Lucas uero ut o/
ſtenderetur tunc factam fuiſſe abominationem
deſolationis quæ à Daniele prædicta eſt, quan/
do expugnata eſt Hieruſalẽ, hęc eodem loco do
mini uerba cõmemorat, Cum aũt uideritis cir/
cundari ab exercitu Hieruſalem, tunc ſcitote qa
appropinquabit deſolatio eius. Apparet itaque
tũc ibi poſitam deſolationis abominationẽ, de
qua duo illi Euangeliſtæ locuti ſunt. Deniq; etiã
iſte ſimiliter ſequitur: Tũc qui in Iudæa ſunt fu
giant in montes. Et pro eo quod dixerũt illi, Et
qui ſuper tectum, ne deſcendat in domũ, nec in
troeat ut tollat quid de domo, Iſte dixit, Et qui
in medio eius ſunt diſcedant, ut oſtenderetur il
lis uerbis apud alios Euangeliſtas poſitis, feſti/
nationem fugæ fuiſſe præceptã: & pro eo quod
illi poſuerunt, Et qui in agro erit non reuertatur
retro tollere ueſtimentũ ſuum, apertius iſte ait,
Et qui in regionibus nõ intrent in eam, quia di/
es ultionis hi ſunt ut impleãtur omnia quæ ſcri/ B
pta ſunt. Deinde ſimiliter etiam iſte ſequitur, ut
prorſus manifeſtum ſit de hac ipſa re omnium
trium eſſe hunc Euangelij locum, Væ autẽ præ
gnantibus & nutrientibus in illis diebus, & cæ
tera ad hoc pertinentia, quæ iam cõmemorau i
ſuperius. Lucas ergo patefecit quod eſſe poſſet
incertum, non ad ſeculi finẽ ſed ad expugnatio
nem Hieruſalẽ pertinere id, quod dictum eſt de
abominatione deſolationis, & quod dictum eſt
de dierum breuiatione propter electos, quia &
ſi ea ipſe non dixit, dixit tamen apertius cætera
de hoc ipſo, quò & iſta pertinere monſtrauit.
Non enim debemus ambigere, quando euerſa
eſt Hieruſalem fuiſſe in illo populo electos dei, C
qui ex circunciſione crediderant, ſiue fuerant
crediturí electi ante conſtitutionem mũdi, pro/
pter quos breuiarẽtur dies illi, ut tolerabilia ma
la fierent. Nam quidam conuenientius intelle/
xiſſe mihi uidetur, mala ipſa ſignificata nomi/
ne dierum, ſicut dicti ſunt dies mali in alijs diui
næ ſcripturę locis. Neq; enim dies ipſi mali ſũt,
ſed ea quæ fiunt in eis. Ipſa ergo dicta ſunt bre/
uiari ut deo donante tolerantia minus ſentiren/
tur, ac ſic quæ magna eſſent breuia fierent. Sed
ſiue iſto modo intelligenda ſit dierum illa bre/
uiatio, ſiue quod ad paucitatem redigerẽtur, ſi/
ue quod curſu ſolis celeriore breuiarentur, non
enim deſunt qui & hoc exiſtimẽt, ita ſcilicet di
ctos breuiores dies futuros, ſicut fuit lõgior di/
es orante Ieſu Naue, Tamen Lucas Euangeli/ D
ſta & hanc dierum breuiationẽ & abominatio/
nem deſolationis, quæ duo ipſe non dixit, ſed
Matthæus Marcusq; dixerũt, ad euerſionẽ Hie
ruſalem docuit pertinere, alia cũ eis dicẽs aper/
tius de hac eadẽ re, quæ illi poſuerũt obſcurius.
Nam Ioſephus qui iudaicã ſcripſit hiſtoriam, Ioſep.
talia mala dicit illi populo tunc accidiſſe, ut uix
credibilia uideantur. Vndenõ immerito dictũ
eſt, talem tribulationẽ nec fuiſſe à creaturæ ini/
tio nec futuram. Sed & ſi tẽpore antichriſti talis
aut maior forſitan erit, intelligendum eſt de illo
populo dictũ quod ei talis amplius futura non
erit. Si enim antichriſtũ illi primitus & præci/
pue recepturi ſunt, facturus eſt tũc idem popu/
lus

lus tribulationẽ potius quàm paſſurus. Non eſt A
ergo cur putemus hebdomadas prophetæ Da/
nielis, uel propter dierum breuiationẽ fuiſſe tur
batas, uel illo iam tempore non fuiſſe cõpletas,
ſed in fine ſeculi eſſe complẽdas. Non enim an/
te paſſionẽ domini impletæ ſunt. Quod qui pu/
tant, rectiſſime tua ſententia refelluntur, quia di
xiſti: Hæc ergo abominatio ſi iam completa fue
rat, quomodo dominus monet & dicit, Cum ui
deritis abominationẽ deſolationis, quod dictũ
eſt per Danielem prophetã, ſtantem in loco ſan
cto, qui legit intelligat: His uerbis beatitudinis
tuæ illi merito corrigendi ſunt, qui dicunt eam
cum hęc dominus loqueretur, uel ante paſſionẽ
reſurrectionemq; eius fuiſſe cõpletam. Qui au/
tem dicunt, ſicut apertiſſime etiam Lucas euan/ B
geliſta teſtatur, tunc fuiſſe factam quãdo euerſa
eſt Hieruſalem, quid eis reſpõdeatur uidere de/
bent, qui in fine ſeculi uel circa finem exiſtimãt
hæc futura, quanquam ipſa deſolationis abomi
natio propter obſcuritatẽ dicti non uno modo
ab hominibus potuerit intelligi. Et quod dictũ
eſt, Qui eſt in tecto, non deſcendat tollere aliqd
de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tolle
re tunicam ſuam: poteſt congruentius intelligi
ſpiritaliter, quod in tribulatiõibus omnibus eſt
cauendum, ne quiſq; deuictus ad carnalẽ uitam
de ſpirituali ſublimitate deſcendat, aut qui profe
cerat in anteriora ſe extendens, deficiẽdo in po
ſteriora reſpiciat. Quod ſi in omni tribulatiõe, C
quanto magis in illa cauendum precipi debuit, quæ talis futura prædicta eſt illi ciuitati, qualis
non fuit ab initio, neq; fiet: Et ſi in iſta, quanto
magis in illa quæ nouiſſima futura eſt orbi ter/
ræ, id eſt eccleſiæ toto orbe diffuſæ: Nã & ipſe
Lucas, non quidem quando à diſcipulis ſuis de
aduentu ſuo dominus interrogatus eſt, ubi hoc
Matthæus cõmemorauit & Marcus, ſed alio lo
co ubi Phariſæi quæſierunt ab illo, quando ue/
niret regnum dei, tale aliquid eum dixiſſe narra/
Luc. 17 uit: In illa, inquit, hora, qui fuerit in tecto & ua/
ſa eius in domo, & qui in agro ſimiliter non re/
deat retro. Sed nunc propter computationem
temporum de Danielis hebdomadibus agitur,
quæ ſi circa tẽpora primi aduẽtus domini com/
pletæ non ſunt, atq; in fine cõplendæ ſunt, apo/ D
ſtolos hoc ignoraſſe uel ſciſſe quidem, ſed doce
re prohibitos fuiſſe quis credat? Quanquam ſi
hoc ita eſt, utiliter neſciunt gentes quod domi/
nus docere prohibuit eos, quos gentium uoluit
eſſe doctores. Si autem iam completę ſunt, quia
iam eſt unctus ſanctus ſanctorũ, iam occiſus eſt
Chriſtus, ut non eſſet ciuitatis eius, iam de tem/
plo illo ſublatum eſt ſacrificium, ſublata eſt un/
ctio, merito apoſtolis de fine quærẽtibus reſpõ/
ſum eſt, Non eſt ueſtrum ſcire tempora quæ pa/
ter in ſua poteſtate poſuit: quoniã tempora quæ
per Danielis prophetiam ſcire poterãt, non ad
finem ſeculi de quo quæſierant, pertinebant. Si
gna uero de cœlo & terra, nunquid maiora nos
uidimus, quàm qui fuerunt ante nos? Nónne ſi A
gentium legatur hiſtoria, tanta mira reperiũtur
extitiſſe de cœlo terraq;, ut aliqua etiam nõ cre/
dãtur? Sed ut multa omittam, quæ proſequi lon
gum eſt, Duos ſoles quando nos uidimus? quos
uiſos literis mandauerunt, qui tunc fuerunt an/
te quàm dominus ueniſſet in carne. Quãdo nos
uidimus ſolem ſic obſcuratum quemadmodum
obſcuratus eſt cum lumen mundi penderet in li
gno? niſi forte defectus ſolis & lunæ, quos con/
ſueuerunt computatores ſiderum annotare atq;
prædicere, inter cœleſtia prodigia numerabi/
mus, quia lunã ſæpius in ſua plenitudine, ſolem
uero rarius, ſed tamen uidimus in fine lunæ ſe/
cundum eorum computum defeciſſe. Non erat
talis ſolis ille defectus, quando crucifixus eſt B
Chriſtus, & ideo uere mirabilis erat & prodi/
gioſus. Paſcha quippe fuerat Iudæorum, quod
non niſi in plenitudine lunæ celebratur. Secun/
dum aſtrologorum autem numeros certum eſt
ſolem quãdo luna plena eſt non poſſe deficere,
ſed quando finis eſt lunæ, non quidem ſemper,
ſed aliter nunquam, cum ſecundum illos nume
ros deficit. Quid ergo tale unquam quiſquã me
minit apparuiſſe de cœlo, ex quo dominus illa
prædixit, quale apparuit quãdo paſſus eſt? Qua
re ſic apparebunt etiam talia, ſi non ſpiritaliter
potius intelligẽda ſunt? Tunc apparebũt, quan
do finis ſic appropinquabit ut debeant appare/
re. Bellis autem per diuerſa interualla temporũ
& locorum quando non terra cõtrita eſt? Nam
ut nimis antiqua præteream, ſub imperatore Ga/
lieno, eum Romanas prouincias barbaries uſq;
quaq; peruaderet, quàm multos fratres noſtros
qui tunc erant in carne, putamus propinquum
finem credere potuiſſe, quoniam longe poſt a/
ſceſionem domini factum eſt: ac per hoc etiam
iſta qualia futura ſint, cum fuerit omnino finis
proximus ignoramus, ſi tamen hæc non ita præ
dicta ſunt, ut in eccleſia potius intelligi debeãt.
Duæ quippe gentes ſunt, & duo regna, unum
ſcilicet Chriſti, alterum diaboli: de quibus dici
potuit, Exurget gens cõtra gentem, & regnum
ſuper regnum: quod non deſinit fieri, ex quo di
ctum eſt, Agite pœnitentiam, appropinquauit
enim regnum cœlorum. Quod uide quando di
ctum eſt, & ex illo quot anni tranſierunt, & ta/
men ueriſſime dictum eſt. Nouiſſimis enim die
bus dominus per uirginẽ uenit: Nec diceretur
iſta hora nouiſſima, niſi regno appropinquante
cœlorum, per quam totam horam fiunt quæ do
minus propinquãte ſuo regno futura prædixit.
Sed hæc hora quanto ſpacio protẽdatur, ſi apo
ſtolis dictum eſt, Non eſt ueſtrum ſcire: quanto Act. 1
magis quilibet homo, qualis ego ſum, modum
ſuũ debet agnoſcere, ne plus ſapiat quàm opor
tet ſapere? Sed confiteri nos inquis, pœna no/
ſtra compellit, adeſſe iam finem dum impletur
quod prænunciatum eſt: Areſcentibus homini Luc. 21
bus præ timore & expectatione quæ ſuperue/

Universidad de Deusto
Biblioteca

niẽt uniuerso orbi. Nullam (inquis) patriã, nullum locum noſtris tẽporibus non affligi aut tribulari certum eſt: ſicut dictũ eſt, Præ timore & expectatione quæ ſuperuenient uniuerſo orbi. Si ergo iſta mala quæ nunc patitur genus humanum, certa ſunt indicia iam dominum eſſe uen-
1 Theſ.5 turum, quid eſt quod ait Apoſtolus, Cum dixerint pax & ſecuritas: Cum enim dixiſſet Euangelium, Areſcẽtibus hominibus præ timore & expectatione: continuo ſubiũxit, Nam uirtutes cœlorum mouebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. Videamus itaq; ne forte melius intelligatur, non eo modo impleri, quę præ dicta ſunt illis uerbis, ſed tunc potius eſſe uentura quando ſic erit tribulatio uniuerſo orbi, ut ad B eccleſiam pertineat quæ uniuerſo orbe tribulatur, non ad eos qui tribulabunt eam. Ipſi enim dicturi ſunt, Pax & ſecuritas: ut repentinus illis ſuperueniat interitus, & eos aduentus domini ſicut fur in nocte comprehendat, quando econtrario gaudebunt & exultabũt, qui diligunt manifeſtationem domini. Nunc aũt iſta mala quæ tanquam ſumma & extrema creduntur, utriq; genti & utriq; regno, & Chriſti ſcilicet & diaboli uidemus eſſe cõmunia. Pariter quippe his & boni affligimur et mali, nec eſt qui dicat, pax & ſecuritas ubicunq; contingunt, uel metuitur ne contingãt. Inter quæ tamen mala adhuc uſq; quaq; frequentantur luxuriosa conuiuia, feruet ebrioſitas, auaricia graſſatur, perſtrepũt laſciui C cãtus, organa, tibiæ, lyræ, citharæ, teſſeræ, multa & uaria genera ſonorum atq; ludorum. Hocine eſt areſcere præ timore, an potius madeſcere præ libidine? Sed hæc filij tenebrarum abundantius habebunt, & exercebunt cum dixerint Pax & ſecuritas. Quid ipſi filij lucis & filij dei, qui non ſunt in tenebris, ut eos tãquam fur dies ille comprehendat? Nónne adhuc utuntur hoc mundo tanq; non utentes? Quia & ſi ante multos annos apoſtolorũ temporibus dictum eſt, pia tamen ſolicitudine cogitant quod dictũ eſt, Tempus breue eſt. Nónne à maxima parte eorum nouellatur, ædificatur, emitur, poſſidetur, geruntur adhuc honores, ducũtur uxores? de ijs loquor qui expectãtes dominum ſuum, quando D ueniat à nuptijs, non ſe tamen abſtinent à carnalibus nuptijs, ſed obedientiſſima charitate audiunt Apoſtolum præcipiẽtem quemadmodum uiuere debeant uxores cum uiris, uiri cum uxoribus, filij cum parentibus, parentes cum filijs, ſerui cum dominis, domini cum ſeruis. Nónne hi omnes in his omnibus utuntur hoc mundo? Arant, nauigant, comparant, generant, militãt, adminiſtrant. Puto quod non erunt ſic, quando erunt quæ in Euangelio prædicta ſunt, ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſuræ gentium prę confuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient uniuerſo orbi, nam uir- A tutes cœlorum mouebuntur. Hæc quippe in eccleſia melius exiſtimo intelligi, ne dominus leſus appropinquãte ſecundo aduentu ſuo ea pro magno prædixiſſe uideatur, quæ huic mũdo, & ante primum eius aduentum conſueuerant euenire, & irrideamur ab eis qui hæc quæ uelut nouiſſima & omnium maxima horreſcimus, plura in hiſtoria gentium, & multa maiora legerũt. Eccleſia eſt enim ſol & luna & ſtellę, cui dictum eſt: Speciosa ſicut luna, electa ſicut ſol. Ab hac adoratur Ioſeph noſter in hoc mundo uelut in Aegypto ex humillimo ſublimatus. Nam illum Ioſeph mater certe adorare non potuit, quæ ante defuncta eſt quàm Iacob ueniſſet ad filium, ut illius ſomnij prophetici ueritas adimplenda Chriſto domino ſeruaretur. Quando enim ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorũ commouebuntur: ſicut ab alijs duobus Euangeliſtis hic locus cõmemoratus eſt, eccleſia non appare bit, impijs tunc perſequutoribus ultra modum ſæuientibus, & remoto timore tanquã arridente mundi felicitate dicẽtibus, Pax & ſecuritas: tunc ſtellę cadent de cœlo & uirtutes cœlorum commouebuntur, quoniam multi qui gratia fulgere uidebantur, perſequentibus cedent & cadent, & quidam fideles firmiſſimi turbabuntur. Idem autem ſecũdum Matthæum & Marcum, poſt tribulationem dierum illorum dicitur hoc futurum, non quia tranſacta tota illa perſequutione accidẽt iſta, ſed quia præcedet tribulatio, ut ſequatur quorũdam defectio: & quia per omnes dies illos ita fiet, propterea poſt tribulationem dierũ illorum, ſed tamen in eiſdem diebus fiet. Quod ergo dictum eſt ſecũdum Lucam, Et Luc. in terris preſſuræ gentium: gentes uoluit intelligi non pertinẽtes ad ſemen Abrahæ, in quo benedicentur omnes gentes, ſed gentes quæ ad ſiniſtram ſtabunt, quando congregabuntur ante iudicem uiuorum & mortuorum omnes gẽtes. Vtraq; pars enim erit in omnibus gẽtibus, una quæ premat, altera quæ prematur. Vna quæ dicat, Pax & ſecuritas: altera, in qua ſol obſcuretur, & non det luna lumen ſuũ, & de qua cadant ſtellæ, & in qua uirtutes cœlorum moueãtur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. Quod uideo duobus modis accipi poſſe, ſiue in eccleſia tanquã in nube uenientem, ſicut etiam nunc uenire non ceſſat, ſecundum id quod ait, Amodo Mat. uidebitis filium hominis ſedentem à dextris uirtutis, & uenientẽ in nubibus cœli: ſed ideo tunc cum poteſtate magna & maieſtate, quia maior poteſtas & maieſtas illius apparebit ſanctis, quibus magnam uirtutem dabit, ne tanta perſequutione uincãtur: ſiue in corpore ſuo in quo ſedet ad dexteram patris, in quo etiam mortuus eſt et reſurrexit & aſcendit in cœlum, ſecundũ quod Actu. ſcriptum eſt in Actibus apoſtolorũ: His dictis nubes ſuſcepit eũ, & ſublatus eſt ab eis. Et quia illic

illic etiam dictũ eſt ab angelis: Sic ueniet quem A admodum uidiſtis eum euntem in cœlum: merito credendus eſt, non ſolum in eodem corpore, uerũetiam in nube uenturus: quoniam ſic uenìet ſicut abijt, & nubes eum ſuſcepit abeũtem. Sed horum duorum quid hic potius eligẽdum ſit, iudicare difficile eſt. Promptior quidem ſenſus eſt, ut quiſq; cum audierit uel legerit, Et tunc uidebũt filium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate: ipſum prorſus accipiat eius aduẽtum, non per eccleſiam, ſed per ſeipſum, quando uenturus eſt ad uiuos & mortuos iudicandos. Sed quoniam ſcripturæ ſcrutandæ ſunt, nec earum ſuperficie debemus eſſe contenti, quæ ad exercitationẽ noſtram ita modificatæ ſunt, ut altius ſe penetrari uelint, diligẽ B ter ſunt inſpicienda ſequẽtia. Cum enim dixiſſet: Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate: adiunxit atq; ait: His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita ueſtra, quoniam appropinquat redemptio ueſtra. Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficulneã et omnes arbores, cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniã prope eſt æſtas: ita & uos cum uideritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnum dei. Cum ergo dicit, Cum uideritis hæc fieri: quæ intellige- Mat.3 re poterimus, niſi ea quæ ſupra commemorata ſunt? In his eſt autem etiam quod ait: Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum Mat.26 poteſtate magna & maieſtate. Proinde etiã hoc C cum uiſum fuerit, non iam erit regnum dei, ſed Mar.13 prope erit. Hunc ordinẽ uidemus & duos alios euangeliſtas tenere. Apud Marcum enim cum dictum eſſet, Et uirtutes quę ſunt in cœlis mouebuntur. Et tunc, inquit, uidebũt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute multa & gloria. Deinde ſubiungit quod Lucas non dixit, Et tunc mittet angelos ſuos & cõgregabit electos ſuos à quatuor uẽtis, à ſummo terræ uſq; ad ſummum cœli: quod ille de ficu & de alijs arboribus, iſte de ſola ficu ponens. A ficu autem diſcite, inquit, parabolã, cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas: ſic & uos cum uideritis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtijs. Quid D eſt, Cum uideritis hæc fieri: niſi ea quæ ſupra dixit: In quibus eſt etiam illud quod ait: Et tũc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute multa & gloria: Et tũc mittet angelos ſuos, & congregabit electos ſuos. Non itaq; tunc erit finis, ſed tunc erit in proximo. An dicẽdum eſt, non omnia quæ ſupra commemorata ſunt eſſe intelligenda, ubi ait: Cum uideritis hęc fieri, ſed aliqua eorum, hoc uidelicet excepto quod dictum eſt: Et tunc uidebunt filium hominis uenientem, &c. Ipſe quippe finis erit, non tunc proximus erit. Sed Matthæus aperuit, nullis exceptis, eſſe accipiẽdum quod poſitum eſt, Cum uideritis hęc fieri, Nam & apud ipſum cũ dictum eſſet, Et uirtutes cœlorum mouebũtur, & tunc apparebit, inquit, ſignum filij hominis Mat.24. in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebũt filium hominis uenientem in nubibus cœli in uirtute multa & maieſtate, & mittet angelos ſuos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis, à ſummis cœlorum uſque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici diſcite parabolam, Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas: Ita & uos cum uideritis hęc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Tunc ergo ſcimus prope eſſe cum uiderimus, nõ aliqua eorum ſed hęc omnia, in quibus & hoc eſt quod uidebitur filius hominis uenies, & mittet angelos ſuos, & de quatuor mundi partibus, id eſt de toto orbe terrarum cõgregabit electos ſuos: quod tota hora nouiſſima facit, ueniens in ſuis membris tanquam in nubibus, uel in tota ipſa eccleſia quod eſt corpus eius, tanquam in nube magna fructificante atq; creſcente in uniuerſo mũdo, ex quo cœpit prædicare & dicere: Agite pœnitẽtiam, appropinquauit enim regnum cœlorum: ita ut fortaſſe omnia quæ ab his tribus euangeliſtis dicta ſunt de eius aduentu, diligentius inter ſe collata atq; diſcuſſa, inueniantur ad hoc pertinere, quod quotidie uenit in corpore ſuo, quod eſt eccleſia: de quo aduentu ſuo dixit, Amodo uidebitis filium hominis ſedẽtem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli: exceptis his locis, ubi ab eo ille aduẽtus ultimus in ſeipſo, quãdo eſt uiuos iudicaturus & mortuos, ita promittitur ut propinquare dicatur: Et quod in ultimo ſermonis ſecundum Matthæũ ipſe omnino aduentus euidẽter exprimitur, cuius ſuperius quibuſdam ſignis propinquitas intelligenda monſtratur. Ad hoc quippe apud Matthæum ſermo ipſe concluditur: Cum autem uenerit filius ho- Mat.25 minis, inquit, in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes: & cætera uſq; ad illud ubi ait: Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in uitam æternã. Hoc enim nullus ambigit de Chriſti aduẽtu nouiſſimo, & de fine ſeculi prędictum fuiſſe. Nam & illas quinq; & quinq; uirgines, non defuerũt qui non contemptibili diſputatione docere uoluerint ad hunc eius aduentum, qui nunc fit per eccleſiam, pertinere. Sed hæc non ſunt temere pollicẽda, ne aliquid occurrat quod ualide contradicat, præſertim quia in talibus diuinorũ eloquiorum obſcuritatibus, quibus noſtras intelligentias deo placuit exercere, non ſolum alius alio mouetur acutius eorum qui ſcripturas ſanctas non improbabiliter tractant, ſed etiam quilibet unus illorum, aliquando minus, aliquãdo melius intelligit. Neſcio tamen utrũ intueri aliquid certius in hac quæſtione poſſemus, ſi ulla ratiõe ſeu facultate poſſemus, quàm illud quod in epiſtola priore iam poſui, quando euangelio

Universidad de Deusto
Biblioteca

mũdus uniuersus impleatur. Quod enim putat A uenerabilitas tua, iam hoc per ipsos apostolos factum, non ita esse certis documentis probaui. Sunt enim apud nos, hoc est, in Aphrica, Barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondum esse prædicatum Euangelium, ex ijs qui ducuntur inde captiui & Romanorũ seruitijs iam miscentur, quotidie nobis addiscere in promptu est. Pauci tamen anni sunt, ex quo quidã eorum rarissimi atq; paucissimi, qui pacati Romanis finibus adhærent, ita ut non habeant reges suos, sed super eos præfecti à Romano constituantur imperio, & illi ipsi eorũ præfecti Christiani esse cœperunt. Interiores autẽ qui sub nulla sunt potestate Romana, prorsus nec religione Christiana in suorum aliquibus detinẽtur, neq; ullo modo recte dici potest, istos ad promissionem Dei nõ pertinere. Non enim Romanos, sed omnes gentes dominus semini Abrahæ, media quoq; iuratione promisit: ex qua promissione iam factum est, ut nonnullæ gentes quæ non tenentur ditione Romana, reciperent euãgelium & adiungerẽtur ecclesiæ, quæ fructificat & crescit in uniuerso mundo. Adhuc enim habet quò crescat, donec fiat quod de Christo in Salomonis figura prophetatũ est: Dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ. A flumine scilicet ubi baptizatus est, quia inde cœpit euangeliũ prædicare. A mari autem usq; ad mare totus est orbis cum omnibus gentibus, quoniam mari Oceano cingitur uniuersus. C Quomodo autem implebitur aliter illa prophe-
Psal. 85 tia: Omnes gentes quotquot fecisti uenient, & adorabunt coram te domine? Non enim de locis suis migrando uenient, sed in locis suis credendo. De credentibus quippe dominus dixit:
Io. 6 Nemo potest uenire ad me, nisi datum fuerit ei à patre meo. Propheta autẽ dicit: Et adorabunt eum unusquisq; de loco suo, omnes insulæ gentium. Omnes insulæ dixit, tãquam diceret, etiã omnes insulæ: hinc ostendens quàm nulla pars relinquatur orbis terrarum, ubi non sit ecclesia, quando nulla relinquitur insularum, quarũ non nullæ etiam in Oceano sunt constitutę, & quasdam earum Euangelium iam susceпisse didicimus: atq; ita & in insulis singulis quibusque impletur quod dictũ est, Dominabitur à mari usq; D ad mare, quo unaquæq; insula cingitur, sicut in uniuerso orbe terrarum, quę tanquam omnium quodammodo maxima est insula, quia et ipsam cingit Oceanus, ad cuius littora in Occidentalibus partibus ecclesiam peruenisse iam nouimus, & quocunq; littorum nondum peruenit, peruentura est utiq; fructificando atq; crescendo. Si ergo quia prophetia ueritatis mẽtiri non potest, necesse est ut omnes gentes quotquot fecit deus adorent eum, quomodo adorabunt eũ,
Rom. 10 nisi inuocent eum? Quomodo autẽ inuocabũt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierũt? Quomodo autem audient sine prædicante? Aut quomodo prædicabunt, nisi mittãtur? Mittit enim angelos suos & congregat electos suos à quatuor uẽtis, id est ab uniuerso orbe terrarum. In quibus ergo gentibus nondum est ecclesia, oportet ut sit, non ut omnes qui ibi fuerint credãt: Omnes enim gentes promissæ sunt, nõ omnes homines omnium gentium. Non enim omniũ est fides. Credit ita quę omnis gens in omnibus qui electi sunt ante constitutionem mundi, in cæteris non credit & credentes odit: quomodo enim & illud implebitur, Eritis odio omnibus gentibus propter no- Matth men meum: nisi in omnibus gẽtibus sint, & qui oderint, & quos oderint: Quo pacto igitur ab apostolis est prædicatio ista completa, quando B adhuc usq; sunt gentes, quod certissimũ est nobis, in quibus modo cœpit & in quibus nõdum cœpit impleri? Non itaq; sic dictum est apostolis, Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iu- Actũ dæa & Samaria & usq; in extremum terræ, tanquam ipsi soli quibus tunc loquebatur tantum munus fuerint impleturi: sed sicut eis solis uidetur dixisse quod dixit, Ecce ego uobiscum sum Matth usq; in cõsummationem seculi: quod tamẽ eum uniuersæ ecclesiæ promisisse, quæ alijs morientibus alijs nascentibus hic usq; in seculi consummationem futura est, quis non intelligat? sicut eis & illud ait quod ad eos omnino nõ pertinet, & tamen sic dictum est, tanquam ad solos etiam pertineret, Cũ uideritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Ad quos enim hoc pertinet, C nisi ad eos qui in carne tunc erunt cum omnia complebũtur? Quanto magis illud quod ex magna parte per eos agendum fuit, quamuis & posteris eorum eadem actio seruaretur? Quod autem dixit Apostolus: Nunquid non audierunt? In omnem terram exijt sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum: quamuis loquutus sit præteriti temporis uerbis, tamẽ quod futurum fuerat dixit, non quod iam factum atq; complẽtum: sicut ipse propheta quo usus est teste, non ait, In omnem terram exiturus, sed exijt, inquit, sonus eorum, quod utiq; nondum factum erat: quale est etiam illud, Foderunt manus meas & Psal. pedes meos: quod tam longe postea factum nouimus. Sed ne istas tantum propheticas loquu- D tiones non & apostolicas fuisse credamus, nón ne idem apostolus ait, Quę est ecclesia dei uiui, 1. Tim columna & firmamentũ ueritatis. Et sine dubio magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in gentibus, creditum est in mũdo, assumptum est in gloria. Nempe manifestũ est hoc quod in extremo posuit, etiam nunc nondum esse completum, quanto magis tunc quando ista dicebantur. Ecclesia quippe tunc assumetur in gloria quãdo dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ: & tamen tãquam factum fuisset, hoc dictum est quod certo sciebatur futurum. Multo minus mirandum

randum est quod etiam uerbis presentis tempo- A ris usus est in eo quod illum identidẽ dixisse memorasti, propter spem quæ reposita est nobis, quam ante audistis in uerbo ueritatis euangelij, quod aduenit in uos, sicut & in omni mũdo est fructificans & crescens, quãuis euangeliũ nondum tenebat uniuersum: sed fructificare illud in uniuerso mundo dixit & crescere, ut ita significaret, quousq; fuisset fructificãdo & crescendo uenturum. Si ergo latet quando ecclesia fructificante atq; crescente uniuersus omnino à mari usq; ad mare orbis implebitur, proculdubio latet quãdo finis erit, ante quippe non erit. Vt autem tibi tanquam sancto homini dei, & synceриssimo fratri aperiã de hac quæstione quid sentiam, error quidem in utroq; uitandus est, quan- B tum ab homine uitari potest, siue citius siue tardius quàm futurum est, dominus uenturus esse credatur. Sed mihi quisquam non uidetur errare, cum aliquid nescire se scit, sed cum putat scire quod nescit. Remoueamus itaque de medio
Luc. 12 seruũ illum malum, qui dicẽs in corde suo, Moram facit dominus meus uenire, dominatur cõ seruis suis, & ebriosis conuiuando miscetur: iste quippe proculdubio domini sui odit aduẽtum. Quo seruo malo remoto, cõstituamus ante oculos tres seruos familiam dominicam diligenter sobrieq; tractantes, aduentum domini sui sitienter desiderantes, uigilanter expectãtes, fideliter amantes. Si unus eorum citius, alter tardius dominum putat esse uenturũ, tertius uero suam de C hac re ignorantiam confitetur, quanquã omnes consonent euangelio, quia omnes diligunt manifestationem domini, & eam desiderãter & uigilanter expectant, uideamus tamen quis amplius consonet. Vnus dicit, Vigilemus & oremus, quia citius uenturus est dominus. Alter dicit, Vigilemus & oremus, quia breuis & incerta est uita, quãuis tardius uenturus sit dominus. Tertius dicit, Vigilemus & oremus, qa & breuis & incerta est ista uita, & nescimus tempus quando uẽturus est dominus. Euangeliũ dicit,
Mar. 13 Videte, uigilate, & orate, nescitis enim quando tẽpus sit. Obsecro te quid aliud dicere audimus hunc tertium, q̃ quod dicere audimus euangelium? Omnes quidẽ prę desiderio regni dei hoc D uolunt esse uerum quod dicit primus, sed hoc secundus negat, tertius uero nõ negat aliquid horum, sed ignorare se fatetur quis uerum dicat illorum. Proinde si hoc factum fuerit quod prædixerat primus, gaudebunt cum illo secũdus & tertius. Omnes enim manifestationẽ domini diligunt. Exultabunt itaq; citius uenisse quod diligunt. Si autem factũ non fuerit, & apparere cœperit, hoc potius esse uerum quod dicebat secũdus, metuendum est ne inter ipsas moras perturbentur, qui crediderãt quod dixerat primus, & incipiant domini aduẽtum non tardum putare sed nullum, qui uides quãtus sit interitus animarum. Quod si tantæ fidei fuerint, ut se ad secũdi prædicta conuertant, & dominũ etiam tardantem fideliter & patiẽter expectent, abundabũt tamen opprobria & insultatiões atq; irrisiones inimicorum multos infirmos à Christiana fide auertentium, dicendo tam fallaciter eis regnum esse promissum, q̃ fallaciter dicebatur cito esse uenturum. Qui autem credunt quod secundus dicit, tardius dominum esse uenturum, si falsum fuerit inuentum citius domino ueniente, nullo modo qui ei crediderant turbabũtur in fide, sed inopinato gaudio perfruentur. Quapropter qui dicit dominum citius esse uenturum, optabilius loquitur, sed periculosius fallitur. Vtinam ergo sit uerum, quia erit molestum si non erit uerum. Qui autem dicit dominũ tardius esse uẽturum, & tamen credit, sperat, amat eius aduentũ, profecto de celeritate eius, etiam si fallitur, feliciter fallitur. Habebit enim maiorem patientiam si hoc ita erit, maiorem lætitiam si nõ erit. Ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationẽ domini, ille auditur suauius, isti creditur tutius. Qui aũt quid horum sit uerũ ignorare se confitetur, illud optat, hoc tolerat, in nullo eorũ errat, quia nihil eorum aut affirmat aut negat. Obsecro te ut me talem non spernas, quia & ego te diligo id affirmantem quod uerum esse desidero, & tanto magis nolo fallaris, quanto magis amo quod polliceris, & quanto magis uideo periculosum si falleris. Da ueniam si onerosus tui sanctis sensibus tuis. Quanto enim rarius prouenit, tanto me tecum saltem per literas loqui diutius delectauit.

Augustinus Eudoxio Abbati monachorum insulæ Capрariæ, exhortans ut otio ad pietatẽ non ad ignauiam utantur, & ubi ecclesia requirat illorum operam, ne detrectent. Epist. LXXXI

Domino dilecto & exoptatissimo fratri & compresbytero Eudoxio & qui tecũ sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres, in dn. S.

q Vando quietem uestram cogitamus quam habetis in Christo, etiam nos, quãuis in laboribus uarijs aspersiq; uersemur, in uestra charitate requiescimus. Vnum enim corpus sub uno capite sumus, ut & uos in nobis negocioси, & nos in uobis ociosi simus. Quia si patitur unum membrũ, D compatiũtur omnia membra: & si glorificatur 1 Cor. 12 unum membrum, congaudent omnia membra. Admonemus ergo & petimus & obsecramus per Christi altissimam humilitatẽ & misericordissimam celsitudinẽ, ut nostri memores sitis in sanctis oratiõibus uestris, quas uos uigilãtiores & magis sobrias habere credimus: nostras em sæpe sauciat & debilitat caligo & tumultus seculariũ actionũ, quas & si nostras nõ habemus, eorum tamen qui nos angariant mille passus, et iubemur ire cum eis alia duo, tantæ nobis ingeruntur ut uix respirare possimus: credẽtes tamẽ q̃ ille in cuius conspectu intrat gemitus compeditorum, perseuerantes nos in eo ministerio, in quo dignatus est collocare cum promissa mer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cede,adiuuantibus orationibus uestris ab omni
16.q.1.uos autem fratres
angustia liberabit. Vos autem fratres exhorta/
mur in domino ut propositū uestrum custodia/
tis,& usq; in finē perseueretis:ac si quā operam
uestrā mater ecclesia desiderauerit,nec elatione
auida suscipiatis,nec blandiente desidia respua
tis,sed miti corde obtemperetis deo,cum man/
suetudine portantes eum qui uos regit,qui diri
gít mites in iudicio,qui docet mansuetos uias
suas.Nec uestrū ocium necessitatibus ecclesiæ
præponatis,cui parturiēti si nulli boni ministra
re uellent,quomodo nascereminí non inuenire/
tis.Sicut autem inter ignem & aquam tenenda
est uia,ut nec exuratur homo nec demergatur:
sic inter apicem superbiæ & uoraginem desidię
iter nostrū temperare debemus,sicut scriptum
est,Non declinantes neq; ad dexteram neq; ad
sinistram.Sunt enim qui dum nimis timent ne
quasi in dexteram rapti extollātur,in sinistram
lapsi demergūtur.Et sunt rursus qui dum nimis
se auferunt à sinistra,ne torpida uacationis mol
licie sorbeantur,ex altera parte iactantiæ fastu
corrupti atq; cōsumpti,in faullam fumum q; ua
nescunt.Sic ergo dilectissimi,diligite ocium,ut
uos ab omni terrena delectatione refrenetis,&
memineritis nullum locum esse,ubi non possit
laqueos tēdere qui timet ne reuolemus ad deū,
& inimicū omnium bonorum cuius captiui fui
mus uindicemus,nullamq; nobis esse perfectā
requiem cogitemus,donec trāseat iniquitas,&
in iudicium iustícia conuertatur.Item cum ali/
quid strēnue atq; alacriter agitis & impigre ope
ramini,siue in orationibus,siue in ieiunijs,siue
in eleemosynis,uel tribuentes aliquid indigen/
tibus,uel donātes iniurias,sicut & deus in Chri
sto donauit nobis,siue edomantes pernicioſas
consuetudines castigantesq; corpus,& seruitu/
ti subijcientes,siue sufferētes tribulationem,&
ante omnia uos ipsos inuicē in dilectione:quid
enim sufferat qui fratrem non sufferit,siue prospi
cientes astutiam atq; insidias tentatoris,& scu/
to fidei iacula eius ignita repellētes & extinguē
tes,siue cantantes & psallentes in cordibus ue/
stris domino,uel uocibus à corde non dissonis,
omnia in gloriā dei facite,qui operatur omnia
in omnibus.ita feruentes spiritu,ut in domino
laudetur anima uestra:ipsa est enim actio recti
itineris,quæ oculos semper habet ad dominū,
quoniā ipse euellet de laqueo pedes.Talis actio
nec frangitur negocio,nec frigida est ocio,nec
turbulenta,nec marcida est,nec audax,nec fu/
gax,nec præceps,nec iacēs.Hæc agite,& deus
pacis erit uobiscum.Nec importunū me existi/
met charitas uestra,quia uobis uel per epistolā
loqui uolui.Nō enim hoc uos monui,quod uos
non arbitror facere,sed credidi me non parum
cōmendari deo à uobis,si ea quæ munere illius
facitis,cum alloquutionis nostræ memoria fa/
ciatis.Nam & ante iam fama & nūc fratres qui
uenerunt à uobis,Eustathius & Andreas,bonū
Christi odorem de uestra sancta conuersatione
ad nos attulerunt.Quorum Eustathius in eam
requiem præcessit,quæ nullis fluctibus sicut in/
sula tūditur,nec Capraríam desiderat,quia nec
cilicio iam quærit indui.

Augustinus Largo dira perpesso,admonet ut uel ex afflictione reddatur melior. Epistola LXXXII

Domino insigni & præstantissimo & desideran
tissimo filio Largo,Augustinus in domino S.

a Ccepi literas eximietatis tuæ, qui/
bus me ad te petis ut scriberē.Quod
quidem non desiderares,nisi & hoc
quod me posse scribere existimasti,
gratum haberes atq; iucundum.Id autem est,ut
uana seculi huius si inexperta concupisti,exper
ta contēnas.Fallax est enim in eis suauitas etiā,
& infructuosus labor,& perpetuus timor,& pe
riculosa sublimitas.Initium sine prudentia,& fi
nis cum pœnitentia.Ita se habent omnia quę in
ista mortalitatis ærumna cupidius q; prudētius
appetuntur.Alia est autem spes piorum,alius la
boris fructus,alia periculorum merces.Nam in
hoc mundo non timere,non dolere,non labora
re,nō periclitari impossibile est.Sed plurimum
interest qua causa,qua expectatione,quo termi
no ista quisq; patiatur.Ego quidem cum amato
res seculi huius intueor,nescio quādo possit esse
ad eorū animos sanandos opportuna sapientia:
quādo enim res uelut prosperas habent,fastu re
spuunt salubres monitus,& quasi anilem repu/
tant cantilenā:quādo autem in aduersis agunt,
magis cogitant euadere unde ad presens angun
tur,q; capere unde curentur,& unde perueniāt
ubi angi omnino non possint.Aliquādo tamen
quidā cordis aures admouent,atq; adhibent ue
ritati,rarius inter prospera,crebrius inter aduer
sa,sed tamen pauci sunt,ita enim prædicti sunt:
inter quos te esse cupio,quia ueraciter diligo do
mine insignis & præstantissime ac desiderātissi
me fili.Hæc admonitio tibi sit mea resalutatio,
quia & si te deinceps talia perpeti qualia pertu/
listi nolo,plus tamen doleo hæc ipsa te sine ali/
qua in melius uitæ mutatione fuisse perpessum.

Augustinus Chrysino,consolans ne deficiat in aduersis. Epistola LXXXIII

Domino uere ac merito charissimo & prædicā/
do fratri Chrysino,Augustinus in domino S.

r Vmor ad me detulit,Deus faciat ut
non sit,sic te animo pturbatū,ut mul
tum mirer prudētiam tuam & Chri/
stianum animum parum cogitare re/
rum terrenarū cōditionem,nullo modo æquari
posse cœlestibus,ubi cor nostrū & spes nostra
collocanda est.Vir cordate,nūquid aut totum
bonum tuum in his rebus erat quas nūc uideris
amittere:aut tam magnum bonum illa deputa/
bas,ut eo subtracto sic tenebrescat mens nimia
tristitia,quasi lumen eius,nō deus,sed terra sit?
Audiui enim,iam dixi,deus faciat ut falsum au
dierim,quod tibi manus etiam uelles inferre,
quod

quod melius nō credo,aut ascēdisse in cor tuū,
aut exisse de ore tuo.Sed tamen quia ita pertur/
batus es,ut hoc de te dici potuerit,grauiter de
te cōtristatus,hoc literarū alloquio putaui con/
solandam charitatē tuam,quanquam non dubi
tem dominū deum nostrum,in corde tuo loqui
meliora.Noui enim q; pio studio semper audie
ris uerbū eius.Erige itaq; animū frater in Chri
sto charissime,deus noster non perit à suis,nec
perdet suos:uult autem monere nos q; sint hæc
fragilia & incerta,quæ nimis diligūt homines,
ut soluamus ab eis uinculū cupiditatis,per qd'
implicatos nos trahunt,& totum amorē nostrū
consuefaciamus in eū currere,in quo nulla dam
na timeamus.Ipse te hortatur per ministeriū no
strum,uiriliter cogites te fidelem esse Christia/
num,& eius redemptū esse sanguine,qui nō so/
lum æterna sapiētia,sed etiam per mala præsen
tia,docuit nos tēperanter prospera seculi huius
contemnere,& fortiter aduersa tolerare,eius se
licitatis mercedem pollicēs quam nemo possit
à nobis auferre.Scripsi sane etiam ad uirum lau
dabilem comitem,quam epistolam in tuo erit
arbitrio utrum dari uelis.Nam per quem detur
non dubito deesse non posse,adiuuāte domino
uel episcopum uel presbyterum uel quemlibet.

Augustinus Caio,quem sua disputatione traxerat ad ecclesiā:mittit illi suos libros legendos & iudicādos, adhortās ut perseueret in bono proposito.LXXXIIII

Caio Augustinus.

u Tabs te absceſſimus,dici nō potest
quāta suauitate nos perfuderit recor
datio tui,ac sæpe perfundat.Recoli/
mus enim ardore inquisitionis tuæ,
cum esset mirabilis,non fuisse perturbatā mode
stiam disputandi.Nam neq; flagrantius percon
tantem,neq; tranquillius audientem,quenq; fa
cile inuenerim.Vellem itaq; tecū multū loqui,
non enim multū esset,quantūcūq; esset si tecum
loquerer.Sed quia difficile est,qd opus est cau/
sas quærere?Prorsus difficile est:erit fortasse ali
quādo facillimū,ita deus uelit,nunc certe aliud
est.Dedi ergo negociū fratri,per quem literas
misi,ut omnia nostra legenda præbeat pruden/
tissimæ charitati tuæ.Non enim aliquid meum
inculcabit inuito:noui enim quid benignitatis
in nos animo geras,quæ tamen lecta probaue/
ris,uera peruideris,nostra esse nō putes,nisi qa
data sunt,eoq; te cōuertas licet,unde tibi quoq;
est ut ea probares datum.Nemo enim quod le/
gít,in codice ipso cernit uerū esse,aut in eo qui
scripserit,sed in seipso potius,si eius mēti quod
dam non uulgariter candidū,sed à fece corpo/
ris remotissimū lumen ueritatis impressum est.
Quod si falsa aliqua atq; improbanda compere
ris,de humano nubilo irrorata scias,& ea uere
nostra esse non dubites.Hortarer aūt te ad quæ/
rendum,nisi uidere mihi uiderer hiantia quæ dā
ora cordis tui,hortarer etiam,ut quod uerum co
gnoueris uiriliter teneas,nisi patefeceris cuidē/
tissimum robur animi & consilij tui.Totū enim
se mihi breui tempore discussis corporeis tegu/
mētis,quod in te uiuit,aperuit.Neq; ullo modo
siuerit domini nostri misericordissima prouidē
tia,ut catholico Christi gregi,tu uir tam bonus
& egregie cordatus alienus sis.

Augustinus Cōsentio,rūdet deū omniū rerū esse simplicissimū,minimeq; corporeū aut materialē. LXXXV

Augustinus Consentio.

c Ogitatiònis carnalis cōpositionē ua
numq; figmentū,ubi uera ratio labe
factare incipit,cōtinuo illo intus ad/
iuuante atq; illumināte,qui cum tali/
bus dolis in cordibus nostris habitare non uult,
ita ista confringere atq; à fide nostra quodāmo/
do excutere festinamus,ut ne puluerē quidē ul/
lum phantasmatū illic remanere patiamur.Quā
obrem nisi rationē disputatiōis qua forinsecus
admoniti,ipsa intrinsecus ueritate lucente hæc
falsa esse ꝑspicimus,fides in corde nostro ante
cessisset,quę nos indueret pietate,in cassum que
uera sunt audiremus.Ac per hoc quoniā id qd'
ad eā pertinebat fides egit,ideo subsequēs ratio
aliquid eorū quæ inquirebat inuenit.Falsę itaq;
ratiōi,nō solū ratio uera,qua id quod credimus
intelligimus,uerūetiā fides ipsa rerū nondū in/
tellectarum sine dubio præferēda est:melius est
em quāuis nondū uisum credere quod uerū est,
q; putare te uerū uidere quod falsum est.Habet
nāq; fides oculos suos,quibus quodāmodo uidet
uerū esse quod nōdū uidet,& quibus certissime
uidet nōdū se uidere quod credit.Porro aūt qui
uera ratiōe iam quod tantū modo credebat in/
telligit,profecto præponēdus est ei qui cupit ad
huc intelligere quod credit:si autē nec cupit,&
ea quę intelligēda sunt,credēda tantūmodo exi
stimat,cui rei fides prosit ignorat.Nā pia fides
sine spe & sine charitate esse non uult.Sic igitur
homo fidelis debet credere quod nondū uidet,
ut uisionē & speret & amet.Et uisibiliū quidē re
rum præteritarū quæ tēporaliter transierūt sola
fides est,quoniā non adhuc uidēda sperant,sed
facta & trāsacta credunt:sicut est illud qd' Chri
stus semel pro peccatis nostris mortuus est et re
surrexit,nec iam moritur,& mors ei ultra nō do
minabit.Ea uero quæ nōdū sunt,sed futura sūt,
sicut nostrorū spiritaliū corporū resurrectio,ita
credunt ut etiā uidēda sperent,sed ostēdi modo
nullo possunt modo.Quæ uero ita sunt ut neq;
prætereāt neq; futura sint,sed æterna ꝑmaneāt,
partim sūt inuisibilia sicut iusticia sicut sapiētia,
partim uisibilia sicut Christi immortale iā cor/
pus.Sed inuisibilia intellecta cōspiciunt,ac per
hoc & ipsa modo quodā sibi cōgruo uidētur,&
cū uidētur multo certiora sunt q; ea quæ corpo
ris sensus attingit:sed ideo dicunt inuisibilia,qa
oculis istis mortalib⁹ uideri omnino nō possūt.
At illa quæ uisibilia sunt permanētia,possunt si
ostēdātur etiā his mortalib⁹ oculis cōspici,sicut
se discipulis post resurrectionē dominus ostē/

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit,sicut & iam post ascensionē apostolo Paulo A
& Stephano diacono. Proinde ista uisibilia per
manentia credimus,ut etiam si non demōstren
tur,speremus ea nos quandoq; uisuros. Nec ea
tenemur ratione intellectuq; comprehendere,
nisi ut ea quia uisibilia sunt ab inuisibilibus di
stinctius cogitemus:& cum cogitatione qualia
sint imaginamur,satis utique nouimus ea nobis
nota non esse. Nam & Antiochiam cogito in
cognitam,sed non sicut Carthaginē cognitam.
Illam quippe uisionē cogita io mea fingit,hanc
recolit:nequaquam tamen dubito siue quod de
illa testibus multis,siue quod de ista meis aspe
ctibus credidi. Iusticiam uero & sapientiam &
quicquid eiusmodi est,non aliter imaginamur,
aliter contuemur, sed hæc inuisibilia simplici B
mentis atq; rationis intētione intellecta conspi
cimus sine ullis formis & molibus corporali
bus,sine ullis liniamentis figurisq; membrorū,
sine ullis localibus finibus,sine spacijs infinitis.
Ipsumq; lumen quo cuncta ista discernimus,in
quo nobis satis apparet, quid credamus inco
gnitum, quid cognitū teneamus, quam formā
sensu corporis recordemur,quā cogitatione fin
gamus,quid corporis sensus attingat,quid ima
ginetur animus simile corpori,quid certum &
omnium corporum dissimile intelligentia con
templetur. Hoc ergo lumen ubi hæc cuncta di- 12. de Gen. ad
iudicantur,non utiq; sicut huius solis & cuiusq; literam cap. 6
corporei luminis fulgor per localia spacia cir- & 7
cumq; diffunditur mentemq; nostram quasi uisi C
bili candore illustrat,sed inuisibiliter & ineffa
biliter,& tamen intelligibiliter lucet,tamq; no
bis certum est,quàm nobis efficit certa quæ se
cundum ipsum cuncta cōspicimus. Cum igitur
tria sint rerum genera quæ uidentur:unum cor
poralium,sicut hoc cœlum & terra & quicquid
in eis corporeus sensus cernit & tāgit: Alterum
simile corporalibus,sicut sunt ea quæ spiritu co
gitata imaginamur, siue recordata uel oblata
quasi corpora cōtuemur,unde sunt etiam uisio
nes quæ uel in somnis,uel in aliquo mentis ex
cessu his localibus quantitatibus ingeruntur:
Tertium abutroq; discretum,quod neq; sit cor
pus neq; habeat ullam similitudinem corporis,
sicut est sapientia quæ mente intellecta conspi D
citur,& in cuius luce de his omnibus ueraciter
iudicatur:in quo istorum genere credēdum est
esse istam quam nosse uolumus trinitatem? Pro
fecto aut in aliquo,aut in nullo. Si in aliquo,eo
utiq; quod est alijs duobus præstantius,sicut est
sapiētia. Quod si donum eius in nobis est,& mi
nus est quàm illa summa & incōmutabilis quæ
dei sapientia dicitur,puto quod non debemus
dono suo inferius cogitare donantem. Si autem
aliquis splendor eius in nobis est,quæ nostra sa
pientia dicitur,quātumcq; eius per speculum &
in ænigmate capere possumus,oportet eam &
ab omnibus corporum similitudinibus secerna
mus. Si autem in nullo istorum genere esse pu
tanda est ista trinitas,& sic est inuisibilis ut nec
mente uideatur,multo minus de illa huiusmodi
opinionem habere debemus,ut eam rebus cor
poralibus uel corporalium rerum imaginibus
similem esse credamus. Non enim corpora pul
chritudine molis aut magnitudine superat,sed
dissimilitudine aut disparilitate naturę:& si dis
creta est à cōparatione bonorum animi nostri,
qualia sunt sapientia,iusticia,charitas,& cętera
talia,quæ profecto non mole corporis pendi
mus,nec eorum quasi corporeas formas cogita
tione figuramus,sed ea quando recte intelligi
mus sine aliqua corpulētia uel similitudine cor
pulentiæ in luce mentis aspicimus,quāto est ab
omnium qualitatum & quātitatum corporalium
comparatione discretior:non eam tamen à no
stro intellectu omnino abhorrere Apostolus te
stis est,ubi ait,Inuisibilia enim à constitutione
mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspi
ciuntur,sempiterna quoq; eius uirtus ac diuini
tas. Ac per hoc cum eadē trinitas fecerit & cor
pus & animam,sine dubitatione est utroq; præ
stantior. Anima ita considerata maxime huma
na & rationalis atq; intellectualis quæ ad eius
imaginem facta est,si cogitationes nostras & in
telligentias nō euicerit,sed eius quod habet prę
cipuum,id est ipsam mentem atq; intelligētiam
mente atq; intelligentia potuerimus apprehen
dere,non erit fortassis absurdū,ut eam ad suum
quoq; creatorem intelligendum ipso adiuuante
meditemur attollere:si autem in seipsa deficit si
biq; succumbit,pia fide contenta sit quandiu pe
regrinat à domino,donec fiat in homine quod
promissum est,faciente illo qui potens est,sicut
ait Apostolus,facere supra quàm petimus aut 1. Cor.
intelligimus. Restat itaq; ut ita credamus unius 13. Ephe.
substantiæ trinitatem,ut ipsa essentia non aliud
sit quàm ipsa trinitas. Ad quam uidendā quan
tumlibet in hac uita proficiamus,per speculum
erit & in ænigmate quod uidebimus. Cum uero
quod in resurrectione promittitur spiritale cor
pus habere cœperimus,siue illā mente,siue mi
rabili modo,quoniā ineffabilis est spiritalis cor
poris gratia,& corpore uideamus,non tamen
per locorum interualla,nec in parte minorem,
in parte maiorem,quoniam non est corpus,&
ubiq; tota est,pro nostra capacitate uidebimus.
Quod uero posuisti in epistola tua,uideri tibi,
uel potius quod uidebaꝰ tibi,nihil uiuū secūdū
substantiā inesse iusticiæ,ideoq; te non posse ad
huc deū,id est uiuentē naturā iusticiæ similē co
gitare:quia iusticia sicut dicis,nō in se sed in no
bis uiuit,imo nos potius secūdū illam uiuimus,
ipsa uero per se iusticia nequaq̄ uiuit: Ad hoc ut
tibi̇ipse respōdeas,illud intuere,utrū recte dici
possit uitā ipsā non uiuere,qua fit ut uiuat q̄q̄d
non falso dicimus uiuere. Puto em̄ absurdū tibi
uideri,ut per uitā uiuatur,& uita non uiuat. Por
rò si uita ipsa præcipue uiuit,qua uiuit omne qđ
uiuit,recole obsecro quas dicit scriptura diuina
animas

animas mortuas,profecto inuenies iniustas,im A
pias,infideles. Nam licet per illas uiuant corpo
Mat.8 ra impiorum,de quibus dictum est,quòd mor
tui sepeliant mortuos suos:& ibi intelligantur
etiam iniquæ animæ non esse sine aliqua uita:
non enim aliter ex eis possent corpora uiuere,
nisi qualicunq; uita qua omnino animæ carere
non possunt,unde immortales merito uocātur:
non tamen ob aliud amissa iusticia dicūtur mor
tuæ,nisi quia & animarū,licet immortaliter ui
ta qualicunq; uiuentium,uerior & maior uita iu
sticia est tanquam uitarum:quæ cum sunt in cor
poribus,etiam ipsa corpora uiua sunt,quæ per
seipsa uiuere nequeūt. Quapropter si animæ nō
possunt nisi etiam in seiplis utcunq; uiuere,quia
ex eis uiuunt & corpora,à quibus deserta mo B
riuntur:quantomagis uera iusticia etiam in seip
sa uiuere intelligenda est,ex qua sic uiuunt ani
mæ,ut hac amissa mortuæ nuncupentur,quam
uis quantulacunq; uita non desinant uiuere. Ea
porrò iusticia quæ uiuit in seipsa,proculdubio
deus est atq; incōmutabiliter uiuit. Sicut autem
cum sit in seipsa uita,etiam nobis fit uita cū eius
efficimur participes:ita cum in seipsa sit iusti
cia,etiam nobis fit iusticia,cum ei cohærendo
iuste uiuimus,& tanto magis minus ue iusti su
mus, quanto magis illi minus ue cohæremus.
Vnde scriptum est de unigenito filio dei,cum
sit utiq; patris sapiētia atq; iusticia,& semper in
seipso sit,quòd factus sit nobis à deo sapiētia &
iusticia,& sanctificatio & redēptio. Vnde quē C
admodum scriptum est,Qui gloriatur,in domi
no glorietur. Quod quidem & ipse uidisti addē
do atq; dicendo,nisi forte non hæc humanæ æ
quitatis,sed illa quæ deus est sola esse asseratur
iusticia. Est planè ille summus Deus uera iusti
cia,uel ille uerus deus summa iusticia,quā pro
fecto esurire & sitire debemus,ea nostra est in
hac peregrinatione iusticia:& qua postea satu
rari,ea nostra est in ęternitate plena iusticia. Nō
ergo deum nostræ iusticiæ similem cogitemus,
sed cogitemus nos potius tanto similiores deo,
quāto esse poterimus eius participatione iustio
res. Si ergo cauendum est,ne iusticiæ nostræ si
milem putemus deum,quoniam lumen quod il
luminat,incomparabiliter excellentius est illo D
quod illuminatur,quāto magis caueri oportet,
ne aliquid inferius & quodammodo decolora
tius eū esse credamus quàm est nostra iusticia.
Quid est autem aliud iusticia cum in nobis uel
quælibet uirtus qua recte sapienterq; uiuitur,q̄
interioris hominis pulchritudo:Et certe secun
dum hanc pulchritudinem magis quàm corpo
ris,facti sumus ad imaginem. Vnde nobis dici
Rom.12 tur:Nolite conformari huic seculo,sed renoua
mini in nouitate mentis uestræ,ad probandum
uos,quæ sit uoluntas dei,quod bonum & bene
placitum & perfectum. Si ergo nō in mole neq;
in distantibus per loca sua partibus sicut corpo
ra siue cernuntur siue cogitantur,sed in uirtute
intelligibili qualis est iusticia,mentem dicimus
seu nouimus seu uolumus pulchram,& secun
dum hanc pulchritudinem reformamur ad ima
ginem dei,profecto ipsius dei qui nos reforma
uit & reformat ad imaginem suam,non aliqua
mole corporea suspicāda est pulchritudo,eoq;
iustorum mentibus credēdus est incomparabi
liter pulchrior,quo est incōparabiliter iustior.

Augustinus Casulano presbytero,de ieiunio sabba
ti ac reliquorum dierum aduersus Vrbicum quen
dam,qui stultissime de hac re scripserat. LXXXVI

Dilectissimo & desideratissimo fratri & com
presbytero Casulano,Augustinus in dn. S.

Escio unde sit factum,ut primis tuis
n literis meas non redderem,non ta
men tui cōtemptu id me fecisse scio.
Nam & studijs tuis & ipso sermone
delector,teq; in ista ætate iuuenili proficere in
uerbo dei & abundare ad ædificationem eccle
siæ,& opto & exhortor. Nūc uero scriptis tuis
alteris sumptis,quibus tibi tandem aliquādo re
spondeam iure charitatis,in qua unum sumus,
fraterno & æquissimo flagitas,differēdum tuæ
dilectionis ulterius desiderium nō putaui,& in
ter arctissimas occupationes meas suscepi isto
me debito apud te absoluere. Quod ergo me cō
sulis,utrum liceat sabbato ieiunare:Respōdeo,
si nullo modo liceret,profecto quadraginta cō
tinuos dies,nec Moyses nec Helias,nec ipse do
minus ieiunasset. Verum ista ratione concludi
tur etiam dominico die non illicitum esse ieiu
nium. Et quisquis tamen hunc diem ieiunio de
cernendum putauerit,sicut quidam ieiunantes
sabbatum obseruant,non paruo scādalo erit ec
clesiæ:nec immerito. In his enim rebus de qui- Dist. 11. cap.
bus nihil certi statuit scriptura diuina,mos po- in his
puli dei uel institutа maiorum pro lege tenenda
sunt. De quibus si disputare uoluerimus,& ex
aliorum consuetudine alios improbare,orietur
interminata luctatio,quæ labore sermocinatio
nis cū certa documenta nulla ueritatis insinuet,
utiq; cauendū est,ne tēpestate contētionis sere
nitas charitatis obnubiletur. Quod periculū ui
tare neglexit,cuius mihi proximam disputatio
nem,ut ei responderē cum tuis prioribus literis
existimasti esse mittendā. Non autem usq; adeo
mihi spacia temporū larga sunt,ut ea refellēdis
singulis sententijs eius impendā,quæ alijs ope
ribus magis urgētibus explicādis habeo necessa
ria. Sed de eo quo te mihi in tuis epistolis ostē
dis ingenio quod in te donum dei admodū dili
go,eundē sermonē cuiusdam(ut scribis) Vrbici
paulo diligētius ipse considera,& uidebis eum
penè uniuersam ecclesiam Christi,ab ortu solis
usq; ad occasū scilicet uerbis iniuriosissimis ne
quaquam lacerare timuisse. Nec dixerim penè
uniuersam,sed planè uniuersam. Nā neq; ipsis
quorū cōsuetudinē sibi uidetur defendere,inue
nitur pepercisse Romanis,sed quomodo in eos
quoq; redūdet conuiciorū eius impetus nescit,

quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam non aduertit. Nam cum eum argu/
menta deficiũt quibus probet sabbato ieiunan
dum, in luxurias epularum & temulenta conui/
uia & nequissimas ebrietates insultabundus in/
uehitur, quasi nõ ieiunare, hoc sit inebriari. Qđ
si hoc est, quid ergo prodest Romanis sabbato
ieiunare? quandoquidẽ alijs diebus quibus non
ieiunant, necesse est eos secundum disputatio/
nem huius ebriosos & uentricolas iudicari. Por
rò si aliud est grauare corda in crapula & ebrie/
tate, quæ semper est malum, aliud est autem mo
destia & temperãtia custodita relaxare ieiuniũ,
quod certe cum fit die dominico, reprehensorẽ
non habet Christianũ, prandia prius sanctorũ a
uoracitate & ebriositate uentricolarum iste dis/
cernat, ne Romanos ipsos quando non ieiu/
nant uentricolas faciat, & tunc inquirat, non
utrum liceat inebriari sabbato, quod nec die do
minico licet, sed utrum nec sabbato ieiunãdum
sit, sicut dominico non solet. Quod utinam sic
quæreret, aut sic affirmaret, ut toto terrarum or/
be diffusam, exceptis Romanis, & adhuc pau/
cis Occidẽtalibus, apertissime non blasphema/
ret ecclesiam. Nunc uero quis ferat per omnes
Orientales, & multos etiam Occidentales po/
pulos Christianos de tot tantisq; famulis famu
labusq; Christi, sabbato sobrie modesteq; pran
dentibus, ab isto dici, quod in carne sint & deo
placere nõ possint, & quod de illis sit scriptum:
Recedant iniqui à me, uiam eorum nosse nolo,
& quod sint uentricolæ, Iudæam ecclesiæ præ/
ponentes, & ancillæ filios, & lege non iusta, sed
uoluptuaria, consulentes uentri, non disciplinæ
succumbentes, & quod caro sint & mortem sa/
piant, & cætera huiusmodi. Quæ si de uno quo/
piam dei famulo diceret, quis eum audire, quis
nõ deuitare deberet? Cum ergo his opprobrijs
atq; maledictis insectatur ecclesiam per totum
mundum fructificantem atq; crescẽtem, & die
sabbati penè ubiq; prandentem, admoneo quis/
quis est, ut sese cohibeat. Nam cuius me nomen
ignorare uoluisti, profecto de illo me iudicare
noluisti. Filius hominis, inquit, sabbati domi/
nus est. In quo maxime bene quàm male facere
licet. Si ergo male facimus quando prãdemus,
nullo die dominico bene uiuimus. Quod autẽ
fatetur apostolos sabbato mãducasse, & dicit ut
tunc ieiunaretur temporis non fuisse, propter
quod ait dominus: Venient dies ut auferatur
sponsus ab eis, & tunc ieiunabunt filij sponsi,
quia tunc tempus gaudij, & nunc tempus est lu
ctus: Primum attẽdere debuit, quòd illic domi/
nus de ieiunio non de sabbati ieiunio loqueba/
tur. Deinde cum uult intelligi luctum ieiunio, ci
bo gaudium deputãdum, cur non cogitat quic/
quid est illud quod significare deus uoluit in eo
quod scriptum est, eum die septimo requieuisse
ab omnibus operibus suis, non ibi luctum signi
ficatum esse sed gaudiũ: nisi forte dicturus est,
in illa requie dei & sanctificatione sabbati gau/

Mat. 9

Gen. 2

dium Iudæis, luctum significatum esse Christia
nis. Et tamẽ nec quãdo sanctificauit deus diem
septimũ, quia in illo requieuit ab omnibus ope
ribus suis, aliquid de ieiunio uel prandio sabba/
ti expressit: nec cum postea populo Hebræo de
ipsius diei obseruatione mãdauit, aliquid de ali
mentis uel sumendis uel non sumẽdis loquutus
est. Vacatio tantum hominum à suis, uel à serui
libus operibus imperatur, quam prior populus
in umbra accipiens futurorũ, sic uacauit ab ope
ribus, quemadmodũ nunc Iudæos uacare con/
spicimus, non (ut putatur) Iudæis carnalibus nõ
recte intelligẽtibus, quod non recte intelligunt
Christiani. Neq; enim melius hoc intelligimus
quàm prophetæ, qui tamen in eo tempore quo
ita fieri oportuit, seruauerunt hanc sabbati uaca
tionem, quam Iudæi putant adhuc esse seruan/
dam. Vnde illud est, quod lapidare deus homi
nem iussit, qui sabbato ligna collegerat, nusquã
autem legimus lapidatum, uel aliquo dignũ sup
plicio iudicatum, siue ieiunantem sabbato siue
prandentem. Quid tamen horum duorum quiẽ
ti cõueniat, quid labori, iste ipse uiderit, qui gau
dium manducantibus, luctum ieiunantibus de/
putauit, ubi de ieiunio respõdens ait: Non pos/
sunt lugere filij sponsi, quãdiu cum eis est spon/
sus. Quod autẽ propterea dicit sabbato apostо/
los manducasse, quia nondũ erat tempus ut sab
bato ieiunarent: quod scilicet ueterum traditio
prohibebat: nũquid ergo erat tempus ut sabba/
to non uacarẽt? Nónne & hoc traditio ueterum
prohibebat, & uacare cogebat, & tamẽ eo ipso
sabbato die, quo Christi legimus mãducasse di/
scipulos, uulserũt utiq; spicas quod sabbato nõ
licebat, quia ueterum traditio prohibebat? Vi/
deat igitur ne congruẽtius ei respõdeatur: ideo
dominum die illo à discipulis hæc duo fieri uo/
luisse: unum de spicis uellendis, alterum de ali/
mentis sumendis: ut illud esset aduersus eos qui
sabbato uolunt uacare, hoc autem aduersus eos
qui cogunt sabbato ieiunare: cum illud mutato
tẽpore iam superstitiosum esse significasset: hoc
autem utroque tempore liberum esse uoluisset.
Neq; id confirmando dixerim, sed quid ei mul/
to aptius quàm sunt ea quæ loquitur responderi
possit ostenderim. Quomodo, inquit, non cum
Pharisæo damnabimur bis in sabbato ieiunan/
tes? tãquam Pharisæus ideo damnetur, quia bis
in sabbato ieiunabat, & non quia super Publica
num se tumidus extollebat. Potest autem iste di
cere, etiam illos qui omnium fructuum suorum
decimas dant pauperibus cum Pharisæo dam/
nari, quia hoc quoq; ille inter sua opera prædi/
cabat, quod cupimus à multis fieri Christianis;
& uix paucissimos inuenimus: Aut uero qui
non fuerit iniustus, adulter & raptor, cum Pha/
risæo damnabitur, quia ille se talem non esse ia/
ctabat, quod certe quisquis sentit, insanit. Por/
rò si hæc sine dubio bona quæ sibi Pharisæus
inesse commemorabat, non habenda sunt cum
super

superbiente iactantia quæ in illo apparebat,
sed tamen habẽda sunt cum pietate humili quæ
in illo non erat: sic & bis in sabbato ieiunare in
homine qualis fuerat ille Pharisæus, infructuo/
sum est, in homine autem humiliter fideli uel fi/
deliter humili religiosum est, quamuis euangeli
ca scriptura, nõ dixerit damnatum Pharisæum,
sed magis iustificatũ dixit publicanum. Verum
si hoc modo putat iste intelligendũ quod ait do
minus: Nisi abundauerit iustitia uestra plus q̃s
scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in re
gnum cœlorum, ut nisi amplius quàm bis in sab
bato ieiunemus, hoc præceptum non possimus
implere, bene quòd septem dies sunt qui uolu/
mine temporũ per sua uestigia reuocãtur. Cum
ergo ex his biduum quisq; detraxerit, ne sabba/
to dominicoq; ieiunet, remanent dies quinq; in
quibus Pharisæum superare possit bis in sabba/
to ieiunantem. Puto enim quòd si ter in sabba/
to quis ieiunat, iam superat Pharisæum qui bis
in sabbato ieiunabat. Quod si & quater, uel etiã
ut nullus dierum excepto sabbato & dominico
prætermittatur in hebdomade quinquies ieiu/
natur, quod multi in uita sua faciunt, maxime in
monasterijs cõstituti: non solum Pharisæus qui
bis in sabbato ieiunabat, uerum etiam Christia/
nus qui quarta & sexta feria & ipso sabbato ie/
iunare cõsueuit, quod frequẽter Romana plebs
facit, in labore ieiunij superabitur: & tamen ne/
scio quis iste, ut dicis, urbicus disputator, etiam
si quis quinq; continuis præter sabbatum & do
minicum diebus ita ieiunet, ut nullo die omni/
no reficiat corpus, eum carnalẽ uocat, quasi ci/
bus & potus cæteris diebus nõ pertineat ad car
nem, & uentricolam iudicat, quasi solius sabba/
ti prandium descendat in uẽtrem. Huic sanè nõ
sufficit quod ad uincendũ Pharisæum iam suffi
cit, ut ter in sabbato ieiunetur, sed excepto do/
minico sex cæteris diebus ita ieiunare compel/
lit, ut dicat, antiqua remota labe, duo in carne u/
na Christi iam sub disciplina manentes, non de
bent cum filijs sine lege & cum principibus So
domorum, & cum plebe Gomorræ sabbatorũ
uoluptaria cõuiuia exercere, sed cum sanctimo/
niæ incolis ac deo deuotis solenni & ecclesiasti
co iure magis ac magis legitime ieiunare, ut sex
dierum uel leuis error, ieiunij, orationis & elee/
mosynæ fontibus abluatur, quo possimus domi
nica alogia refecti omnes æquali corde digne
cantare: Saturasti domine animam inanem, &
potasti animã sitientem. Ista dicens & à frequen
tia ieiunandi solum diem dominicũ excipiens,
non tantũ Orientis & Occidẽtis populos Chri
stianos in quibus sabbato nemo ieiunat, uerum
& ipsam Romanam ecclesiam improuidus &
incautus accusat. Cum enim dicit, Sub disципli/
na Christi manentes, non debere cum filijs sine
lege, cum principibus Sodomæ, cum plebe Go
morræ uoluptaria sabbatorum exercere conui/
uia, sed cum sanctimoniæ incolis ac deo deuo/

Mat. 5

tis, solenni & ecclesiastico iure magis ac magis
legitime ieiunare, ac deinde definiẽs quid sit le/
gitime ieiunare, subiũgit & dicit, ut sex dierum
uel leuis error, ieiunij, orationis & eleemosynæ
fontibus abluat: profecto eos qui minus quàm
sex diebus in hebdomade ieiunant, non putat
legitime exercere ieiunium, nec deo esse deuo/
tos, nec maculas erroris quæ de ista mortalitate
contrahuntur abluere. Videant ergo Romani
quid agant, quia etiam ipsi nimium cõtumelio/
se huius disputatione tractantur, apud quos om
nibus istis sex diebus præter paucissimos cleri/
cos aut monachos quotus quisq; inuenitur, qui
frequẽtet quotidiana ieiunia, maxime quia ibi
ieiunandum quinta sabbati non uidetur. Dein/
de quæro, Si uniuscuiusq; diei uel leuis error ip/
sius diei ieiunio soluitur uel abluitur: sic enim di
cit, ut sex dierũ uel leuis error ieiunij quoq; fon
tibus abluatur: quid faciemus de illo errore qui
subrepserit dominico die, in quo scandalum est
ieiunare? Aut si die ipso nullus Christianis er/
ror obrepit, uideat homo iste qui uẽtricolas tan
quam magnus ieiunator accusat, quantum ho/
noris & utilitatis uentribus tribuat, si tunc non
erratur quando prandetur. An forte in ieiunio
sabbati tantum bonum cõstituit, ut aliorum sex
dierum, hoc est ipsius etiã dominici, uel leuem
sicut dicit errorem solum ieiunium sabbati pos/
sit abolere, & solo ipso die non erretur, quo to/
to utiq; ieiunatur? Quid est ergo quod diem do/
minicum sabbato uelut Christiano iure præpo/
nit? Ecce secundũ ipsum dies sabbati multo san
ctior inuenitur, in quo & nõ erratur cum eius to
to spacio ieiunatur, & eodem ieiunio sex cętero
rum dierũ, ac per hoc ipsius dominici error ab/
luitur: puto quod tibi non placet ista præsũptio.
Iam uero cum se hominẽ spiritalem uideri uelit,
& tanquam carnales pransores sabbati accuset,
attende quemadmodũ dominici diei non par/
co prãdio reficiatur, sed alogia delectetur. Quid
est autem alogia, quod uerbũ ex Græca lingua
usurpatũ est, nisi cum epulis indulgetur, ut à ra/
tionis tramite deuietur? Vnde animalia ratiõe
carentia dicũtur aloga, quibus similes sunt uen/
tri dediti, propter quod immoderatũ conuiuiũ,
quo mens in qua ratio dominat, ingurgitatione
uescendi ac bibendi quodãmodo obruitur, alo/
gia nũcupatur. Insuper etiam propter cibum ac
potum non mẽtis sed uentris alogia diei domi/
nici dicit esse cantandum, Saturasti domine ani
mam inanem, & potasti animam sitientem. O
uirum spiritalem, ô carnalium reprehensorem,
ô magnum ieiunatorẽ & non uentris cultorem,
ecce qui nos admonet ne lege uẽtris, legem do/
mini corrũpamus, ne panẽ cœli uendamus esca
terrena. Et adiungit, Quia esca Adam paradiso
perijt, esca Esau primatus amisit. Ecce quid di/
cit, Est enim Satanæ usitata calumnia, tentatio
uentris, cui modicum suadet ut auferat totum.
Et horum, inquit, interpretatio præceptorum

uentrico

Universidad de Deusto
Biblioteca

uentrícolas minus incuruat. Nónne his uerbis
suis id agere uidetur, ut etiam die dominico ie-
iunẽ? Alioquin sanctior erit sabbati dies, quo
dominus in monumẽto requieuit, quàm domi-
nicus quo à mortuis resurrexit. Sanctius est em
profectò sabbatum, si secundum uerba huius in
sabbato per ieiunium peccatum omne uitatur,
& quod diebus aliis cõtractum est, aboletur: In
dominico autem per escam uentris tẽtatio non
cauetur, & diabolicæ calumniæ locus datur, &
paradiso peritur, et primatus amittitur. Quid er
go est quod rursus sibi ipse cõtrarius admonet,
ut non prandio modesto, sobrio, Christiano, re
ficiamur dominico die, sed in alogia lætantes
plaudentesq; cantemus: Saturasti domine ani-
mam inanem, & potasti animã sitientem? Nem
pe si tunc non erramus quando ieiunamus, &
aliorum sex dierum errores tunc abluimus cum
sabbato ieiunamus, nullus erit die dominico de
terior; nullus sabbato melior. Crede dilectissi-
me frater, nemo legem, sicut iste intelligit, nisi
qui non intelligit. Si enim Adam non cibus sed
prohibitus cibus perdidit, & Esau nepotem san
cti Abrahæ non esca, sed usq; ad contemptũ sa-
cramenti, quod in primatu suo habuit, concupi
ta esca dãnauit, sic à sanctis & fidelibus pie prã-
detur, quemadmodũ à sacrilegis & incredulis
impie ieiunatur. Præponitur ergo dies domini
cus sabbato fide resurrectionis, non consuetudi
ne refectionis, aut etiam uinolentæ licentia can
tionis. Moyses, inquit, quadraginta diebus pa-
nem non manducauit, nec bibit aquam. Cur au
tem hoc dixerit, subiunxit atq; ait: Ecce Moy-
ses amicus dei, nubis inquilinus, delator legis,
& populi dux, ter bina sabbata ieiunio cele-
brans, non offensam, sed meritum collocauit.
Nunquid attendit quid huic possit consequen-
ter opponi? Quia utiq; si Moysi ieiunantis pro
pterea ponit exemplũ, quoniam in illis quadra-
ginta diebus, ter bina, sicut loquitur, sabbata ie
iunauit, & ex hoc uult persuadere, ut sabbato ie
iunetur: ex hoc ergo persuadeat, ut & domini-
co ieiunetur, quia in illis quadraginta diebus ni
hilominus Moyses ter binos dominicos ieiuna
uit. Sed addit ac dicit: Et adhuc cũ Christo do-
minicus dies imminenti ecclesiæ seruabatur.
Quod cur dixerit, nescio. Si em propterea quia
multomagis ieiunãdum est, postea quàm uenit
cum Christo dominicus dies: ergo, quod absit,
etiam ipso dominico ieiunetur. Si autẽ timuit,
ne propter dierum quadraginta ieiunium obij-
ceretur etiam dominico ieiunandũ, & ideo ad-
didit, quòd adhuc cum Christo imminenti ec-
clesiæ dies dominicus seruabatur, ut uidelicet
ea causa intelligatur ieiunasse Moyses etiã die
qui sequitur sabbatum, quia nondum uenerat
Christus, per quem factus est ipse dies domini-
cus, quo nõ expediat ieiunari: cur ipse Christus
quadraginta diebus similiter ieiunauit? Cur nõ
in illis diebus quadraginta ter binis qui seque-

A bantur sabbatum, ieiunium soluit, ut iam domi-
nici diei prandium commendaret etiam ante re
surrectionem suam, sicut sanguinẽ suum potan-
dum dedit ante passionẽ? Vides certe dierum
quadraginta ieiunium, quod iste cõmemorat,
sic ad rem non pertinere ut sabbato ieiunemus,
quomodo ad rem non pertinet ut dominico ie-
iunemus. Prorsus non attẽdit, quid ei de die do
minico possit opponi, quando sicut accusanda
sunt ebriosa conuiuia, & omnis uorax ac temu-
lenta luxuries, sic accusat prandia sabbatorum,
cum possint & ipsa esse modestorum atq; sobrio
rum. Et ideo non est illi ad singula respoñden-
dum, quoniam pro sabbati prandio uitia luxu-
riæ reprehendendo, eadem atq; eadem sæpe di
B cit, aliud non inueniendo quod dicat, nisi quod
inaniter & ad rem non pertinens dicit. Vtrum
non sit sabbato ieiunandũ quæritur, non utrum
sabbato non sit luxuriandum, quod nec domini
co faciunt qui deum timent, quãuis in illo utiq;
non ieiunent. Quis autem diceret quod iste au-
sus est dicere: Quomodo, inquit, pro nobis, aut
per nos rata erunt deo aut digna, quæ nos sancti
ficata die ad peccatum cogunt? Sanctificatam
diem sabbati confitetur, & ad peccatũ dicit co-
gi homines quia prandetur. Ac per hoc secun-
dum istum, aut dies dominicus sanctificatus nõ
est, & incipit esse sabbatũ melius: aut si est & do
minicus dies sanctificatus, ad peccatũ cogimur
quia prandemus: & conatur testimoniis proba-
C re diuinis, sabbato ieiunandum. Sed unde hoc
probet omnino non inuenit. Manducauit, in-
quit, & bibit Iacob uinum, & satiatus est, & re-
cessit à deo salutari suo, & ceciderunt una die ui
ginti tria milia: quasi dictum sit, Prandit sabba-
to Iacob, & recessit à deo salutari suo. Et Apo-
stolus quando commemorauit cecidisse tot mi-
lia, non ait, Neq; prandeamus sabbato sicut illi
pranderunt: sed ait, Neq; fornicemur sicut qui-
dam eorum fornicati sunt, & ceciderũt una die
uiginti tria milia. Quid sibi etiam uult quod ait,
Sedit autem populus manducare & bibere, &
surrexerunt ludere. Posuit quidem & Aposto-
lus hoc testimoniũ, sed ut à seruitute idolorum
non à sabbati prandio prohiberet. Sabbato au-
tem illud factum esse iste non probat, sed ut libi
tum est suspicatur. Sicut autem fieri potest ut ie
iunetur, & cum ieiunium soluitur si quis ebrio-
sus est, tunc inebrietur: ita fieri potest ut non ie-
iunetur, & si temperantes sunt homines, mode-
stissime prandeatur. Quid est ergo quod sabba
ti uolens persuadere ieiunium, adhibet Aposto
lum testem dicentem, Nolite inebriari uino, in
quo est omnis luxuria, quasi diceret, Nolite prã
dere sabbato, quia ibi est omnis luxuria. Sicut
autem hoc præceptum apostolicum, ne inebri-
entur uino in quo est omnis luxuria, obseruatur
à Christianis deum timentibus quando prande
tur die dominico, ita obseruatur quando pran-
detur & sabbato. Vt expressius, inquit, erranti-
bus

bus contradicam, nemo ieiunio & si non pro-
mereatur offendit, porrò & non offendere pro-
mereri est. Quis hoc diceret, nisi qui nollet con
siderare quid diceret? Ergo Pagani quando ie-
iunant, non ideo magis offendunt deum? Aut si
de Christianis uoluit quod dixit intelligi, quis
non deum offendet, si uelit cum scandalo totius
quæ ubiq; dilatata est ecclesiæ, die dominico ie
iunare? Deinde subiicit testimonia de scriptu-
ris ad causam quam suscepit nihil ualentia. Ieiu-
nio, inquit, Helias paradiso donatus in corpore
regnat: quasi ieiuniũ non prædicent qui sabba-
to non ieiunant, sicut ieiunium prædicat, qui ta
men die dominico non ieiunant. Aut Helias eo
tempore ieiunauerit, quo populus dei etiam sab
bato ieiunabat. Quod autem respondimus de
B quadraginta diebus ieiunij Moysi, hoc deputa
esse respondendum & de quadraginta diebus
Heliæ: Ieiunio, inquit, Daniel leonum siccam ra
biem illæsus euasit: quasi legerit quod sabbato
ieiunauerit, aut etiam cum ipsis leonibus sabba
to fuerit, ubi tamen legimus quod & prandarit.
Ieiunio, inquit, trium fida germanitas ignibus
coruscanti carceri dominata regi hospitio susce
ptum dominum adorauit. Hæc exempla sancto
rum, nec ad persuadendum cuiuscũq; diei ieiu-
nium ualent, quantominus sabbati, quandoqui
dem non solum non legitur tres uiros sabbato
fuisse missos in caminum ignis ardẽtem: sed ne
illud quidẽ legitur, tandiu illic eos fuisse, ut pos-
sit quisquam dicere eos ieiunasse, imò uero uix
C unius horæ spatium est, quo eorũ confessio hym
nusq; cãtatur. Nec amplius inter illas flammas
innoxias deambulauerũt quàm canticum illud
terminauerũt. Nisi forte ab isto etiam unius ho
ræ spacium ieiunio deputatur. Quod si ita est,
non habet quod succenseat pransoribus sabba-
ti. Vsq; ad horam enim prandij multo cũ in illo
camino prolixius ieiunatur. Adhibet & illud a-
Rom.14. postoli testimoniũ, ubi ait: Non est regnum dei
esca & potus, sed iusticia & pax, & gaudium in
spiritu sancto. Et regnum dei ecclesiam uult in-
telligi in qua dominus regnat. Obsecro te, nun-
quid hoc agebat Apostolus, cum ista loquere-
tur, ut sabbato à Christianis ieiunaretur? Sed
nec de ipso cuiuscunq; diei ieiunio loquebatur,
D cum hæc diceret. Dictum est enim aduersus eos
qui more Iudæorum secundum ueterem legem
in obseruatione quorundam ciborum putabant
esse mundiciam, & ad eorum fratrum admoni-
tionem, per quorum escam & potum indifferẽ-
ter acceptũ scandalizabãtur infirmi. Ideo cum
dixisset: Noli illum in esca tua perdere, pro quo
Christus mortuus est: Et, Non ergo blasphemetur bonum nostrum: tunc adiunxit, Non enim
est regnum dei esca & potus, &c. Nam sicut uer
ba hæc apostoli intelligit, ut regnũ dei quod est
ecclesia, nõ sit in esca & potu, sed in ieiunio, nõ
dico sabbatis ieiunare, sed nũquam omnino ci-
bum ac potũ sumere deberemus, ne de isto dei

A regno unquam recederemus. Puto autem quia
isto conferente aliquanto religiosius die domi-
nico ad ecclesiam pertinemus, quãdo tamen &
ipso concedente prandemus. Cur, inquit, sacri-
ficium potiori domino charum murmuramus
offerre, quod spiritus desiderat & angelus lau-
dat? Deinde adiungit angeli testimoniũ dicen-
tis: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Tob.12.
Quid dixerit, potiori domino, nescio, nisi forte
scriptor errauit, & te fugit, ut quod mihi legen-
dum misisti non emendares. Sacrificiũ ergo do
mino charum ieiuniũ uult intelligi, quasi de ie-
iunio uersetur hæc quæstio, & nõ de ieiunio sab
bati. Neq; enim dominicus dies sine sacrificio
quod deo charum est peragitur, quia nõ ieiuna-
B tur. Sequitur adhuc & ingerit testimonia à cau-
sa quam defendendam suscepit penitus aliena.
Immola, inquit, deo sacrificium laudis, & istam
uocem diuini Psalmi uolens ad quod agitur ne-
scio quomodo cõnectere, Vtiq;, inquit, non san
guinis aut ebrietatis cõuiuium, quo non laudes
debitæ deo, sed blasphemiæ diabolo suffragãte
syluescunt. O improuidam præsumptionẽ. Nõ
ergo immolatur sacrificiũ laudis dominico die
quia non ieiunatur, sed agitur ebrietatis conui-
uium & blasphemiæ diabolo suffragante sylue-
scunt. Quod si nefas est dicere, intelligat non ie
iunium significare in eo quod scriptum est, Im-
mola deo sacrificium laudis. Ieiunium quippe Psal.49
certis diebus & maxime festis nõ agitur. Sacri
ficium uero laudis ab ecclesia toto orbe diffusa
diebus omnibus immolat. Alioquin quod nul-
lus, non dico Christianus, sed nec insanus dice-
re auderet, dies illi quinquaginta post pascha us
q; ad pentecosten quibus non ieiunatur, erũt se
cundum istum à sacrificio laudis alieni, quibus
tantũmodo diebus in multis ecclesiis, in omni-
bus autem maxime cantatur Alleluia, quam uo
cem laudis esse nullus Christianus quãlibet im-
peritus ignorat. Confitetur tamẽ etiam ipso die
dominico nõ in ebrietate, sed in iucũditate prã-
deri, cum dicit, debere nos ex Iudæis & Genti-
bus multis Christiani nominis fide paucos ele-
ctos, uespertino sabbatorũ incenso, pro pecudũ
uictimis ieiunium deo placitũ laudibus immo-
lare, cuius feruore cremata deficiant opera deli
ctorum. Et magne, inquit, exaudiet nos à nobis
auditus, et erunt nobis domus ad manducandũ
& bibendum, non in ebrietate, sed in iucundita
te dominica celebritate perfecta. Tũc enim eu-
logia, nõ (ut superius ait) alogia celebratur. Sed
quid eum offendit sabbati dies quem dominus
sanctificauit, ignoro, ut in eo nõ putet posse mã
ducari & bibi cum tali iucunditate quæ careat
ebrietate, cum sic ante sabbatum ieiunare possi
mus, quomodo dicit ante dominicũ sabbato ie-
iunandũ: an cõtinuo biduo pranderi nefas esse
arbitratur? Videat ergo quanta afficiat cõtume
lia ipsam quoq; Romanã ecclesiam, ubi & his
hebdomadibus, in quibus quarta & sexta & sab

bato ieiunatur,tribus tamen diebus continuis, A
dominico ſcilicet ac deinde ſecũda & tertia prã
detur. Ouiũ uitã certum eſt,inquit,arbitrio pen
Eſa.5 dere paſtorum. Sed uę qui dicunt,quod bonum
malum,& tenebras lucem,& lucẽ tenebras,&
amarum dulce,& dulce amarum. Quid ſibi ue/
lint hæc uerba eius,non ſatis intelligo. Si enim
hæc ſcribis,ſicut Vrbicus dicit,in urbe plebs
pendens ex paſtoris arbitrio cum epiſcopo ſuo
ieiunat ſabbato. Si autem ad te iſta ſcripſit,quia
in epiſtola tua & ipſe quiddam tale ſcripſiſti,nõ
tibi perſuadeat urbem Chriſtianam ſic laudare
ſabbato ieiunantem,ut cogaris orbem Chriſtia
num damnare prandentẽ. Cum enim dicit: Væ
qui dicunt quod bonum malum,& tenebras lu
cem,& lucem tenebras,& amarũ dulce,& dul/ B
ce amarum,ieiuniũ ſabbati uolens intelligi bo/
num & lucem & dulce,prandium uero malum
& tenebras & amarum,quis eum dubitat in om
nibus Chriſtianis ſabbato prandẽtibus uniuer/
ſum orbem damnare terrarum. Nec ſeipſe reſpi
cit,nec quibus dicat attendit,ut ſcriptis ſuis ab
iſta præcipiti cohibeatur audacia? Cõtinuo qp
Col.2 pe ſubiũxit: Nemo ergo uos iudicet in eſca aut
in potu,quod ipſe utiq; facit qui ſabbato ſumen
tes eſcã potumq; ſic arguit: quãtum erat ut hinc
ei ueniret in mẽtem,etiam illud quod idẽ Apo/
Rom.14 ſtolus alibi dicit, Qui manducat,non mãducan
tem non ſpernat: & qui non manducat,mandu/
cantem non iudicet. Iſto modo hoc tẽperamen
tum,quo ſcãdala deuitaret inter ieiunantes ſab/ C
bato & manducantes,teneret,ut & ipſum non
manducantẽ manducans quiſq; non ſperneret,
& ipſe non manducans manducantẽ non iudi/
caret. Petrus etiam,inquit,apoſtolorum caput,
cœli ianitor & eccleſiæ fundamẽtum,extincto
Simone,qui fuerat diaboli non niſi ieiunio uin/
cendi figura,idipſum Romanos edocuit,quo/
rum fides annunciatur uniuerſo orbi terrarum.
Nunquid ergo cæteri apoſtoli prandere Chri/
ſtianos contra Petrum docuerũt in uniuerſo or/
be terrarum? Sicut itaq; inter ſe uixerũt concor
diter Petrus & cõdiſcipuli eius,ſic inter ſe con/
corditer uiuant ſabbato ieiunantes quos planta
uit Petrus,& ſabbato prandẽtes quos plantaue
runt condiſcipuli eius. Eſt quidẽ & hæc opinio D
plurimorũ,quãuis eam perhibeant eſſe falſam
pleriq; Romani,quod apoſtolus Petrus cum Si
mone mago die dominico certaturus,propter
ipſum magnæ tentationis periculũ,pridie cum
eiuſdẽ urbis eccleſia ieiunauerit,& conſequuto
tam proſpero glorioſoq; ſucceſſu,eundem mo/
rem tenuerit,eumq; imitatæ ſint nõnullæ Occi
dentis eccleſiæ. Sed ſi,ut iſte dicit,Simõ magus
figura erat diaboli: nõ planè ſabbatarius aut do
minicarius,ſed quotidianus eſt ille tẽtator: nec
tamen aduerſus eum quotidie ieiunatur,quãdo
& diebus domínicis omnibus,& quinquagin/
ta poſt paſcha,& per diuerſa loca diebus ſolẽni
bus martyrum & feſtis quibuſq; prandetur: &
tamen diabolus uincitur,ſi oculi noſtri ſint ſem
per ad dominũ,ut ipſe euellat de laqueo pedes
noſtros: & ſiue manducamus ſiue bibimus ſiue
quodcũq; facimus,omnia in gloriam dei facia/
mus,& quantum in nobis eſt ſine offenſione ſi/
mus ludæis & Græcis & eccleſię dei. Quod pa
rum cogitant qui cũ offenſione manducant,uel
cum offenſione ieiunant,& per utrãlibet intem
perantiam ſcandala concitant,quibus non ſupe
ratur diabolus ſed lætatur. Quod ſi reſpõdetur,
hoc docuiſſe Iacobum Hieroſolymis,Epheſi Io
annem cęteroſq; aliis locis,quod docuit Romę
Petrus,id eſt ut ſabbato ieiunetur,ſed ab hac do
ctrina terras cæteras deuiaſſe,atq; in ea Romã
ſtetiſſe: & econtrario refertur Occidẽtis potius
aliqua loca,in quibus Roma eſt nõ ſeruaſſe qđ B
apoſtoli tradiderunt,Orientis uero terras unde
cœpit ipſum euangelium prædicari,in eo quod
ab omnibus ſimul cum ipſo Petro,apoſtolis tra
ditum eſt ne ſabbato ieiunetur,ſine aliqua uarie
tate manſiſſe. Interminabilis eſt iſta contẽtio ge
nerans lites,non finiens quæſtiones. Sit ergo
una fides uniuerſæ quæ ubiq; dilatatur eccleſię,
tanquã intus in membris,etiam ſi ipſa fidei uni/
tas quibuſdam diuerſis obſeruatiõibus celebra/
tur,quibus nullo modo quod in fide uerũ eſt im
peditur. Omnis enim pulchritudo filiæ regis in
trinſecus,illæ autem obſeruatiões quæ uarie ce
lebrantur,in eius ueſte intelliguntur. Vnde illi
dicitur: In fimbrijs aureis circũamicta uariета/ Pſa.
te. Sed ea quoq; ueſtis ita diuerſis celebrationi/
bus uarietur,ut non aduerſis contẽtionibus diſ/
ſipetur. Poſtremo,inquit,ſi Iudæus ſabbatũ co/
lendo dominicũ negat,quomodo Chriſtianus
obſeruat ſabbatum? Aut ſimus Chriſtiani & do
minicum colamus,aut ſimus Iudæi ut ſabbatũ
obſeruemus: Nemo enim poteſt duobus domi Mat.
nis ſeruire. Nónne ita loquitur tãquam ſabbati
alius dominus ſit,alius dominici? Nec illud au/
dit quod & ipſe commemorauit: Dominus eſt Luc.
enim ſabbati filius hominis. Quod autẽ ita nos
uult eſſe à ſabbato alienos,ſicut Iudæi ſunt à do
minico alieni,nónne tantũ errat ut poſſit etiam
dicere,ita nos nõ debere accipere legẽ nec pro/
phetas,ſicut Iudęi non accipiunt euangeliũ nec
apoſtolos? Quod qui ſapit,quid mali ſapiat uti/
q; intelligis. Sed uetera,inquit,omnia trãſierũt,
& in Chriſto facta ſunt noua. Hoc uerũ eſt. Nã
propterea ſicut Iudæi ſabbatis nõ uacamus,etiã
ſi ad ſignificandã requiem quæ illo die ſignifi/
cata eſt,Chriſtiana ſobrietate & frugalitate ſer/
uata,ieiunij uinculum relaxamus. Et ſi aliqui fra
tres noſtri requiem ſabbati relaxatione ieiunij
ſignificandã eſſe non putant,nequaquam de ue
ſtis regiæ uarietate litigamus,ne ipſius reginæ
ubi unam fidem etiã de ipſa requie retinemus,
interiora membra uexemus. Etſi enim quia ue/
tera tranſierunt,cum eis tranſiit etiã carnalis ua
catio ſabbati,non tamẽ quia ſabbato ſine ſuper
ſtitioſa uacatione prandemus,ideo duobus do/
minis

minis ſeruimus,qã & ſabbati & dominici unus A
eſt dominus. Iſte autem qui uetera trãſiſſe ſic di
cit,ut in Chriſto cederet ara altari,gladius ieiu/
nio,precib⁹ ignis,pani pecus,poculo ſanguis,
neſcit altaris nomen magis legis & prophetarũ
literis frequentatũ,& altare deo prius in taber/
naculo,quod per Moyſen factum eſt collocatũ:
Aram quoq; in apoſtolicis literis inueniri,ubi
martyres clamant ſub ara dei. Dicit ceſſiſſe ieiu
nio gladium,non recordans illum quo milites
euangelici armantur ex utroq; Teſtamento gla
dium bis acutum. Dicit ceſſiſſe precibus ignẽ,
quaſi non & tunc preces deferebantur in tẽplũ,
& nunc à Chriſto ignis eſt miſſus in mundum.
Dicit ceſſiſſe pani pecus,tanq; neſciens,& tunc
in domini menſa panes propoſitionis poni ſole B
re,& nunc ſe de agni immaculati corpore partẽ
ſumere. Dicit ceſſiſſe poculo ſanguinẽ,non co/
gitans etiam nunc ſe accipere in poculo ſangui
nem. Quanto ergo melius & congruẽtius uete
ra tranſiſſe,& noua in Chriſto facta eſſe,ſic dice
ret,ut cederet altare altari,gladius gladio,ignis
igni,panis pani,pecus pecori,ſanguis ſanguini.
Videmus quippe in his omnibus carnalẽ uetu/
ſtatem ſpiritali cedere nouitati. Sic ergo intelli/
gendum eſt,ſiue in iſto die uolubili ſeptimo prã
deatur,ſiue à quibuſdam etiam ieiunetur,tamẽ
ſabbato ſpiritali ſabbatũ carnale ceſſiſſe,quãdo
in iſto ſempiterna & uera requies cõcupiſcitur,
in illo uacatio temporalis iam ſuperſtitioſa con
temnitur. Cætera quæ ſequũtur quibus ſuã diſ/ C
putationem iſte concludit,ſicut alia quædã quæ
inde cõmemoranda non arbitratus ſum,multo
magis ad cauſam non ptinent,in qua de ieiunio
ſabbati uel prandio diſputat. Sed ea tibi ipſi ma
xime,ſi in iis quę à me dicta ſunt aliquid admira
ris aduertẽda & iudicanda dimitto. Si aũt quo/
niam huic quantũ potui ſufficienter reſpõdiſſe
me puto,de hac re ſententiã meam quæris,ego
in euãgelicis & apoſtolicis literis,totoq; inſtru/
mento quod appellatur Teſtamentũ nouũ,ani/
mo id reuoluens,uideo præceptũ eſſe ieiunium.
Quibus autem diebus nõ oporteat ieiunare,&
quibus oporteat,præcepto domini uel apoſto/
lorum non inuenio definitum. Ac per hoc ſen/
tio,nõ quidẽ ad obtinendã quam fides obtinet D
iuſticiã,in qua eſt pulchritudo filiæ regis intrin
ſecus,ſed tamẽ ad ſignificandã requiem ſempi/
ternam,ubi eſt uerum ſabbatũ,relaxationem q̃
conſtrictionẽ ieiunij aptius conuenire. Verũta
men in huius ſabbati ieiunio ſiue prãdio,in his
nihil mihi uidetur tutius pacatiusq; ſeruari,q̃ ut
Rom.14 qui manducat non manducantẽ non ſpernat,&
qui non manducat manducantẽ non iudicet: qa
neq; ſi mãducauerimus ãbũdabimus,neq; ſi nõ
manducauerimus egebimus: cuſtodita ſcilicet
eorũ inter quos uiuimus,in his rebus inoffenſa
ſocietate. Sicut enim quod ait Apoſtolus uerũ
eſt,malum eſſe homini qui per offenſionẽ man/
ducat: ita malũ eſt homini qui per offenſionẽ ie
iunat. Non itaq; ſimus eis ſimiles,qui uidentes
Ioannem non manducantẽ nec bibentem dixe/
runt: Dæmoniũ habet. Sed ne rurſus eis qui ui/
dentes Chriſtum manducantẽ & bibentem di/
xerũt: Ecce homo uorax & uinoſus,amicus pu/ Mat.11
blicanorũ & peccatorũ. Rem quippe ualde ne/
ceſſariã his dictis dominus ipſe ſubiecit atq; ait:
Et iuſtificata eſt ſapientia in filijs ſuis. Qui ſint
autem iſti,ſi requiris,lege quod ſcriptũ eſt: Filij
ſapientiæ etiam iuſtorũ,ij ſunt qui quando man
ducant,non manducãtes non ſpernũt,quando
non manducant manducãtes non iudicant,ſed
eos plane qui per offenſionẽ non manducant,ſi
ue manducant,uel ſpernunt uel iudicant. Et de
die quidẽ ſabbati facilior cauſa eſt,quia & Ro/
mana ieiunat eccleſia,& aliæ nõnullę,etiã ſi pau
cæ ſiue illi proximæ ſiue longinquæ: die aũt do/
minico ieiunare ſcãdalũ eſt magnum,maxime
poſtea cũ innotuit deteſtabilis multũq; fidei ca/
tholicę ſcripturiſq; diuinis apertiſſime cõtraria
hæreſis Manichęorũ,qui ſuis auditoribus ad ie
iunandũ iſtum tanq; conſtituerũt legitimũ diẽ,
per quod factũ eſt,ut ieiuniũ diei dominici hor
ribilius haberetur: Niſi forte aliquis idoneus ſit
nulla refectione interpoſita ultra hebdomadam
perpetuare ieiuniũ,ut ieiunio XL dierũ quantũ
potuerit appropinquet,ſicut aliquos feciſſe co/
gnouimus. Nam & ad ipſum quadragenarium
numerũ perueniſſe quẽdam,à fratribus fide di/
gniſſimis nobis aſſeueratũ eſt. Quemadmodũ
enim ueterũ patrum tẽporibus,Moyſes & He/
lias nihil contra prandia ſabbatorũ fecerunt,cũ
diebus XL ieiunauerũt: ita qui potuerit ſeptem
dies ieiunando tranſire,non ſibi ad ieiunãdum
eligit dominicũ diem,ſed in iis eũ inuenit quos
ieiunaturũ ſe uouit plurimos dies. Ieiunium ta/
men etiam continuatũ ſi in hebdomade ſoluen
dum eſt,nullo congruẽtius q̃ dominico die ſol
uitur. Si autem poſt hebdomadẽ corpus refici/
tur,non utiq; ad ieiunandũ dies dominicus eli/
gitur,ſed in numero quem uoueri placuit inue/
nitur. Nec illũ moueat quod Priſcillianiſtæ Ma
nichæorum ſimillimi ad ieiunandũ die domini
co ſolẽt teſtimoniũ de apoſtolorũ Actibus ad/
hibere,cum eſſet apoſtolus Paulus in Troade.
Sic enim ſcriptũ eſt: In una autẽ ſabbati congre D
gatis nobis frangere panem,Paulus diſputabat
exiturus alia die,produxitq; ſermonem uſq; ad
mediũ noctis. Deinde cum deſcendiſſet de cœ/
naculo,ubi congregati erant,ad reſuſcitandum
adoleſcentẽ,qui grauatus ſomno de feneſtra ce
ciderat & mortuus ferebatur: de ipſo Apoſtolo
ſcriptura ſic loquitur, Aſcendẽs autem,inquit, Act.20
cum fregiſſet panẽ atq; guſtaſſet,ſatisq; eſſet al/
loquutus uſq; ad diluculũ,ſic profectus eſt: abſit
ut hoc ſic accipiatur,tanq; ſolerent apoſtoli do/
minico die ſolẽniter ieiunare. Quia enim ſabba
ti tunc appellabatur dies qui nũc dominicus ap
pellatur,quod in euangelijs apertius inuenitur:
Nam dies reſurrectionis domini,prima ſabbati

à Matthæo,à cæteris autem tribus,una sabbati dicitur:quem constat eum esse qui dominicus postea appellatus est. Aut ergo post peractũ diẽ sabbati,noctis initio fuerant cõgregati,quæ utiq; nox iam ad diem dominicũ,hoc est ad unam sabbati pertinebat:& ita eadem nocte fracturus panem sicut frangitur in sacramento corporis Christi,produxit sermonem usq; ad mediũ noctis,ut post sacramenta celebrata,rursus usq; ad diluculum alloquens congregatos,quoniã multum festinabat,lucescente proficisceretur dominico die. Aut certe si in una sabbati non per noctem sed per diem hora dominici fuerant cõgregati,eoipso quod dictum est,Paulus disputabat illis exiturus alia die,expressa est causa producendi sermonis,quia fuerat exiturus & eos sufficiẽter instruere cupiebat. Non ergo soleniter die dominico ieiunabant,sed necessarius sermo qui studij feruentissimi audiebatur ardore,reficiendi corporis causa interrũpendus esse nõ uisus est profecturo Apostolo,qui eos propter alios suos usq; quaq; discursus,uel aliàs nunquam uel rarissime uisitabat,præsertim quia tunc ex illis terris sicut consequentia docent,ita discessurus erat,ut iam nõ esset eos in carne uisurus. Ac per hoc magis ostenditur dominicis diebus solita illis non fuisse ieiunia, quia ne hoc crederetur curauit scriptor libri causam producẽdi sermonis exponere:ut sciremus si aliqua necessitas oriatur,urgentiori actioni nõ esse prandium præferendũ: quamuis ab istis auidissime audiẽtibus,& ipsum fontem cogitantibus profecturum,atq; ideo magna siti non aquæ,sed uerbi sine satietate quicquid influebat hauriẽtibus,nõ tantum carnale prandiũ,uerũ etiam cœna contempta est. Sed tunc quamuis dominico die solita illis ieiunia non fuissent,non erat tamen ecclesiæ tam insignis offensio,si aliqua tali necessitate,qualẽ apostolus Paulus habuit,die toto dominico usq; ad mediũ noctis,uel etiam usq; ad diluculum reficere corpora non curarẽt. Nunc uero postea cũ hæretici maxime impijssimi ieiunia dici dominici non aliqua necessitate occurrenti peragere,sed quasi sacra solẽnitate statuta dogmatizare cœperunt,& innotuerunt populis Christianis,profecto nec tali necessitate qualem Apostolus habuit,existimo faciendum esse quod fecit:ne maius malum incurratur in scandalo,quàm bonum percipiatur ex uerbo. Quic quid tamen causæ uel necessitatis extiterit,cur homo Christianus die dominico ieiunare cogatur,sicut etiam illud in Actibus apostolorũ inuenimus,in naufragij periculo,ubi & ipse Apostolus nauigabat,quatuordecim dieb⁹, ac per hoc duobus dominicis ieiunatum: nullo modo dubitare debemus,dominicum diem quãdo non plures dies sine ulla refectione continuandi uouentur,inter ieiuniorum dies nõ esse ponendũ. Cur autem quarta & sexta maxime ieiunet ecclesia,illa ratio reddi uidetur,q; considerato eu-

Act. 27

angelio,ipsa quarta sabbati quam uulgo quartã feriam uocant,consiliũ reperiuntur ad occidendum dominum fecisse Iudæi. Intermisso autem uno die cuius uespera dominus pascha cum discipulis mãducauit,qui finis fuit eius diei quem uocamus quintã sabbati,deinde traditus est ea nocte quæ iam ad sextam sabbati,qui dies passionis eius manifestus est,pertinebat. Hic dies primus azymorum fuit à uespera incipiẽs. Sed Matthæus euãgelista quintam sabbati dicit fuisse primam diem azymorum,quia eius uespera sequente futura erat cœna paschalis,qua cœna incipiebat azymum & ouis immolatio manducari. Ex quo colligitur quartam sabbati fuisse quãdo ait dominus: Scitis quia post biduum pascha fiet,& filius hominis tradetur ut crucifigatur. Ac per hoc dies ipse ieiunio deputatus est,quia sicut Euangelista sequitur & dicit: Tũc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotũ qui dicebatur Caiphas,& consilium fecerũt ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Intermisso autem uno die,de quo dicit Euãgelium: Prima autem azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicẽtes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Hoc ergo die intermisso passus est dominus,q̃d nullus ambigit,sexta sabbati,quapropter & ipsa sexta recte ieiunio deputatur. Ieiunia quippe humilitatẽ significant. Vnde dictum est: Et humiliabam in ieiunio animã meam. Sequitur sabbatum,quo die caro Christi in monumento requieuit,sicut in primis operibus mundi requieuit deus ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in regia illa uestе uarietas,ut alij sicut maxime populi Orientis propter requiem significandam mallent relaxare ieiunium: alij propter humilitatem mortis domini ieiunare,sicut Romana & nonnullæ Occidentis ecclesiæ. Quod quidem uno die quo pascha celebratur propter renouandã rei gestæ memoriam,quia discipuli humanitus mortem domini doluerũt,sic ab omnibus ieiunatur,ut etiam illi sabbati ieiuniũ deuotissime celebrent,qui cæteris per totũ annum sabbatis prandent,utrumq; uidelicet significantes,& in uno anniuersario die luctum discipulorum,& cæteris sabbatis quietis bonũ. Duo quippe sunt quæ iustorum beatitudinẽ & omnis mi seriæ finem sperari faciunt,mors & resurrectio mortuorũ. In morte requies est,de qua dicitur per prophetam: Plebs mea intra in cellaria tua, abscondere pusillum donec trãseat ira domini. In resurrectione autem in homine toto,id est in carne & spiritu perfecta felicitas. Hinc factũ est ut horum duorum utrũq; non significandũ putaretur labore ieiunij,sed potius refectionis hilaritatẽ,excepto paschali uno sabbato,quo discipulorum,sicut diximus,luctus propter rei gestæ memoriam fuerat ieiunio prolixiore significandus. Sed quoniam nõ inuenimus,ut iam supra cõmemorauí,in euangelicis & apostolicis literis

literis quæ ad Noui testamenti reuelationẽ proprie pertinent,certis diebus aliquibus euidẽter præceptum obseruanda esse ieiunia,& ideo res quoq; ista sicut aliæ plurimæ,quas enumerare difficile est,inuenit in uestе illius filię regis,hoc est ecclesiæ uarietatis locum,indicabo tibi quid mihi de hoc requirenti responderit uenerãdus Ambrosius Ambrosius,à quo baptizatus sum Mediolanẽsis episcopus. Nam cum in eadem ciuitate mater mea mecum esset,& nobis adhuc catechumenis parum ista curantibus,illa solicitudinem Dist. 12. illa gereret utrum secundum morem nostræ ciuitatis sibi esset sabbato ieiunandũ,an ecclesiæ Mediolanensis more prandendum,ut hac eam cunctatione liberarem,interrogaui hoc supradictũ hominẽ dei. At ille: Quid possum,inquit,hinc docere amplius q̃ ipse facio? Vbi ego putaueram nihil eum ista respõsione præcepisse,nisi ut sabbato prãderemus. Hoc quippe ipsum facere sciebam: sed ille sequutus adiecit,Quando hic sum non ieiuno sabbato,quando Romæ sum ieiuno sabbato: & ad quamcunq; ecclesiam ueneritis,inquit,eius morem seruate,si pati scandalũ non uultis aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem,eiq; suffecit,nec dubitauit esse obediẽdum: hoc etiã nos sequuti sumus. Sed quoniam cõtingit maxime in Aphrica,ut una ecclesia uel unius regionis ecclesiæ,alios habeant sabbato prandentes,alios ieiunantes,mos eorũ mihi sequendus uidetur,quibus eorum populorũ congregatio regenda commissa est. Quapropter si consilio meo,præsertim quia in hac causa plus forte q̃ satis fuit,te petente atq; urgente loquutus sum,libẽter acquiescis: episcopo tuo in hac re noli resistere,& quod facit ipse,sine ullo scrupulo uel disceptatione sectare.

Mat. 5

Augustinus Felicitati & Rustico,de malis & fraterna correptione patienter tolerandis. Epist. LXXXVII

Dilectissimæ & sanctissimæ matri Felicitati,& fratri Rustico,& sororibus quæ uobiscum sunt, Augustinus & qui mecum sunt,in domino S.

b Onus est dominus & misericordia eius ubiq; diffusa,quæ nos de uestra charitate in suis uisceribus consolaẽ. Quantum enim diligat credentes & sperantes in se,& illum æque inuicẽ diligentes, & quid eis in posterũ seruet,hinc maxime ostẽdit,cum infidelibus & desperatis,quibus in mala uolũtate usq; in finem perseuerãtibus ignem cum diabolo æternum minatur,in hoc tamen seculo bona tanta largitur: qui facit oriri solem suũ super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos: breuiter enim aliquid dictum est,ut plura cogitentur. Quàm multa enim habeãt im pij in hac uita munera & dona gratuita ab illo quem contemnũt,enumerare quis potest? Inter quæ illud magnum quod exemplis interpositarum tribulationum,quas huius seculi dulcedini tanquam bonus medicus miscet,admonet eos si attendere uelint,fugere ab ira uentura: et cum in uia sunt,id est in hac uita,cõcordare cum sermone dei,quem sibi aduersarium habent male uiuendo. Quid ergo non misericorditer præstatur hominibus à domino deo,à quo etiam tribulatio beneficium est? Nam res prospera donum est consolãtis,res autem aduersa donum est admonentis dei. Et si hæc præstat(ut dixi)etiã malis,quid præparat sustinentibus seruorũ in numero uos per illius gratiã congregatos esse gaudete,sustinentes inuicem in dilectione,studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Non enim deerit quod in uobis inuicem sufferatis,nisi cum uos ita portauerit dominus absorpta morte in uictoriam,ut sit deus omnia in omnibus. Dissensiones autem nunquã debent amari,sed aliquando tamen aut à charitate nascuntur,aut charitatẽ probant. Quis enim facile inuenitur qui uelit reprehendi? & ubi est ille sapiens de quo dictum est, Corripe sapientẽ & amabit te? Nunquid tamẽ ideo non debemus reprehendere & corripere fratrem,ne securus tendat in mortem? Solet enim fieri & frequenter accidit,ut ad horam contristetur cum reprehẽditur & resistat & contendat,& tamen postea consideret secum in silentio ubi nemo est nisi deus & ipse,& timet displicere hominibus quia corripitur,sed timet displicere deo quia nõ corrigitur, & deinceps non faciat illud in quo iuste reprehensus est,& quantum odit peccatum suum tantum diligat fratrem,quem sensit hostem peccati sui. Si autẽ de illo numero est de quo dictum est, Corripe stultum & adijciet ut oderit te: non de charitate illius dissensio nascitur,sed tamen charitatem reprehẽsoris sui exercet & probat, quia non ei rependitur odium,sed dilectio quæ cogit reprehẽdere imperturbata perdurat, etiã cum ille qui reprehensus est odit. Si autem ille qui corripit,reddere uult malũ pro malo ei qui corripienti indignatur,non fuit dignus qui corriperet,sed dignus planè qui etiam ipse corripi deberet. Hæc agite ut inter uos aut non existant indignationes,aut exortæ statim celerrima pace perimantur. Maiorem date operam concordandis uobis q̃ redarguẽdis: quia sicut acetum corrumpit uas si diutius ibi fuerit,sic ira corrumpit cor,si in alium diem durauerit. Hæc ergo agite,& deus pacis erit uobiscum,orantes simul & pro nobis,ut ea quæ bene monemus,alacriter impleamus.

Prouer. 9

Hilarius Augustino,proponens illi quæstiones aliquot de quibus cupit edoceri. Epist. LXXXVIII

Domino sancto iure ac merito uenerabili & per omnia colendo Augustino episcopo,Hilarius.

f Anctitatis tuæ gratia quæ omnibus nota est,paruitati meæ persuasit,ut uestris de Syracusano Hipponem remeantibus,has ad laudandam mihi uenerabilitatem tuam literas erogarem,poscẽs summam trinitatẽ,ut incolumis & uegetus dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recensen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum ſuſcipias, domine ſancte iure ac merito ue
nerabilis, & per omnia colende. Proinde rogo
ut mei memor in ſanctis orationibus tuis eſſe di
gneris, atq; imperitiã noſtram informare de eo
quod quidam Chriſtiani apud Syracuſas expo
nunt, dicẽtes, poſſe eſſe hominem ſine peccato,
& mãdata dei facile cuſtodire ſi uelit. Infantem
non baptizatum morte præuentũ non poſſe pe
rire merito, quoniam ſine peccato naſcitur. Di
uitem manentem in diuitijs ſuis, regnũ dei non
poſſe ingredi, niſi omnia ſua uẽdiderit, nec pro
deſſe eidẽ poſſe, ſi forte ex ipſis diuitijs fecerit
mandata: Non debere iurare omnino. Et de ec
cleſia quæ ſit de qua ſcriptum eſt, non habere ru
gam neq; maculã, ubi hæc ſit, an in qua nũc con
gregamur, an illa quam ſperamus. Quidam aũt
putant eccleſiã hanc eſſe quæ nunc frequẽtatur
populis, & ſine peccato eſſe non poſſe. De his
omnibus rogo quantis ualeo precibus ſanctita
tem tuam, ut iubeas nos apertius inſtrui quo no
uerimus, quatenus ſentire debeamus. Dei no
ſtri miſericordia ſanctitatẽ tuam incolumẽ con
ſeruet annis innumeris opto, domine ſancte iu
re ac merito uenerabilis & per omnia colende.

Auguſtinus Hilario, reſpondens ad illius
percontationes. Epiſtola LXXXIX

Auguſtinus epiſcopus ſeruus Chriſti & eius ec
cleſiæ, dilectiſſimo filio Hilario in domino S.

e X literis tuis didici non ſolum inco
lumitatẽ tuam, ſed etiam religioſum
ſtudiũ tuum circa uerbũ dei, & piam C
curam pro ſalute tua quæ eſt in Chri
ſto Ieſu domino noſtro. Vnde gratias deo agẽs
Quæſtio 1 nõ diſtuli reſcripta perſoluere. Si ergo quæris
in hac uita, utrũ quiſquã ita iuſticiæ perfectione
ἀναμαρτία proficiat, ut hic ſine ullo uiuat omnino peccato:
attende quid dixerit Iohãnes apoſtolus, quẽ do
minus inter diſcipulos ſuos præcipue diligebat:
1 Io.1 Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habe
mus, nos ipſos decipimus, & ueritas in nobis
non eſt. Si ergo illi de quibus mihi ſcripſiſti, ſe
dicunt eſſe ſine peccato, uides quia ſe ipſos deci
piunt, & ueritas in eis non eſt. Si aũt ſe eſſe pec
catores fatentur ut dei miſericordiã poſſint me
reri, cõpeſcant ſe ab alijs etiam decipiendis, qui
bus hanc ſuperbiã perſuadere conantur. Omni D
bus enim neceſſaria eſt oratio dominica, quam
etiam ipſis arietibus gregis, id eſt apoſtolis ſuis
Mat.6 dominus dedit, ut unuſquiſq; deo dicat: Dimit
te nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus
debitoribus noſtris. Cui enim hæc in oratione
uerba neceſſaria non fuerint, ipſe hic ſine pecca
to uiuere pronũciãdus eſt. Quales ſi aliquos fu
turos dominus prẽuideret, meliores utiq; ẽſſe ex
titerunt eius apoſtoli, aliam orationẽ illos doce
ret, qua non peterẽt dimitti ſibi peccata, quibus
in baptiſmo fuerant omnia iam dimiſſa. Nam ſi
Daniel ſanctus nõ corã hominibus quaſi humi
litate fallaci, ſed corã deo, id eſt in oratione qua
deum precabatur, non ſolũ peccata populi ſui, A
ſed etiam ſua cõfitebatur, ſicut eius ore ueridico
expreſſum eſt: nihil aliud mihi uidetur dicendũ
iſtis, niſi quod per prophetã Ezechielẽ cuidam Epiſt.
ſuperbo dominus mandat: Nunquid tu ſapien
tior ẽẽ Daniel? Sed plane qui miſericordia dei
adiutus & gratia ſe ab eis peccatis abſtinuerit,
quæ etiã crimina uocantur, atq; illa peccata ſine
quibus non hic uiuitur mũdare operibus miſeri
cordiæ & pijs orationibus nõ neglexerit, mere
bitur hinc exire ſine peccato, quãuis cum hic ui
ueret habuerit nonnulla peccata: quia ſicut iſta
non defuerũt, ita etiam remedia quibus purga
rentur, affuerunt. Quiſquis autẽ hac uelut occa
ſione cõperta, cum audierit neminẽ hic arbitrio
ſuo ſine peccato uiuere, dederit ſe libidinibus et
criminib⁹ nepharijs obligauerit, atq; uſq; in diẽ
ſuum ultimũ perdurauerit, quaslibet inter hæc
eleemoſynas faciat, & infeliciter ducit uitam, et
infelicius finit. Sed iſti utcũq; tolerãdi ſunt, quã
do dicunt uel eſſe uel fuiſſe hic aliquem præter
unum ſanctũ ſanctorũ qui nullum haberet om
nino peccatũ. Illud uero quod dicũt ſufficere Cyp. de
homini liberũ arbitriũ ad dominica præcepta bono
implenda, etiã ſi dei gratia & ſpiritus ſancti do
no ad opera bona non adiuuetur, omnino ana
thematizandũ eſt, & omnibus execrationibus
deteſtandũ. Qui enim hoc aſſerunt, à gratia dei
penitus alieni ſunt: qui ignorãtes dei iuſticiam,
ſicut de Iudæis dicit Apoſtolus, & ſuã uolentes
conſtituere, iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti: Pleni
tudo quippe legis non eſt niſi charitas. Et utiq;
charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, non
per nos ipſos nec uiribus propriæ uolũtatis, ſed
per ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis. Valet
itaq; liberũ arbitriũ ad opera bona, ſi diuinitus
adiuuetur, quod fit humiliter petendo & facien
do. Defertũ uero diuino adiutorio qualibet ſciẽ
tia legis excellat, nullo modo habebit iuſticię ſo
liditatem, ſed inflationẽ impiæ ſuperbiæ, & exi
tioſum tumorẽ: docet hoc eadẽ ipſa dominica
oratio. Fruſtra enim rogãtes deum dicimus, Ne
nos inferas in tentationẽ: ſi hoc in noſtra ſic po
ſitũ eſt poteſtate, ut nullo illius adiutorio id ua
leamus adimplere. Dictũ eſt enim, Ne nos indu
cas in tẽtationẽ: quod intelligitur ne nos inferri 1 Cor.
deſerẽdo permittas. Fidelis enim deus, ait Apo
ſtolus, qui non uos permittit tentari ſupra id qđ
poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiã exitũ, ut
poſſitis ſuſtinere. Vt quid hoc dixit deũ facere,
ſi hoc ſine ipſius adiutorio in ſola noſtra eſt po
teſtate? Nã & ipſa lex in hoc adiutoriũ data eſt
illis, qui ea legitime utuntur, ut per illam ſciant,
uel quid iuſticiæ iam acceperint, unde gratias
agant, uel quid adhuc eis deſit, quod inſtãter pe
tant. Qui aũt ſic audiunt quod ait lex, Non con
cupiſces: ut hoc quia didicerint, ſufficere ſibi ar
bitrentur, nec adiutorio gratiæ dei ad faciendũ
quod iuſſum eſt dari ſibi uirtutem credant & pe
tant, ad hoc eis lex ſubintrauit ut abũdaret deli
ctum, quod dictum eſt de Iudeis: Parũ enim eſt, quia

quia non implent quod præcepit lex, Non con A
cupiſces: ſed inſuper ſuperbiunt, & ignorantes
dei iuſticiã, id eſt quã deus dat, qui iuſtificat im
pium, & ſuam uolentes cõſtituere tanq; ſuæ uo
lũtatis uiribus factam, iuſticiæ dei nõ ſunt ſubie
cti. Finis enim legis Chriſtus ad iuſticiã omni
credẽti, qui utiq; ideo uenit ut ubi abũdauit deli
ctum, ſuperabũdet gratia. Cui gratiæ ſi fuerunt
inimici, dei ignorantes iuſticiã, & ſuam uolẽtes
conſtituere, quare ſunt & iſti inimici, ſi in eũ cre
diderunt, quẽ illi occiderũt? An ut illi accipiant
præmiũ, qui occiſo Chriſto ſuam impietatẽ ac
cuſauerunt, & ſe illius gratiæ cognitæ ſubdide
runt: & iſti portent iudiciũ, qui ſic in Chriſtum
uolunt credere, ut eius ipſam gratiam conentur
occidere? Ad hoc quippe in eum credunt qui re B
cte credunt, ut eſuriant ſitiantq; iuſticiã, & eius
Ioel.2 gratia ſaturentur. Omnis enim, ſicut ſcriptũ eſt,
qui inuocauerit nomẽ domini, ſaluus erit. Non
utiq; ſalute corporis quam multi habent, & qui
non inuocant nomen domini, ſed illa ſalute de
qua ipſe dicit: Non eſt opus ſanis medicus, ſed
ægrotantibus: & quid dixerit, conſequenter
Mat.9 exponens: Non ueni, inquit, uocare iuſtos, ſed
peccatores. Iuſtos ergo ſanos, peccatores autẽ
Pſal.32 dixit ægrotos. Non itaq; de ſuis uiribus præſu
mat ægrotus, qa in multitudine uirtutis ſuę non
erit ſaluus: nam ſi inde prẽſumit, uideat ne ires
iſtæ non ſint quales ſolẽt eſſe ſanorũ, ſed quales
ſolent eſſe phreneticorũ: qui cum ſint inſani, ad
eo ſe ſanos putant, ut nec medicũ quærãt, & tan C
quam importunũ inſuper cędant: ſicut iſti Chri
ſtum inſana ſuperbia quodãmodo cædũt, cuius
gratiæ tam benignũ adiutoriũ ad faciendã iuſti
ciã dato legis præcepto neceſſariũ non eſſe con
tendunt. Deſinant ergo ſic inſanire, & ad hoc ſe
intelligant habere quantũ poſſunt liberum arbi
trium, non ut ſuperba uolũtate reſpuant adiuto
riũ, ſed ut pia uoluntate inuocent dominũ. Hæc
enim uolũtas libera tanto erit liberior, quãto ſa
nior: tanto aũt ſanior, quanto diuinæ miſericor
diæ gratiæq; ſubiectior. Ipſa ꝙppe fideliter orat
Pſal.118 & dicit: Itinera mea dirige ſecũdũ uerbũ tuum,
& ne dominetur mihi omnis iniquitas. Quomo
do enim libera eſt, cui dominatur iniquitas? Vt
ei aũt non dominetur, uide ab illa quis inuocet. D
Non enim ait: Itinera mea dirige ſecundũ libe
rum arbitriũ, quia non dominatur mihi omnis
iniquitas: ſed, Itinera mea, inquit, dirige ſecũdũ
uerbũ tuũ, & ne dominetur mihi omnis iniqui
tas. Precatur, nõ pollicetur: cõfitetur, non profi
tetur: optat pleniſſimã libertatẽ, non iactat pro
priam poteſtatẽ. Non enim omnis qui uiribus
ſuis cõfidit, ſed omnis qui inuocat nomẽ domi
Rom.10 ni, ſaluus erit. Quomodo aũt inuocabũt, inquit,
in quem non crediderũt? Ad hoc ergo credunt,
qui recte credunt, ut inuocẽt in quẽ crediderũt,
& ualeãt facere quod in præceptis legitimis ac
ceperunt, quoniã id quod lex imperat, fides im
petrat. Nam ut interim omittamus legis multa
præcepta, & hoc inde cõmemoremus quod ad
cõmemorandũ elegit Apoſtolus, cum dicit lex:
Non cõcupiſces: quid uidetur aliud imperare,
niſi ab illicitis cupiditatibus continentiã? Ani
mus quippe uelut põdere, amore fertur quocũ
q; fertur. Iubemur itaq; detrahere de põdere cu
piditatis, quod accedat ad põdus charitatis, do
nec illud cõſumatur, hoc perficiatur. Plenitudo Rom.13
enim legis eſt charitas: & tamẽ de ipſa cõtinen
tia uide quid ſcriptũ ſit: Et cum ſcirem, inquit, Sap.8
quia nemo poteſt eſſe cõtinens niſi deus det, &
hoc ipſum erat ſapiẽtiæ, ſcire cuius eſſet hoc do
num, adij dominũ & deprecatus ſum illũ. Nun
quid dixit: Et cum ſcirem quia nemo poteſt eſſe
cõtinens, niſi per propriũ liberũ arbitriũ, et hoc
ipſum erat ſapientiæ, ſcire à me ipſo eſſe hoc bo
num? Non plane hoc dixit, quod quidam in ſua
uanitate dicũt, ſed quod fuit in ſanctę ſcripturę
ueritate dicẽdũ. Cũ ſcirẽ, inquit, quia nemo eſſe
poteſt cõtinẽs, niſi deus det. Iubet ergo deus cõ
tinentiã, & dat cõtinentiãtiubet per legem, dat
per gratiã: iubet per literã, dat per ſpiritum. Lex
enim ſine gratia facit abundare delictũ, & litera 1 Cor.3
ſine ſpiritu occidit. Iubet ideo ut facere iuſſa co
nati, & in noſtra infirmitate ſub lege fatigati, ad
iutoriũ gratiæ poſcere nouerimus, & ſi quid fa
cere potuerimus operis boni, ei qui adiuuat nõ
ſimus ingrati, hoc & iſte fecit. Id enim eũ ſapiẽ
tia docuit cuius eſſet hoc donũ. Neq; enim uolũ
tatis arbitriũ ideo tollitur, quia iuuatur: ſed ideo
iuuat, quia non tollitur. Qui enim deo dicit, ad
iutor meus eſto, cõfitetur ſe uelle implere quod
iuſſit, ſed ab eo qui iuſſit, adiutorium poſcere ut
poſſit. Sic & iſte, cũ ſciret neminẽ eſſe poſſe con
tinentẽ, niſi deus det, adijt dominũ & depreca
tus eſt: utiq; uolens adijt, uolens deprecatus eſt,
nec petiſſet niſi eſſet uoluntas. Sed niſi petiſſet,
quantũ poſſet uoluntas? Quia & ſi poſſit anteq;
petat, quid ei prodeſt, niſi illi agat gratias ex eo
quod poteſt, à quo petendũ eſt quod nondũ po
teſt? Vnde etiã qui iam cõtinens eſt, non habet
utiq; continentiã, niſi adſit uoluntas: ſed niſi ac
cepiſſet, quid haberet uoluntas? Quid enim ha 1 Cor.4
bes, inquit, quod non accepiſti? Si autẽ accepi
ſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Id eſt, qd
gloriaris quaſi à teipſo habeas, quod ſi non acce D
piſſes, à teipſo habere non poſſes. Hoc autem di
ctum eſt ut qui gloriatur, non in ſeipſo ſed in do
mino glorietur: et qui nondũ habet unde glorie
tur, non à ſeipſo ſperet, ſed dominũ precetur. Sa
tius eſt eñ minus quenq; habere quod à deo pe
tat, ẽẽ plus habere quod ſibi tribuat: quoniã ex Luc.4
pedit ab imo ſurgere, ẽẽ ex alto cadere. Deus e
nim, ſcriptũ eſt, ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ
dat gratiam. Ad abundantiã igitur delictorum
lex nos docet quid uelle debeamus, niſi adiuuet
gratia, ut quod uolumus, ualeamus, & quod ua
luerimus, impleamus. Adiuuabit autẽ, ſi non de
noſtris præſumẽtes, alta ſapiamus, ſed humilib⁹
cõſentiẽtes, & de ijs quæ iam poſſumus, gratias

Universidad de Deusto
Biblioteca

agamus,& pro ijs quæ nondũ possumus,deum suppliciter inhiante uoluntate poscamus,admiA niculantes orationem nostram nunc fructuosis operibus:dando,ut detur nobis:dimittendo,ut dimittatur nobis. Quod autem dicunt infantem morte præuentum,non baptizatum perire non posse,quoniam sine peccato nascitur:non hoc dicit Apostolus:& arbitror esse melius,ut Apostolo potius q̃ istis credamus. Dicit enim ille doctor gentiũ,in quo Christus loquebatur:

Quæstio tertia de peccato originis

Rom.5 Per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors,& ita in omnes homines pertransiit,in quo omnes peccauerũt. Et paulo post dicit:Nam iudiciũ quidem ex uno delicto in condemnationẽ,gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ. Proinde isti,quẽ forte inueB nerint infantem nõ ex illius unius hominis concupiscentia procreatũ,ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxiũ,nec per Christi gratiam ab illa dãnatione esse liberandũ. Quid est enim, Ex uno delicto in condemnationẽ:nisi illo delicto quo deliquit Adã:Et quid est,Ex multis delictis in iustificationem:nisi quia Christi gratia non solum illud delictũ soluit,quo obstringũtur infantes ex illo uno homine procreati,sed etiã multa delicta,quæ cum creuerint homines,addunt malis moribus suis? Tamen & illud unum quo est obligata propago carnalis,quæ ab illo primo homine originẽ ducit,sufficere dicit ad condemnationẽ. Ideo nõ est superfluus baptisC mus paruulorũ,ut qui per generationẽ illi condemnationi obligati sunt,per regenerationẽ liberentur. Et sicut nõ inuenitur homo,qui ab eadem condẽnatione soluatur:sic nõ inuenitur homo,qui præter Christũ spiritaliter regeneretur. Carnalis autẽ generatio delicto illo uni & damnationi eius obnoxia est,spiritalis uero regeneratio non solum illud unum propter quod baptizantur infantes,sed multa delicta facit aboleri, quæ homines male uiuendo ad illud in quo generati sunt,addiderũt. Ideo sequitur & dicit:Si

Rom.5 enim ob unius delictũ mors regnauit per unũ, multo magis qui abundantiã gratiæ & iusticiæ accipiunt,in uita regnabũt per unũ Iesum Christum. Itaq; sicut per unius delictũ in omnes homines ad condemnationẽ,ita per unius iustifiD cationem in omnes homines ad iustificationẽ uitæ:sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores cõstituti sunt multi,ita per unius obedientiam iusti constituũtur multi. Quid ad ista dicturi sunt? aut quid eis restat,nisi ut Apostolum errasse contendant? Clamat uas electionis,doctor gentium,tuba Christi:Iudicium ex uno in condemnationẽ. Et reclamãt isti,asserentes paruulos quos ex illo uno homine de quo loquitur,ducere propaginem confitẽtur,non ire in condemnationẽ,etiam si non fuerint baptizati. Iudiciũ,inquit,ex uno in condẽnationem. Quid dicit,Ex uno,nisi delicto? sequitur enim: Gratia autẽ ex multis delictis in iustificationẽ. A Ergo inde iudicium etiam ex uno delicto ducit in condemnationẽ:hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationẽ. Quapropter si non audent resistere Apostolo,exponant nobis quare iudicium ex uno delicto ducat in condemnationẽ,cum ex multis delictis homines damnandi ueniant ad iudicium? Aut si propterea ita dictum putãt,quia initium peccati ex Adam factũ est,quod imitati cæteri sunt,ut sic ex uno illo delicto in iudiciũ condẽnationemq; traherentur,qui eum imitando multa peccarũt: cur nõ etiam de gratia & iustificatione sic dictũ est? Cur non dixit similiter:Et gratia ex uno delicto in iustificationẽ? Sicut enim hominũ multa delicta,inter illud unum quod imitati sunt,& B iudicium quo puniuntur,media reperiuntur,ab uno quippe ad multa uenerunt,ut à multis ad iudicium dãnationemq; ducerentur:sic eadẽ multa delicta inter hoc ipsum unum,cuius imitatione cõmissa sunt,& gratiam qua dimittuntur,eodem modo media sunt,quoniam ex illo uno ad multa uenerũt,ut ex multis ad gratiã iustificãdi uenirẽt. Cum ergo in utroq;,id est & iudicio & gratia,quod attinet ad unum & multa delicta, una eademq; ratio sit,dicant isti nobis quare iudicium dixerit ex uno delicto ducere in condẽnationem,gratiã uero ex multis delictis in iustificationẽ:aut acquiescant ideo sic esse dictum, qa in hac causa duo cõstituũtur homines:Adã, ex quo cõsistit generatio carnalis,& Christus, ex quo regeneratio spiritalis. Sed quia tãtũ ille homo,iste autem & deus & homo,non quomodo illa generatio uno delicto obligat,quod est ex Adam,ita ista regeneratio unum delictũ solum soluit,quod est ex Adam. Sed illi quidẽ generationi sufficit ad condemnationẽ unius delicti cõnexio,quicquid enim postea homines ex malis suis operibus addunt,non pertinet ad illã generationẽ,sed ad humanam cõuersationem: huic autem regenerationi non sufficit illud delictum tantũmodo soluere,quod ex Adam trahitur,sed quicquid etiã postea ex iniquis operibꝰ humanæ cõuersationis accedit. Ideo iudiciũ ex uno in condemnationẽ,gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ. Si enim ob unius delictum mors regnauit per unũ,à quo delicto paruuli per baptismum expiãtur,multo magis qui abũdantiam gratiæ & iusticię accipiunt,in uita regnabunt per unum Iesum Christũ:multo magis utique in uita regnabunt,quia æternæ uitæ regnum erit,mors autem in eis tẽporaliter transit,non in æternũ regnabit. Itaq; sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem,de qua condemnatione paruuli per sacramentum baptismi liberãdi sunt,ita per unius iustificationẽ in omnes homines ad iustificationẽ uitæ. Et hic omnes dixit & ibi,non quia omnes homines uenirent ad gratiã iustificationis Christi,cum tam multi alienati ab illa,in æternũ moriantur:sed quia omnes qui renascuntur in iusti

ficatio

ficationem,non nisi per Christum renascũtur: A uaricationis augmẽta: Vbi enim lex non est,ait sicut omnes qui nascuntur in cõdemnationem, non nisi per Adam nascũtur. Nemo quippe est in illa generatione præter Adã,nemo in ista regeneratione præter Christũ:ideo omnes & omnes,eosdem aũt omnes etiam multos postea dicit,adiũgens: Sicut enim per inobediẽtiã unius hominis,peccatores constituti sunt multi:sic & per unius hominis obedientiã,iusti constituuntur multi. Qui multi? nisi quos iam paulo ante omnes dixerat. Vide quemadmodũ cõmendat unum & unum,id est Adam & Christũ:illum ad condemnationẽ,hunc ad iustificationẽ;cum tanto post Adam uenerit Christus in carne:ut sciamus etiam antiquos iustos,quicũq; esse potuerunt,non nisi per eandẽ fidem liberatos,per B quam liberamur & nos,fidem scilicet incarnationis Christi,quæ illis prænunciabatur,sicut à nobis facta annũciatur. Ideo idem Christũ hominẽ dicit,cum sit & deus,ne quis existimet antiquos iustos per deum tantũ modo Christũ,id est per uerbũ quod erat in principio,non etiam per fidem incarnatiõis eius,qua & homo Christus dicitur,potuisse liberari. Sententia quippe ista destrui non potest,de qua & alibi dicit:Per unum hominẽ mors,& per unum hominẽ resur

1 Cor.15 rectio mortuorũ. Sicut enim in Adã omnes moriuntur,ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vtiq; resurrectionẽ dicit iustorum,ubi est uita æterna:non resurrectionẽ iniquorum,ubi mors erit æterna. Ideo ait,uiuificabũtur:quia illi damC nabũtur. Hinc & in ueteribus sacramẽtis circũcisio paruulorum octaua die fieri præcepta est, quoniã Christus in quo fit delicti carnalis expoliatio,quam significat circũcisio,die dominico resurrexit,qui post septimũ sabbati octauus est. Hæc ergo fides etiã antiquorũ iustorũ fuit. Vn

2 Cor.4. de & Apostolus dicit:Habentes aũt eundẽ spiritũ fidei,propter quod scriptũ est,Credidi propter quod loquutus sum:& nos credimus propter quod & loquimur. non diceret,Eundẽ spiritum fidei:nisi admonens etiã antiquos iustos habuisse ipsum spiritũ fidei,hoc est incarnationis Christi. Sed quia illis futura prænũciabatur, quæ iam facta à nobis annũciatur,& tẽpore Veteris testamẽti uelabatur,quę tẽpore Noui testaD menti reuelaẽ:ideo eius sacramẽta uariata sunt, ut alia essent in Veteri testamẽto,alia in Nouo, cum fides uaria non sit,sed una sit:quia sicut in Adã omnes moriuntur,sic & in Christo omnes uiuificabũtur. Quod uero illis uerbis quę tractabamus adiungit,& dicit,Lex aũt subintrauit ut abũdaret delictũ [iam non pertinet ad illud delictum] quod trahitur ex Adam,de quo dicebã superius,Mors regnauit per unum:legẽ quidẽ sine naturalẽ intelligamus,quę in eorum apparet ætatibus qui iam ratione uti possunt:siue cõscriptam,quæ data est per Moysen,quia nec ipsa uiuificare potuit,& liberare à lege peccati & mortis quæ tracta est ex Adã,sed magis addidit præ

Gal.3 cato,ut promissio ex fide Iesu Christi daret credentibus. Hæc uerba si agnoscis,apostolica sũt, de qua lege iterũ dicit:Lex præuaricationis gratia posita est,donec ueniret semen,cui promissũ est dispositũ per angelos in manu mediatoris: Christũ cõmendans,cuius gratia salui fiunt omnes siue paruuli à lege peccati & mortis,cũ quanati sumus:siue maiores,qui male utentes arbitrio uolũtatis,præuaricati sunt legẽ naturalẽ ipsius rationis:siue qui legem acceperũt,quę data est per Moysen,eamq; prꝛuaricãtes litera occisi sunt. Cum uero etiã euãgelica præcepta homo præuaricaẽ,uelut quatriduanus mortuus putet: nec de illo tamen desperãdum est propter eius gratiã,qui non lente dixit,sed magna uoce clamauit:Lazare,ueni foras. Lex ergo subintrauit *Io.11* ut abũdaret delictũ,siue cum homines negligũt quod deus iubet,siue cum de suis uiribus præsumentes,adiutoriũ gratiæ non implorant,& addunt infirmitati superbiã. Cum aũt uocatione diuina intelligant cur sit ingemiscendũ,& inuocant eum in quẽ recte credũt,dicẽtes: Miserere *Psal.50* mei deus secundũ magnam misericordiã tuam. Et,Ego dixi,domine miserere mei,sana animã meã,qa peccaui tibi:in tua iustícia uiuifica me. Et,Viã iniquitatis amoue à me,& lege tua mise *Psal.40* rere mei. Et,Nõ ueniat mihi pes superbię,& ma *Psal.35 & 118* nus peccatorũ nõ moueãt me. Et,Itinera mea di *Psal.36* rige secũdũ uerbũ tuũ,& ne dominetur mei omnis iniquitas. A dño enim gressus hominis diriguntur,& uiam eius uolet. Et alia multa,quæ propterea scripta sũt,ut nos admonerẽt ad implẽda

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea quæ nobis iubentur. Cum ergo se homo ad illum extenderit, & sic ingemuerit, fiet quod se quitur: Vbi abundauit delictū, superabundauit Rom.5 & gratia: &, Dimittuntur ei peccata multa, quo Luc.7 niam dilexit multū. Et diffunditur in corde cha ritas dei, unde, fiat legis plenitudo non per uires arbitrij quod est in nobis, sed per spiritū san ctum qui datus est nobis. Nouerat quippe ille le Rom.7 gem, qui dicebat: Condelector enim legi dei se cundum interiorē hominem: & tamen adiunge bat, Video autem aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuū me du centem in legē peccati, quæ est in mēbris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Gratia dei per Iesum Christū do minum nostrum. Cur nō dixit potius, Per meū B liberū arbitriū: nisi quia libertas sine gratia non est libertas sed contumacia. Cum ergo dixisset Apostolus: Lex subintrauit ut abundaret deli ctum: ubi autem abūdauit delictū, superabunda uit & gratia, Sequutus adiunxit: Vt quēadmo dum regnauit peccatū in morte, sic & gratia re gnet per iustitiā in uita æterna per Iesum Chri stum dominū nostrum. Modo cum dixisset, ut quemadmodū regnauit peccatum in morte, nō ait, Per unum hominē, aut per Adam: quia iam dixerat, Lex subintrauit ut abūdaret delictum: quæ abundantia delicti non pertinet ad primi hominis propaginem, sed ad conuersationis hu manæ præuaricationē, quæ illi uni delicto, quo solo obstricti tenentur infantes, iam in maiori- C bus ætatibus ex abundantia iniquitatis adiecta est. Sed quoniā hoc totum, etiam quod non per tinet ad illius unius delicti originem, tamen ido nea est soluere gratia saluatoris: ideo cum dixis set, Sic & gratia regnet per iustitiā in uita æter na: addidit, Per Iesum Christum dominum no strum. Nullæ itaq; argumētationes contra hæc apostolica uerba prolatæ, impediant paruulos ad salutem, quæ est in Christo Iesu domino no stro. Tantomagis enim pro eis loqui debemus, quanto ipsi pro se loqui non possunt. Per unum hominem intrauit peccatum in mūdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines per transiit, in quo omnes peccauerūt. Sicut ab illo uno homine, sic ab eodem peccato infantes im- D munes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resoluātur. Vsq; enim ad le gem peccatum in mundo fuit. Non quia dein ceps in nemine fuit, hoc dictum est, sed quia nō poterat per literam legis auferri, quod solo po terat spiritu gratiæ. Ne quisquā ergo fidens de uiribus non dico uoluntatis, sed potius uanita tis suæ putaret libero arbitrio legē potuisse suffi cere, & Christi gratiam derideret: ideo ait Apo stolus, Vsq; enim ad legem peccatum in mūdo fuit, peccatum autem nō deputabatur, cum lex non esset. Non dixit, Non erat: sed, non deputa batur: quia lex non erat qua arguente demōstra retur, siue lex rationis in paruulo, siue lex literæ

A in populo. Sed regnauit, inquit, mors ab Adam usq; ad Moysen, quia nec lex data per Moysen potuit regnum mortis auferre, quod sola Chri sti abstulit gratia. In quos autem regnauerit ui de: in eos, inquit, qui non peccauerunt in simili tudine præuaricationis Adæ. Regnauit ergo & in eos qui non peccauerūt. Sed cur regnauerit, ostendit cum ait, In similitudine præuaricatio nis Adę. Iste est enim melior intellectus horum uerborū, ut cum dixisset: Regnauit mors in eos qui non peccauerunt, quasi nos moneret quare in eos regnauerit qui non peccauerūt, adderet, In similitudine præuaricatiōis Adæ, id est quia inerat eorum in membris similitudo præuarica tionis Adæ. Potest & sic intelligi, Regnauit B mors ab Adā usq; ad Moysen, & in eos qui non in similitudine præuaricationis Adæ peccaue runt, quia in semetipsis cum iam nati essent, nec ratione adhuc uterentur qua ille utebatur quan do peccauit, nec præceptum accepissent quod ille transgressus est, sed solo originali uitio tene rentur obstricti, per quod eos regnū mortis tra heret ad cōdemnationem. Quod regnum mor tis in eis tantum non est, qui Christi gratia rena ti, ad eius regnum pertinent: quoniā mors tem poralis, quāuis & ipsa de originali delicto pro pagata sit, corpus in eis interimit, animam uero ad pœnam nō trahit, ubi uoluit regnum mortis intelligi: ut anima renata per gratiam, iam non moriatur in gehennam, id est a uita dei non alie netur, non seperetur. Temporalis aūt mors cor poris, etiam in ijs qui Christi morte redimūtur, relinquatur interim ad exercitationem fidei, & agonem præsentis luctationis, in quo & marty res certauerunt: absumatur uero & ipsa in reno uatione corporis, quam resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus absorbebitur mors in uictori am, cui modo gratia Christi adimit regnum, ne suotū animas ad pœnas tartari trahat. Nonnul li sane codices non habent, In eos qui non pec cauerunt, sed in eos qui peccauerunt in similitu dine prævaricationis Adæ. Quibus quidē uer bis nullo modo iste sensus aufertur, secūdū hoc quippe intelligunt peccasse in similitudine præ uaricationis Adæ, secūdū quod supra dictū est, In quo omnes peccauerūt. Sed tamen Greci co Gre. dices, unde in Latinū scriptura trāslata est, illud plures habēt qđ dixímus. Quod non adiūxit de Adā, q est forma futuri. Neq; hoc uno intelligit modo: aut enim forma Christi à cōtrario est, ut quēadmodum in illo omnes moriūtur, sic & in Christo omnes uiuificētur: & quō per ipsius in obedientiā peccatores cōstituti sunt multi, sic p̄ istius obedientiam iusti cōstituant multi. Aut for mam futuri eū dixit, quod ipse inflixerit formā mortis posteris suis. Ille tamen est, melior intelle ctus, ut a cōtrario forma esse credatur, quā mul tum cōmēdat Apostolus. Deniq; ne omnino ex æquo in hac forma eadē cōtraria pensentur, ad iūgit & dicit: Sed nō sicut delictū ita et donatio. Rom.5

Si enim

Si enim ob unius delictum multi mortui sunt, A multo magis gratia dei, & donū in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abūdabit: ut in telligatur non in magis multos, cum iniqui ma gis multi sint qui damnabūtur, sed magis abun dabit: quod in ijs qui per Christum redimūtur, tēporaliter ualet forma mortis ex Adā, in æter num autem ualebit uitæ forma per Christum. Quamuis ergo, inquit, Adam futuri forma sit a contrario, plus tamen præstat Christus regene ratis, q̄ eis nocuerat ille generatis: & non sicut per unum peccantem, ita est & donum. Nam iu dicium quidem ex uno in condemnationē, gra tia autem ex multis delictis in iustificationem. Non solum in hoc, inquit, non æqualis est for ma, quia ille tēporaliter nocuit eos, quos in eter B num Christus redemit: uerum etiam quia illius uno delicto posteri nisi a Christo redimātur, tra duntur in condēnationem. Christi aūtē redem ptio etiā multa delicta dissoluit, quæ illi uni abū dantia prævaricatricis iniquitatis adiecit, unde iam superius disputauimus. Contra hæc apostolo li uerba sanumq; intellectū nemini acquiescas, si uis Christo & in Christo uiuere. Nam si, quē admodū illi dicunt, propterea ista cōmemoras set Apostolus, ut intelligeremus ad primum ho minē peccatores ideo pertinere, quia non delic tum ex illo nascendo traximus, sed eum imitā do peccauimus, diabolum potius poneret: qui & prior peccauit, & de quo nullam substantiæ propaginem traxit genus humanū, sed eum so- C la imitatio subsequuta est: unde dicitur pater im piorum, sicut noster dicitur pater Abrahā pro pter imitationē fidei, non propter originem car Sap.2 nis. Nam ideo de ipso diabolo dictū est: Imitan tur autem illum qui sunt ex parte ipsius. Deinde si propter imitationē hoc loco Apostolus cōme moraret primū hominē, quia primus peccator in hominibus fuit, ut ideo ad illū omnes homi nes peccatores diceret pertinere: cur non secun dum Abel posuit, qui primus in hominibus iu stus fuit, ad quem iusti omnes propter imitatio nem iustitiæ pertinerent, sed posuit Adam, con tra quem non posuit nisi Christum? Quia sicut ille homo delicto suo uitiauit posteritatē suam, sic ille deus homo iustitia sua saluauit hæredita D tem suam. Ille trajiciendo carnis immunditiam quod non poterat impius diabolus, ille donādo spiritus gratiam quod non poterat Abel iustus. Multa de ijs quæstiōibus in alijs nostris opuscu lis & ecclesiasticis sermonib⁹ diximus, quoniā fuerunt etiam apud nos quidā, qui ubicūq; pote rant hæc sui erroris noua semina spargerēt, quo rum nonnullos per ministeriū nostrū fratrumq; nostrorū misericordia domini ab illa peste sana uit. Nec tamē hic deesse aliquos arbitror, maxi me apud Carthaginē, sed iam occulte mussitant timentes ecclesiæ fundatissimā fidem. Nā unus eorum nomine Cœlestius in eiusdē ciuitatis ec clesia iam ad presbyterij honorē surrepere cœ perat, sed fidelissima libertate fratrum propter has ipsas contra Christi gratiam disputationes usq; ad iudicium episcopale perductus est, tamē coactus est cōfiteri propter baptizandos paruu los, quod & ipsis redemptio sit necessaria. Vbi quanq̄ noluerit de originali peccato aliquid ex pressius discere, tamē ipso redēptionis nomine non parū sibi præscripsit. Vnde enim redimēdi sunt nisi a diaboli potestate, in qua esse non pos sent, nisi originalis obligatiōe peccati? Aut quo precio redimūtur, nisi Christi sanguine, de quo apertissime scriptū est, q̄ in remissionem effusus Mat.26 sit peccatorū? Sed quia magis cōuictus & ab ec clesia detestatus q̄ correctus & pacatus abscес sit, ueritus sum ne forte ibi sit ipse qui uestram fi dem perturbare conatur. Ideo nominis ipsius cōmemorationem putaui esse faciendam. Sed siue ipse sit, siue alij cōsortes eius erroris: plures enim sunt q̄ sperare possumus, & ubi non redar guuntur, etiam alios ad suam sectam seducūt, & sic crebrescūt ut nesciam quo sint erupturi: nos tamen malumus eos in ecclesiæ cōpage sanari, q̄ ex illius corpore uelut insanabilia mēbra rese cari, si tamē hoc permittit ipsa necessitas. Timē dum est enim, ne plura putrescāt dum putribus parcitur. Potēs est autem misericordia domini nostri, quę potius eos ab hac peste liberet, quod sine dubio faciet si fideliter aduertant teneantq; quod scriptum est: Qui inuocauerit nomen do Ioel.2 mini, saluus erit. Audi iā pauca de diuitibus, quod in epistola tua sequitur inquirēdum. Hoc Quæstio 4. enim posuisti illos dicere: Diuitem manētem in de relinquen diuitijs suis, regnum dei non posse ingredi, nisi dis facultati omnia sua uendiderit, nec ei prodesse si forte ex ipsis diuitijs mandata fecerit. Euaserūt istorum disputatiōes, patres nostri Abraham & Isaac & Iacob, qui tanto ante ex hac uita migrarunt. Ha bebant quippe hi omnes non paruas diuitias, si cut fidelissima scriptura testatur: multos tamen Mat.9 uenturos ab Oriente & Occidente, & nō supra ipsos uel extra ipsos, sed cum ipsis recubituros in regno cœlorum, ille ipse qui propter nos fa ctus est pauper cū uere diues esset, ueracissima promissione prędixit. Et quāuis superbus diues Luc.16 qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, mortuus apud inferos tor queret: tamē si pauperis ulcerosi qui ante ianuā eius contēptus iacebat misertus fuisset, mereret & ipse misericordiā. Et si pauperi illi meritū es set inopia nō iustitia, nō utiq; ab angelis in Ab rahæ gremiū, qui diues hic fuerat, tolleret. Sed ut nobis ostēderetur, nec in isto paupertatē per seipsam diuinitus honoratā, nec in illo diuitias fuisse dānatas, sed in isto pietatē, in illo impieta tem suos exitus habuisse, sic suscepit impiū di uitem cruciatus ignis, ut tamē pium pauperē su sciperet sinus diuitis. Qui sane cum hic diues ui ueret, diuitias sic habebat, & eas præ dei præce ptis tam paruipēdebat, ut etiam cum ipsius filij immolatione nollet offendere deum iubētem,

quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem suarũ diuitiarũ & sperabat & optabat hæ redem. Hic utiq; dicunt, ideo patres antiquos non uendidisse omnia quæ habebant, & dedisse pauperibus, quia hoc eis non præceperat dominus. Nondum enim reuelato testamento nouo, quod non fieri nisi plenitudine tẽporis oportebat, nec eorum uirtus fuerat reuelãda, qua uirtute hoc eos facillime posse, deus in eorum cordibus nouerat, qui testimoniũ illis tam insigne perhibebat, ut cum sit omnium sanctorũ deus, tanquam de prœcipuis amicis suis dicere digna
Exo.3 retur: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, hoc mihi nomen est in æternum. Postea uero quàm magnum pietatis sacramentũ manifestatum est in carne, & uocandis omnibus gentibus Christi aduentus illuxit, in quem etiã illi B patres crediderant, sed huius fidei oliuam suo tempore manifestandã, in illius arboris de qua Apostolus loquitur, tanquam radice seruabãt,
Mat.19 dictum est diuiti, Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & ueni sequere me. Hæc si dicant, uidentur aliquid rationabiliter dicere. Sed totum audiant, totum aduertant, non in parte aures aperiant, in parte surdescant. Cui enim dominus hæc præcepit: Profecto illi diuiti, qui uitæ æternæ consequendæ consiliũ quærebat accipere. Hoc enim domino dixerat: Quid faciam ut uitam æternã consequar: Ille autem non ei respõdit: Si uis uenire ad uitam, uade, uende omnia quæ habes: sed, Si uis uenire ad uitam, serua mandata. Quę C iuuenis cum sibi à domino ex lege commemorata se seruasse dixisset, & quæsisset quid adhuc sibi deesset, responsum accepit: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et ne se illa quæ multum amabat, hoc modo perdere existimaret: Et habebis, inquit, thesaurum in cœlis. Deinde addidit, Et ueni sequere me: ne cuiquam cum hæc fecerit, aliquid prodesse existimetur, si non sequitur Christum. At ille quidem tristis abscessit, qui uiderit quemadmodum illa legis mãdata seruauerat. Puto enim quòd se arrogãtius quàm uerius seruasse respõderat. Verũtamen magister bonus mandata legis ab ista excellentiore perfectione distinxit. Ibi enim dixit: Si uis uenire ad uitam, serua mã- D data: hic autem, Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, &c. Cur ergo negamus diuites, quamuis ab illa perfectione absint, uenire tamen ad uitam, si mãdata seruauerint, & dederint ut detur illis, & dimiserint ut dimittatur illis: Credimus enim ministrum Noui testamẽti fuisse Apostolum, cum scribẽs ad Timotheum
1 Tim.6 diceret: Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruẽdum. Bene faciant diuites, sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehẽdant ueram uitam, de qua & illi

adolescenti dictum est, Si uis uenire ad uitam. Puto quod ista præcipiens, diuites instruebat, non fallebat Apostolus, qui non ait, Præcipe diuitibus huius mundi, ut uendant omnia quæ habent, dent pauperibus, & sequantur dominum: sed, non superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum. Ista superbia diuitẽ illum, qui iacentem ante ianuam suam contemnebat pauperem iustum, & ista spes in incerto diuitiarum, qua se propter purpuram, byssum & epulas splẽdidas beatum putabat, non ipsæ diuitiæ perduxerunt ad inferni tormẽta. An forte quia dominus adiunxit: Amen dico uobis, Difficile diues intrabit in regnum cœlorum: & Iterum dico uobis, B Facilius intrabit camelus per foramen acus, q̃m diues in regnum cœlorum: ideo putant isti diuitem, etiam si faciat ista quæ diuitibus præcipiendo scripsit Apostolus, in regnum cœlorũ intrare non posse? Quid ergo est: Vtrum Apostolus contra dominum loquitur, an isti nesciunt quid loquuntur? Quid horum credat, eligat Christianus. Puto melius nos credere istos nescire quid loquantur, quàm Paulum contra dominum loqui. Deinde cur non in consequẽtibus etiam ipsum dominum audiunt dicẽtem discipulis promiseria diuitum contristatis: Quod hominibus impossibile est, deo facile est: Sed ideo, inquiunt, hoc dictum est, quia futurum erat, ut audito euangelio, diuites uendito patrimonio, erogatoq; pauperibus dominum sequerẽtur, & intrarent in regnũ cœlorum, atq; ita fieret quod difficile uidebatur, non ut manentes in diuitijs suis, præcepta Apostoli custodiendo, id est non superbe sapiendo, neq; sperando in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, benefaciendo, facile tribuendo & cõmunicando indigentibus, ueram apprehendant uitam, sed etiam ista præcepta apostolica, uenditis omnibus suis rebus implerent. Hæc si dicunt, Scio quippe eos illa dicere, non attendunt primitus quemadmodum dominus contra eorum dogma, suam gratiam prædicauerit. Nõ enim ait, Quod hominibus impossibile uidetur, facile est hominibus si uoluerint: sed, Quod hominibus, inquit, impossibile est, deo facile est: ostẽdens quando ista recte fiunt, non fieri hominis potentia, sed dei gratia. Hæc ergo attendant isti, & si reprehendunt eos qui gloriantur in diuitijs suis, caueant ipsi in sua uirtute confidere. Simul enim utriq; reprehenduntur in Psalmo, Qui confidunt in uirtute sua, & qui in abundantia diuitiarum suarum gloriãtur. Audiãt itaq; diuites, Quod hominibus impossibile est, deo facile est: & siue manẽtes in diuitijs suis, siue illis uenditis, & per indigentias pauperum distributis intrent in regnum cœlorũ, gratiæ dei tribuant non proprijs uiribus bonũ suũ. Quod enim hominibus impossibile est, non hominibus sed deo facile est. Audiant hoc & isti, & si iam omnia sua uendiderunt, & pauperibus tribuerunt, uel adhuc id agunt atq; disponũt, & hoc

hoc modo præparant intrare in regnum cœlorum, non hoc tribuant uirtuti suę, sed eidem gratiæ diuinæ: Quòd enim hominibus impossibile est: non ipsis, quia & ipsi homines sunt, sed deo facile est. Hoc quippe illis & Apostolus dicit: Cum timore et tremore uestram ipsorũ salutem operamini. Deus enim est qui operat in uobis, & uelle & operari pro bona uoluntate. Certe ideo se dicunt de suis rebus uendẽdis perfectionis à domino fuscepisse consilium ut sequantur dominum, quoniam illic additum est: Et ueni sequere me. Cur ergo in ijs bonis quæ faciunt, de sua tantũ uoluntate præsumunt, nec audiunt dominum, quem sequi se dicunt increpantem atq;
Io.15 testantem: Sine me nihil potestis facere? Si aũt
1 Tim.6 apostolus ita dixit: Præcipe diuitibus huius mũ B di, nõ sũpse sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, ut uendant omnia quæ possident, & ea precia distribuendo indigẽtibus, faciant quod sequitur: Facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamẽtum bonum in futurum, & aliter eos in regnum cœlorum intrare posse nõ credit: fallit ergo eos quorum domos tam diligenter doctrinæ sanitate componit, admonens & præcipiens quales se præbere debeãt uxores uiris, uiri uxoribus, filij parentibus, parentes filijs, serui dominis, domini seruis. Nam quomodo hæc agi possunt sine domo, & sine aliqua re familiari? An hoc eos mouet qd ait dominus:
Mat.19 Quicunq; dimiserit omnia sua propter me, accipiet in hoc seculo cẽtuplum, & in futuro uitam C æternã possidebit. Aliud est dimiserit, aliud est uendiderit. Nam & in ijs quæ dimittenda mandauit, etiam uxor commemorata est, quam nullis humanis legibus licet uẽdere, Christi autem legibus nec dimittere, excepta causa fornicationis. Quid sibi ergo uolunt ista præcepta? Non enim possunt inter se esse contraria, nisi quia occurrit aliquando necessitatis articulus, ubi aut uxor dimittatur, aut Christus: ut alia omittam, si ipsi uxori maritus displicuerit Christian⁹, eiq; proposuerit aut à se diuortiũ aut à Christo: Hic ille quid eligat nisi Christum, & dimittat uxorẽ laudabiliter propter Christũ? Ambobus quippe Christianis dominus præcepit, ne quisquam dimittat uxorem excepta causa fornicationis. D Vbi autẽ quærhibet ex eis persona infidelis est,
1 Cor.7 consilium Apostoli attendatur: Vt si infidelis consentit habitare cum uiro fideli, uir nõ dimittat uxorem. Similiter & uxor fidelis uirũ, si cũ illa habitare consenserit. Quod si infidelis, inquit, discedit, discedat. Non est enim seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, id est si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic agnoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum deputet seruituti ut ipsam dimittat fidem, ne coniugem amittat infidelem. Hoc & de filijs atq; parẽtibus, hoc de fratribus & sororibus intelligitur, propter Christũ omnes esse dimittendos, cum proponitur ista conditio ut Christum

dimittat, si illos secum habere desiderat. Hoc ergo & de domo atq; agris, hoc & de ijs rebꝰ quæ iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est. Simul enim etiam de his non ait: Quicunq; uendiderit propter me quæcunq; licitum est uendere: sed, quicunq; dimiserit. Fieri enim potest ut dicatur Christiano ab aliqua potestate, aut Christianus non eris, aut si in hoc permanere uolueris, domum possessionesq; non habebis. Cum uero etiam illi diuites, qui in suis diuitijs sic statuerant permanere, ut ex earum bonis operibus promererentur deũ, hęc dimittant potius propter Christum, q̃ propter hæc Christũ, ut accipiant in hoc seculo centuplum, cuius numeri perfectione significant omnia: fideli quippe homini totus mundus diuitiarum est: fiuntq; hoc modo quasi nihil habentes & omnia possidentes, ut in futuro seculo possideãt uitam æternam, ne propter ista dimisso Christo, in mortẽ præcipitẽtur æternam: Hac quippe lege & conditione, non illi tantum qui mentis excellentia perfectionis cõsilium receperũt, ut uendita sua, pauperibus distribuerent, & humeris ab omni seculi huius sarcina liberioribus leuem Christi sarcinam ferrent, sed etiam quisquis infirmior, & illi gloriosissimæ perfectioni minus idoneus, qui tamẽ se meminit ueraciter esse Christianũ, cum audierit sibi proponi, quòd nisi hęc omnia dimiserit, dimissurus est Christum, apprehẽdet potius turrim fortitudinis à facie inimici: quia cum eam in sua ędificaret fide, computauit sumptus quibus perfici posset: id est, eo animo accessit ad fidem, ut huic seculo non solum uerbis renunciaret: quia & si emit aliquid, tanquã non possidens erat: & si utebatur hoc mundo, tanq; non utens erat, non sperans in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo. Cũ enim omnis qui renunciat huic seculo, sine dubio renunciet omnibus quæ sunt eius, ut possit Christi esse discipulus: ipse enim, cum de sumptibus ad turris ædificiũ necessarijs, & de bello aduersus regem alterum præparando, similitudines præmisisset, adiũxit sic: Qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, Luc.14.
non potest meus esse discipulus: profecto renũciat etiã diuitijs suis, si quas habet: aut sic ut eas omnino non diligens, totas distribuat indigentibus, & superfluis exoneretur sarcinis: aut sic, ut pius diligens Christum, spem ab eis transferat in ipsum, atq; ita utatur illis, ut facile tribuẽs & communicãs, thesaurizet in cœlo: paratusq; sit quemadmodũ parentes & filios & fratres & uxorẽ, hoc modo & istas relinquere, si talis conditio ꝓposita fuerit, ut nisi dimisso Christo, eas habere non possit. Nam si aliter huic seculo renunciat, quando accedit ad fidei sacramentum, facit qd de lapsis beatus Cyprianus ingemuit, Cyprianus
dicens: Seculo uerbis solis renũciantes & non factis. De hoc quippe dicitur, cum ueniente tentatiõe, magis ista metuit amittere, q̃ Christum negare: Ecce homo qui cœpit ædificare, & non

Universidad de Deusto
Biblioteca

potuit perficere. Ipse est etiam, qui cum adhuc longe esset aduersarius eius, misit legatos quærens pacem: id est nondum affligẽte, sed adhuc imminente ac minante tentatione, ut ijs non careat quæ plus diligit, ad relinquendũ Christum negandumq; consentit. Et multi sunt tales qui etiam putant sibi ad augendas opes suas & multiplicanda delectamenta terrena, religionẽ suffragari debere Christianam. Sed non sunt tales diuites Christiani, qui licet ista teneant, non tamen ab eis ita tenentur, ut hæc Christo anteponant, quia ueraci corde seculo renunciarunt, ut nullam spem in talibus ponant. Hi uxores & filios uniuersasq; familias ad Christianã religionem tenendam sana eruditũ disciplina. Horum domus hospitalitate feruentes, recipiũt iustum in nomine iusti, ut mercedẽ iusti accipiãt. Frangunt esurienti panem suum, nudum uestiunt, captiuum redimunt, thesaurizant sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehẽdant ueram uitam. Et si forte pro fide Christi pecuniaria dãna perpetienda sunt, oderũt diuitias suas: si suorum orbitates uel separationes pro Christo minatur hic mundus, oderunt parentes, fratres, filios, uxores: postremo si de ipsa huius corporis uita cum aduersario paciscendum est, ne deseratus deserat Christus, oderunt insuper animam suam. De ijs quippe omnibus mandatum acceperũt, quod aliter discipuli Christi esse nõ possint. Nec tamen quia præceptum est eis, ut oderint pro Christo & animas suas, uendendas eas habent, aut illatis sibi manibus effundẽdas: sed parati sunt eas amittere pro Christi nomine moriendo, ne mortui uiuant Christum negãdo. Sic etiam diuitias, ad quas uendẽdas parati nõ fuerunt monente Christo, ad perdendas eas debẽt parati esse pro Christo, ne cum eis pereant perdito Christo: habemus hinc utriusq; sexus diuites clarissimasq; personas martyrij gloria sublimatas. Ita multi, quos rerum suarum uẽditione piguerat ante perfici, Christi imitata passione sunt repente perfecti: & qui nonnullam infirmitatem carnis & sanguinis suis diuitijs perfecerunt, subito aduersus peccatum pro fide usq; ad sanguinem certarunt. Quibus autem nõ prouenit corona martyrij, neq; illius perfectionis de uendẽdis rebus suis, consiliũ tam grande tamq; præclarum receperunt, & tamen à dãnabilibus immunes criminibus esurientem Christũ pauerunt, sitienti potum dederunt, nudum uestierũt, peregrinantem susceperunt, non sedebunt quidem cum Christo sublimiter iudicaturi, sed ad ipsius dexteram stabunt misericorditer iudicandi. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus. Et iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Superexultat autem misericordia iudicio. Proinde isti desinant contra scripturas loqui, & in suis exhortationibus ad maiora sic excitent, ut minora non damnent. Non enim & sanctam uirginitatẽ aliter exhortando persuadere possunt, nisi coniugalia uincula damnauerint, cum docente Apostolo, unusquisq; donum propriũ habeat à deo, alius sic, alius autem sic. Ambulent itaq; perfectionis uiam uenditis omnibus suis rebus & misericorditer erogatis. Sed si uere pauperes Christi sunt, & non sibi sed Christo colligunt, infirmiora eius membra quare puniunt antequã sedes iudiciarias acceperint: Si enim tales erunt, qualibus dominus dicit: Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel: & de qualibus apostolus dicit, Nescitis quoniã angelos iudicabitis, præparent potius non criminosos sed religiosos diuites recipere in tabernacula ęterna, à quibus amici facti sunt de mamona iniquitatis. Puto enim q; quidam eorum qui hæc impudenter atq; imprudenter garriũt, à diuitibus Christianis & pijs in suis necessitatibus sustentantur. Habet enim ecclesia quodammodo suos milites, & quodammodo prouinciales. Vnde dicit Apostolus: Quis militat suis stipendijs unquam? Habet & uineam & plantatores, habet gregem & pastores. Vnde cõsequenter dicit: Quis plantat uineam, & de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius nõ percipit? Quãuis talia disputare qualia isti disputant, non sit militare sed rebellare, non sit plãtare uineam sed eradicare, non sit pascẽdos congregare, sed perdendos à grege separare. Sicut autem ipsi qui diuitum religiosis obsequijs alũtur atq; uestiũtur, neq; enim ad suas necessitates nihil accipiunt, nisi ab eis qui res suas uendunt, non tamen iudicantur atq; damnantur ab excellentioribus Christi membris, qui maiori uirtute quam multum commendat apostolus, suis semanibus transigunt: sic nec isti damnare debẽt infirmioris meriti Christianos quorũ operibus transiguntur, sed recte uiuendo & recte docẽdo magis eis dicere, Si nos uobis spiritalia semina uimus, magnum est si uestra carnalia metamus? Multo quippe minori impudentia serui dei, qui manuum suarum honestis operibus uenditis uiuunt, damnant istos à quibus nihil accipiunt? q; isti qui propter aliquam corporis infirmitatem non ualentes manibus operari, dãnant eosipsos de quorum facultatibus uiuũt. Ego qui hæc scribo perfectionem de qua dominus loquutus est, quando ait diuiti adolescenti: Vade uende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me: uehemẽter adamaui, & non meis uiribus, sed gratia ipsius adiuuante sic feci. Neq; enim quia diues nõ fui, ideo minus mihi imputabitur. Nã neq; ipsi apostoli qui priores hoc fecerunt, diuites fuerunt. Sed totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere dimittit. Quãtum autẽ in hac perfectionis uia profecerim, magis quidem nouit ego, q; quisquam alius homo, sed magis deus q; ego. Et ad hoc propositũ quantis possum uiribus alios exhortor, & in nomine domini habeo cõfortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est: sic tamen ut præcipue sana doctrina teneatur, nec eos qui ista non faciunt, uana cõtumacia iudicemus, dicẽtes nihil prodesse quod pudice q; uis cõiugaliter uiuunt, quod domos suas & familias Christiane regũt, quod operibus misericordiæ sibi thesaurizãt in posterũ, ne ista disputando non scripturarũ sanctarum tractatores, sed eorum accusatores inueniamur. Quod ideo cõmemoraui, quoniam isti quando talia dicere prohibentur ab eis qui hoc domini consiliũ non ceperunt, respõdent eos talia disputari nolle, quoniã uitijs suis fauẽt & dominica præcepta implere detrectãt: quasi non, ut de ijs taceã qui licet infirmiores, religiose tamen utuntur diuitijs, etiam ipsi cupidi & auari male his utẽtes, & in terreno thesauro corluteũ figentes, quia & ipsos necesse est usq; ad finem portet ecclesia, sicut illa retia usq; ad lit⁹ pisces malos, tolerabiliores in ea q̃ isti sint, qui talia sermocinãdo & disseminãdo, ita se uiderimagnos uolunt, quia diuitias suas, uel quãtulacũq; patrimonia ex præcepto domini uendiderũt, ut eius hæreditatẽ quæ usq; ad fines terrę dilatatur atq; diffunditur, hac doctrina nõ sana perturbare atq; euertere moliantur. Vnde quia ex hac quidem occasione, sed tamẽ iam breuiter dixi quid etiam de ecclesia Christi in hoc seculo sentiam, id est quia usq; ad finem huius seculi necesse est portet bonos & malos, quoniã & hoc inter tuas quæstiones interrogasti, prolixam epistolã iam tandem aliquando cõcludam: Iurationem caue quantũ potes. Melius quippe nec uerũ iuratur, q; iurandi cõsuetudine, & in periuriũ sæpe cadi tur, & semper periurio propinquatur. Sed illi, quantũ aliquos eorũ audiui, quid sit iurare prorsus ignorant: putant enim se non iurare, quãdo in ore habent, Scit deus: &, Testis est deus: &, Testem deum inuoco super animã meam: quia non dicitur, Per deum: & quia talia reperiuntur in apostolo Paulo. Sed etiam illa ibi contra eos inuenta est, quam non confitẽtur esse iurationẽ, ubi ait Apostolus: Quotidie morior, per uestrã gloriam fratres quam habeo in Christo Iesu domino nostro. In Græcis enim codicibus reperitur omnino esse hanc iurationẽ, ne quis in Latina lingua hoc sic intelligat dictum, Per uestram gloriam: quomodo dictũ est, Per meum aduentum iterum ad uos: & multa similia, ubi dicitur per aliquid, & non est iuratio. Sed nõ ideo quia in suis literis iurauit Apostolus, uir in ueritate firmissimus, ludus nobis debet esse iuratio. Multo enim tutius, ut dixi, quantũ ad nos attinet, nũquam iuramus: ut sit in ore nostro, Est, est, non, non: sicut dominus monet. Nõ quia peccatum est, uerum iurare: sed quia grauissimũ peccatum est, falsum iurare: quo citius cadit, qui cõsueuit iurare. Accepisti quod mihi uidetur: melius exponant ista meliores, non isti quorum nouã iam sententiam reprobandam, sed alij qui ueraciter

Mat. 5
Iac. 2

1 Cor. 7

Psal. 118

Mat. 19

Aug. de opere monach.

Quæstio V de nõ iurãdo

1 Cor. 15

possunt. Nam & ego paratior sum discere q; docere, & tu magnum cõferes beneficiũ, si ea quæ illic à sanctis fratribus aduersus istorum uanilo quia disseruntur, non me facias ignorare. In domino recte & fideliter uiuas, dilectissime fili.

Patres concilij Carthaginensis, Innocentio pontifici Rom. de actis aduersus Pelagium & Cœlestium. XC

Domino beatissimo & honorandissimo fratri sancto Innocẽtio papę, Aurelius, Mundius, Rusticanus, Fidentius, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theasius, Tutus, Pãthonius, Victor, Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, alius Restitutus, Ampelius, Animus, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octauius, Serotinus, Maiorinus, Posthuman⁹, Trispulus, Victor, alius Victor, Leucius, Marcian⁹, Fructuosus, Faustinian⁹, Quoduultdeus, Cãdorius, Maximus, Megarius, Rusticus, Rufianus, Proculianus, Thomas, Ianuarius, Octauianus, Prætextatus, Sixtus Quoduultdeus, Pẽthadius Quoduultdeus, Cyprianus, Serutilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Tiazacenus, Germanus, Germanianus, Inuentius, Maiorinus, Inuentius, Candidus, Cyprianus & Aemilianus, Romanus, Aphricanus & Marcellinus, qui in concilio ecclesiæ Carthaginensis adfuimus.

C Vm ex more ad Carthaginẽsem ecclesiam solẽniter ueniremus, atq; ex diuersis causis congregata ex nobis synodus haberetur, cõpresbyter noster Orosius nobis literas sanctorũ fratrũ et consacerdotum nostrorũ dedit Herodis & Lazari, quarum formã his constituimus esse subdendã. His ergo lectis, Pelagium & Cœlestiũ autores nepharij prorsus, & ab omnibus nobis anathematizandi erroris aduertimus. Vnde factũ est, ut recẽsendũ peteremus, quid ante fermè quinquenniũ super Cœlestij nomine hic apud ecclesiam Carthaginensem fuerit agitatũ. Quo recitato, sicut ex subsequentibus aduertere poterit sanctitas tua, quãuis iudicatio manifesta constaret, quia illo tẽpore episcopali iudicio excisum hoc uulnus tantum ab ecclesia uideretur, nihilominus tamen id communi deliberatione censuimus, & huiusmodi persuasionis autores, quãuis ad presbyteriũ idẽ Cœlestius postea peruenisse dicat, nisi hæc apertissime anathematizauerint ipsos anathematizari oportere, ut si ipsorũ non potuerit, saltem eorũ qui ab eis decepti sunt uel decipi possunt, cognita sentẽtia quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaq; gestũ domine frater sancte, charitati tuę intimandũ duximus, ut statutis nostræ mediocritatis etiã apostolicæ sedis adhibeat autoritas, pro tuenda salute multorum, & quorundã peruersitate etiam corrigẽda. Id enim agunt isti dãnabilibus disputationibus suis, ut non defendẽdo, sed potius in superbiam sacrilegã extollendo liberũ arbitriũ, nullũ relinquant locum gratiæ dei qua Christiani su-

2 Retract. 33 & 50

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus,qua & ipſum noſtræ uoluntatis arbitrium A
uere fit liberum,dum à carnalib̃ concupiſcentia
Io.8 rum dominatione liberatur,dicẽte domino:Si
uos filius liberauerit,tũc uere liberi eritis,quod
auxilium fides impetrat,quæ eſt in Chriſto Ieſu
domino noſtro. Iſti autẽ aſſerũt ſicut à fratribus
qui etiam eorũ libros legerunt cognouimus,in
eo dei gratiã deputandã,q talem hominis inſti
tuit creauitq; naturã,quæ per propriã uoluntatẽ
legẽ dei poſſit implere,ſiue naturaliter in corde
conſcriptã,ſiue in literis datam.Eandem quoq;
legem ad gratiã pertinere,quod illã deus in ad
iutoriũ hominibus dedit.Illam uero gratiã qua
ut dictũ eſt Chriſtiani ſumus,cuius Apoſtolus
Rom.7 prædicator eſt dicens,Condelector eñ legi dei
ſecundũ interiorẽ hominem,Video autẽ aliam B
legem in membris meis repugnantẽ legi mẽtis
meæ,& captiuantẽ me in lege peccati quę eſt in
membris meis:miſer ego homo,quis me libera
bit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ie
ſum Chriſtũ dominũ noſtrũ:nolunt omnino co
gnoſcere,ſed nec aperte quidem oppugnare au
dent:ſed quid aliud agunt,cum hominibus ani
malibus non percipientibus quæ ſunt ſpiritus
dei,perſuadere non ceſſant ad operandã perfi
ciendamq; iuſticiam,& dei mãdata cõplenda,
ſolam ſibi humanã ſufficere poſſe naturã,non at
Rom.8.9 tendentes quod ſcriptũ eſt,Spiritus adiuuat in
& 12 firmitatẽ noſtram.Et,Non uolentis eſt neq; cur
rentis,ſed miſerentis eſt dei.Et q unũ corpus ſu
mus in Chriſto,ſinguli aũt alter alterius mẽbra, C
habẽtes dona diuerſa ſecũdum gratiã quæ data
eſt nobis.Et,Gratia dei ſum id quod ſum,et gra
tia eius in me uacua non fuit,ſed plus omnibus
1 Cor.15 illis laborauí,non ego autẽ ſed gratia dei mecũ.
Et,Gratias deo qui dedit nobis uictoriã per do
minũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ.Et,Quia nõ idonei
2 Cor.3.et 4 ſumus cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis,
ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt.Et,Habemus
theſaurũ iſtũ in uaſis fictilibus,ut eminentia uir
tutis ſit Dei & non ex nobis.Et innumerabilia
quæ de ſcripturis omnibus ſi colligere uelimus,
tempus non ſufficit.Et ueremur ne apud te iſta
cõmemorando quæ maiore gratia de ſede apo
ſtolica prædicas,inconuenienter facere uidea
mur.Sed ideo facimus,quia eo quod infirmio- D
res ſumus,quaquauerſum quiſq; noſtrum uerbo
dei prædicando putatur attentior,crebrius eos
2 Retra.47 patimur & audacius inſurgẽtes.Si ergo Pelagi⁹
epiſcopalibus geſtis quæ in Oriente cõfecta di
cuntur,etiam tuæ ueneratiõi iuſte uiſus fuerit
abſolutus,error tamẽ ipſe & impietas quæ tam
multos aſſertores habet,per diuerſa diſperſos,
etiã autoritate apoſtolicæ ſedis anathematizan
da eſt. Conſideret ergo ſanctitas tua,& paſtora
libus nobis cõpatiatur uiſceribus,q̃ ſit peſtife
rum & exitiale ouibus Chriſti,quod iſtorum ſa
crilegas diſputatiões neceſſario ſequitur,ut nec
Mat.6 orare debeamus,ne intrem⁹ in tẽtationẽ,quod
dominus & diſcipulos monuit,& poſuit in ora

tione quam docuit,aut ne deficiat fides noſtra,
quod pro apoſtolo Petro ſe rogaſſe ipſe teſtatus
eſt.Si enim poſſibilitate naturæ,& arbitrio uo
luntatis in poteſtate ſunt cõſtituta,quis nõ ea ui
deat à domino inaniter peti,& fallaciter orari,
cum orãdo poſcũtur quæ naturæ noſtræ iam ita
cõditæ ſufficiẽtibus uiribus obtinẽtur? Nec de
buiſſe dicere dominũ Ieſum,Vigilate & orate:
ſed tantũmodo,Vigilate ne intretis in tentatio
nem:nec beatiſſimo Petro primo apoſtolorũ, Luc.22
Rogaui pro te,ſed moneo te uel impero ac præ
cipio ne deficiat fides tua.Contradicitur etiam
iſtorũ contẽtione benedictionibus noſtris,ut in
caſſum ſuper populũ dicere uideamur,quicqd
eis à domino precamur,ut recte ac pie uiuendo
illi placeant:& illa quæ pro fidelibus precatur B
Apoſtolus dicẽs:Flecto genua mea ad patrem
domini noſtri Ieſu Chriſti,ex quo omnis pater
nitas in cœlo & in terra nominatur,ut det uobis
ſecũdũ diuitias gloriæ ſuę uirtute corroborari p
ſpiritũ eius.Si ergo uoluerimus benedicẽdo ſu
per populũ dicere,Da illis dñe uirtute corrobo
rari per ſpiritũ tuum:iſtorũ nobis diſputatio cõ
tradicit,affirmãs negari liberũ arbitriũ,ſi hoc à
deo poſcitur quod in noſtra eſt poteſtate. Virtu
te enim corroborari ſi uolumus,inquiunt,poſſu
mus ea poſſibilitate naturæ quã nunc nõ accipi
mus,ſed cum crearemur accepimus. Paruulos
etiã propter ſalutẽ quæ per ſaluatorẽ Chriſtũ da
tur,baptizandos negãt,ac ſic eos mortifera iſta
doctrina in æternũ necant,promittẽtes etiam ſi
non baptizẽtur,habituros uitã æternã,nec per
tinere ad eos,de quibus dñs ait: Venit enim fi- Luc.19
lius hominis quærere & ſaluare quod perierat:
quia iſti,inquiũt,non perierant,nec eſt quod in
eis ſaluetur,uel tanto precio redimatur,quia ni
hil eſt in eis uitiatũ,nihil tenetur ſub diaboli po
teſtate captiuũ,nec pro eis fuſus eſt ſanguis qui
fuſus eſſe in remiſſionẽ legitur peccatorũ: quan
quã per baptiſmũ Chriſti etiã paruulorũ fieri re
dẽptionẽ libello ſuo Cœleſtius in Carthaginẽſi
eccleſia iam cõfeſſus eſt.Sed multi qui eorũ per
hibẽtur eſſe uel fuiſſe diſcipuli,hæc mala quib⁹
fundamẽta Chriſtianæ fidei conantur euertere,
quantũcũq; poſſunt affirmare non ceſſant. Vn
de etiã ſi Pelagius Cœleſtiusq; correcti ſunt,uel
ſe iſta nunquã ſenſiſſe dicũt,& quæcũq; ſcripta
contra eos prolata fuerint ſua eſſe negabũt,nec
eſt quẽadmodũ de mẽdacio conuincãtur:gene
raliter tamen quicũq; dogmatizat & affirmat,
humanã ſibi ad uincẽda peccata & dei mãdata
faciẽda ſufficere poſſe naturã,& eo modo gra
tiæ dei quæ ſanctorũ euidẽtius orationibus de
claratur,aduerſarius inuenit:Et quicunq; negat
paruulos per baptiſmũ Chriſti,à perditiõe libe
rari,& ſalutẽ percipere ſempiternã, anathema
ſit. Quæcũq; autem alia ab eis obijciuntur,non
dubitamus ueneratiõnẽ tuam cum geſta epiſco
palia perſpexerit quæ in Oriente in eadem cau
ſa confecta dicuntur,id iudicaturã unde omnes

in dei

in dei miſericordia gaudeamus.Ora pro nobis A
domine beatiſſime papa.

Innocentius Romanus pontifex ſuperiori reſpondet epiſtolæ. [redacted]

XCI

2 Retract.50 Innocentius Aurelio & omnibus ſanctis epiſco
pis,uel cæteris qui in cõcilio Carthaginẽſis ad
fuerunt eccleſię,dilectiſſimis fratribus in dn.S.

N requirẽdis de his rebus quas om
i ni cum ſolicitudine decet à ſacerdo
tib⁹,maxime à uero iuſtoq; & catho
lico tractari concilio,antiquæ tradi
tionis exempla ſeruãtes & eccleſiaſticæ memo
res diſciplinæ,ueſtræ religionis uigorẽ non mi
nus nunc in conſulendo,q̃ antea cum pronun
ciaretis uera ratione firmatis,qui ad noſtrũ refe B
rendum approbaſtis eſſe iudicium,ſciẽtes quid
apoſtolicæ ſedi,cum omnes hoc loco poſiti ip
ſum ſequi deſideremus Apoſtolum,debeatur,à
quo ipſe epiſcopatus & tota autoritas nominis
huius emerſit.Quem ſequentes,tam mala iam
damnare nouimus q̃ probare laudanda,uel id
uero quod patrũ inſtituta ſacerdotali cuſtodien
tes officio non cenſetis eſſe calcanda,quod illi
non humana ſed diuina decreuere ſententia,ut
quicquid de diliũctis remotisq; prouincijs age
retur,non prius ducerent finiendum,niſi ad hu
ius ſedis notitiam peruenireť:ubi tota huius au
toritate iuſta quæ fuerit pronunciatio firmare
tur,indeq; ſumerent cæteræ eccleſię uelut de na
tali ſuo fonte aquæ cunctæ procederent,& per C
diuerſas totius mundi regiones puri capitis in
corruptæ manerẽt,quid præcipere,quos ablue
re,quos uelut in cœno inemũdabili ſordidatos
mundis digna corporibus unda uitaret. Gratu
lor igitur fratres chariſſimi,q̃ per fratrem & co
epiſcopum noſtrũ Iulium literas ad nos deſtina
ſtis,& cum illis curam geritis,quibus præſide
tis eccleſiis,ſolicitudinẽ ueſtram pro omni utili
tate monſtratis,& per cunctas totius orbis ter
rarũ eccleſias omnibus unà quod proſit decer
nendum eſſe depoſcitis:ut ſuis cõſtabilita regu
lis eccleſia,ex hoc quod illos caueat pronuncia
tionis iuſtę firmata decretalibus pauere nõ poſ
ſit, qui peruerſis inſtructi uerborũ argutijs ſub
imagine catholicæ fidei diſputantes,uelut peſti D
ferum exhalantes uirus,ut hominum recte ſen
tientium in deteriorẽ partem corda corrũpant,
totam ueri dogmatis quærunt euertere diſcipli
nam . Sanandum ergo celerius ne longius exe
crandus animis morbus inſerpat,ut ſi medicus
cum uiderit huius terreni corporis aliquem eſſe
languorem,magnũ ſuæ artis æſtimat documen
tum,ſi cito quis illius interuentu deſperatus eua
dat:uel cum putre uulnus aſpexerit,adhibet fo
menta uel cætera quibus illud poſſit quod natũ
fuerat uulnus obduci,ac ſi id manẽs ſanari non
poterit,ne corpus reliquum ſua tabe corrũpat,
ferro amputat quod nocebat,quod reliquũ inte
grum eſt,ſeruat intactum. Præcidẽdum id ergo

eſt quod uelut puro ſanoq; nimium corpori uul
nus obrepſit,ne cũ tardius abſtergitur,in ipſis
pene uiſceribus huius mali nõ exhauriẽda poſt
ſentina conſidat. Nam quid nos de his poſthac
rectum mẽtibus exiſtimemus,qui ſibi ſe putant
debere quod boni ſunt,nec illum cõſiderant cu
ius quotidie gratiã conſequuntur? Sed item iſti
qui tales ſunt,nullam dei gratiam conſequẽtur,
qui ſine illo tantum ſe aſſequi poſſe confidunt,
quantũ uix illi qui ab illo poſtulant & accipiunt
promerentur. Quid enim tam iniquum poteſt
eſſe,tam Barbarum,tam totius religionis igna
rum,tam Chriſtianis mẽtibus inimicum,quàm
huic te negare debere quicquid in quotidiana
gratia conſequeris,cui teipſe confiteris debere
quod natus es? Ergo eris tibi in prouidẽdo præ
ſtãtior,q̃ poteſt in te eſſe,qui te ut eſſes effecit?
Et cui putes debere quod uiuis,quomodo te nõ
putas illi debere quod quotidianam eius conſe
quendo gratiam taliter uiuis? Et qui nos adiuto
rio negas indigere diuino,quaſi ex noſtra in to
tum poſſibilitate perfecti,quomodo uero adiu
torium in nos,cum tales à nobis etiam eſſe poſ
ſumus,prouocamus? Qui enim adiutorium dei
negat,uelẽ interrogare quid dicat,nos non me
reri,an illum hoc non poſſe præſtare? An nihil
eſſe propter quod unuſquiſq; hoc debeat poſtu
lare? Poſſe hoc deum,opera ipſa teſtãtur: & ad
iutorio quotidiano nos egere negare non poſſu
mus. Hoc enim ſeu bene uiuimus precamur,ut
melius ſanctiuſq; uiuamus,ſeu praua ſentiẽtes,
à bonis auertimur,ut ad rectam redeamus uiam
eius auxilio plus egemus. Nam quid tam morti
ferum,tam præceps uideatur ad caſum,tam ex
poſitum ad omnia pericula,ſi hoc ſolum nobis
putãtes poſſe ſufficere,quod liberum arbitrium
cum naſceremur accepimus,ultra iam à domi
no nihil quæramus? Id eſt,autoris noſtri obliti,
eius potentiam,ut nos oſtendamus liberos,ab
iuremus,quaſi iã amplius quod poſſit dare non
habeat,qui te in tuo ortu liberum fecit:neſcien
tes quod niſi magnis precibus gratia in nos im
plorata deſcendat,nequaquam terrenæ labis &
mundani corporis uincere conemur errores,cũ
pares nos ad reſiſtendũ nõ liberum arbitrium,
ſed dei ſolum facere poſſit auxilium. Nam ſi ille
clamat adiutorio ſibi opus eſſe diuino,qui di
gne hoc non quæreret,ſi cui liberum arbitrium
plus prodeſſet,quippe cũ uir beatus & iam ele
ctus à domino nihil egeret,tamen ita deum de
precatur poſtulans: Adiutor meus eſto,ne dere Pſal.26
linquas me,neque deſpicias me Deus ſalutaris
meus. Nos nobis liberum arbitrium,ille deum
poſtulat adiutorem:quod nati ſumus poſſe ſuffi
cere nos dicimus,ille deũ ne derelinquatur exo
rat? Nos ergo dicimus manifeſte,q̃d oremus?
cum ille tantopere beatus,ut ſupra diximus,uir
ne deſpiciatur exorat. Illi enim neceſſe eſt ita ar
guant,qui iſta confirmant. Dauid enim oratio
nis ignarus,& ſuæ naturæ neſcius accuſet: qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum sciat tãtum in sua ineſſe natura, adiutorem
sibi deum & assiduũ adiutorem inuocat: nec illi
sufficit assiduum, sed ne aliquando illum despi-
ciat orationibus pronus exoptat, & per corpus
omne psalterij hoc & prædicat & clamat. Si er-
go hoc illi tam magnum sit, ut assidue diceret,
ita necessariũ est confessus ut doceret, quemad-
modum Pelagius Cœlestiusq; seposita omni re
sponsione psalmorum, taliq; abdicata doctrina
suasuros se aliquibus esse confidunt, nos adiuto
riũ dei nec debere quærere nec egere, cum om-
nes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur.
Liberum enim arbitriũ olim ille perpessus, dum
suis inconsultius utitur bonis, cadens in præua-
ricationis profunda demersus, nihil quẽadmo-
dum exinde surgere posset inuenit, suaq; in æter
num libertate deceptus huius ruinę iacuisset op
pressus, nisi eum post Christi pro sua gratia rele
uasset aduentus: qui per nouæ regenerationis pu
rificationem, omne præteritũ uitium sui baptis-
matis lauacro purgauit, & eius firmans statum
quo rectius stabiliusq; procederet, tamen suam
gratiam in posterum non negauit. Nam quãuis
redemisset hominem à præteritis ille peccatis,
tamẽ sciens iterum posse peccare, ad reparatio-
nem sibi, quemadmodũ posset illum & post ista
corrigere, multa seruauit: quotidiana præstat il-
le remedia, quibus nisi freti confisiq; nitamur,
nullatenus uincere humanos poterimus erro-
res. Necesse est enim ut quo auxiliante uinci-
mus, eo iterũ non adiuuãte uincamur. Sed pos-
sem plura dicere, nisi uos cõstaret cuncta dixis-
se. Quisquis ergo huic assentiẽs uidetur esse sen
tentiæ, quo dicat adiutorio nobis non opus esse
diuino, inimicum se catholicæ fidei & dei bene
ficijs profitetur ingratum. Nec nostra commu-
nione sunt digni, quam prædicando taliter pol
luerunt. Sic enim sua sponte dum sequuntur illa
quæ dicunt, longius à uera religione fugerunt.
Cum enim hoc totum in nostra professione cõ-
sistat, quotidianisq; precibus nihil agamus, nisi
quemadmodũ dei misericordiã consequamur,
quẽadmodũ ferre possimus ista iactantes: Quis
rogo tantus illorum pectora error obcæcat, ut si
nullam gratiam sentiũt, quia nec digni sunt nec
merentur, nec de alijs cõsiderent quid quotidie
singulis gratia diuina largitur? Sunt quidem isti
omni cæcitate dignissimi, qui nec hoc sibi reli-
querunt, ut se auxilio credant reuocari ab errori
bus posse diuino. Negantes enim adiutorium,
non alijs sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui a-
uellendi sunt longius, & ab ecclesiæ procul re-
mouẽdi uisceribus, ne diutius multa occupans
insanabilis post error increscat. Si enim diu fue
rint in hac impunitate uersati, necesse est mul-
tos in hanc suæ prauitatẽ mentis inducant deci
piantq; innocentes, uel potius imprudẽtes, qui
fidem catholicam non sequũtur. Putabũt enim
eos recte sentire quos adhuc uiderint in ecclesia
perdurare. Separet̃ ergo à sano corpore uulnus
insanum, remotoq; morbi sæuientis afflatu cau
tius quæ sunt syncera perdurent, & grex purior
ab hac mali pecoris cõtagione purgetur. Sit to
tius corporis illibata perfectio, quam nos sequi
& tenere hac in illos pronunciatione cognoui-
mus, & unà uobiscũ pari assensione seruamus.
Qui si tamẽ aliquod in se dei adiutorium quod
hucusq; negauerũt prouocauerint, & opus sibi
eius auxilium esse cognouerint, ut de hac labe
in qua sui cordis incuriatione corruerant libe-
rentur, quasi in lucem de fœda tracti caligine, re
motis abdicatisq; omnibus quibus totus ne ue-
rum aspiceret fœdabatur & caligabat aspectus,
dãnent hæc quæ hucusq; senserunt, & aliquãdo
animum rectis disputationibus cõmodãtes, ab
hac aliquantulũ labe correcti, ueris se sanandos
cõcilijs tribuãt atq; submittãt. Quod si fecerint,
erit in potestate põtificũ, istis aliquatenus sub-
uenire, & talibus aliquã curam præstare uulneri
bus, quã solet lapsis cum resipuerint ecclesia nõ
negare: ut à suis reuocati præcipitijs, intra ouile
domini redigãtur, ne foris positi & tanto præsi
dio à fide munitioĩs excluſi, periculis omnibus
exponãtur, deuorandi luporũ dentibus atq; ue-
xandi, quibus obsistere hac qua illos in se irrita-
uerant doctrinæ peruersitate nõ possunt. Sed sa
tis uestris monitis, & sic satis abũdãtibus nostrę
legis exẽplis probatur esse responsum, nec quic
quam superesse duximus quod dicamus, cũ ni-
hil prætermissum à uobis, nihil constet esse sup
pressum, quo illi refutati & penitus cognoscan-
tur esse cõuicti. Ideoq; à nobis testimonia nulla
ponũtur, quia & his plena relatio est, & satis cõ
stat ut doctissimos sacerdotes cũcta dixisse, nec
decet credere uos aliquid quod ad causam pos-
sit proficere præterisse. Et alia manu, Bene uale
te fratres. Et ad latus, quinto calendas.

Augustinus & cæteri episcopi Mileuitani concilij, In-
nocentio, de cohibendis Pelagianis. Epistola XCII.

Domino beatissimo meritoq; uenerabili & in
Christo honorãdo papæ Innocentio, Siluanus,
Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lu
cianus, Alipius, Augustinus, Placentius, Seue-
rus, Fortunatus, Possidius, Nouatus, Secũdus,
Maurẽtius, Leo, Faustinian⁹, Cresconius, Mai
cus, Littorius, Fortunat⁹, Donatus, Pontican⁹,
Saturninus, Christonius, Honorius, Lucius, A-
deodatus, Processus, Cresconius Secundus, Fe
lix, Asiaticus, Rufinian⁹, Faustinus, Seruus, Te
rentius, Crescõnius, Sperãtius, Quadratus, Lu
cillus, Sabinus, Faustinus, Crescõnius, Victor,
Gignãtius, Posidonius, Antonin⁹, Innocẽtius,
Præsidi⁹, Crescẽti⁹, Felix, Antoni⁹, Victor, Ho
norat⁹, Donat⁹, Petrus, Præsidi⁹, Crescõni⁹, Lã
padi⁹, Delphin⁹, ex cõcilio Mileuitano in dn. S.

Via te domin⁹ gratiæ suæ præcipuæ
munere in sede apostolica colloca-
uit, talẽq; nostris tẽporibus præstitit,
ut nobis potius ad culpã negligẽtiæ
ualeat, si apud tuã ueneratiõnẽ quæ pro ecclesia
sugge

suggerenda sunt tacuerimus, quam ea tu possis
uel fastidiose uel negligenter accipere, magnis
periculis infirmorũ membrorũ Christi pastoralẽ
diligentiã quæsumus adhibere digneris. Noua
quippe hæresis & nimiũ perniciosa tẽpestas sur
gere inimicorũ gratiæ Christi cœpit, qui nobis
etiã dominicã orationẽ impijs disputationibus
conãtur auferre. Cum enim dominus docuerit
Mat. 6 ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut
& nos dimittimus debitorib⁹ nostris: Isti dicũt
posse hominẽ in hac usta præceptis dei cognitis
ad tantã perfectionẽ iusticiæ sine adiutorio gra
tiæ saluatoris, per solum liberũ uoluntatis arbi-
trium peruenire, ut ei non sit iam necessariũ di-
cere, Dimitte nobis debita nostra. Illud uero q̃d
sequitur, Ne nos inferas in tẽtationem: non ita
intelligendũ tanq̃ diuinũ adiutoriũ poscere de-
beamus, ne in peccatum tẽtati decidamus, sed
hoc in nostra esse positũ potestate, & ad hoc im
Rom. 9 plendũ solam sufficere uolũtatẽ hominis, tanq̃
1 Cor. 10 frustra Apostolus dixerit, Non uolẽtis neq; cur
rentis, sed miserẽtis est dei: &, Fidelis deus qui
non permittet uos tẽtari super id quod potestis,
sed faciet cum tẽtatione etiã exitũ ut possitis su
stinere: frustra etiã dñs dixerit apostolo Petro,
Luc. 22 Rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et omnibus
suis, Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ:
si hoc totũ est potestatis humanę. Pueros quoq;
paruulos si nullis innouẽtur Christianæ gratiæ
sacramẽtis habituros uitam æternã, nequã præ-
sumptione contendunt, euacuantes quod dicit
Rom. 5 Apostolus: Per unum hominẽ peccatũ intrauit
in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in omnes
homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt.
1 Cor. 15 Et alio loco: Sicut in Adã omnes moriuntur, sic
& in Christo omnes uiuificabũtur. Vt ergo alia
omittamus quæ contra sanctas scripturas pluri
ma dixerunt, hæc interim duo quibus omnino
totum quod Christiani sumus nitũtur euertere,
quę fidelia corda sustinẽt, nõ esse rogandũ deũ,
ut cõtra peccati malũ atq; ad operandã iusticiã
sit noster adiutor, & nõ opitulari paruulis ad cõ
sequendã uitam æternã Christianę gratiæ sacra
mentũ: hæc insinuantes apostolico pectori tuo,
nõ opus habemus multa dicere, & tantã impie-
tatẽ uerbis exaggerare, cum proculdubio te ita
permoueãt, ut ab eis corrigẽdis ne latius serpãt
multosq; cõtaminẽt, uel potius interimãt, dum
sub nomine Christi, à gratia Christi penit⁹ alie-
nant, omnino dissimulare non possis. Huius aũt
pernicioſissimi erroris autores esse perhibẽtur,
Pelagius & Cœlestius, quos quidẽ in ecclesia sa
nari maluimus, q̃ desperata salute ab ecclesia re
secari, si necessitas nulla cõpellat. Quorũ unus,
id est Cœlestius etiã ad presbyterũ in Asia dici
tur peruenisse. De quo ante paucos annos quid
gestũ fuerit sanctitas tua de Carthaginẽsi eccle-
sia melius instruetur. Pelagius uero sicut à qui-
busdã fratribus nostris missæ loquũtur epistolę,
Hierosolymis cõstitutus nõnullos fallere asseri-
tur, uerũtamen multo plures qui eius sensus dili
gentius indagare potuerũt, aduersus eũ pro gra
tia Christi & catholicæ fidei ueritate cõfligunt,
præcipue sanctus filius tuus frater & cõpresby
ter noster Hieronymus. Sed arbitramur, adiuuã
te misericordia dñi dei nostri Iesu Christi, qui
te & regere consulentẽ & orantem exaudire di-
gnatur, autoritati sanctitatis tuę, de sanctarũ scri
pturarũ autoritate depromptæ, facilius eos qui
tam peruersa & perniciosa sentiũt esse cessuros,
ut de correctione potius eorum congratulemur
quam cõtristemur interitu. Quodlibet autẽ ipsi
eligant, certe uel alijs quos plurimos possunt, si
ab eis dissimuleẽ suis laqueis implicare, cernit
uenerabilitas tua instãter & celeriter prouiden-
dum. Hæc ad sanctitatẽ tuam de cõcilio Numi-
diæ scripta direximus, imitantes Carthaginẽsis
ecclesiæ, Carthaginẽsis prouincię coepiscopos
nostros, quos ad sedẽ apostolicã quam beatus
illustras de hac causa scripsisse comperimus. Et
alia manu, Memor nostri in deum gratia augea
ris domine beatissime, meritoq; uenerabilis, &
in Christo honorande sancte pater.

Innocentius Rom. pont. patribus concilij Mile-
uitani comprobans illorum acta aduersus Pela-
gianos [illegible] Epist. XCIII.

Innocentius, Siluano seni, Valẽtino, & cæteris
qui in Mileuitana synodo interfuerunt dilectis-
simis fratribus in domino Salutem.

Inter cæteras Romanæ ecclesiæ cu-
ras & apostolicæ sedis occupatiões,
quibus diuersorum consulta fideli ac
modica disceptatione tractamus, fra
ter & coepiscop⁹ noster Iulius, dilectiõis uestrę
literas quas ex Mileuitano cõcilio cura fidei, p-
pensiore misistis, mihi inopinãter ingessit, Car-
thaginẽsis etiam synodi querelæ parilis scripta
subiũgẽs. Nimirũ exultat ecclesia tantã solicitu
dinẽ cõmissis gregibus exhibere pastores, ut nõ
solũ ex his non patianr̃ errare, sed si quas magis
ouiũ obscœnæ delectationis herba seduxit, si in
errore permãserint, aut segregari penit⁹ uelint,
aut illicẽter dudũ petita uitãtes, custodiæ pristi
næ circũspectiõe tutari, in utraq; parte uidelicet
cõsulentes, ne uel suscipiẽdo tales simili cæteræ
ducãtur exẽplo, uel spernendo redeũtes luporũ
morsibus uideantur ingestæ. Prudens admodũ
& catholicæ fidei plena consolatio. Quis enim
aut tolerare possit errantẽ, aut non recipere cor-
rigẽtem? Nam ut durũ arbitror cohibentiã præ
bere peccantibus, ita impium iudico manũ ne-
gare conuersis. Diligenter ergo & cõgrue apo-
stolico consulitis honori, honori inquam illius,
quẽ præter illa quæ sunt extrinsecus, solicitudo
manet omniũ ecclesiarũ, super anxijs rebus quę
sit tenenda sentẽtia, antiquæ scilicet regulæ for
mam sequuti, quã toto semper ab orbe mecũ no
stis esse seruatã. Verũ hæc missa facio, neq; em̃
hoc uestrã credo latere prudentiã. Quid id etiã
actione firmastis, nisi sciẽtes q̃ per omnes pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uíncías de apostolico fonte petentibus respon-
sa semper emanent: præsertim quoties fidei ra-
tio uentilatur, arbitror omnes fratres & coepi-
scopos nostros, non nisi ad Petrum, id est sui no-
minis & honoris autorem referre debere, uelut
nunc retulit uestra dilectio, quod per totũ mun-
dum possit omnibus ecclesiis in commune pro
desse. Fiant enim necesse est cautiores, cum in-
uentores malorum ad duplicis relationem syno-
di sententiæ uestræ statutis uiderint ab ecclesia-
stica communione seiũctos. Gemino igitur bo-
no charitas uestra fungitur. Nam & canonũ po-
tiemini gratia seruatorũ, & beneficio uestro to-
tus orbis utetur. Quis enim catholicorum uiro-
rum cum aduersarijs Christi uelit ulterius misce-
re sermonẽ: quis saltem ipsam lucem uitæ com-
munione partiri: Noui hæreseos nimirũ fugian-
tur autores. Quid enim acerbius in deum finge-
re potuerũt, q̃ cum adiutoria diuina cassarent,
causamq; diuinæ, id est quotidianæ precationis
auferrent, hoc est dicere, quid mihi opus deo?
Merito in hos dicat hymnidicus: Ecce homi-
nes qui non posuerunt deum adiutorẽ sibi. Ne-
gantes ergo auxilium dei, inquiunt hominem
sibi posse sufficere, nec gratia hũc egere diuina,
qua priuatus necesse est diaboli laqueis irreti-
tus occumbat, dum ad omnia uitæ perficienda
mandata, sola tantũmodo libertate contendat.
O prauissima mentiũ peruersa doctrina: aduer-
te tãdem q̃ primum hominem ita libertas ipsa
decepit, ut dum indulgentius frenis eius utitur,
in præuaricationem præsumptione conciderit,
nec ex hac potuit eruí, nisi ei prouidentia rege-
nerationis statum pristinæ libertatis Christi do-
mini reformasset aduentus. Audi Dauid dicen-
Psal.26 & 123 tem, Adiutorium nostrum in nomine domini.
Et, Adiutor meus esto ne derelinquas me, neq;
despicias me deus salutaris meus: quæ in cas-
sum dixit, si tantum in eius erat positum uolun-
tate, quod à domino flebili sermone poscebat.
Quæ cum ita sint, cum in omnibus diuinis pagi-
nis uoluntati liberæ non nisi adiutorium dei le-
gamus esse nectendum, eamq; nihil posse cœle-
stibus auxilijs destitutam, quo nam modo huic
soli possibilitatem hanc pertinaciter ut asseritis
defendentes, sibimet imò quod est dignius do-
lore communi, plurimis Pelagius Cœlestiusq;
persuadent. Multifarijs equidem ad destruen-
dum tale magisteriũ uti possemus exemplis, ni-
si sciremus sanctitatem uestram ad plenum scri-
pturas omnes callere diuinas, præsertim cum ue-
stra relatio tantis ac talibus testimonijs sit refer-
ta, ut his solis ualeat præsens dogma rescindi,
opusq; non esse reconditis, cum ex ijs quæ faci-
le uobis occurrentia posuistis, nec audeant ob-
uiare nec possint. Ergo dei gratiam conantur au-
ferre, quam necesse est etiam restituta nobis sta-
tus pristini libertate quæramus: quippe nec ali-
as diaboli machinas, nisi eadem possumus iuuã
te, uitare. Illud uero quod eos uestra fraternitas

A asserit prædicare, paruulos æternę uitæ præmijs
etiam sine baptismatis gratia posse donari, per-
fatuum est. Nisi enim manducauerint carnem
filij hominis, & biberint sanguinẽ eius, non ha-
bebũt uitam in semetipsis. Qui autem hanc eis
sine regeneratione defendunt, uidentur mihi ip-
sum baptismũ uelle cassare, cum prædicant hos
habere quod in eos creditur non nisi baptisma-
te conferendum. Si ergo nihil uolunt officere
non renasci, fateantur necesse est nec regenera-
tionis sacra fluenta prodesse. Verum ut super-
fluorum hominum praua doctrina celeri uerita-
tis possit ratione discindi, proclamat hoc domi-
nus in Euangelio, dicens: Sinite infantes ueni-
re ad me, & nolite eos prohibere, talium est enim
B regnũ cœlorum. Quare Pelagium Cœlestiũq;,
id est inuentores uocum nouarum, quæ sicut di-
xit Apostolus, ædificationis nihilum sed magis
uanissimas consueuerunt parere quæstiones, ec-
clesiastica communiõe priuari, apostolici uigo-
ris autoritate censemus, donec resipiscãt de dia-
boli laqueis, à quo captiui tenentur secundum
ipsius uoluntatem, eosq; interim domínico oui-
li non recipi, quod ipsi peruersæ uiæ sequuti tra-
mitem deserere uoluerunt. Abscindendi sunt
enim qui uos conturbant, & uolunt conuertere
euangelium Christi. Simul autem præcipimus
ut quicunq; id pertinacia simili defensare nitun-
tur, par eos uindicta constringat. Non solum e-
nim qui faciunt, sed etiam qui consentiunt faci-
C entibus, quia non multum interesse arbitror, in-
ter committentis animum, & consentientis fa-
uorem. Addo amplius, Plerunq; dediscit erra-
re, cui nemo consentit. Hæc igitur fratres cha-
rissimi in supradictos maneat fixa sententia, ab-
sint atrijs domini, careant custodia pastorali, ne
duarum ouium dira cõtagia serpant forsitan per
uulgus incautum, rapaciq; lupus corde lætetur
intra ouile dominicum tantas ouium fusas ca-
teruas, dum à custodibus dissimulãter habetur
uulnus duarum. Prospiciendum est ergo ne per
mittẽdo lupos mercenarij magis uideamur esse
quàm pastores. Iubemus sane, quoniam Chri-
stus dominus propria uoce significauit, nolle se
mortem morientis, tantum ut reuertatur & ui-
D uat, si unquam sani deposito praui dogmatis er-
rore resipuerint, damnarintq; ea quorum se ipsi
præuaricatione damnarunt, eis medicinam so-
litam, id est receptaculum suum ab ecclesia non
negari: ne dum eos redeuntes forsitan prohibe-
mus, uere extra ouile remanentes, expectantis
hostis faucibus glutiantur, quos in semetipsis
spiculis malæ disputationis armauit. Bene ua-
lete. Datum sexto calen. Februarias. Hono-
rio & Constantio uiris clarissimis consulibus.

Augustinus Hilario de Pelagio duobus concilijs damnato. Epistola XCIIII

Domino beatissimo & in Christi ueritate uene-
rando fratri & consacerdoti Hilario, Augusti-
nus in Domino Salutem.

Hono

Onorabilis filius noster Palladius cũ
h de nostro littore nauigaret, benefi-
cium poscẽdo magis dedit, ut non so-
lum eum benignitati tuæ, uerũ etiam
meipsum tuis orationibus cõmendarẽ, domine
beatissime & in Christi charitate uenerande fra-
ter. Quod cũ facio, profecto & sanctitas tua fa-
ciet quod de te ambo præsumimus. Quæ autem
circa nos sint, quoniã scio dilectionẽ uestrã pro
nobis, sicut & nostrã pro uobis esse solicitam, à
memorato perlatore audiet syncerita tua. Ve-
rum tamẽ quod maxime necessariũ est breuiter
dicã: Noua quædã hæresis inimica gratiæ Chri-
sti contra ecclesiã Christi conatur exurgere, sed
nõdũ euidẽter ab ecclesia separata est, hominũ
scilicet qui tantũ audent infirmitati humanæ tri-
buere potestatis, ut hoc solũ ad dei gratiã perti-
nere contẽdant, q̃ cũ libero arbitrio & non pec-
candi possibilitate creati sumus, & dei mãdata
quæ à nobis implerẽtur accepimus. Cæterũ ad
eadẽ mãdata seruãda & implenda nullo diuino
adiutorio nos egere. Necessariã uero nobis esse
remissionẽ peccatorum, quia ea quæ à nobis in
præteritũ malefacta sunt, infecta facere non ua-
lemus: cauendis aũt futuris uincendisq; pecca-
tis, omnibusq; tẽtationibus uirtute superandis,
sine ullo deinceps adiutorio gratiæ dei naturali
possibilitate humanã sufficere uoluntatem: nec
paruulos indigere gratia saluatoris, qua per ei9
baptismũ à perditione liberẽtur, eo quod nullũ
ex Adam cõtagiũ dãnationis traxerint. Quam
sint hæc inimica gratiæ Christi, quæ per Iesum
Christum dñm nostrũ humano generi indulta
est, & quemadmodũ totius fidei Christianę fun-
damenta euertere moliãtur, peruidet nobis cum
uenerabilitas uestra, neq; apud uos tacere debui-
mus, ut eiusmodi homines quos quidẽ sanari in
ecclesia q̃ ex illa resecari magis uolum9 & opta-
mus, cura pastorali caueatis. Iam enim cum ista
scribere cognoueramus in ecclesia Carthaginẽ
si aduersus eos episcopalis cõcilij conditũ fuisse
decretũ, per epistolã sancto & uenerabili papæ
Innocentio dirigendũ, & nos de cõcilio Numi-
diæ ad eandẽ apostolicã sedẽ iam similiter scri-
pseramus. Omnes enim qui spem habemus in
Christo, huic pestiferæ impietati resistere, eãq; D
cõcorditer dãnare & anathematizare debem9:
Mat.6 quæ cõtradicit etiam orationibus nostris, cõce-
dens quidẽ ut dicamus: Dimitte nobis debita
nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-
stris: & hoc ita concedens, ut asserat hominẽ in
hoc corruptibili corpore, quod aggrauat ani-
mam, posse suis uiribus ad tantã iustitiã perue-
nire, ut neq; hoc illi sit dicere necessariũ: Dimit-
te nobis debita nostra. Illud uero quod sequ-
tur, Ne nos inferas in tentationẽ: non sic accipiunt
tanq; deus orãdus sit, quo nos ad superãdas ten-
tationes adiuuet peccatorũ, sed ne quisquam ir-
ruens corporaliter nos humanus casus affligat,
quoniã peccatorũ tẽtationes uincere ita sit iam

A in nostra positũ potestate possibilitate naturæ,
ut hoc inaniter impetrandum orantibus arbitre-
mur. Non possumus una epistola breui omnia
uel plurima tantæ impietatis argumẽta collige-
re, præsertim quia cum ista conscriberẽ, perlato-
res nauigaturi me immorari diutius non sine-
bant. Puto autem onerosum me non fuisse san-
ctis sensibus tuis, quod de tanto malo omniũm
q; uigilantia domino adiuuante uitando tacere
non potui.

Aurelius alijq; episcopi, inter quos Augustinus, Inno-
centio papæ, de Pelagio quẽ audierat iam ad presby-
terij honorẽ euectũ. Videtur Augustinus, cuius haud
dubie huius epistolæ stylus est, uelle mitigare senten-
tiam in Pelagium latam, ne irritatus excitaret maius
incendiũ: ostendit autem quibus modis mederi pos-
B set scandalo per ipsum exorto, uel negando librũ esse
ipsius, uel dicendo quædã ab aliis admixta, uel expli-
cando quæ discipuli perperã interpretabãtur. XCV

Domino beatissimo meritoq; honorandissimo 2 Retract.50
fratri Innocentio papæ, Aurelius, Alipius, Au-
gustinus, Euodius & Possidius salutem.

E concilijs duobus prouinciæ Car-
d thaginẽlis atq; Numidiæ, ad tuã san-
ctitatem à non paruo episcoporũ nu-
mero subscriptas literas misimus cõ-
tra inimicos gratiæ Christi, qui cõfidunt in uir-
tute sua, & creatori nostro quodãmodo dicunt,
Tu nos fecisti homines: iustos autẽ ipsi nos feci-
mus. Qui naturam humanã ideo dicũt liberam
ne quærant liberatorẽ, ideo saluam ut superfluũ
iudicent saluatorem. Tantum enim dicũt ualen-
tem, ut suis uiribus in origine suæ creationis ac-
ceptis, possit per liberum arbitriũ, nihil ulterius
adiuuãte illius gratia qui creauit, domare & ex-
tinguere omnes cupiditates tentationesq; supe-
rare: multiq; eorum insurgunt aduersum nos, & Psal.3
dicũt animæ nostræ nõ est salus illi in deo eius.
Familia Christi quæ dicit, cum infirmor tũc po-
tens sum, & cui dicit dominus eius: Salus tua 2 Cor.12
ego sum, suspẽso corde cum timore & tremore Psal.34
adiutoriũ domini etiam per charitatẽ tuæ uene-
rationis expectat. Audiuimus enim esse in urbe
Roma, ubi ille diu uixit, nonnullos qui diuersis
cauſis ei faueant, quidam scilicet quia uos talia
persuasisse perhibent, plures uero qui eum talia
sentire non crędunt, præsertim quia in Oriente
ubi degit gesta ecclesiastica facta esse iactantur,
quibus putatur esse purgatus: ubi quidem si epi-
scopi eum catholicũ pronũciarunt, nõ ob aliud
factum esse credendum est, nisi quia se dixit dei
gratiam confiteri, & ait posse hominẽ suo labo-
re ac uoluntate iuste uiuere, ut ad hoc adiuuari
dei gratia nõ negaret. His enim auditis uerbis,
cãtholici antistites nullã allã dei gratiã intellige-
re potuerũt, nisi quã in libris dei legere & popu-
lis dei prædicare cõsueuerunt: Eam utiq; de qua
dicit Apostolus: Nõ irritã facio gratiã dei: nam Gal.2
si per legem iustitia, ergo Christus gratis mor-
tuus est: sine dubio gratiã qua iustificamur ab in-
iquitate, & qua saluamur ab infirmitate, nõ qua

creati

Universidad de Deusto
Biblioteca

creati ſumus cum propria uoluntate. Nam ſi in-
tellexiſſent illi epiſcopi eam illũ dicere gratiam
quã etiã cum impijs habeamus, cum quibus ho
mines ſumus, negare uero eã qua Chriſtiani &
filij dei ſumus, quis eum patienter catholicorũ
ſacerdotũ non dicimus audiret, ſed ante oculos
ſuos ferret? Quapropter non culpandi ſunt iudi
ces, quia eccleſiaſtica cõſuetudine nomen gra-
tiæ audierunt, neſcientes quid huiuſmodi homi-
nes uel in ſuæ doctrinę libris uel in ſuorũ ſolent
auribus ſpargere. Nõ agitur de uno Pelagio qui
iam fortaſſe correctus eſt, quod utinã ita ſit, ſed
tam multis, quibus loquaciter cõtendẽtibus, &
infirmas atq; ineruditas animas uelut cõuictas
trahẽtibus, firmas autem & in fide ſtabiles ipſa
contẽtione fatigantibus uſq; quaq; iã plena ſunt
omnia. Aut ergo à tua ueneratiõe acciendus eſt
Romam, & diligẽter interrogãdus, quam dicat
gratiã qua fateatur, ſi tamẽ iam fateatur, ad non
peccandũ iuſteq; uiuendum homines adiuuari.
Aut hoc ipſum cum eo per literas agendum, &
cum inuẽtus fuerit hanc dicere quam docet ec-
cleſiaſtica & apoſtolica ueritas, tunc ſine ullo
ſcrupulo eccleſiæ, ſine latibulo ambiguitatis ul-
lius abſoluendus eſt, tunc eſt reuera de eius pur
gatione gaudendũ. Siue enim gratiã dixerit eſ-
ſe liberũ arbitrium, ſiue gratiam eſſe remiſſionẽ
peccatorũ, ſiue gratiam eſſe legis præceptũ, ni-
hil eorum dicit quod per ſubminiſtrationẽ ſpiri
tus ſancti pertinet ad concupiſcentias tentatio-
nesq; uincendas, quem ditiſſime effudit in nos,
qui aſcẽdit in cœlum & captiuauit captiuitatẽ,
dedit dona hominibus. Hinc eñ oramus ut pec
catorũ tentationẽ ſuperare poſſimus, ut ſpiritus
dei unde pignus accepimus, adiuuet infirmita-
tem noſtrã: qui autem orat & dicit, Ne nos infe
ras in tentationem: non utiq; id orat ut homo ſit
quod eſt natura: neq; id orat ut habeat liberũ ar
bitriũ quod iam accepit cum crearetur ipſa na
tura: neq; orat remiſſionẽ peccatorum, quia hoc
ſuperius dicit, Dimitte nobis debita noſtra: ne-
q; orat ut accipiat mandatũ. Si enim in tentatio
nem inductus fuerit, hoc eſt in tentatione defe-
cerit, facit utiq; peccatũ quod eſt contra manda
tum. Orat ergo ut nõ peccet, hoc eſt ne quid fa-
ciat mali, quod pro Corinthijs orat apoſtolus
2 Cor. 13 Paulus dicens: Oramus autem ad dominum ne
quid faciatis mali. Vnde ſatis apparet q̃ ad non
peccandũ, id eſt ad non male faciẽdum, quãuis
eſſe non dubitetur arbitriũ uolũtatis, tamẽ eius
poteſtas non ſufficiat niſi adiuuetur infirmitas.
Ipſa igitur oratio, clariſſima eſt gratiæ teſtifica-
tio. Hãc ille cõfiteatur, & eum gaudebimus ſiue
rectũ ſiue correctũ. Diſtinguenda eſt lex & gra
tia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iu-
beret niſi eſſet uoluntas, nec gratia iuuaret ſi ſat
eſſet uolũtas. Iubeẽ ut habeamus intellectũ, ubi
Pſal. 31 & 118 dicitur, Nolite eſſe ſicut equus & mulus quibus
nõ eſt intellectus: & tamẽ oramus ut habeamus
intellectũ, ubi dicitur: Da mihi intellectũ ut diſ-

A cam mandata tua. Iubetur ut habeamus ſapien-
tiam, ubi dicitur: Si quis autẽ ueſtrũ indiget ſa- Iac. 1
pientia, poſtulet à deo qui dat omnibus affluen
ter, & non improperat & dabitur ei. Iubetur ut
habeamus cõtinentiã, ubi dicitur: Cum ſcirem Sap. 8
quia nemo poteſt eſſe cõtinens niſi deus det, &
hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc do
num, adij dominũ & deprecatus ſum eũ. Poſtre
mo ne nimiũ longũ ſit cuncta percurrere, iube- Pſal. 36
tur ut non faciamus malũ, ubi dicitur, Declina à
malo: & tamen oratur ut non faciamus malum,
ubi dicitur, Oramus autẽ ad dñm ne quid facia-
tis mali. Iubetur ut faciamus bonũ, ubi dicitur,
Et fac bonũ: & tamẽ oramus ut faciamus bonũ, Col. 1
ubi dicitur, Non ceſſamus pro uobis orantes &
B poſtulãtes: atq; inter cętera pro illis orans dicit,
Vt ambuletis digne deo in omne placitum, in
omni opere & ſermone bono. Sicut ergo agno
ſcimus uoluntatẽ cum hæc præcipiuntur, ſic &
ipſe agnoſcat gratiã cum petũtur. Miſimus re-
uerẽtiæ tuæ librũ quem dederũt quidã religioſi
& honeſti adoleſcẽtes ſerui dei, quorũ etiam no
mina nõ tacemus: nam Timaſius & Iacobus uo
canẽ: qui ſicut audiuimus & iam noſſe dignaris
ipſius Pelagij exhortatiõe ſpem quã habebãt in
ſeculo reliquerũt, et nunc cõtinẽter deo ſeruiũt.
Qui cum eodẽ errore tandẽ aliquãdo per qualẽ
cũq; operã noſtrã domino inſpirãte caruiſſent,
protulerũt eundẽ librũ Pelagij eſſe dicentes, &
ut ei reſpõderetur impẽdio rogauerunt. Factum
eſt: ad eoſdẽ reſcripta eſt ipſa reſponſio: agentes
gratias reſcripſerunt. Vtrũq; miſimus, & cui re-
ſponſum eſt, & quod reſpõſum eſt. Et ne nimiũ
eſſemus oneroſi, ſigna fecimus his locis, ubi pe-
timus inſpicere nõ graueris, quemadmodũ ſibi
obiecta quæſtione, quod gratiã dei negaret, ita
reſpondit, ut eam eſſe non diceret niſi naturã in
qua nos cõdidit deus. Si autem hunc eſſe ſuum
librum negat, aut eadem in libro loca, non con-
tendimus, anathematizet ea, & illã confiteatur
apertiſſime gratiã quã doctrina Chriſtiana de-
monſtrat & prędicat eſſe propriam Chriſtiano
rum, quæ nõ eſt natura, ſed qua ſoluatur natura,
non auribus ſonãte doctrina uel aliquo adiumẽ
to uiſibili, ſicut plantatur quodãmodo & irriga
tur extrinſecus, ſed ſubminiſtratione ſpiritus &
occulta miſericordia, ſicut facit ille qui dat in-
cremẽtum deus. Etſi enim quadam non impro- Gratia ex
banda ratione dicitur gratia dei qua creati ſu- re dicitur
mus, ut nõnihil eſſemus, nec ita eſſemus aliquid
ut cadauer quod nõ uiuit, & arbor quæ non ſen
tit, aut pecus quod non intelligit, ſed homines,
qui & eſſemus & uiuerem⁹ & ſentiremus & in-
telligeremus, & de hoc tanto beneficio creato-
ri noſtro gratias agere debeamus: unde merito
& iſta, gratia dici poteſt, quia non præcedentiũ
aliquorũ operum meritis, ſed gratuita dei boni-
tate donata eſt: alia eſt tamen qua prædeſtinati
uocamur, iuſtificamur, glorificamur, ut dicere
poſſimus: Si deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8

Qui

Qui filio ſuo proprio non pepercit, ſed pro no- A
bis omnibus tradidit eũ. De hac gratia quæſtio
uertebatur quãdo ab ijs quos Pelagius grauiter
offendebat atq; turbabat, dicebatur ei q̃ eã ſuis
diſputatiõibus oppugnaret, quibus aſſereret nõ
ſolum ad facienda, uerum etiam ad perficienda
mãdata diuina per liberum arbitriũ humanam
ſibi ſufficere naturam. Hanc apoſtolica doctri-
na gratiam iſto nomine appellat, qua ſaluamur
& iuſtificamur ex fide Chriſti. De hac ſcriptum
Gal. 2 & 5 eſt, Non irritam facio gratiã dei. Nam ſi per le-
gem iuſticia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.
Rom. 4 & 11 De hac ſcriptum eſt: Euacuati eſtis in Chriſto,
qui in lege iuſtificamini à gratia excidiſtis. De
hac ſcriptũ eſt: Si autem gratia iam non ex ope-
tibus, alioquin gratia non eſt gratia. De hac ſcri B
ptum eſt: Ei autem qui operatur merces non im
putatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debi
tum: ei autem qui non operatur, credenti autem
in eum qui iuſtificat impiũ, reputatur fides eius
ad iuſticiã. Et multa alia, quæ melius potes ipſe
meminiſſe, & intelligere prudẽtius & illuſtrius
prædicare. Illam uero gratiam qua creati ſumus
homines, etiam ſi ita appellandã non immerito
intelligimus, mirum eſt tamen ſi ita appellatã in
ullis legitimis propheticis, euangelicis, apoſto
licisq; literis legimus. Cum itaq; de hac gratia
Chriſtianis fidelibus catholicisq; notiſſima, illi
obijceretur quæſtio, ut eã oppugnare deſineret,
quid eſt quod cũ hæc ſibi in libro ſuo uelut ad- C
uerſante perſona idẽ ipſe obieciſſet, ut ſe reſpon
dendo purgaret, nihil aliud reſpondit, niſi natu
ram creati hominis referri gratiã creatoris, atq;
ita ſe dicere ſine peccato implere poſſe iuſticiã
per liberum arbitriũ cum adiutorio diuinæ gra
tiæ, q̃ deus hoc dederit homini ipſa poſſibilita-
te naturæ? Cui merito reſpõdetur: Ergo euacua
tum eſt ſcandalum crucis, ergo Chriſtus gratis
mortuus eſt. Non enim ſi nõ moreretur propter
delicta noſtra, & reſurgeret propter iuſtificatio
Pſal. 67 nem noſtram, nec aſcẽdens in altum captiuans
captiuitatem daret dona hominibus, iſta nature
poſſibilitas quã defendit, in hominibus non eſ-
ſet. An forte dei mandatũ deerat, & ideo Chri-
ſtus mortuus eſt: imò iam & hoc erat ſanctũ &
Rom. 10 iuſtum & bonum. Iam dictum fuerat: Non con- D
Mat. 22 cupiſces. Iam dictum fuerat: Diliges proximũ
tuum tanq; teipſum. In quo ſermone Apoſtolus
omnem legem dicit impleri. Et quoniam niſi di
ligat deũ, nemo diligit ſeipſum, ideo dominus
in ijs duobus præceptis, totam legem prophe-
tasq; dicit pendere. Quæ duo præcepta iã erant
hominibus diuinitus data. An æternũ præmiũ
iuſticię promiſſum nondum erat? Hoc ipſe non
dicit, qui in ſuis literis poſuit etiã in Vetere te-
ſtamento regnum cœlorum eſſe promiſſum. Si
ergo ad faciẽdam perficiẽdamq; iuſticiam, iam
erat naturæ poſſibilitas per liberum arbitrium,
iam erat legis dei ſanctum & iuſtum bonumq;
mandatum, iam erat promiſſum præmium ſem

piternũ, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Ergo A
neq; per legem iuſticia, neq; per naturæ poſſibi
litatem, ſed ex fide & dono dei per Ieſum Chri-
ſtum dominũ noſtrum, unum mediatorẽ dei &
hominum: qui niſi in plenitudine tẽporis mor-
tuus eſſet propter delicta noſtra, & reſurrexiſſet
propter iuſtificationẽ noſtram, profecto & anti
quorum fides euacuaretur & noſtra. Fide uero
euacuata, quę homini iuſticia remaneat, cum iu
ſtus ex fide uiuat? Ex quo enim per unum homi
nem peccatum intrauit in mundum, & per pec
catum mors, & ita in omnes homines pertrãſiit
in quo omnes peccauerunt: procul dubio à cor-
pore mortis huius ubi alia lex repugnat legi mẽ
tis, neminẽ liberauit aut liberat ſua poſſibilitas,
quæ perdita redemptore indiget, ſaucia ſaluato
re, ſed gratia dei per fidẽ unius mediatoris dei
& hominum, hominis Chriſti Ieſu: qui & deus
cum eſſet, hominẽ fecit, & manens deus, homo
factus refecit ipſe quod fecit. Puto autem quod
eum lateat, fidem Chriſti, quæ poſtea in reuela-
tionem uenit, in occulto fuiſſe tẽporibus patrũ
noſtrorum, per quam tamẽ etiam ipſi dei gratia
liberati ſunt quicũq; omnibus generis tempori
bus liberari potuerunt, occulto iudicio dei, non
tamen uituperabili. Vnde dicit Apoſtolus, Ha 2 Cor. 4
bentes autem ſpiritum fidei, utiq; eundẽ quem
& illi ſecũdum quod ſcriptum eſt, Credidi pro-
pter quod & locutus ſum, & nos credimus pro
pter quod & loqmur. Inde eſt quod ait ipſe me- Io. 8
diator: Abraham pater ueſter cõcupiuit uidere
diem meũ, & uidit & gauiſus eſt. Inde Melchi- Gen. 14
ſedech prolato ſacramento menſæ dominicæ,
nouit æternũ eius ſacerdotiũ figurare. Iam uero
data in literis lege, quam dicit Apoſtolus ſubin
traſſe ut abundaret delictum, & de qua dicit, Si Gal. 3
ergo ex lege hæreditas, iam non ex promiſſio-
ne. Abrahę autem per repromiſſionem donauit
deus. Quid aũt lex? Tranſgreſſionis gratia pro-
poſita eſt donec ueniret ſemen, cui promiſſũ eſt
diſpoſitũ per angelos in manu mediatoris. Me-
diator aũt unius non eſt, deus autẽ unus eſt. Lex
ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si eñ data
eſſet lex quæ poſſet uiuificare, omnino ex lege
eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub
peccato, ut ꝓmiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur
credentibus, Nónne ſatis oſtẽditur hoc actum
eſſe per legem, ut peccatũ agnoſceretur & præ-
uaricatione augeretur: ubi eñ lex non eſt, nec Rom. 4
præuaricatio: & ſic aduerſus uictoriam peccati
ad diuinam gratiam quæ in promiſſionibus eſt,
confugeretur: atq; ita lex non eſſet aduerſus pro
miſſa dei, quia ideo per illam fit cognitio pecca
ti, & ex præuaricatione legis abundantia pecca
ti; ut ad liberationem quærantur promiſſiones
dei, quod eſt gratia dei, & incipiat eſſe in homi-
ne iuſticia, nõ ſua ſed dei, hoc eſt data dono dei.
Quam etiam nunc quidam, ſicut tunc de Iudeis
dictum eſt, ignorãtes dei iuſticiam, & ſuam uo- Rom. 10
lentes cõſtituere, iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti.

Per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per legem quippe & illi iustificari se arbitrātur, A sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est iusticia sua prolata ex natura humana, non donata ex gratia diuina, propter qđ iusticia dei dicitur. Vnde item scriptū est: Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est, testificata per legē & prophetas. Cum dicit, Manifestata est: ostendit quia tunc erat, sed tanquam illa pluuia quam Gedeon impetrauit, tunc uelut in uellere occulta, nunc autem uelut in area manifestata. Cum ergo lex sine gratia non mors peccati po-
1 Cor.15 tuisset esse, sed uirtus, sicut dictum est: Aculeus mortis peccatū, uirtus autem peccati lex: Sicut confugiunt multi à facie regnantis peccati ad gratiam uelut ad ream nunc patētem, ita pauci ad B eam confugiebant uelut in uellere tunc latentē. Hæc uero temporum distributio refertur ad altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, de
Rom.11 qua dictum est: Quàm inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uię eius. Quapropter si & ante tempus legis & tēpore ipso legis iustos patres & ex fide uiuentes, non possibilitas naturæ infirmæ & indignę ac uitiatæ & sub peccato uenundatæ, sed dei gratia per fidem iustificat, & nunc eadem in apertum iam ueniēs reuelata iustificat: anathemet ergo Pelagius scripta sua, ubi contra eam, & si non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatē defendendo naturæ ad uincēda peccata & implēda mandata: aut si sua esse negat, aut scriptis suis C ab inimicis suis dicit immissa quæ sua negat, anathemet ea tamen & damnet paterna exhortatione & autoritate sanctimoniæ tuæ. Si uult, ergo onerosum sibi, & pernicioſum ecclesiæ discat scandalum auferre, quod scandalum auditores & in peruersum dilectores eius usq; quaque spargere non quiescūt. Si enim cognouerint eū dem librum quem illius uel putant esse uel norunt, episcoporum catholicorum autoritate & maxime sanctitatis tuæ, quā apud eum esse maioris ponderis minime dubitamus, ab eodē ipso anathematū atq; damnatum, nō eos ulterius existimamus ausuros loquendo contra gratiam dei, quæ reuelata est per passionē & resurrectionem Christi, pectora fidelia & simpliciter Chri D stiana turbare: sed potius adiuuante misericordia domini, concertātibus nobiscum charitate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, non solum ut in æternum beati, uerū etiam iusti & sancti sint, non in sua uirtute, sed in eadē gratia confisuros. Vnde & ad ipsum scriptam ab uno nostrum epistolam, ad quem per quendam Orientalem diaconum, ciuem autem Hipponensem tanquam purgationis suæ quædā scripta transmisit, tuæ beatitudini potius credimus dirigendam, melius iudicantes & petentes ut eā ei mittere ipse digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit & qui scripsit attendens. Illud uero quod dicūt posse hominem esse sine peccato, & mādata dei facile custodire si uelit, quāuis cum hoc per adiutorium gratiæ, quę tamen per incarnationem unigeniti eius reuelata atq; donata est dicitur, tolerabilius dici uideatur: tamen quoniam non immerito mouere potest, ubi & quādo per eandem gratiam id efficiatur in nobis, ut sine ullo prorsus peccato simus: utrum in hac uita quādo caro concupiscit aduersus spiritum, an illa cum fiet sermo qui scriptus est: Vbi est mors uictoria tua, ubi est mors aculeus tuus: aculeus enim mortis est peccatum: diligentius pertractādum propter alios quosdam qui senserūt, atq; in suis literis memoriæ mādauerunt, etiam in hac uita esse posse homines sine peccato, nō ab initio natiuitatis suæ, sed conuersione à peccatis ad iusticiam, & à uita reproba ad bonam uitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia & Elizabet scriptum est, ambulasse eos in omnibus iu- Luc.1
stificationibus domini sine querela. Hoc quod dictum est, Sine querela: sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imò etiā quod aliis locis in literis eorum inuenitur, pie cōfitentes adiutorium gratiæ domini nostri, nō per naturalem spiritum hominis, sed per principalem spiritum dei, qui parum uidentur cōsiderasse ipsum Zachariam fuisse utiq; sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege dei primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populo: sicut nunc per orationis sacrificium cōuincimur non esse sine peccato, quoniam iussi sumus dicere, Dimitte nobis debita nostra: ita & tunc per sacrificia uictimarum animalium conuincebantur sacerdotes sine peccato non esse qui pro suis peccatis iubebātur offerre. Quod si res ita se habet ut per gratiam saluatoris proficiamus quidem in hac uita, deficiente cupiditate, crescēte charitate: perficiamur autem in illa uita, cupiditate extincta, charitate completa: profecto illud quod scriptū
1 Io.3 est: Qui natus est ex deo, non peccat: secūdum ipsam charitatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad natiuitatem quippe quæ ex deo est, augenda & perficienda pertinet charitas, non ea quæ minuenda est & consumenda cupiditas: quæ tamen quamdiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis: sed natus ex deo, nec obediens desideriis eius, nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato, po-
Rom.7 test dicere: Iam non ego operor illud, sed illud quod habitat in me peccatum. Sed quoquo modo se habeat ista quæstio, quia & si non inuenitur homo in hac uita sine peccato, id tamen dicitur posse fieri per adiutorium gratiæ & spiritus dei: quod ut fiat conandum atq; poscendum est, tolerabiliter in id quisq; fallitur: nec diaboli ca impietas, sed error humanus est, elaboranda & optanda affirmare, etiā si quod affirmat non possit ostendere. Id enim credit fieri posse, quod certe laudabile est uelle. Nobis autem sufficit q
Error tolerabilis
nullus

nullus in ecclesia dei fidelium reperitur in quo- A libet profectu, excellentia atq; iusticia, qui sibi audeat dicere non necessariam precationē orationis dominicæ, Dimitte nobis debita nostra: & dicat se non habere peccatum, ne seipsum decipiat, & ueritas in eo non sit, quamuis iam sine querela uiuat, Non enim qualecunq; etiam tentationis humanæ, sed graue peccatum est quod in querelam uenit. Cętera quæ illi obiecta sunt, sicut gestis defensa peruiderit, ita de his procul dubio tua beatitudo iudicabit. Dabit sane nobis ueniam suauitas mitissima cordis tui, quod prolixiorem epistolā fortassis quàm uelles tuæ misimus sanctitati. Non enim riuulum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus, sed in hac non parua tentatione temporis unde nos libe- B ret cui dicimus, Ne nos inferas in tentationem: utrum etiā noster licet exiguus ex eodem quo etiam tuus abundans emanet capite fluentorū, hoc à te probari uolumus tuisq; rescriptis de cō muni participatione unius gratiæ consolari.

Innocentius superiori respōdet.

[redacted]

Epistola XCVI

Innocentius Aurelio, Alipio, Augustino, Euodio, Possidio episcopis salutem.

f Raternitatis uestræ literas plenas fidei totoq; religionis catholicæ uigore firmatas à duobus missas conciliis per fratrem & coepiscopū nostrum Iulium pergrato suscepimus animo, quod earū C tenor omnisq; contextio est in consideratione quotidianę gratiæ dei, & in eorum correctione qui contra sentiunt, integra ratione consistit: ut & illis omnem tollere possit errorem, et idoneū dato cuiuis nostræ legis exemplo, quem sequi debeat dignum possint prębere doctorem. Sed de his iam satis, ut opinor, supra diximus, cum uestris relationibus respondentes rescripsimus quid uel de illorum perfidia uel de uestra sententia sentiremus. Sed subinde cōtra eos subuenit & suppeditat quod dicatur, nec potest aliquando esse quod uincat, cum tam miserū impiumq; sit quod nostræ fidei uirtute & ipsa plenius ueritate uincatur. Qui enim omnem uitæ spem respuit atq; cōtempsit, inimica dānabili cor suum D disputatione confundens, cum credit nihil esse quod à deo accipiat, nec aliquid superesse quod petat ad sanandum se, qui sibi hoc abstulit ulterius quid relinquit? Si ergo sunt aliqui quos in sui defensionem peruersitas tanta deuinxit, qui huic se dogmati dant atq; coniugant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod abhorrens lōgius & penitus approbatur aduersum, infecti illorum & monitis & uerbis ut labentur inducti, quatenus ad rectum uiæ tramitem redeant festinabūt, ne diutius mentem obsidens uelut eorum sensibus pastus error inuadat. Nam si Pelagius quocunq; restitit loco, eorum animos qui facile uel simpliciter crederent diputanti hac affirmatione decepit: seu hac illi in urbe sint, quod nescientes nec manifestare possumus nec negare, cum & si sunt lateant, nec aliquando audeant, uel illum prædicantem ista defendere, uel talia aliquo nostrorum præsente iactare, & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile, nec alicubi possit agnosci: siue in quouis terrarum loco degant, dei nostri misericordia gratiaq; credimus quod facile corrigātur, audita eius damnatione qui fuerit pertinax & resistens huius dogmatis autor inuentus: nec interest ubi isti fuerint, dum ubicunq; inueniri potuerint sint sanandi. Nobis tamen nec persuaderi potest eum esse purgatum, quamuis ad nos à nostris quibusdā laicis sint gesta perlata, quibus ille auditum se crederet & absolutum: quæ utrum uera sint dubitamus, quod sub nulla illius prosequutione uenerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re literas apud quos istius rei iste præstitit causas. Quod si de sua ille potuisset purgatiōe cōfidere, hoc magis credimus quod egisset, quod multo uerius esse potuerat, ut illos cogeret epistolis suis quid iudicauerunt indicare uerum: cum sint aliqua in ipsis posita gestis, quæ obiecta partim ille uitando suppressit, partim multa in se uerba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis q̄ uera ratione, ut ad tempus poterat uideri, purgauit negando, alia falsa interpretatione uertēdo. Sed utinam, quod optādum magis est, etiam se ille ad ueram fidei uiam ab illo sui tramitis errore conuertat, ut cupiat uelitq; purgari, considerans quotidianā dei gratiam, adiutoriumq; cognoscēs, ut uideatur uerū & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus, non gestorū iudicio, sed ad catholicā fidem corde conuerso. Vnde non possumus illorū nec culpare nec approbare iudicium, cum nesciamus utrum uera sint gesta, aut si uera sunt, illū constet magis subterfugisse, quàm se tota ueritate purgasse. Qui si confidit nouitq; non nostra dignum esse damnatione, quod dicat iam totum hoc se refutare quod dixerat, non à nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare ut possit absolui. Nam si adhuc taliter sentit, quando se nostro iudicio quibusuis acceptis literis cum sciat damnādum esse, committet? Quod si accersendus esset, ab ijs melius fieret, qui magis proximi & non longo terrarum spacio uidentur esse disiuncti: sed non deerit cura, si medicinæ præbeat ille materiam. Potest enim damnare quæ senserat, ac datis literis erroris sui, ut regressum ad nos decet, ueniā postulare. Librū sane qui eius esse diceretur nobis à uestra charitate transmissum euoluimus: in quo multa blasphemia, nihil quod placeret, nihil quod non penitus displiceret à quouis damnandum atq; calcandum, cui similia nisi qui ista scripserat nemo alter in mentem reciperet atq; sentiret. Nam hoc loco latius de lege disputare uelut coram posito repugnāteq; Pelagio necessarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

sarium esse non duximus, cum uobiscum totum A scientibus pariq; nobiscum assensione gaudentibus colloquamur. Tunc enim melius hæc exempla ponuntur, quando cum ijs quos harum constat rerū imprudentes esse tractamus. Nam de naturæ possibilitate, de libero arbitrio, & de omni dei gratia & quotidiana gratia, cui non sit recte sentienti uberrimū disputare. Anathematizet ergo ista quæ sensit, ut illi qui eius sermonibus fuerant præceptisq; collapsi, quid tandem habeat fides uera cognoscant. Facilius enim reuocari poterunt, cum ista à suo senserint autore damnari. Quod si ille pertinaciter in hac voluerit impietate persistere, agēdum est qualiter uel ijs possit subueniri, quos non scelus huc sed magis error induxit: nec & illis hęc medicina pereat, cuius iste talē non admittit nec postulat curam. Deus uos incolumes custodiat fratres charissimi. Datum quinto calend. Februarias.

Innocentius Augustinum salutat tantum. XCVII

Innocentius Aurelio & Augustino episcopis.

a Cceptissimi mihi germani compresbyteri illō recursus uacuus officio uestro esse nō debuit. Per charos enim salutare charissimos, naturale quodā modo uidetur & consequens. Gaudere ergo in domino uestram germanitatē amantissimi cupimus, & pro nobis paria ad deum uota rependere precamur, quia ut bene nostis, communibus & alternis plus agimus orationibus quàm singularibus aut priuatis. C

Euodius Augustino proponit aliq̄t quæstiōes. XCVIII

Euodius episcopus, Augustino episcopo.

P Ridem quæstiones misi ad sanctitatem tuam. Vnam de ratione & deo, puto per lobinum qui seruit ancillis dei. Alterā de corpore saluatoris, de quo æstimatur quod substantiā dei uideat. Tertiam dico nunc, Anima rationalis quam saluator cum corpore assumpsit, utrum in una de opinionibus est illis quæ proponuntur cum de animæ origine quæritur, si qua ibi potest ueritate fulciri: an quāquam rationalis sit, non tamen ex ijs speciebus quæ de animaliū anima dicuntur, sed in alia habetur. Quartā interrogo, qui sunt illi spiritus, de quibus in epistola sua ponit Pe- D
1 Pet. 3 trus testimonium de domino, dicens: Mortificatus carne uiuificatus spiritu, in quo & eis qui in carcere erant spiritibus ueniens prædicauit, & cætera: hoc inferens quod in inferno fuerūt, & descendens Christus omnibus euangelizauit, omnesq; à tenebris & pœnis per gratiam liberauit, ut à tempore resurrectionis domini, iudiciū expectetur exinanitis inferis. Quid ergo in hac re sanctitati tuæ uideatur, cupio nosse.

Augustinus Euodio, respōdens ad duas quæstiones, quarum altera est de loco obscuro, primæ Petri tertio capite, altera de anima Christi. Epistola XCIX

Domino dilectissimo fratri & coepiscopo Euodio, Augustinus in Domino Salutem.

Q Væstio quā mihi proposuisti ex epistola apostoli Petri, solet nos ut te latere non arbitror, uehementissime commouere, quomodo illa uerba accipienda sint tanquam de inferis dicta. Replico ergo tibi eandem quæstionem, ut siue ipse poueris, siue aliquem qui possit inueneris, auferas de illa atq; finias dubitationem meam. Quod si prior potuero cū id donauerit dominus, tibiq; impartiri ualuero, non fraudabo dilectionē tuā: nunc autem quæ me ibi moueant intimabo, ut secundū hæc de illis uerbis apostolicis, uel ipse cogites, uel quem idoneum repereris consulas. Cum dixisset Christum mortificatum carne, uiuificatum spiritu, continuo subiecit in quo & B ijs qui in carcere erant conclusi spiritibus ueniens prædicauit, qui increduli fuerunt aliquando, quando expectabat dei patientia in diebus Noe cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Deinde subiunxit & ait, quod & uos nunc simili forma baptismatis saluos fecit. Mouet itaque si apud inferos dominus quando mortuis erit in carcere cōclusis spiritibus prædicaturus, quod beneficium meruerint, ut dominus ad inferna descenderet: & de istis tantum duobus dictum fuisse illi diuiti: inter uos & nos chaos magnum firmatū est, ut ij qui uolunt hinc transire ad uos nō possint, neque inde huc transmeare: nescio utrum quisquam sit cui non uideatur absurdum. Porro si C plures quàm duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuisse patriarchas & prophetas, quibus in scripturis dei iusticiæ pietatisq; tam insigne testimonium perhibetur, qui tunc infideles fuerunt, cum fabricaretur arca? Etenim post tempora Noe, multa milia tot gentium usq; ad passionē Christi mortua sunt, quæ potuit apud inferos inuenire: Non utique eorum qui in deum crediderāt, sicut prophetæ & patriarchæ de stirpe Abrahæ, sicut ipse retro Noe & tota domus eius, quæ salua facta est per aquam, excepto fortassis uno filio qui postea reprobatus est, sicut etiam præter progeniem Iacob, alij fuerunt credentes in Deum sicut Iob, sicut ciuitas Niniue, & si qui alij sunt qui uel apparent in scripturis, uel in genere humano latent: sed eorum dico multa milia hominum qui deum ignorantes, & dæmonum uel simulachrorum cultui deditā temporibus Noe usq; ad passionem Christi, ex hac uita emigrarunt, quos apud inferos Christus inueniens, quomodo illis non prædicauit, sed illis tantum qui in diebus Noe increduli fuerunt cum fabricaretur arca? Aut si omnibus prædicauit, cur illos solos Petrus commorauit, prætermissa multitudine tam innumerabili cæterorum? Et dominum quidem carne mortificatum uenisse in infernum satis constat. Psal. 15
Neq; enim cōtradici potest, uel prophetiæ quæ dixit: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Quod ne aliter quisquam sapere aude-

Act. 2 auderet, in Actibus apostolorum, idem Petrus A exponit: uel eiusdem Petrus illis uerbis quibus eum asserit soluisse inferni dolores, in quibus impossibile erat eum teneri. Quis ergo nisi infi-
12 de Gen. ad literam, ca. 33 delis, negauerit fuisse apud inferos Christum? Quod si mouet aliquem, quemadmodum accipiendum sit inferni ab illo solutos dolores: neque enim cœperat in eis esse tanquam in uinculis, & sic eos soluit tanquam si catenas soluisset quibus fuerat adligatus: facile est intellígere sic eos solutos, quemadmodū solui possunt laquei uenantium, ne teneant, non quia tenuerunt. Potest & sic, ut eos dolores eum soluisse credamus quibus teneri ipse non poterat, sed quibus alij tenebantur quos ille nouerat liberandos. Verū quinam isti sint, temerariū est definire. Si enim B omnes omnino dixerimus tunc esse liberatos qui illic inuenti sunt, quis non gratuletur si hoc possimus ostendere, præsertim propter quosdā qui nobis literario labore suo familiariter innotuerunt, quorum eloquium ingeniumq; miramur: non solum poetas & oratores, qui eosdem ipsos falsos deos gentium, multis opusculorum suorum locis contemnendos ridendosq; monstrarunt, & aliquando etiam unum deum uerumq; confessi sunt, quamuis illa superstitiosa cum cæteris colerēt: uerum etiam illos qui hæc non cantando uel declamādo, sed philosophando dixerunt, Multos etiam quorum literas non habemus, sed in illorum literis didicimus secundum quendam modum laudabiles uitas, ut ex- C cepto dei cultu, in quo errauerunt colentes una quæ publice colēda fuerant instituta, & creaturæ potius quàm creatori seruientes, in cæteris moribus parsimoniæ, continentiæ, castitatis, sobrietatis, mortis pro patriæ salute contemptu, seruatæq; fidei non solum ciuibus uerum et hostibus, imitandi merito proponantur. Quæ quidem omnia quando non referūtur ad fidem rectæ ueræq; pietatis, sed ad fastum inanem humanæ laudis & gloriæ, etiam ipsa inanescunt quodammodo steriliaq; redduntur: uerum tamen quadam indole animi ita delectant, ut eos in quibus hæc fuerunt uellemus uel præcipue uel cum cæteris ab inferni cruciatibus liberari, nisi aliter se haberet sensus humanus, aliter iusti D cia creatoris. Quæ cum ita sint, si omnes inde soluit saluator, & sicut requirens scripsisti exinaniuit inferna, ut deinceps iudicium iam expectaretur extremum, hæc sunt quæ in hac re non immerito mouent, quæ mihi interim cogitanti solent occurrere. Primum qua autoritate firmetur ista sententia. Quod enim scriptum est, In morte Christi factū solutis doloribus inferni: uel ad ipsum potest intelligi pertinere, quod eos hactenus soluerit, hoc est irritos fecerit, ne ab eis ipse teneretur, præsertim quia sequitur, In quibus impossibile erat teneri eum. Vel si causa quæritur cur uoluerit uenire in infernum, ubi dolores illi essent, quibus teneri omnino nō poterat, quia erat, ut scriptum est, inter mortuos Psal. 87 liber, in quo princeps & præpositus mortis nō inuenit aliquid quod supplicio deberetur, hoc scilicet quod scriptum est, Solutis doloribus inferni: non in omnibus, sed in quibusdam accipi potest, quos ille dignos ista liberatione iudicabat: ut neq; frustra illuc descendisse existimetur nulli eorum profuturus qui ibi tenebātur inclusi: nec tamen sit consequens, ut quod diuina quibusdam misericordia iusticiaq; concessit, omnibus concessum esse putandum sit. Et de illo qui dē primo homine patre generis humani, quod eum ibidem soluerit, ecclesia fere tota consentit: quod eam non inaniter credidisse credēdum est, undecūq; hoc traditum sit, etiam si Canonicarum scripturarum hinc expressa non profera tur autoritas: quanquam illud quod in libro Sapientiæ scriptum est, Hæc illum qui primus fa- Sap. 10 ctus est patrem orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit & eduxit illum à delicto suo, & dedit ei uirtutem continendi omnia: magis pro hac sententia quàm pro ullo alio intellectu facere uideatur. Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum, Abel, Seth, Noe, & domui eius, Abraham, Isaac & Iacob, alijsq; patriarchis & prophetis, ut cum dominus in infernum uenisset, illis doloribus solueretur. Sed quo nam modo intelligatur Abrahā, in cuius sinum pius etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribꝰ, ego quidem non uideo: explicant fortasse qui possunt. Solos autem duos, id est Abrahā & Lazarum in illo memorabilis quietis sinu fuisse antequā dominus in inferna descenderet, & de istis tantum duobus dictum fuisse illi diuiti, Inter uos Luc. 16 & nos chaos magnum firmatum est, ut ij qui uolunt hinc transire ad uos non possint, neq; inde huc transmeare: nescio utrum quisquam sit, cui non uideatur absurdum. Porro si plures quàm duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuisse patriarchas & prophetas, quibus in Scriptura dei iusticiæ pietatisq; tam insigne testimonium perhibetur? Quid is ergo præstiterit, qui dolores soluit inferni, in quibus illi non fuerūt, nondum intelligo: præsertim quia ne ipsos quidem inferos uspiam scripturarum locis in bono appellatos potui reperire. Quod si nusquam in diuinis autoritatibus legitur, non utique sinus ille Abrahæ, id est secretæ cuiusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse credēda est: quāquam in his ipsis tanti magistri uerbis, ubi ait dixisse Abraham, Inter uos & nos chaos maghū firmatum est: satis, ut opinor, appareat non esse quādam partem & quali membrum inferorum tantæ illius felicitatis sinum. Chaos enim magnum, quid est nisi quidam hiatus, multum ea separans inter quæ non solum est, uerum etiam firmatus est? Quapropter si in illum Abrahæ sinum Christum mortuum uenisse sancta scriptura dixisset, non nominato inferno eiusq; doloribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,miror si quisquam ad inferos eum descendisse asserere auderet. Sed quia euidentia testimonia & infernum commemorant & dolores, nulla causa occurrit,cur illo credatur uenisse saluator, nisi ut ab eius doloribus saluos faceret: sed utrum omnes quos in eis inuenit,an quosdam quos illo beneficio dignos iudicauit,adhuc requiro:fuisse tamen eum apud inferos,& in eorum doloribus constitutis hoc beneficium præstitisse non dubito. Vnde illis iustis qui in sinu Abrahæ erant,cum ille in inferna descenderet,nõdum quid contulisset inueni,à quibus eum secundum beatificam præsentiam suæ diuinitatis nunquam uideo recessisse. Sicut etiam eodem ipso die quo mortuus est,promisit latroni,quòd cũ illo in paradiso fuisset futurus,quando ad soluendos inferni dolores fuerat descensurus. Profecto igitur in paradiso atq; sinu Abrahæ,etiam ante iam erat beatificante sapientia,& apud inferos iudicante potentia. Vbi enim nõ est,nullo loco obsessa diuinitas? uerum tamen secundum creaturam quam ex quodam tempore suscipiendo manens Deus, homo factus est, hoc est secundum animam eum fuisse apud inferos,aperte Scriptura declarat,& per prophetiam præmissa,& per apostolicum intellectum satis exposita,qua dictum est,Non derelinques animam meam in inferno. Scio quibusdam uideri,morte domini Christi iam talem resurrectionem præstitam iustis, qualis nobis in fine promittitur:quoniam scriptum est,illo terræ motu quo in eius passione petræ scissæ & monumenta aperta sunt,multa corpora resurrexisse iustorum,& uisa cum illo quando resurrexit in sancta ciuitate: Qui utiq; si non iterum repositis corporibus dormierunt,uidendũ est quem admodum intelligatur Christus primogenitus à mortuis,si eum in illa resurrectione tot præcesserunt. Quod si respondetur hoc dictum esse per anticipationem,ut monumenta quidem illo terræ motu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet,resurrexisse autem iustorum corpora non tunc,sed cum ille prior resurrexisset:quamuis tunc,ut dixi, anticipando fuisset adiunctum,ut & Christus primogenitus à mortuis sine ambiguitate credatur,& illis iustis continuo concessum,ut ipso præeunte in æternam incorruptionem atq; immortalitatem resurgerent:illud adhuc restat quod moueat,quomodo à Petro dici potuerit,quod utique uerissime dictum est,quando per illam prophetiam non de Dauid,sed de Christo asseruit fuisse prædictum,carnem eius nõ uidisse corruptionem: & quod adiunxit de Dauid,apud eos esse monumentum eius:unde illos utiq; non conuincebat,si corpus eius ibi iam non erat:quia & si ante in recenti sua morte resurrexisset,nec caro eius uidisset corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere. Durum autem uidetur,ut Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorũ,si eis iam æterna donata est,cuius Christus ex semine tam crebro, & tanta euidentia, tantaq; honorificentia commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Hebræos de iustis antiquis dicitur: Quia pro nobis meliora prouiderunt,ne sine nobis perfecti perficerentur, si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt,quæ nobis perficiendis in fine promittitur. Cur ergo Petrus eos tantum commemorare uoluerit, quibus in carcere inclusis euangelium prædicatum est,qui in diebus Noe cum fabricaretur arca increduli fuerunt,uides quàm latebrosum sit,& quæ me moueant ne affirmare hinc aliquid audeam. Huc accedit,quia cum dixisset Apostolus,quod & uos nunc simili forma baptisma saluos facit,non carnis depositio sordium,sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum per resurrectionem Iesu Christi qui est in dextera Dei,deglutiens mortem,ut uitæ æternæ hæredes efficeremur,profectus in cœlos subiectis sibi angelis & potestatibus & uirtutibus: continuo subiecit: Christo igitur in carne passo,& uos eadem scientia armamini,quia qui passus est in carne desiit à peccatis,in hoc, ut iam non hominum desideriis,sed uoluntate Dei quod reliquum est in carne uiuat tempus. Deinde ait, Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem hominum cõsummatum ambulantes in libidinibus & concupiscentiis & ebrietate, comessationibus, potationibus,& illicitis idolorum seruitutibus,in quo stupescũt non concurrere uos in eandem luxuriæ confusionẽ blasphemantes,quoniam reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. His dictis subnectit: Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est,ut iudicentur quidem secundum homines in carne,uiuant autem secũdum deum spiritu. Quem non moueat ista profunditas? Mortuis dicit euangelizatum,quos profecto si intellexerimus,qui de corpore exierunt, illi opinor erunt,de quibus supra dixit,Qui increduli fuerunt in diebus Noe,aut certe omnes quos apud inferos Christus inuenit: quid sibi ergo uult,ut iudicentur quidem secundum homines in carne,uiuant autem secundum deum spiritu? Quomodo iudicantur in carne quam non habent,si apud inferos sunt:uel quam nondum receperunt,si etiam à doloribus inferni soluti sunt? Neque enim si ut quærendo dicis,exinaniti sunt inferi,omnes etiam qui tunc ibi fuerunt in carne resurrexisse credendi sunt:aut qui resurgentes apparuerunt cum domino,ad hoc carnem receperunt,ut in ea iudicarentur secundum hominem:quod nec de illis uideo quo modo accipi possit,qui increduli fuerunt in diebus Noe: non enim eos in carne uixisse scriptum est,aut credi potest ideo solutos dolores inferni,ut qui inde liberarentur,carnem ad luendam pœnam reciperent. Quid est ergo ut iudicentur secundum homines in carne,uiuant autem secun-

Mat.27 Apoc.1 Dauid an resurrexerit Hebr.11 1 Pet.3 Luc.23 Act.2

secundum deum spiritu? An forte hoc præstitum est eis quos apud inferos Christus inuenit, ut per Euangelium uiuificarentur spiritu, quamuis futura resurrectione in carne iudicandi sint,ut per aliquam carnis pœnam transeant in regnum dei? Quod si ita est,cur hoc tantum de illis qui quondam non crediderunt in diebus Noe,ac nõ etiã de cæteris quos illic Christi uisitatio comperit per Euangelij prædicationem spiritu reuixerunt,postea transitoria pœna in carne iudicandi? Quod si de omnibus accipimus, manet quæstio, quare Petrus eos tantum commemorauit qui tunc increduli fuerunt cum fabricaretur arca? Mouet etiam illud quod ij qui de hac re conantur reddere rationem,ideo dicunt Christo ad inferos descendẽte,ijs qui ibi inuenti sunt illa loca pœnalia tanquam carceres exinanitos,quia non audierant Euangelium,quod illis uiuentibus nondum toto orbe terrarum prædicabatur,& iustas habebant causas cur non credidissent quod eis non fuerat annunciatum: deinceps autem non habituros excusationem,qui prædicationem euangelij per omnes gentes celebratam diffusamq; contemnunt,& ideo illis tunc euacuatis carceribus iam iustum restare iudicium,quo contumaces & infideles etiam æterno igne puniantur. Nec attendunt qui hoc sentiunt hanc excusationem habere posse omnes,qui etiam post resurrectionem Christi,antequàm ad eos euangelium perueniret,ex hac uita emigrarunt. Neq; enim postea quàm dominus remeauit ab inferis,nemo permissus est iterum ire ad inferos, nisi audito Euangelio,cum tam multi moreren tur in toto orbe terrarum,antequàm ad eos hęc annunciatio peruenireț,qui omnes habebunt excusationem quę ablata dicitur eis,quibus dominus cum uenisset qui ante non audierant in inferno dicitur prædicasse. Vbi forte dicatur, etiam istos qui post domini resurrectionẽ,nondum sibi annunciato Euangelio mortui sunt,siue moriuntur,illic apud inferos audire potuisse uel posse,ut illic credant quod de Christi ueritate credendum est,& habeant etiam ipsi remissionem ac salutem quam illi meruerunt,quibus ipse Christus annunciauit. Neq; enim quia rursus ascendit Christus ab inferis,ideo ibi fama eius extincta est: nam & hinc ascẽdit in cœlum,& tamen eius annunciatione qui in eum crediderint,salui erunt. Ideo quippe exaltatus est,& donatum est ei nomẽ quod est super omne nomen,ut in nomine eius omne genu flectatur,nõ solum cœlestium & terrestrium,uerum etiam infernorum. Sed hanc opinionem si admittimus,qua putari potest homines,qui cum uiuerent minime crediderunt,posse in Christũ apud inferos credere,quis ferat? Quæ consequentur absurda fideiq; contraria? Primum ne frustra dolere uideamur eos,qui sine ista gratia de corpore exierunt,frustraq; curam gerere atque instanter hortari,ut eam homines prius ꝙ moriantur percipiant,ne sempiterna morte puniantur: aut si illi tantum apud inferos inutiliter atq; infructuose credunt,qui Euangelio sibi annunciato hic credere noluerunt:illis autem proderit credere, qui non hic contempserunt quod audire minime potuerunt: aliud sequitur absurdius,ut hic non sit euangelium prædicandum,quoniam omnes utiq; morituri sunt,& sine ullo reatu contempti Euangelij uenire ad inferos debent,ut eis prodesse possit,cum ibi crediderint. Quod sentire, impiæ uanitatis est. Quamobrem teneamus firmissime quod fides habet fundatissima autoritate firmata,qa Christus mortuus est secundum scripturas, & quia sepultus est,& quia resurrexit tertia die secundum Scripturas;& cætera quæ de illo testante ueritate conscripta sunt. In quibus etiam hoc est,quod apud inferos fuit solutis eorum doloribus,quibus eum erat impossibile teneri,à quibus etiam recte intelligitur soluisse & liberasse quos uoluit,corpusq; quod in cruce reliquerat in sepulchro positũ recepisse. In illa uero quam proposuisti de uerbis Petri apostoli quæstione, quoniam quæ me moueãt perspicis,& alia fortasse si diligentius discutiantur,possunt mouere,uel apud nos ea cogitãdo,uel quos dignum est,& si possumus consulendo quæramus. Considera tamen ne forte totum illud quod de conclusis in carcere spiritibus,qui in diebus Noe non crediderant,Petrus apostolus dicit,omnino ad inferos non pertineat,sed ad illa potius tempora quorum formam ad hæc tempora trãstulit. Illa quippe res gesta,forma fuerat futurorum,ut ij qui modo non credũt Euãgelio,dum in omnibus gẽtibus ædificatur ecclesia,illis intelligãtur esse similes,qui tunc non crediderũt cum fabricaretur arca. Illi autem qui crediderunt,& per baptismum salui fiunt,illis comparentur qui tũc in eadem arca salui facti sunt per aquam. Vnde ait: Sic & uos simili forma baptisma saluos facit. Ad hanc igitur formæ similitudinem;cætera etiam de incredulis coaptemus,& non suspicemur quod apud inferos ad faciendos fideles atq; liberandos Euangelium prædicatum sit, uel adhuc etiam prædicetur, quasi & ibi sit ecclesia cõstituta. Ad illum ergo sensum qui te mouet,ideo uidentur attracti qui hoc Petrum sensisse crediderũt,quia dixit,conclusis in carcere spiritibus prædicatum, quasi animæ non possint intelligi spiritus qui tũc erãt in carcere,atq; ignorantiæ tenebris uelut carcere claudebantur: de quali carcere se desiderat liberari ille qui dicit: Educ de carcere animam meam,ut cõfiteatur nomini tuo: quæ alibi umbra mortis appellatur. De qua nõ utique apud inferos,sed hic liberati sunt,de quibus scriptũ est: Qui sedebant in umbra mortis,lumen ortum est eis. Illis autẽ in diebus Noe frustra prædicatum est,quia non crediderunt,cum exspectaret

Phil.2 Psal.141 Esa.9

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctaret eos dei patientia per tempus centum annorum, quibus arca eadem fabricata est. Nam eius etiam fabricatio quodammodo prædicatio fuit: sicut modo similes eorum non credũt, qui sub eadem forma ignorantiæ tenebris, uelut carcere concluduntur, frustra intuentes ecclesiam toto mundo constitui imminente iudicio tanquam diluuio, quo tunc omnes incredu-
Luc.17 li perierunt. Ait quippe dominus: Sicut in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Mãducabant, bibebant, nubebant, uxores ducebant, donec intrauit Noe in arcam, uenit diluuium & perdidit omnes. Sed quia ea res gesta etiam futuram rem significabat, ideo ibi diluuium & baptismum significauit fidelibus & infidelibus pœnam. Sicut in figura non rei gestę, B sed tantummodo dictæ, quod de lapide scriptũ est, quo significatus est Christus, duo quædam prænunciata sunt, & infidelibus offendiculum & fidelibus ædificium. Aliquando autem in eadem figura uel gesta uel dicta, etiam duæ res aliquid unum significant: sicut fideles significauerunt ligna quæ in arcæ fabricam coaptata sunt, eosdemq; etiam animę octo quæ in eadem arca liberatæ sunt: quomodo in illa euangelica similitudine de ouili, idem ipse Christus est & pastor & ianua. Nec moueat ad impediendum istum intellectum, quod eundem Christum dixit apostolus Petrus prædicasse illis in carcere conclusis, qui quondam non credi-
derant in diebus Noe, ut ideo nõ arbitremur C hoc intelligendum, quia illo tempore nondum uenerat Christus. Nondum enim uenerat scili-
Baruch 3 cet in carne, sicut uenit quando post hæc in terra uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Verum tamen ab initio generis humani, uel ad arguendos malos, sicut ad Cain, ac prius ad ipsum Adam uxoremq; eius, uel ad consolandos bonos, uel ad utrosq; admonendos, ut alij ad salutem suam crederẽt, alij ad pœnam suam non crederent, ipse utiq; non in carne, sed in spiritu ueniebat, uisis congruis adloquens quos uolebat sicut uolebat. Quod autem dixi, In spiritu ueniebat: & ipse quidem filius in substãtia deitatis, quoniam corpus non est, utiq; spiritus est. Sed quid facit filius sine spiritu sancto, uel sine D patre, cum inseparabilia sunt omnia opera trinitatis? Ipsa quoq; scripturæ uerba, de quibus agitur, satis hoc ut puto indicant eis qui dili-
1 Pet.3 genter attendunt: Quia Christus, inquit, semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos adducat deo, mortificatus quidẽ carne, uiuificatus autem spiritu: in quo & ijs qui in carcere conclusi erant spiritibus adueniens prædicauit, qui increduli fuerãt aliquando, quando expectabat dei patientia in diebus Noe, cum fabricaretur arca. Iam ut arbitror, attenditur forma uerborum, Christus mortificatus carne, uiuificatus autem spiritu. In quo spiritu aduenies prędicauit & illis spiritibus qui A increduli fuerant aliquãdo in diebus Noe: quoniam prius quàm ueniret in carne pro nobis moriturus, quod semel fecit, sæpe antea ueniebat in spiritu ad quos uolebat, uisis eos admonens sicut uolebat utique in spiritu, quo spiritu & uiuificatus est, cum in passione esset carne mortificatus. Quid est enim quod uiuificatus est spiritu, nisi quod eadem caro qua sola fuerat mortificatus, uiuificante spiritu resurrexit? Nã quod fuerat anima mortificatus Iesus, hoc est, eo spiritu qui hominis est, quis audeat dicere: cum mors animæ non sit nisi peccatũ, à quo ille omnino immunis fuit, cum pro nobis carne mortificaretur? Si enim omnium hominum animæ ex illa una sunt quæ insufflata est primo Rom.5 homini per quem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertransiit: aut non est inde anima Christi, quoniam nullũ habuit omnino peccatum, uel originale, uel proprium, propter quod ei mors debita uideretur, pro nobis eam quippe quã non debebat exoluit, in quo princeps mũdi mortisq; præpositus nihil inuenit: neq; enim absurdum est, ut qui primo homini animã creauit, crearet & sibi: aut si & ipsa inde est eam suscipiendo mundauit, ut sine ullo prorsus peccato, uel perpetrato, uel traducto, ad nos ueniens de uirgine nasceretur. Si autem animæ non ex illa una propagantur, & sola ex Adam caro trahit originale peccatũ, ita sibi creauit animam dei filius, ut cæteris creat, quam non tamen carni peccati miscuit, sed similitudini carnis peccati. Sumpsit enim ex uirgine ueram quidem carnis substãtiam, non tamen peccati carnem, quia non ex carnali concupiscentia, siue seminatam siue conceptam, mortalem sanè ac per ætates mutabilem, tanquam carni peccati sine peccato simillimam. Ac per hoc quæcunq; de anima opinio uera sit, quarum nullam temere affirmare adhuc audeo, nisi tantum illam repudiare qua creduntur animæ pro meritis nescio quorum superiorũ actuum suorum, singulæ in singula corpora tanquam in carceres trudi: certe anima Christi non solum immortalis secundum cæterarum naturam, sed etiam nullo mortificata peccato uel damnatione punita est, qui bus duabus causis mors animæ intelligi potest, & ideo non secundum ipsam dici potuit Christus uiuificatus spiritu. In ea re quippe uiuificatus est in qua fuerat mortificatus: ergo de carne dictum est: Ipsa enim reuixit anima redeunte, quia ipsa erat mortua anima recedẽte. Mortificatus ergo carne dictus est, quia secundum solam carnem mortuus est: uiuificatus autẽ spiritu, quia illo spiritu operãte in quo ad quos ueniebat & prædicabat, etiam ipsa caro uiuificata surrexit, in qua modo ad homines uenit. Pro inde etiam illud quod postea dictum est de incredulis, qui reddant rationem ei qui paratus est uiuos & mortuos iudicare, non est contemquens

quens, ut eos hic intelligamus mortuos qui de A corpore exierunt. Fieri enim potest ut mortuos dixerit infideles, hoc est in anima mortuos,
Mat.8 de qualibus dicitur: Dimitte mortuos ut sepeliant mortuos suos. Viuos autem qui credunt
Eph.5 in eum non frustra audientes: Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. De qualibus etiam ipse Dominus dicit:
Io.5 Veniet hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Pro
1 Pet.4 inde etiam quod sequitur & dicit Petrus: Propter hoc & mortuis euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuant autem secundum deum spiritu, non cogit apud inferos intelligi. Propterea enim in hac uita & mortuis euangelizatum est, id est infide B libus & iniquis: ut cum crediderint, iudicentur quidem secundum homines in carne, hoc est, in diuersis tribulationibus, & in ipsa morte carnis: unde idẽ apostolus alio in loco dicit, tempus esse ut iudicium incipiat à domo domini: uiuant autem secundum deum spiritu, quia & in ipso fuerant mortificati cum morte infidelitatis & impietatis detinerentur. Hæc expositio uerborum Petri cui displicet, uel cui etiam si non displicet, non tamen sufficit, quærat ea secundum inferos intelligere: qui si ualuerit illa quibus me moueri suprà commemorauí, ita soluere ut eorum auferat dubitationem, impartiat & mihi: quod si factum fuerit, poterunt illa uerba utroque modo intelligi: ista sententia de C nulla falsitate conuincitur. Ad illas autem quæstiones quas antè misisti, excepta Dei uisione per corpus, unde maius opus moliendum est, ut potui, respondi, & per Asellum diaconum misi, quod te accepisse iam puto. In recenti autem commonitorio tuo cui nunc respondi, duo quæsieras, quorum utrũq; tractatum est, unum latius, alterum breuius, de Petri scilicet apostoli uerbis, & de anima domini. Exemplum sanè literarũ tuarum, quæ cõtinent interrogationẽ, utrum dei substantia corporaliter uelut in loco uideri possit: & apud nos nescio quomodo aberrauerunt, nec inueniri cũ diu quærerentur potuerunt, iterum admoneo mittere ne graueris.

Augustinus Euodio, de anima soluta corpore, & de uisis prodigiosis. Epistola C

Domino beatissimo & uenerabili fratri ac consacerdoti meo Euodio & qui tecum sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres in Domino Salutem.

f Rater iste nomine Barbarus, seruus dei, iam diu apud Hipponem constitutus, & uerbi dei feruidus ac studiosus auditor, desiderauit ad tuam sanctitatem literas nostras, in quibus tibi eum in domino commendamus, tibiq; per eum salutem debitam dicimus. Literis autem sanctitatis tuæ, quibus ingentes texuisti quæstiones, respondere operosissimum est, etiam ociosis & A multo maiore quàm nos sumus præditis facultate disserendi & acrimonia intelligendi. Duarum sanè epistolarum tuarum, quibus multa & magna conquiris, una nescio quomodo aberrauit, & diu quæsita non potuit reperiri: altera uero quæ inuenta est habet cõmendationem suauissimam serui dei boni & casti adolescentis, quomodo ex hac uita migrauerit, & quibus uisionum fraternarum attestationibus meritum eius nobis insinuari potuerit. Deinde ex hac occasione proponis & uersas de anima obscurissimam quæstionem, utrum cum aliquo corpore egrediatur è corpore, quo possit ad corporalia loca ferri, uel locis corporalibus contineri. Huius igitur rei tractatus, si tamen ad liquidum à talibus quales nos sumus examinari potest, curam atq; operam negotiosissimam postulat, ac per hoc mentem ab his occupationibus ociosissimam. Si autem breuiter uis audire quid mihi uideatur, nullo modo arbitror animam è corpore exire cum corpore: uisiones autem illæ furorũq; prædictiones quomodo fiant, ille iam explicare conetur, qui nouit qua ui efficiantur in unoquoq; animo tanta cũ cogitat. Videmus enim planeq; cernimus in eo fieri rerum multarum uisibilium, & ad cæteros corporis sensus pertinẽtium, innumerabiles imagines: quæ nõ interest quàm ordinate uel turbide fiãt, sed tantum quia fiunt, quod manifestum est, qua ui & quomodo fiãt quisquis potuerit explicare, quę omnia certe quotidiana sunt atq; continua, audeat præsumere aliquid ac definire, etiam de illis rarissimis uisis. Ego autem tanto minus hoc audeo, quãto minus id quoq; in nobis quod uita continua uigilantes dormiẽtesq; experimur, quo pacto fiat explicare sufficio. Nam cum ad De cura pro te dictarem hanc epistolã, te ipsum animo con- mortuis, ca. 13
tuebar, te utiq; absente atq; nescięte, & quomodo possis his uerbis moueri secũdum notitiam quæ mihi de te inest imaginabar, atq; id quo nã modo in animo meo fieret, capere ac inuestigare non poteram, certus tamen non fieri corporeis molibus, nec corporeis qualitatibus cum corpori simillimum fieret: hoc interim habeas, ut ab occupato & festinante dictatum. In duo- D decimo autẽ libro eorum quos de Genesi scripsi, uersatur hæc quæstio uehemẽter, & ex multis rerum expertarum atq; credibiliter auditarum disputatio illa sylueścit. Quid in ea potuerimus uel effecerimus cum legeris iudicabis, si tamen dominus dignabitur donare, ut eos mihi libros quantum possum congruenter emendatos iam liceat ædere multorum fratrum expectationi, non iam longa disputatione suspendere. Narrabo autẽ unũ aliquid breuiter unde cogites: frater noster Gennadius notissimus fere omnibus, nobisq; charissimus medicus, qui nunc apud Carthaginẽ degit, & Romæ suæ artis exercitatione præpolluit, ut hominẽ religiosum nosti, atq; erga pauperũ curam impigra mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sericordia facillimoq; animo benignissimum, A dubitabat tamen aliquando ut modo nobis retulit, cum adhuc esset adolescens & in his eleemosynis feruentissimus, utrum esset ulla uita post mortem. Huius igitur mentem & opera misericordiæ quoniam deus nullo modo desereret, apparuit illi in somnis conspicuus iuue-
Visio nis & dignus intendi, eiq; dixit: Sequere me: quem dum sequeretur uenit ad quandam ciuitatem, ubi audire cœpit à dextera parte sonos suauissimæ cătilenæ ultra solitam notamq; suauitatem. Tunc intento quid nam esset, ait, hymnos esse beatorum atq; sanctorum. Sinistra autem parte quid se uidisse retulit, non satis memini. Euigilauit, & somnium fugit, tantumq; de illo, quantum de somnio cogitauit: alia uero B nocte, ecce idem ipse iuuenis eidem rursus apparuit, atq; ab illo utrum cognosceretur interrogauit: respondit iste, quod eum bene planeq; cognosceret. Tunc ille quæsiuit, ubi se nosset. Nec memoriæ defuit, quod iste identidem responderet, totumq; uisum illud hymnosq; sanctorum ad quos audiẽdos eo duce uenerat, quæ recentissimos recordabatur facilitate narrauit. Hic ille percõtatus est, utrum nam id quod narrauerat in somnis, uidisset, an uigilans: Respondit, In somnis. At ille: Bene, inquit, recolis: uerum est, in somnis illa uidisti. Sed etiam nunc, in somnis te uidere scias. Hic cum audisset ista, ita esse credidit, atque id responsione firmauit. Tunc qui hominem docebat, adiecit, & ait: C Vbi est modo corpus tuum? Ille respondit, In cubiculo meo. Scis ne, inquit ille, in eodem corpusculo nunc illigatos esse & clausos & ociosos oculos tuos, nihilq; illis oculis te uidere? Respondit: Scio. Tunc ille: Qui sunt ergo, inquit, isti oculi quibus me uides? Ad hoc iste non inueniens quid responderet, obticuit. Cui hæsitanti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur, aperuit: & continuo, Sicut, inquit, illi oculi carnis tuæ utiq; in dormiente atq; in lectulo iacente nunc uacant, nec aliquid operantur, & tamen sunt isti quibus me intueris, & ista uteris uisione: ita cum defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuæ uita tibi inerit qua uiuas, sensusq; quo sentias. Caue iam D deinceps, ne dubites uitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis, ablatam dicit huius rei dubitationem. Quo docente, nisi prouidentia & misericordia dei? Ista narratione dixerit aliquis tantæ rei nos non soluisse, sed auxisse quæstionem: uerum tamen cum his uerbis credere, uel non credere, liberum cuiq; sit, seipsum quisq; habet quò se auocet ad profundissimam quæstionem. Et uigilat homo, & dormit homo quotidie, & cogitat homo: dicat unde fiant ista similia formis, similia qualitatibus, similia motibus corporum, nec tamen materie corporali, dicat si potest. Si autem non potest, quid se præcipitat de rarissimis aut inexpertis, quasi definitam ferre sententiam, cum continua & quotidiana non soluat? Ego autem quamuis quomodo fiant ista ueluti corporea sine corpore, uerbis prorsus explicare non possum: tamen sicut scio non ea corpore fieri, utinam sic scirem quo modo discernerentur quæ uidentur aliquando per spiritum, & per corpus uideri putãtur: quó ue modo distinguantur uisa eorum, quos error uel impietas plerunq; deludit, quando uisis piorum atq; sanctorum similia pleraq; narrantur, quorum exempla si commemorare uoluissem, tempus mihi potius quàm copia defuisset. In domini misericordia uegeteris domine beatissime & uenerabilis & desiderabilis frater.

Augustinus Euodio, quomodo anima cernat sine corpore, deq; uisis prodigiosis. Epist. C I

Domino beatissimo & uenerabili fratri & coepiscopo sancto Euodio & tecum fratribus, Augustinus & mecum fratres in Domino Salutem.

Vlta quæris ab homine multum occupato, & quod est grauius ea putas præcipitari debere dictando, quæ sunt tam difficilia, ut cum magna diligentia dictata uel scripta uix perduci possint ad intellectũ, etiam talium qualis ipse es. Huc accedit, quia non tu & tales tantummodo cogitandi estis lecturi esse quod scribimus, sed utiq; & illi qui minus acuto minusq; exercitato ingenio prædíti, eo tamen studio feruntur ad cognoscendas literas nostras, siue amico siue inimico animo, ut eis subtrahi omnino non possint. Ista cogitanti cernis, quanta cura in scribendo esse debeat, præsertim de rebus ita magnis, ut in eis & magni laborent. Si autem cum aliquid in manibus habeo, intermittendum est & differendum, ut ad ea potius respondeatur quæ superuenientia requiruntur, quid fiet si etiam ipsis dum respondetur, alia superuenerint? Num placet ut etiam his omissis illa susciptantur, & sem per priora fiant quæ posteriora oboriũtur, eaq; sola terminare contingat, quibus cum scribuntur non superuenerit aliquid quod quæratur? Quod ut mihi accidat difficillimum est, sed nõ opinor tibi hoc placere. Non ergo debui alia interrumpere cum tua superuenissent, sicut nec tua si alia rursus irruerint, & tamẽ seruare hanc iusticiam non sinor. Nam ecce ut tibi hæc ipsa referiberem, quibus id admonerem, intermisi quæ agebam, & animum meum ad hanc epistolam ab alia magna intentione detorsi. Facile autem fuit hanc excusationem, ut arbitror non iniquam, literis inditam tibi remittere, respondere autem inquisitionibus tuis non ita facile est: & puto in ipsis opusculis quæ me nunc intentissimum detinent, non defutura quædam loca, ubi hæc ipsa expediam quæ requiris, si dominus fauerit. Iam etiam ex iis quæstionibus, quas modo misisti, multa soluta sunt in eis libris quos nondum ædidi, siue De

De trinitate, siue De Genesi: quanquam & illa A si relegas quæ tibi iam diu nota sunt, uel nisi fallor, fuerũt, quia ea fortasse oblitus es quæ te conferente mecum ac sermocinante conscripsi, siue De animæ quãtitate, siue De libero arbitrio: inuenies unde dissoluas, & sine mea opera, dubitationes tuas, adhibito scilicet nõnullo labore cogitationis, ut iis quæ ibi ad intellectũ liquidum
1 Retract. 7 & 8 certumq; perducta sunt, consequentia nectãtur.
1 Retract. 12 Habes etiam in libro De uera religione, quem si recoleres atq; perspiceres, nunquam tibi uideretur ratione cogi deum esse, uel ratiocinando effici deum esse debere. Quandoquidem in ratione numerorum, quam certe in usu quotidiano habemus, si dicimus septẽ & tria decem esse debent, minus considerate loquimur, non enim B decem esse debent, sed decem sunt. De quibus itaq; rebus recte dicatur, quod esse debeant, siue iam sint, siue ut sint, satis quantum arbitror discutiuimus in eis libris quos cõmemorauí. Homo enim sapiens esse debet, si est ut maneat, si nondum est ut fiat: deus autem sapiens non esse debet, sed est. Illa quoq; de uisis quæ tibi nuperrime scripsi, et ea commemoras subtiliter dicta, sed maioribus te quæstionibus implicasse, recẽse etiam atq; etiam & cogita diligentius, nec pertranseat sed habitet in eis consideratio tua, & inde fortasse utcunq; conijcies, quomodo sit anima presens uel absens. In eis quippe uisis demoratur in somnis, cum abest à sensu præsentiaq; cernendi quã præbet oculis uigilans: hanc C autem ab oculis, hoc est tãquam à luminaribus corporis animæ absentiam, quæ fit cum dormimus, si uis maior augeat, ut totum quod est inde subtrahatur, mors est. Sicut ergo à cernendi sensu ad uisa somniorum, non cum aliquo corpore abscedit, nisi forte illa quæ uidentur in somnis corporea, noscq; ipsos inter illa ferri ac referri cum aliquo corpore existimabimus, quod iam tibi arbitror non uideri: ita si tota penitus abstrahatur atq; absit, quod fit in morte, nõ secum putãda est auferre aliquod corpus ex corpore. Nã si auferret, profecto etiam cum dormimus & abscedit ab oculis, inquantum eos relinquit, intantum oculos secum auferret quamlibet subtilio-
res, corporeos tamen, quod non facit: uerum ta D men aufert secum quosdam simillimos, sed nõ corporeos, quibus uisa simillima cernit in somnis, sed nec ipsa corporea. Porrò si aliquis cum credit etiam uisa somniorum, quæ similia corporibus apparent, non esse nisi corporea, uideatur sibi aliquid dicere, nec ista ingenij tarditas facile conuincitur, multorum quippe est etiam non mediocriter acutorum, quoniam parum attendunt quãtum uideant imagines corporum, quæ fiunt in spiritu, nec omnino sunt corpora. Cum uero eas coguntur intueri, si recte aduerterint, atque compererint non eas esse corporeas, sed corporum simillimas, rationem tamẽ de his non continuo ualent reddere, quibus causis & quemadmodũ fiant, qua denicq; natura sua subsistant, uel in quo subiecto sint: utrum ita in animo fiant ut in membrana ex atramento literæ, ubi utraq; substantia est membrana scilicet & atramentum: an sicut sigillum in cera, uel figura quælibet cui cera subiectum est illa in subiecto: an utroq; modo fiant ista in spiritu nostro, aliquando sic, aliquando autem sic: Mouent enim non solum ut cogitemus ea, quæ absunt à sensibus corporis, & in nostra reperiuntur memoria, uel quæ nos ipsi ut libitum est, facimus, disponimus, augemus, minuimus: sed etiam situ, habitu, motu, innumerabilibus qualitatibus formisq; uariamus: talia sunt fortassis etiam illa quibus deludimur dormientes, quando non diuinitus admonemur, nisi quod hæc uolentes agimus, illa præter arbitrium patimur. Non solum hæc mouent, quæ in animo de ipso animo fieri non absurde quis putat, quãuis & hoc causis occultioribus quibus agitur, ut istud potius quàm illud in cõspectu animi ueniat: sed etiam quod ait propheta, Et dixit mihi angelus qui lo *Zach. 1* quebatur in me. Neque enim forinsecus uoces ad aures corporeas prophetæ uenisse credendũ est, cum dicit, Loquebatur in me: non, ad me: utrum uoces erant de spiritu factæ, corporalibus similes, quales agimus cum apud nos taciti multa memoriter, plerunque etiam cantando transcurrimus, sed tamen æditæ ab angelo sibi suggerente: & quod in Euangelio scriptum est, Ecce angelus dei apparuit illi in somnis, dicẽs. *Mat. 1* Quomodo enim apparuerit, uel corpus angeli cum oculis clausis? Abrahæ quippe uigilanti *Gen. 18* sic apparuerũt, ut eos etiam cum pedes lauit eis contrectando sentiret: uel spiritus spiritui dormientis in specie aliqua simili corpori, sicut nos ipsi nobis uidemur tali figura etiã per loca moueri somniantes, longe aliter quàm membra in stratis iacentia mouentur. Hæc & ideo mira sunt, quia occultiorem habent rationem quàm ut uideri uel reddi ab homine homini possit. Nam istæ causæ sunt admirationis, cum uel ratio cuiusque rei latet, uel eadem res usitata non est, quod aut singularis aut rara est. Ex illa ergo causa latẽtis rationis, ego dixi in epistola, quam te legisse commemoras, cum eis responderem qui negant esse credendum, quod Christum uirgo peperit, uirgo permanserit: si ratio quæritur, non erit mirabile. Hoc enim dictum est, non quod ratione res careat, sed quod eos lateat, quibus hoc Deus uoluit esse mirabile. Ex alia uero admirationis causa, quæ ideo est quia insolitum aliquid occurrit, scriptum est de domino, quod miratus sit Centurionis fidem: neque enim eum rei ullius ratio potuit latere, sed admiratio pro laude posita est eius, cuius par in populo Hebræo non apparuerat. Vnde ipsa admiratio satis expolita est, cum Dominus ait: Amen dico uobis, Non inueni tantam fidem in Israel. Quod autem adieci in eadem epistola

Universidad de Deusto
Biblioteca

stola, Si exemplum poscitur, non erit singulare: A fruſtra tibi uiſus es uelut exempla inuenisse de uermiculo qui in pomo nascitur, & aranea quæ filum textrinæ suæ corpore uelut integro parit. Dicuntur enim aliqua argute cuiusdam similitudinis gratia, alia remotius, alia congruentius, sed solus Christus natus est ex uirgine: unde iam intelligis, quãtum existimo, cur hoc esse dixerim sine exemplo. Habent itaque omnia causas suas atque rationes rectas & inculpabiles, quæ deus uel usitata uel inusitata operatur. Sed hæ causæ atq; rationes cũ latent, miramur quæ fiunt: cum autem patent, consequenter ea uel conuenienter fieri dicimus: nec mirandum esse, quia facta sunt, quæ ratio exigebat ut fierent. Aut si miramur non inopinata stupendo, sed excellẽtia laudando miramur. Quo genere admirationis centurio ille laudatus est. Nec ideo reprehendenda est sententia qua dictum est, Si ratio quæritur, non erit mirabile: quoniam est aliud genus admirationis, etiam cum ratio manifesta est admiranti. Neq; enim propterea culpatur sententia
Luc. 1 qua dictum est, Deus neminem tẽtat: quoniam est aliud genus tentationis, propter quod recte
Deut. 13 itidem dictum est, Tẽtat uos dominus deus uester. Nec quisquam existimet ideo merito posse dici corporeis oculis à filio patrem uideri, ac non potius sic ut à patre filium, quia illi qui hoc putant cum in reddẽda ratione defecerint, possunt & ipsi dicere, si ratio quæritur, non erit mirabile: hoc enim dictum est, non quia non est ra C tio, sed quia latet: illius autem non miraculi, sed erroris, demonstrare debet nullã esse rationem, quisquis id opinantes refellere aggreditur. Sicut enim nulla ratio est, qua Dei natura moriatur aut corrũpatur aut peccet, & cum hoc deum non posse dicimus, non derogamus potestati eius, sed æternitatem ueritatemq; laudamus: ita cum dicimus nõ posse uideri oculis corporeis, non latet sed patet ratio bene intelligentibus, qua perspicuum est deum corpus non esse, nec aliquid corporeis oculis cerni posse, nisi quod alicuius interualli interpositione cernatur: id autem non nisi corpus esse, eamq; substãtiam quæ minor sit in parte quàm in toto, quod de Deo credere nefas esse debet, etiam ijs qui hoc intel D ligere nondum ualent. Latet ratio diuersarum commutationum: hinc est omnium uisibilium sylua miraculorum. Nunquid tamen ideo latet esse corpora, habere nos corpus, nullum esse quantulũcunq; corpusculum quod non pro suo modo loci occupet spacium? Nec in eo quod occupat ubique sit totum, sed minus sit in parte quàm in toto? Hæc quoniã non latent, his contexenda sunt consequentia, quod nunc facere nimis longum est, quibus ostendatur non rationem latere, sed rationem omnino nullam esse qua credi debeat, uel possit intelligi, deum qui ubiq; totus est, per spacia locorũ corporea mole diffundi, in qua necesse habeat partibus maioribus minoribus q; constare, cerni corporeis oculis posse. Vnde plura dicerem si hoc in epistola ista suscepissem, in cuius longitudinẽ, non sentiens progressus sum, penè oblitus occupationum mearum, ita ut fortasse, quod non arbitrabar, attẽtioni tuæ satisfecerim, qui potes paucis admonitus plura cogitare quæ competunt: sed non etiam eorum in quorum manus non inaniter uenire ista possunt, si diligentius & copiosius differantur. Laborant autem homines in di yrnqm.
scendo, & breuia non ualent intelligere, prolixa non amant legere. Laborãt itidem in docendo, qui & pauca tardis, & multa pigris fruſtra ingerunt. Mitte & illius epistolæ exemplum, quæ apud nos aberrans non potuit inueniri.

B Augustinus Euodio, de quæstionibus ad salutem non necessarijs, de similitudinibus nõ per omnia congruentibus rebus diuinis, de sacro sancta trinitate quid credere sufficiat. CII

Augustinus episcopus, Euodio episcopo.

S. I ea quæ me magis occupant, à quibus in aliud auerti nolo, sanctitas tua nosse tanti habet, mitte aliquem qui tibi describat. Iam enim plura perfecta sunt, quæ hoc anno ante pascha propinquãte quadragesima à nobis fuerãt incohata. Nam tribus illis libris De ciuitate dei, contra dæmonicolas inimicos eius, duos alios addidimus, quibus quinq; libris satis disputatum arbitror aduersus eos, qui propter præsentis uitæ felicitatem deos colendos putant, eamq; felicitatem à nobis impediri opinantes, Christiano nomini infesti sunt. Deinceps dicendum est, sicut pri 1 De ciuit. dei, cap. 36
mo libro polliciti sumus, aduersus eos qui propter uitam post mortem futuram necessarium existimãt cultum deorũ suorum, propter quam uitam nos Christiani sumus. Dictaui etiã trium Psalmorum expositionem, non paruis uolumi 2 Retract.
nibus, sexagesimi & septimi, septuagesimi & primi, septuagesimi & septimi. Reliqui nondum dictati neq; tractati, uehementer à nobis expectantur atque flagitantur. Ab his me reuocari & retardari irruentibus de transuerso quibuslibet quæstionibus, nolo: ita ut nec libros
D De trinitate, quos diu in manibus uerso, nondumq; compleui, modo attendere uelim, quoniam nimis operosi sunt, & à paucis eos intelligi posse arbitror, unde magis urgent quæ pluribus utilia fore speramus. Non enim, ut scribis, qui ignorat ignorabitur, de hac re dixit Apostolus, tanquam ista pœna ille plectendus sit, qui 1 Cor. 14
non ualet intelligentia sic discernere ineffabilem Trinitatis unitatem, sicut discernitur in animo nostro memoria, intellectus, uoluntas. Aliunde hoc dicebat Apostolus: Lege, & uidebis quod ea loquebatur, quæ fidem uel mores multorum ædificarent, non quæ uix ad paucorum, eamq; exiguam, quantulacũq; in hac uita de re tanta esse potest, intelligentiã peruenirẽt, id est ut

ut linguis prophetia præponeretur, ut non per A niant æternitatem, ueritatem, charitatem, id est
turbate illa gererentur, quasi prophetiæ spiritus ad stabilem, certam, plenamq; felicitatem, ubi
etiã inuitos loqui cogeret, ut mulieres in eccle manentibus, uidentibus, amantibus sunt cun
sia tacerent, ut omnia honeste & secundum or cta perspicua. Proinde in unum deum patrem
dinem fierent. Hęc cum ageret, ait: Si quis uide & filium & spiritum sanctum firma pietate cre
tur esse propheta aut spiritalis, cognoscat quæ damus: ita ut nec filius credatur esse qui pater
scribo uobis, quia domini est mãdatum: si quis est, nec pater qui filius est, nec pater nec filius
autẽ ignorat, ignorabitur. His uerbis coercens, qui utriusq; spiritus est. Nihil putetur in hac tri
& ad pacificũ ordinem reuocans inquietos, tan nitate temporibus locis ue distare, sed hæc tria
to ad seditionem faciliores, quãto sibi uidebanæqualia esse & coeterna, & omnino esse una na
tur spiritu excellere, cũ superbiendo cuncta tur tura: non à patre aliam, & à filio aliam, & à spiri
barẽt. Si quis ergo uidetur propheta esse aut spi tusancto aliam cõditam esse creaturam, sed om
ritalis, cognoscat, inquit, quę scribo uobis, quia nia & singula, quæ creata sunt uel creantur, tri
domini est mandatũ. Si quis uidetur esse, & uti nitate creante subsistere: nec quenquam libera
tq; non est: nam qui est, sine dubitatione cogri à patre sine filio & spiritu sancto, aut à filio si
noscit, nec admonitione & cohortatione opus ha B ne patre & spiritu sancto, aut à spiritu sancto si
bet, quia omnia iudicat, & à nemine iudicatur. ne patre & filio: sed à patre & filio & spiritu san
Illi ergo seditiones et perturbationes in ecclesia cto uno, uero, uereq; immortali, id est omni mo
faciebant, qui uidebantur esse in ecclesia, quod do incommutabili solo deo. Multa autem eti
non erant. Hos docet cognoscere domini esse am seperatim in scripturis de singulis dici, ut in
mandatum, quia non est seditionis deus sed pa sinuetur, quamuis inseparabilis trinitas, tamen
cis. Si quis autem ignorat, ignorabitur, id est im trinitas: ut quemadmodum simul dici non pos
Mat. 5 probabitur. Non enim deus, si ad scientiam re sunt cum sonis corporalibus commemorantur,
feras, ignorat eos, quibus dicturus est: Non no quamuis simul sint inseparabiliter: ita & qui
ui uos, sed eorũ improbatio hoc uerbo insinua busdam scripturarũ locis, & per quasdam crea
ta est. Cum autem dominus dicat: Beati mundo turas sigillatim uicissimq; monstrentur. Sicut
corde, quoniam ipsi deum uidebunt: eaq; uisio pater in uoce, qua sonuit, Tu es filius meus: &
nobis in fine summum præmium promittatur, filius in homine, quem suscepit ex uirgine: &
non est metuendum, si nunc ad liquidum quæ spiritus sanctus in columbæ specie corporali.
de dei natura credimus cõspicere nõ ualemus, Hæc separatim quidem, sed nullo modo separa
1 Cor. 1 ne inde sit dictum, Qui ignorat, ignorabitur: C ta tria illa demonstrant. Ad hoc utcunque intel
quia enim in sapientia dei non cognouit mun ligendum assumimus memoriam, intelligenti
dus per sapientiam deum, placuit deo per stulti am, uoluntatem. Quamuis enim hæc suis sepa
Stultitia dei tiam prædicationis saluos facere credẽtes. Hæc ratis q; temporibus sigillatim singula enuncie
stultitia prædicationis ac stultum dei, quod sa mus, nihil tamen horum sine aliis duobus agi
pientius est hominibus, multos contrahit ad sa mus aut dicimus. Nec ideo putanda sunt hæc
lutem, ut non solum qui nondũ certa ualent in tria trinitati sic cõparata, ut omni ex parte con
telligentia conspicere naturã dei, quam fide te ueniant. Cui enim similitudini in disputando
nent, uerumetiam qui nõdum in ipsa anima sua conuenientia tanta conceditur, ut ei rei cui ad
ita incorpoream substantiam à corporis gene hibenda est, ex omni parte coaptetur, uel quan
ralitate discernunt, quemadmodũ certi sunt se do ex creatura ad creatorem aliquid simile assu
uiuere, nosse, uelle, ideo sint alieni à salute, quã mitur? Primo ergo in hoc inuenitur ista similitu
stulticia illa prædicationis fidelibus cõfert. Nã do dissimilis, quod tria hæc, memoria, intelli
si ꝓpter eos solos Christus mortuus est, qui cer gentia, uoluntas animæ insunt, non eadem tria,
ta intelligentia possunt ista discernere, pene fru est anima. Illa uero trinitas non inest, sed ipsa
stra in ecclesia laboramus: si autem, quod ueri D deus est. Ideo ipsa mirabilis simplicitas com
tas habet, infirmi populi credentium ad medi mendatur, quia non ibi aliud est esse, aliud intel
cum currunt, sanãdi per Christum, & hunc cru ligere, uel si quid aliud de Dei natura dicitur.
cifixum, ut ubi abundauit peccatum, superabũ Anima uero quia est, etiam dum non intelligit,
det gratia, miris sit modis per altitudinem diui aliud est quidem esse, aliud est quod intelligit.
nam sapientiæ & scientiæ dei, & per inscrutabi Deinde quis audeat dicere patrem non intelli
lia iudicia eius, ut & nonnulli à corporibus in gere per seipsum, sed per filium, sicut memoria
corporea discernentes, cum sibi ex hoc magni non intelligit per seipsam, sed per intellectũ: uel
uidentur, & irrident stulticiam prædicationis, potius anima ipsa, cui hæc insunt, per intellectũ
qua salui fiunt credentes, ab unica uia longe exi tantũmodo intelligit, sicut per memoriã tantũ
rent, quæ ad uitam æternam sola perducit: & modo meminit, & per uoluntatem tantũmodo
multi in cruce iusti gloriantes, & ab eadem uia uult? Ad hoc ergo adhibetur ista similitudo, ut
non recedentes, etiam si ista quæ subtilissime quoquo modo intelligatur, quẽadmodũ horũ
differuntur ignorant, quia non perit unus ex il trium in anima, cum singula nomina enuncian
lis pro quibus mortuus est, ad eandem perue tur, quibus eadẽ singula demonstrantur, tamen

unum

Universidad de Deusto
Biblioteca

unumquodq; nomen his tribus cooperantibus enunciatur, cum & reminiscendo & intelligendo & uolēdo dicitur. Ita nullam esse creaturam, in qua uel solus pater, uel solus filius, uel solus spiritus sanctus demonstretur, quam non simul trinitas operetur, quae inseparabiliter operatur: ac per hoc nec uocem patris, nec animā & carnem filij, nec columbā spiritus sancti esse factā, nisi eadem cooperāte trinitate. Nec sanè sonus ille uocis, qui cōtinuo esse destitit, coaptatus est in unitatem patris, Nec illa colūbae species corporalis coaptata est in unitatem personae spiritus sancti. Nam ipsa quoq;, sicut nubes illa lucida, quae operuit in monte cum tribus discipulis saluatorē, uel potius sicut ille ignis, qui eundem spiritum sanctum demonstrauit, officio significationis impleto, mox esse desinit: sed solus homo, quia propter ipsam naturam liberandā illa omnia fiebant, in unitatem personae uerbi dei, hoc est unici filij dei mirabili & singulari susceptione coaptatus est, permanente tamen uerbo in sua natura incōmutabiliter, in qua nihil compositi cum quo subsistat ulla phantasia humani animi suspicandum est. Legitur quidem & spiritus sapientiae multiplex, sed recte dicitur etiam simplex. Multiplex enim, quoniam multa sunt quae habet: simplex autem, quia nō aliud quàm quod habet est. Sicut dictus est filius habere uitam in semetipso, & eadem uita ipse est: homo autem uerbo accessit, non uerbum in hominem cōuertibiliter accessit, atq; ita & filius dei simul cum homine susceptо dicitur, unde idem filius dei incōmutabilis est atq; coaeternus patri, sed in uerbo solo: & sepultus est filius dei, sed in carne sola. Proinde quae de filio dei uerba dicūtur, uidendum est secundum quid dicantur. Non enim homine assumpto personarū numerus auctus est, sed eadem trinitas mansit. Nam sicut in homine quolibet praeter unum illum qui singulariter susceptus est, anima & corpus una persona est, ita in Christo uerbum & homo una persona est. Et sicut homo, uerbi gratia, philosophus non utiq; nisi secūdū animam dicitur, nec ideo tamen absurde, sed congruentissima & usitatissima loquutione dicimus philosophum cæsum, philosophum mortuum, philosophum sepultū, cum totum secundum carnem accidat, non secūdum illud quod est philosophus: ita Christus deus dei filius, dominus glorię, & si quid huiusmodi secūdum uerbum dicitur: & tamen recte dicitur deus crucifixus, cum hoc eum secūdum carnem passum esse, non secūdum illud quo dominus gloriae est, non habeatur incertum. Sonitus autem ille uocis & columbae species corporalis, & linguae diuisae uelut ignis, qui insedit super unumquęq; eorum, sicut illa in monte Sina, quae terribili specie facta sunt, & sicut columna illa nubis per diem, & flammae per noctem, significatiua operatione acta atq; transacta sunt. Illud in his maxime cauendum est, ne cuiquam dei natura uel patris uel filij uel spiritus sancti cōmutabilis & conuertibilis esse credatur. Nec moueat quod aliquando res quae significat nomen eius rei quā significat accipit. Spiritus sanctus dictus est corporali specie tanquam columba descendisse & mansisse super eum. Sic enim & petra Christus, quia significat Christum. Miror autem tibi uideri sonitū uocis illius, qua dictum est, Tu es filius meus: non mediante anima, sed diuino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse: & nō tibi uideri eodē modo potuisse fieri animantis cuiuslibet speciem corporalem motumq; uiuēti similem diuino nutu, nullo animali interposito spiritu. Si enim obtēperat deo creatura corporea sine uiuificantis animae ministerio, ut ædantur soni quales ædi ex corpore animato solent, ut forma loquutionis articulatae auribus inferatur: cur non obtemperet, ut sine animae uiuificantis ministerio figura motusq; uolucris, eadem potentia creatoris ingeratur aspectibus? An sensus audiendi hoc mereri potest, uidendi non potest, cum ex iacenti materia corporis utrūq; formetur, & quod insonat auribus, & qđ apparet aspectibus, & uocis articuli, & liniamenta membrorū, & audibilis & uisibilis motus, ut & uerum sit corpus quod sentitur corporis sensu, & nihil sit amplius quàm quod sentitur corporis sensu? Anima enim in illo sensu corporis uel in aliquo animāte sentitur. Non igit̄ est opus quærere quomodo apparuerit columbae species corporalis, sicut non quærimus quomodo sonuerint uoces articulati corporis. Si enim potuit anima non esse media, ubi uox nō quasi uox dicit̄ facta, quātomagis potuit ubi dicitur columba, hoc uerbo significata sola specie corporali oculis reddita, non natura uiuentis animātis expressa. Hoc modo etiam illud dicitur: Factus est subito de cœlo sonus quasi ferretur flatus uehemens, & uisae sunt illis linguae diuisae uelut ignis: ubi dicitur species quædam quasi flatus, & uelut ignis sensibilis usitatis similis notisq; naturis, non ipsae usitatę notæq; naturae ad tempus factae significari uidentur. Si autē subtilior ratio uel excellētior rei uestigatio demonstrat eam naturam, quae nec tēporaliter nec localiter mouetur non moueri, nisi per illā quae temporaliter tantum, non localiter moueri potest, consequens erit ut omnia illa per ministerium creaturae uiuentis effecta sint, sicut per angelos fiunt. Vnde diligentius differere & longum est, & non necessarium. Huc accedit, quia sunt uisiones quae apparent spiritui tanquam corporis sensibus, non solum dormientibus uel furentibus, sed aliquando sanae mentis uigilantibus: non per fallaciam illudentium dæmonū, sed per aliquam reuelationē spiritalem, quae fit per formas incorporeas corporibꝰ similes: quae discerni omnino non possunt, nisi diuino adiutorio plenius reuelentur, & mentis intelligētia dijudicētur, uix aliquando cum fuerint, sed plerunq; postea cum transierint. Quae cum ita sint, siue in naturis corporeis, siue sola specie corporali, natura autem spiritali nostro spiritui tanq; sensibus corporis apparere uideantur, quando haec sacra scriptura cōmemorat cuius istorum duorū generis sint, & utrū mediante uiua creatura fiant, si corpore fiunt, iudicare temere non debemus: dum tamen creatoris, hoc est summę atq; ineffabilis trinitatis inuisibilem, incommutabilemq; naturam, & à mortalium carnalium sensibus, & ab omni conuertibilitate siue in melius, siue in deterius, siue in quodlibet aliud atq; aliud, remotam atq; discretam, uel sine ulla dubitatione credamus, uel qualicūq; etiam intelligentia capiamus. Haec tibi de duabus quaestionibus, hoc est de trinitate & colūba, in qua spiritus sanctus nō sua natura, sed significatiua specie demōstratus est, sicut & filius dei non sua natiuitate, de qua patet̄ dixit, Ante luciferū genui te: sed in homine susceptо ex utero uirginis, à Iudæis crucifixus est, uideris quàm ocioso ego tamen occupatissimus scribere potui. Nec putaui omnia pertractanda quae posuisti in literis tuis, uerum ad illa duo quae ex me audire uoluisti, me respondisse, & si non sufficienter auditā ti tuae, tamen charitati obedieter existimo. Praeter autem illos duos libros, quos tribus me adiunxisse supra commemoraui, & trium Psalmorum expositionem, scripsi etiam librum ad sanctum presbyterum Hieronymū de animae origine, consulens eū quomodo defendi possit illa sententia, quam religiosae memoriae Marcellino suam esse scripsit, singulas animas nouas nascētibus fieri, ut non labefactetur fundatissima ecclesiae fides, qua inconcusse credimus quòd in Adam omnes moriuntur, & nisi Christi gratia liberentur, qui per suum sacramentum etiam in paruulis operatur, in condemnationem trahuntur. Scripsi alium ad eundem, quomodo illi uideatur accipiendum esse quod scriptum est in epistola Iacobi: Quicunq; autem totā legem seruauerit, offendat autē in uno, factus est omnium reus. Sed in hoc dixi etiam quid mihi uideatur: in illo autem de animae origine tantum quid ei uideatur, consultatoria quadā disputatione quę sui: Occasionem quippe cuiusdā sanctissimi & studiosissimi iuuenis presbyteri Orosij, qui ad nos ab ultima Hispania, id est ab Oceani littore solo sanctarū scripturarū ardore inflāmatus aduenit, amittere nolui, cui ut ad illum quoq; perferret, persuasi. Huic etiam ipsi Orosio ad quaedam interrogata, quae illum de Priscillianistarū haresi, & Origenis quibusdam opinionibus, quas non recepit ecclesia, permouebāt, uno libro non grandi, quanta potui breuitate & perspicuitate respondi. Scripsi etiam grandē quendam librum aduersus Pelagij haresim, cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gratiam Christi opinionem pernicios̄issimā ille persuaserat. Haec omnia si habere uoluerit, aliquē mit-

te qui tibi cuncta describat. Me autem permitte his uacare quærendis atq; dictādis, quae quoniam multis sunt necessaria, praeponēda esse arbitror ad ualde paucos pertinentibus inquisitionibus tuis.

Augustinus Quintiano, commendat matrem uiduā cum filia uirgine, quae deferebant reliquias Stephani martyris. Epistola CIII

Domino beatissimo & merito uenerabili fratri & coepiscopo Quintiano, Augustinus in D.S.

h Onorabiles dei famulas, & preciosa Christi membra, Gallam uiduā sancti propositi, & eius filiam Simpliciolam uirginem sacram, matri aetate subditā, sanctitate prælatam, quas uerbo domini aluimus ut potuimus, uenerationi tuae in Christi dilectione commēdo, & tanquam mea manu per hanc epistolam trado consolādas, & in omnibus adiuuandas, quae utilitas earum uel necessitas postulat, quod & sine mea commendatione proculdubio faceret sanctitas tua. Si enim nos propter supernā Hierusalē, cuius nos omnes ciues sumus, & in qua concupierunt habere excellentiorem sanctitatis locum, non solum ciuicum, uerum etiam fraternum eis debemus affectum: quanto magis uos, apud quos earum etiam carnalis est patria, in qua seculare nobilitatem pro Christi amore contemnūt dominae illae. Officium quoque salutationis per illas meum ea charitate peto digneris sumere qua direxi, & meminisse nostri in orationibus tuis. Portant sanè reliquias beatissimi & gloriosissimi martyris Stephani, quas non ignorat sanctitas uestra, sicut & nos fecimus, quàm conuenienter honorare debeatis.

Augustinus Sixto presbytero, qui contra Pelagianos scripserat, ut pergat impudentes cohibere, dissimulantibus mederi. Epistola CIIII

Domino uenerabili & in Christi charitate suscipiendo sancto fratri & compresbytero Sixto, Augustinus in Domino salutem.

c X quo Hipponem literae benignitatis tuae per sanctum fratrem nostrum Firmum presbyterū directae me absente uenerunt, postea quàm illas cū remeassem, quamuis iam inde profecto earum perlatore legere potui, haec prima eademq; gratissima rescribēdi occurrit occasio per dilectissimum filiū nostrū Albinum acoluthum. Quod autē quibus simul scripsisti, tunc non eramus simul, ideo factum est ut singulorum singulas nō unam amborum epistolā sumeres. A me quippe digressus est perlator huius per uenerabilem fratrem & coepiscopū meum Alipium qui tuae sanctitati aliam rescriberet transiturus, ad quem etiam ipsas, quas ego iam legeram, literas tuas ipse portauit. Quae nos quanta lætitia perfuderint, quid homo nitatur loqui quod non potest eloqui? nec teipsum satis nosse arbitror, sed nobis crede, quantum boni feceris talia nobis scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pta mittendo. Sicut enim tu testis es animi tui, ita nos nostri, quemadmodum sit affectus illarum synceritate luculentissima literarum. Si enim breuissimã epistolam tuam, quam de hac ipsa re ad beatissimũ senem Aurelium per Leonem acoluthum direxisti, exultanti alacritate descripsimus, & quibus poteramus magno studio legebamus, ubi nobis exposuisti quid de illo pernicioſissimo dogmate, uel quid contra de gratia dei, quam pusillis magnisq; largitur, cui est illud inimicissimum sentias: quanta nos putas ista tua prolixiora scripta uel exultatione legisse, uel cura ut legantur quibus ualuimus aliis obtulisse, atque adhuc quibus ualemus offerre. Quid enim gratius legi uel audiri potest, quàm gratiæ dei tam pulchra defensio aduersus inimicos eius, ex ore eius qui eorundem inimicorum magni momenti patronus ante iactabatur? Aut unde uberiores Deo debemus agere gratias, quàm quod eius sic defenditur gratia, ab eis quibus datur aduersus eos quibus uel non datur, uel ingratum est quod datur, quia ut eis gratum sit, occulto & iusto iudicio dei non datur. Quapropter domine uenerabilis et in Christi charitate suscipiende sancte frater, quamuis optime facias cum de hac re scribis ad fratres, apud quos se illi de tua solent efferre amicitia, tamen hæc cura maior tibi restat, ut non solum salubri seueritate plectantur, qui errorem illum Christiano infestissimum nomini audent garrire. liberius, sed etiam ij diligentissime cauean- C tur uigilantia pastorali propter infirmiores & simpliciores dominicas oues, qui eum pressius quidem ac timidius, sed tamen insusurrare non cessant, penetrantes domos, sicut ait Apostolus, & cætera quæ sequuntur exercitata impietate facientes: nec illi negligendi sunt, qui usque ad profundum silentium supprimunt timore quod sentiunt, sed tamen eandem peruersitatem sentire non desinunt. Nonnulli quippe eorum, antequàm ista pestilentia manifestissimo etiam sedis apostolicæ iudicio damnaretur, uobis innotescere potuerunt, quos nunc repente reticuisse perspicitis: nec utrum sanati sint sciri potest, nisi cum non solum dogmata illa falsa tacuerint, uerum etiam illis uera con- D traria, eo quo illa solent studio defensauerint, qui tamen lenius profecto sunt tractandi. Quid enim eos terreri opus est, quos satis territos ipsa taciturnitas monstrat? Nec ideo tanquam sani prætereundi sunt diligentia medicinæ, quorum uulnus in abdito est. Etsi enim terrendi non sunt, tamen docendi sunt: & quantum existimo, facilius possunt, dum in eis timor seueritatis doctorem adiuuat ueritatis, ut opitulante domino, gratia eius intellecta atque dilecta, etiã loquendo expugnent quod iam loqui non audent.

Augustinus Sixto presbytero, instruens illum aduersus Pelagianorum argumenta. Epist. CV

A Domino in domino dominorum dilectissimo sancto fratri & compresbytero Sixto, Augustinus in Domino salutem.

i N epistola quam per charissimũ fratrem nostrum Albinum acoluthum misi, prolixiorem me missurum esse promisi per sanctũ fratrem & compresbyterum nostrum Firmum, qui nobis literas attulit synceritatis tuæ, plenas fidei tuę, quę nobis tantum gaudium contulerunt, quantum magis possumus habere quàm dicere. Quod enim fatendum est charitati tuæ, tristes eramus animo nimis, cum fama iactaret inimicis Christianæ gratiæ te fauere. Sed ut hæc tristitia de nostris cordibus tergeretur, primo te priorem B anathema eis in populo frequẽtissime pronunciasse eadem fama non tacuit. Deinde cum literis apostolicæ sedis de illorum damnatione ad Aphricam missis, tuæ quoq; literæ ad uenerabilem senem Aurelium consequutæ sunt, quæ tametsi breues erant, tuum tamen uigorem aduersus eorum errorem satis indicabant. Nunc uero cum apertius & latius quid de illo dogmate contraq; sentires, ut literis tuis fides ipsa nobiscum ratione ecclesiæ loqueretur, cui potissimum beatus apostolus Paulus de gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, multa & multipliciter est loquutus, non solum illud omne tristitiæ nubilum fugit de cordibus nostris, sed etiam tantum ibi lætitiæ lumen infulsit, ut C nihil egisse in nobis uideretur ille mœror & timor, nisi successu horum, ampliorẽ flagrantiam gaudiorum. Itaq; te frater charissime, quamuis non uideamus nos oculis carnis, animo tamen in fide Christi, in gratia Christi, in membris Christi tenemus, amplectimur, osculamur, & remeante à nobis ad te nostrorum inuicem colloquiorum sanctissimo et fidelissimo perlatore, quem uoluisti esse apud nos non solum aduerctorem scriptorum tuorum, uerum etiam narratorem testemq; factorũ, rescripta persoluimus, & aliquanto diutius tecum sermocinamur admonentes, ut docendis instes, quibus terrendis satis quãtum comperimus institisti. Sunt enim quidam qui iustissime damnatas impietates ad D huc liberius defendendas putant: & sunt qui occultius penetrãt domos, & quod in aperto iam clamare metuunt, in secreto seminare non quiescunt. Sunt autem qui omnino siluerunt magno timore compressi, sed adhuc in corde retinent quod ore iam proferre non audent, qui tamen esse possunt fratribus ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alij seuerius coercendi, alij uigilantius uestigandi, alij tractandi quidem lenius, sed non segnius sunt docendi, ut si non timentur ne perdant, non tamen negligantur ne pereant. Quod enim putant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonam uoluntatem sine adiutorio Dei homnem habere consenserint, non intelligunt non se firmare humanum

manum arbitrium, sed impellere ut per inania feratur, non in domino tanquam in petra stabili collocetur. Paratur enim uoluntas à domino. Quod autem personarum acceptorem deum se credere existimant, si credãt quod sine ullis præcedẽtibus meritis, cuius uult misereatur, & quos dignatur uocat, & quem uult religiosum facit, parum attendunt quod debita reddatur pœna damnato, indebita gratia liberato, ut nec ille se indignum queratur, nec dignum se iste glorietur, atq; ibi potius acceptionẽ nullam fieri personarum, ubi una eademq; massa damnationis & offensionis inuoluit, ut liberatus de non liberato discat quod etiam sibi supplicium conueniret, nisi gratia subueniret. Si autem gratia: utiq; nullis meritis reddita, sed gratuita bonitate donata. Sed iniustum est, inquiũt, in una eademq; mala causa hunc liberari, illum puniri. Nempe ergo iustum est utrunq; puniri. Quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias saluatori, dum nobis redditum non cernimus quod in dãnatione similium etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim utriq; liberarẽtur, lateret quid pec cato per iusticiam debeatur: si nemo, quid gra- Rom.9 tia largiretur. Vt ergo in hac difficillima quæstione uerbis potius utamur Apostoli: Volens deus ostendere iram, & demõstrare potentiam suã, attulit in multa patientia uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem: & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, cui non potest figmentum dicere, Quare sic me fecisti: cum habeat potestatem ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam. Vbi quia uniuersa ista massa merito dãnata est, cõtumeliam debitam reddit iusticia, honorem donat indebitum gratia, nõn meriti prærogatiua, non fati necessitate, non temeritate fortunę, sed altitudine diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam non aperit, sed clausam miratur Apo- Rom.11 stolus, clamans: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, amẽ. No- D lunt autem ut sit ipsi gloria in iustificandis im- Rom.10 pijs gratuita gratia, qui eius ignorantes iusticiam, suam uolunt constituere: uel iam cõclamantium religiosorum et piorum uocibus pressi, ita se fatentur ad habendam seu faciendam iusticiam diuinitus adiuuari, ut sui præcedat aliquid Rom.11 meriti, quasi priores uolentes dare ut retribuatur eis ab illo, de quo dictum est: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei: & suo putantes præire merito illum de quo audiunt, aut potius audire nolunt, Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quarum autem diuitiarum est altitudo sapientiæ & scientiæ eius, ex his sunt diuitiæ gloriæ eius in uasa misericordiæ quæ uocauit in adoptionẽ, quas diuitias notas uult facere etiam per uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem. Et quę sunt uię inuestigabiles, nisi de quibus in Psalmo canitur: Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas: Igitur inuestigabiles Psal.24. sunt misericordia & ueritas eius: quoniam cuius uult miseretur, non iusticię sed misericordię gratia, & quem uult obdurat, nõ iniquitate, sed ueritate uindictæ. Quæ tamen misericordia & ueritas ita sibi occurrunt, quia scriptum est, Mi- Psal.84. sericordia & ueritas obuiauerũt sibi: ut nec misericordia impediat ueritatem qua plectitur dignus, nec ueritas misericordiã qua liberatur indignus. Quæ igitur sua merita iactaturus est liberatus, cui si digna suis meritis redderẽtur, nõ B esset nisi damnatus? Nulla ne igitur sunt merita iustorum? Sunt planè, quia iusti sunt. Sed ut iusti fierent, merita non fuerunt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt: sed sicut dicit Apostolus: Iustificati gratis per gratiã ipsius. Cum igi- Rom.3 tur huic gratiæ inimici infestiq; sint isti, Pelagius tamen in ecclesiastico iudicio Palęstino, non enim aliter inde impunitus exisset, anathematizauit eos qui dicunt gratiam dei secundum merita dari. Sed nihil aliud in eorum etiam posterioribus disputationibus inuenitur, quàm meritis dari etiam gratiam. De cuius cõmendatione maxime ad Romanos apostolica epistola logitur, ut inde se prædicatio eius uelut à capite orbis toto orbe diffunderet: ea est enim qua iustificatur impius, id est fit iustus qui prius erat im- C pius. Et ideo percipiendæ huius gratiæ merita nulla præcedunt, quoniam meritis impij, non gratia sed pœna debetur. Nec ista esset gratia si nõ daretur gratuita, sed debita redderetur. Sed cum ab istis quæritur, quam gratiam Pelagius cogitaret sine ullis præcedentibus meritis dari, quando anathematizabat eos qui dicunt gratiã dei secundũ merita nostra dari: respondent sine ullis præcedentibus meritis gratiam ipsam humanam esse naturã in qua conditi sumus. Neq; enim antequàm essemus, mereri aliquid poteramus ut essemus. Abijciatur à Christianorũ cordibus ista fallacia: nam omnino non istam gratiam commendat Apostolus qua creati sumus ut homines essemus, sed qua iustificati sumus ut homines iusti essemus. Ista est enim gratia per Iesum Christum dominũ nostrum. Etenim Christus non pro nullis ut homines conderentur, sed pro impijs mortuus est ut iustificarẽtur: quippe homo erat qui dicebat, Miser ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum no- Rom.7 strum. Possunt quidem dicere remissionem peccatorum esse gratiam, quæ nullis præcedẽtibus meritis datur. Quid enim habere boni meriti possunt peccatores? Sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Neq; enim nullum est meritũ fidei, qua fide ille dicebat: Deus propitius esto mihi pec- Luc.18 catori

Universidad de Deusto
Biblioteca

catori: & descēdit iustificatus merito fidelis humiliatus, quoniam qui se humiliat exaltabitur. Restat igitur ut ipsam fidem unde omnis iustitia sumit initiū, propter quod dicitur ad ecclesiam in Cantico canticorū, Venies & pertransies ab initio fidei, non humano quo isti extollūtur tribuamus arbitrio, nec ullis præcedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quęcūq; sunt merita, sed gratuitum donum dei esse fateamur, si gratiam ueram, id est sine meritis cogitamus. Rom.12 Quia sicut in eadē epistola legitur: Deus unicuiq; partitur mēsuram fidei. Opera quippe bona fiunt ab homine, fides autē fit in homine, Rom.14. sine qua illa à nullo fiunt homine. Omne enim quod nō est ex fide, peccatum est. Quapropter ne se uel ipsius orationis meritū extollat, etiam ad uincēdas temporalium rerum cupiditates & diligenda bona æterna, atq; ipsum fontem omnium bonorum, domini adiutorium datur orāti, fides erat quæ data est non oranti, quæ utiq; Rom.10 nisi data esset, orare nō posset. Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent, quem non audierunt? quomodo audient, sine prædicāte? Igitur fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Proinde minister Christi huius fidei prædicator, secundū gratiam quæ data est illi, plantator est & rigator. 1 Cor.3 Nec tamen qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incremētum dat deus, qui unicuiq; partitur mensuram fidei. Vnde & alibi dicitur: Eph.6 Pax fratribus & charitas cum fide: quā ne sibi tribuerent, continuo subiunxit: A deo patre & domino nostro Iesu Christo: quia nec omnium est fides, qui audiunt uerbum, sed quibus deus partitur mēsuram fidei: sicut nec omnia germinant quæ plantanē & rigantur, sed quibus deus dat incrementū. Cur autem ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt, & si miraculū in eorum conspectu fiat, ambo idem uident: altitudo est diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & apud quem non est iniquitas, dum cuius uult miseretur, & quē uult obdurat: neq; enim propterea sunt ista iniusta, quia occulta. Deinde post remissionem peccatorum, nisi mundatā domum habitet spiritus sanctus, nónne cum alijs septem redit spiritus immundus, & erunt nouissima hominis illius peiora q̄ erant prima? Vt autē habitet spiritus sanctus, nónne ubi uult spirat, & charitas dei sine qua nemo bene uiuit, diffunditur in cordibus nostris, non à nobis sed per spiritum sanctum qui datus est nobis? Hāc enim fidem Apo Gal.5 stolus definiuit, dicens: Neq; circuncisio est aliquid, neq; præputiū, sed fides quæ per dilectionem operatur. Ista quippe fides est Christianorum, non dæmoniorum: nam & dæmones credunt & contremiscunt, sed nunquid & diligūt? Nam si non crederent, non dicerent: Tu es sanctus dei: uel, Tu es filius dei. Si autē diligerent, nō dicerent: Quid nobis & tibi? Fides igitur ad

A Christum nos trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse diceret: Nemo 10.6 potest uenire ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum. Vnde & paulo post ait: Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt, sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Deinde Euangelista subiūgit: Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis esset traditurus eum. Et ne quisquam existimaret credentes sic ad eius præscientiam pertinere, quomodo non credentes, id est ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantummodo uoluntas eorum præno sceret, mox adiecit atq; ait: Et dicebat, Propter ea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Hinc erat quod B eorum qui audierant loquētem de carne sua & sanguine suo, quidam scandalizati abscesserūt, quidā credendo manserunt: Quia nemo potest uenire ad illum, nisi cui datum est à patre, ac per hoc & ab ipso filio, & à spiritu sancto. Neq; enī separata sunt dona uel opera inseparabilis trinitatis, sed filius sic honorans patrem, non affert ullius distantiæ documentū, sed magnum præbet humilitatis exemplum. Hic iterum isti liberi arbitrij defensores, imò deceptores quia inflatores, & inflatores quia præsumptores, non aduersum nos, sed aduersus Euangeliū loquuntur, quid aliud dicūt q̄ id quod apostolus sibi, quasi à talibus diceret obiecit: Dicis itaq; mihi, Quid Rom.9 adhuc conqueritur? Nam uolūtati eius quis resistit? Hanc contradictionē sibimetipse tanq; ab C altero opposuit, uelut ex eorum uoce qui nolūt accipere quod superius dixerat: Ergo cui? uult misereturꝫ, & quem uult obdurat. Talibus itaq; dicamus cū Apostolo, non enim melius illo inuenire possumus quid dicamus: O homo, tu q̄s es qui respondeas deo? Quærimus nāq; meritū obdurationis, & inuenimus. Merito nanq; peccati uniuersa massa dānata est, nec obdurat deus impertiendo maliciam, sed non impertiēdo misericordiam. Quibus enim non impertitur, nec digni fiunt, nec merētur: at potius ut non impertiatur, hoc digni sunt, hoc merentur. Quærimus autem meritum misericordiæ, nec inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. Si enim dixerimus fidem præcessisse, in qua esset meritū gratiæ, quid meriti habebat homo ante fidē, ut acceperet fidem? Quid enim habet quod non accepit? Si autem accepit, quid gloriatur quasi non acceperit? Sicut enim non haberet homo sapiētiam, intellectum, consilium, fortitudinē, scientiam, pietatem, timorem dei, nisi secūdum propheticum eloquium accepisset spiritum sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis ac timoris dei: sicut non haberet uirtutem, charitatem, continentiā, nisi accepto spiritu, de quo dicit Apostolus: Non enim acce- Rom.8 pistis spiritum timoris, sed uirtutis & charitatis & continentiæ: ita non haberet fidem nisi aq cepisset

cepisset spiritum fidei, de quo idem ipse dicit: A tui fidei non est recte quispiam crediturus, nec
Habentes autem eundem spiritum fidei, secun- sine spiritu orationis salubriter oraturus. Non
2 Cor.4 dum quod scriptum est: Credidi propter quod quia tot sunt spiritus, sed omnia hæc operatur
locutus sum, & nos credimus propter quod & unus atq; idem spiritus diuidēs propria unicui- 1 Cor.12
loquimur: non autem merito accepisse, sed mi que prout uult: quia spiritus ubi uult spirat: sed Io.3
sericordia eius qui cuius uult miseretur, manife
1 Tim.1 stissime ostendit, ubi de seipso ait: Misericordiā
consecutus sum, ut fidelis essem. Si dixerimus
De gratia & lib. arbit. cap. 30.31 & 32 meritum præcedere orationis ut donum gratię
consequatur: impetrando quidem oratio quic
quid impetrat, euidenter donum dei esse ostendit, ne homo existimet à seipso sibi esse, quod si
in potestate haberetur, non utiq; posceretur: uerum tamen ne saltem orationis putarentur præcedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, sed iam nec gratia esset, quia debita reddere B
Rom.8 tur, etiam ipsa oratio inter gratiæ munera repe
ritur. Quid enim oremus, ait doctor gentium, si
cut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid
est autem interpellat, nisi interpellare nos facit? Indigētis enim certissimum indicium est interpellare gemitibus. Nullius autem rei esse indigētem fas est credere spiritum sanctum. Sed ita dictum est interpellat, quia interpellare nos facit, nobisq; interpellādi & gemēdi inspirat affe
Mat.10 ctum, sicut illud in Euangelio: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquit in uobis. Neq; enim & hoc ita fit de nobis tanquam nihil faciētibus nobis. Adiutoriū igitur spiritus sancti sic expressum est, ut ipse fa- C
cere diceretur, quod ut faciamus facit. Nam nō esse intelligendum spiritum nostrum de quo dictum est: Interpellat gemitibus inenarrabilib⁹, sed spiritum sanctum quo nostra infirmitas adiuuatur, satis ipse demonstrat Apostolus. Inde
Rom.8 enim cœpit: Spiritus, inquit, adiuuat infirmitatem nostram: deinde ita subiunxit, Quid enim oremus, sicut oportet nescimus: & cætera. De hoc quippe spiritu apertius alibi dicit, Non em accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorū in quo
Gal.4 clamamus, abba pater. Ecce hic nō dixit quod ipse spiritus clamet orando, sed In quo clamamus, abba pater. Alio tamē loco ait: Quoniam D
filij dei estis, misit deus spiritum filij sui in corda uestra clamātem, abba pater. Non hic ait, In quo clamamus: sed ipsum spiritum clamantem dicere maluit, quo efficitur ut clamemus, sicut sunt illa: Ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus: &, Spiritus patris uestri est, qui loquitur in uobis. Sicut ergo nemo recte sapit, recte intelligit, recte consilio ac fortitudine prędiuat, nemo scienter pius est uel pie sciens, nemo timore casto deum timet, nisi acceperit spiritū sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis & timoris Dei: nec habet quisquam uirtutem ueram, charitatem syncerā, continentiam religiosam, nisi per spiritum uirtutis & charitatis & continentiæ: Ita sine spiri-

1 Cor.12 Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est: Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur: non autem merito accepisse, sed misericordia eius qui cuius uult miseretur, manifestissime ostendit, ubi de seipso ait: Misericordiā consecutus sum, ut fidelis essem. Si dixerimus meritum præcedere orationis ut donum gratię consequatur: impetrando quidem oratio quicquid impetrat, euidenter donum dei esse ostendit, ne homo existimet à seipso sibi esse, quod si in potestate haberetur, non utiq; posceretur: uerum tamen ne saltem orationis putarentur præcedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, sed iam nec gratia esset, quia debita reddere tur, etiam ipsa oratio inter gratiæ munera reperitur. Quid enim oremus, ait doctor gentium, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid est autem interpellat, nisi interpellare nos facit? Indigētis enim certissimum indicium est interpellare gemitibus. Nullius autem rei esse indigētem fas est credere spiritum sanctum. Sed ita dictum est interpellat, quia interpellare nos facit, nobisq; interpellādi & gemēdi inspirat affectum, sicut illud in Euangelio: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquit in uobis. Neq; enim & hoc ita fit de nobis tanquam nihil faciētibus nobis. Adiutoriū igitur spiritus sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur, quod ut faciamus facit. Nam nō esse intelligendum spiritum nostrum de quo dictum est: Interpellat gemitibus inenarrabilib⁹, sed spiritum sanctum quo nostra infirmitas adiuuatur, satis ipse demonstrat Apostolus. Inde enim cœpit: Spiritus, inquit, adiuuat infirmitatem nostram: deinde ita subiunxit, Quid enim oremus, sicut oportet nescimus: & cætera. De hoc quippe spiritu apertius alibi dicit, Non em accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorū in quo clamamus, abba pater. Ecce hic nō dixit quod ipse spiritus clamet orando, sed In quo clamamus, abba pater. Alio tamē loco ait: Quoniam filij dei estis, misit deus spiritum filij sui in corda uestra clamātem, abba pater. Non hic ait, In quo clamamus: sed ipsum spiritum clamantem dicere maluit, quo efficitur ut clamemus, sicut sunt illa: Ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus: &, Spiritus patris uestri est, qui loquitur in uobis. Sicut ergo nemo recte sapit, recte intelligit, recte consilio ac fortitudine prędiuat, nemo scienter pius est uel pie sciens, nemo timore casto deum timet, nisi acceperit spiritū sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis & timoris Dei: nec habet quisquam uirtutem ueram, charitatem syncerā, continentiam religiosam, nisi per spiritum uirtutis & charitatis & continentiæ: Ita sine spiritu fidei non est recte quispiam crediturus, nec sine spiritu orationis salubriter oraturus. Non quia tot sunt spiritus, sed omnia hæc operatur unus atq; idem spiritus diuidēs propria unicuique prout uult: quia spiritus ubi uult spirat: sed quod fatendum est, aliter adiuuat nondū inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuuat ut sint fideles, inhabitans adiuuat iam fideles. Quod est ergo meritū hominis ante gratiam quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum nostrum, nō in nobis faciat nisi gratia: & cum deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet quàm munera sua? Sicut enim ab initio fidei misericordiam consecutus sumus, non quia fideles eramus, sed ut essemus: sic in fine quod erit in uita æterna, corona bit nos, sicut scriptum est, In miseratione & misericordia. Non itaq; frustra deo cātatur, Et misericordia eius præueniet me: &, Misericordia eius subsequetur me. Vnde & ipsa uita æterna quæ utique in fine sine fine habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur: tamen quia eadem merita quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostram sufficiētiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, nō ob aliud nisi quia gratis datur: nec ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur. Vbi autem inuenimus etiam uitam æternam gratiam nuncupari, habemus apud eundem gratiæ magnificum defensorem apostolum Paulum: Stipendium, inquit, peccati mors est, gratia autem dei uita æterna in Christo Iesu domino nostro. Vide obsecro te, in quā ta breuitate quàm uigilāter uerba posuerit, quibus diligenter cōsideratis, quæstionis huius alī quantulum diluceſcat obscuritas. Cum enim dixisset, Stipendium peccati mors: quis non congruentissime & consequēter addere iudicaret, Stipendium autem iustitiæ uita æterna? Et uerum est, quia sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiæ tanquam stipendium uita æterna. Aut si nollet dicere iustitiæ, diceret fidei: quoniam iustus ex fi Abac.2 de uiuit. Vnde etiam & merces appellatur plurimis sanctarum scripturarum locis: nusquam porrò dicta est merces iustitia uel fides, quia iustitiæ uel fidei redditur merces. Quod est autē merces operanti, hoc militanti stipēdium. Sed beatus Apostolus aduersus elationem quæ usq; adeo magis tentat irrepere, ut & sibi propter ipsam dicat datum angelum Satanæ, à quo colaphizaretur, ne uerticem præsumptionis erigeret, Aduersus hanc ergo elationis pestem uigilantissime militans: Stipendium, inquit, peccati mors. Recte stipēdium, quia debetur, quia digne retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum, non à contrario retulit, dicens: Stipendium iustitiæ uita æterna, sed gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia,inquit,dei iusta æterna. Et hæc ne præter me diatorem aliqua alia uia quæreretur,adiecit:In Christo Iesu domino nostro:tanquam diceret, Audito quod stipẽdium peccati sit mors,quid te disponis extollere? O humana,non iustitia, sed nomine iustitiæ planè superbia,quid te disponis extollere,& contrariam morti uitam æternam tanquam debitum stipendium flagitare? Cui debetur uita æterna,uera iustitia est. Si autem uera iustitia est,ex te non est,desursum est descendens à patre luminũ,ut haberes eam: si tamen habes eam,profecto accepisti. Quid
1 Cor.4. enim habes quod non accepisti? Quapropter ô homo,si accepturus es uitam æternam,iustitiæ quidem stipẽdium est,sed tibi gratia est,cui gratia est & ipsa iustitia. Tibi enim tanquam debita redderetur,si ex te tibi esset iustitia cui debetur. Nunc ergo de plenitudine eius accepimus non solum gratiam,qua nunc iuste in laboribus usque in finem uiuimus,sed etiam gratiam pro hac gratia,ut in requie postea sine fine uiuamus. Hoc nihil salubrius fides credit,quia nihil uerius intellectus inuenit. Et debemus audire
Esa.7 Prophetam dicentem,Nisi crediderit is,non intelligetis:Sed excusabunt se,inquit,homines, qui nolunt recte & fideliter uiuere,dicentes: Quid nos fecimus qui male uiuimus,quando quidem gratiam unde bene uiueremus,non accepimus? Non possunt ueraciter dicere;nihil mali se fecisse,quia male uiuunt. Si enim nihil mali faciunt,bene uiuunt:si autem male uiuũt, de suo male uiuunt,uel quod originale traxerunt,uel quod insuper addiderunt. Sed si uasa sunt iræ,quæ perfecta sunt ad perditionẽ,quæ illis debita redditur,sibi hoc imputent,quia ex ea massa facta sunt,quam propter unius peccatum,in quo omnes peccauerũt,merito deus iusteq; damnauit. Si autem uasa sunt misericordiæ,quibus ex eadem massa factis supplicium debitum reddere noluit,non se infient,sed ipsum glorificent qui eis misericordiam non debitam præstitit,& si quid aliter sapiunt,& hoc quoq; illis ipse reuelauit. Postremo quo nam se isti excusabunt modo? Nempe illo quem breuiter tanquam ex eorum uoce sibi obiecit Apo-
Rom.9 stolus,ut dicant: Quid adhuc cõqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? Hoc est enim dicere,Quid de nobis fit querela quod deum offendamus male uiuendo,cum illius uoluntati nemo possit resistere,qui nos obdurauit misericordiam non præstando. Si ergo illos non pudet hac excusatione,non nobis sed Apostolo contradicere,cur nos pigeat eis quod dixit Apostolus,hoc idem atq; identidem dicere:O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit,Quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti,ex eadem massa utiq; merito rectoq; damnata facere,aliud uas in honorem indebitum propter misericordiæ gratiam,aliud in contumeliam debi-

A tam propter iræ iustitiam,& ut notas faciat diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ,sic ostendens quid eis largiatur,cum id supplicium recipient uasa iræ quod pariter omnibus debebatur. Satis sit interim Christiano ex fide adhuc uiuenti,& nondum cernenti quod perfectum est,sed ex parte scienti nosse uel credere quod neminem Deus liberet,nisi gratuita misericordia per dominum nostrum Iesum Christum,& neminẽ damnet nisi æquissima ueritate per eundem dominum nostrum Iesum Christum. Cur autem illum potius quam illum liberet aut non liberet,scrutetur qui potest iudiciorũ eius tam magnum profundum,uerum tamẽ caueat præcipitium. Nunquid enim est iniquitas apud deum? Absit. Sed inscrutabilia sunt iudicia eius,
B & inuestigabiles uiæ eius. Et in maioribus dum taxat ætatibus merito dici potest,Hi noluerunt intelligere,ut bene agerẽt:hi quod grauius est, intellexerunt,& non obedierũt:quia scriptum
Prouer.18 est, Verbis non emendabitur seruus dolosus,si enim & intellexerit nõ obediet. Vnde non obediet,nisi sua pessima uolũtate,cui grauior damnatio diuina æquitate debetur? Cui enim plus datur,plus exigitur ab eo. Istos quippe scriptura dicit inexcusabiles,quos non latet ueritas,& in eis perseuerat iniquitas. Reuelatur enim ira
Rom.1 dei de cœlo,ait Apostolus,super omnem impietatem & iniusticiam hominũ eorum qui ueritatem in iniusticia detinẽt:quia quod notum
C est dei,manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit: Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur,sempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas ut sint inexcusabiles. Si ergo istos inexcusabiles dicit qui inuisibilia illius per ea quæ facta sunt intellecta conspicere potuerunt,nec obedierunt tamen ueritati,sed iniqui & impij permanserunt:Neq; enim non cognouerũt,sed cognoscentes(inquit)deum,non ut deum glorificauerunt,aut gratias egerunt:quanto magis inexcusabiles sunt,qui ex lege eius instructi confidunt se ipsos duces esse cæcorum,& alios docentes,seipsos non docent:Qui prædicant non
D furandum,& furantur:& cætera quæ de ipsis Apostolus loquitur. Eis quippe dicit:Propter
Rom.2 ea inexcusabilis es,ô homo,omnis qui iudicas: in quo enim alium iudicas,teipsum condẽnas: eadem enim agis quæ iudicas. Dicit enim ipse
Io.15 dominus in Euangelio:Si non uenissem,& eis loquutus non fuissem,peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Non utiq; peccatum nullum haberẽt, qui pleni erant aliijs magnis multisq; peccatis: sed hoc peccatum uult intelligi non eos habitu-
ros fuisse si nõ uenisset,qui cum audissent eum, non crediderũt in eum:hanc eos excusationem non habere asserit qua possint dicere,non audiuimus,ideo non credidimus. Humana quippe superbia tanquam præsumens de uiribus liberi
arbitrij

arbitrij excusatam se putat,quando ignorantiæ
A rãtur,profecto hęc excusatio iusta non est. Tũc enim uera gratia est,qua homo liberatur,si non secundũ debitũ iusticiæ retribuitur. Nihil ergo fit in eis qui dicunt,Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? nisi quod legi-
Prouer.19 tur in libro Salomonis:Insipientia uiri uiolat uias eius;deum autem causatur in corde suo. Quã uis itaq; deus faciat uasa iræ in perditionem,ut ostendat iram,& demõstret potentiã suam,quã bene etiã utitur malis,& ut notas faciat diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ,quę fecit in honorem;non damnabili massæ debitum,sed suæ gratiæ largitate donatũ:tamen in eisdem iręuasis propter meritum massæ in contumeliã debitam factis,id est hominibus propter naturę qui-
B dem bonũ creatis,sed ,pter uitia supplicio destinatis,iniquitatẽ quã rectissime ueritas improbat,dãnare nouit ipse,nõ facere. Sicut enim uoluntati eius tribuitur humana natura nullo dubitante laudãda,sic hominis uolũtati culpa tribuitur nullo recusante dãnanda. Quæ uoluntas hominis aut hæreditariũ uitium trãsmisit ad posteros quos in se habuit cũ peccaret:aut acquisiuit etiam cętera uitia,cum in seipso unusquisq; perdite uiueret. Sed neq; ab illo quod originaliter contrahitur,neq; ab his quæ unusquisq; in uita propria uel intelligẽdo uel nolendo intelligere, mala cõgregat,uel etiã instructus ex lege,addito amento præuaricationis exaggerat,quisquã liberatur & iustificatur,nisi gratia dei per Iesum
C Christum dñm nostrũ,non solũ remissione peccatorũ,sed prius ipsius inspiratiõe fidei & timoris dei,impartito salubriter orationis affectu &
Psal.102 effectu,donec sanet omnes lãguores nostros,& redimat de corruptione uitã nostrã,& coronet nos in miseratiõe & misericordia. Verũ isti qui personarũ acceptorẽ fieri existimãt deum,si in una eadẽq; causa sup alios ueniat misericordia eius,sup alios uero maneat ira eius,nẽpe totas uires argumẽtationis humanæ in paruulis perdunt. Nam ut interim taceã quod nõ est præter paruulos quãlibet materno utero recentissimos ea pœna,de qua loquẽs apostolus ait:Per unius delictũ in omnes homines ad condẽnationem, unde nõ liberat nisi unus ille de quo idẽ ait:Per unius iustificationẽ in omnes homines ad iustificationem uitæ:ut ergo hoc interim omittã,& hoc solũ de paruulis dicã,quod ipsi quoq; auto-
D ritate euãgelica territi,uel potius Christianorũ populorũ cõcordissima fidei conspiratione per fracti,sine ulla excusatione cõcedunt,q; nullus paruulus,nisi renatus ex aqua & spiritu,intrat in regnũ cœlorũ:quam quæso allaturi sunt causam,qd alius sic gubernatur ut baptizatus hinc exeat,alius infidelium manibus traditus,uel etiã fidelium prius q; ab eis baptizandus offeratur, expiret? An hoc fato uel fortunæ daturi sunt? Non opinor eos in tantã dementiã prodituros, quantulũcũq; nomen Christianũ tenere cupiẽtes. Cur ergo in regnũ cœlorũ,non accepto re-

Rom.2

non uoluntatis uidetur esse quod peccat. Secundum hanc excusationẽ,inexcusabiles dicit scriptura diuina quoscũq; scientes peccare conuincit,dei tamen iustum iudiciũ nec illis parcit qui
Rom.2 non audierunt. Quicunq; enim sine lege peccauerunt,sine lege peribunt. Et quamuis se ipsi excusare uideantur,non admittit hanc excusationem qui scit se fecisse hominẽ rectum,eiq; obedientiæ dedisse præceptũ,nec nisi eius quo malo usus est libero uolũtatis arbitrio,etiam quod transiret in posteros manasse peccatum. Neq; enim damnantur qui non peccauerũt,quando quidẽ illud ex uno in omnes pertransiit,in quo ante propria in singulis quibusq; peccata omnes communiter peccauerunt. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator,uel reatu originis, uel additamento etiam propriæ uoluntatis,siue qui nouit,siue qui ignorat,siue qui iudicat,siue qui non iudicat:quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt,sine dubitatione peccatum est,in eis autem qui non potuerũt,pœna peccati. Ergo in utrisq; non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Ideo autem diuina eloquia eos inexcusabiles dicunt,qui non ignorãtes sed scientes peccant,ut secundum iudicium superbiæ suæ quo multum confidunt de uiribus propriæ uolũtatis se inexcusabiles uideant,quia de ignorãtia iam non habent excusationẽ,& nondum est iustitia cui præsumebant sufficere uoluntatem. At uero ille cui dominus & scientiã &
C obedientiã largitus est gratiam:Per legem enim, inquit,cognitio peccati:& peccatũ non cognoui,nisi per legem:nam concupiscentiam nescie-
Rom.3 bam,nisi lex diceret,Non cõcupisces:nec uult intelligi hominem præceptricis legis ignarum, sed liberatricis indignum gratię,ubi dicit:Condelector legi dei secũdum interiorem hominẽ: & cum hac non solum scientia,uerum etiam & delectatione legis,postea dicit:Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Nemo itaq; liberat à uulneribus illius tu-
cidatoris,nisi huius gratia saluatoris. Nemo liberat uenundatos sub peccato à uinculis capti-
D uantis,nisi gratia redimẽtis:ac per hoc uniuersi qui se in nequitijs et iniquitatibus excusatos uolunt,ideo iustissime puniuntur,quoniã qui liberantur,non nisi gratia liberãtur. Nam si excusatio illa iusta esset,nõ inde iam gratia,sed iustitia liberaret. Cum uero non liberat nisi gratia,nihil iustũ inuenit in eo quem liberat,non uoluntatẽ, non operationẽ,non saltem ipsam excusationẽ: nam si hæc iusta est,qsquis ea utitur,merito nõ gratia liberatur. Nouimus enim liberari per gratiam Christi quosdam etiam eorum qui dicũt:
Rom.9 Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? Quæ si iusta est excusatio,non iam gratuita gratia,sed propter huius excusationis iusticiam liberãtur. Si autem gratia est qua libe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

generationis lauacro, paruulus nullus intrabit? Nunquid nam ipse sibi parētes infideles uel negligentes, de quibus nasceretur, elegit? Quid dicam de inopinatis & repentinis innumerabilibus mortibus, quibus sæpe etiam religiosorum Christianorum præueniūtur & baptismo præripiuntur infantes, cum econtrario sacrilegorū & inimicorū Christi aliquo modo in Christianorum manus uenientes, ex hac uita non sine sacramento regenerationis emigrent? Quid hinc dicturi sunt, qui ut gratia dari possit nonnulla præcedere merita humana contendunt, ne sit personarum acceptor deus? Quæ tandē hic merita præcesserunt: si eorundem cogitaueris paruulorum, nulla sunt propria, utrisq; est illa massa communis. Si parentum attēderis, bona sunt illa quorum filij repentinis mortibus sine Christi baptismate perierunt: mala uero illa quorum filij per Christianorū aliquam potestatem ad sacramēta ecclesiæ peruenerunt. Et cur prouidentia dei cui nostri capilli numerati sunt, sine cuius uolūtate non cadit passer in terram, quæ nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec ulla iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad hæreditatē cœlestem, non consulit omnibus paruulis filiorum suorum, & nonnullis consulit etiam paruulis impiorum? Iste infans de fidelibus coniugatis ortus, lætitia parentū susceptus, matris uel nutricis somnolētia suffocatus sit exterus & extorris suorum fidei. Ille infans de sacrilego stupro nascit, crudeli timore matris exponitur, alienorum misericordi pietate colligitur, eorum Christiana solicitudine baptizatur, fit æterni consors & particeps regni. Ista cogitent, ista cōsiderent, hinc audeant dicere deum uel acceptorem in sua gratia personarum, uel remuneratorem precedentium meritorum. Nam & si conabūtur maioris ætatis aliqua merita suspicari seu bona seu mala, qd de istis infantibus dicent, quorum nec iste sibi ullis propriis meritis malis potuit acquirere uiolentiam suffocantis, nec bonis ille diligentiam baptizantis? Nimiæ uanitatis & cæcitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiscum, O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Non itaque misericordiæ gratuitæ dei pertinacissima aduersentē insania. Sinant filium hominis in qualibet ætate quærere & saluū facere quod perierat. Nec de inscrutabilibus iudicijs eius audeant iudicare, cur in una eadēq; causa super alium ueniat misericordia eius, super alium maneat ira eius. Qui enim sunt isti qui respondeant deo, quando quidē ille Rebeccæ habenti geminos ex uno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni uel mali, ut secundum electionem propositum eius maneret, electionē scilicet gratiæ non debiti, electionem qua eligendos facit ipse non inuenit, nō ex operibus, sed ex uocante dicit minori seruiturū esse maiorem. In quam sententiam beatus apostolus etiam testimoniū prophetæ longe posterioris assumpsit: Iacob dilexi, Esau autē odio habui: ut intelligeretur hoc apertum postea per prophetam, quod antequā illi nascerentur erat in dei prædestinatione per gratiam. Quid enim diligebat in Iacob antequā natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiæ suæ donum? Et quid oderat in Esau antequàm fecisset aliquid mali, nisi originale peccatū? Nam neq; in illo diligeret iustitiā quam nullam ille fecerat, neq; in isto odisset naturam quam bonam ipse perfecerat. Mirum autē cum his coarctantur angustijs, in quanta se abrupta præcipitent metuentes retia ueritatis. Ideo inquiunt, nondū natorum alium oderat, alium diligebat: quia eorum futura opera præuidebat. Quis istum acutissimum sensum defuisse Apostolo non miretur? Hoc quippe ille non uidit, quando sibi uelut aduersantis obiecta quæstione, non id potius tam breue, tam apertum, tam (sicut isti putant) uerum absolutumq; respōdit. Cum enim rem stupendā proposuisset, quomodo de nondum natis, nec aliquid agētibus boni aut mali recte dici potuerit, quòd unum deus dilexerit, aliū odio habuerit, ipse sibi obiecta quæstione motum exprimēs auditoris: Quid ergo dicemus? inquit. Nunquid iniquitas apud deū? absit. Hic ergo erat locus, ut diceret qd isti sentiunt. Futura enim deus opera præuidebat, quā do minori maiorē seruiturum esse dicebat. Non autem hoc Apostolus dicit, sed potius ne quisquam de suorum operum audeat meritis gloriari, ad dei gratiam & gloriam cōmendandam uoluit ualere quod dixit. Cum enim dixisset, Absit ut sit iniquitas apud deū: tanq; ei diceremus, Vnde hoc ostendis, cum asseras non ex operibus, sed ex uocante dictū esse, Maior seruiet minori. Moyses enim dicit, inquit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Vbi nunc merita, ubi opera uel præterita uel futura tanq; liberi arbitrij uiribus adimpleta uel adimplenda? Nónne apertā protulit Apostolus de gratuitæ gratiæ, hoc est ueræ gratiæ cōmendatione sententiam? Nónne stultam fecit deus hæreticorum sapientiam? Quid autem agebatur ut hoc Apostolus diceret, ut eorum geminorum commemoraret exemplum? Quid persuadere moliebatur? quid inculcare cupiebat? Nempe hoc quod ipsorum oppugnet amentia, quod superbia non capiūt, quod sapere nolunt. Qui ignorātes dei iustitiā, & suam uolentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. De ipsa quippe gratia satis agebat Apostolus, & ideo promissionis filios commēdabat. Quod enim promittit deus, non facit nisi deus: habet nanq; aliquid rationis & ueritatis, ut homo promittat & deus faciat, ut autem homo se facere dicat quod promiserit deus, superbæ

perbæ impietatis est reprobus sensus. Commēdans ergo filios promissionis, hoc primū significatum ostendit, per Isaac filium Abrahæ. Euidentius nāq; opus dei apparet in eo quem non genuit usitatus ordo naturæ de sterilibus uisceribus & senectute cōfectis, ut in filijs dei qui futuri prænunciabantur, hoc esset signum diuini operis, non humani. In Isaac, inquit, uocabitur tibi semen: hoc est, nō qui filij carnis, ij filij dei, sed filij promissionis deputātur in semine. Promissiōis enim uerbum hoc est: Ad hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Non solum autem illa, sed & Rebecca ex uno cōcubitu habēs Isaac patris nostri: quo pertinuit ut adderet ex uno concubitu, nisi ut non solum de suis, neq; de parentum meritis aliorū, sed ne de ipsius quidem unius patris, mutata forte in melius uoluntate gloriaretur Iacob dicens, ideo se à creatore non derelictum, quia pater eius quando eum seminauit, melioribus laudabilior moribus fuit. Ex uno, inquit, concubitu: unum tunc ad eos seminandos meritum patris, unum ad concipiēdos meritum matris. Quia etsi mater eos donec pareret uisceribus portauit inclusos, & forte uolūtates affectiones; uariauit, non uni sed ambobus utiq; uariauit, quos pariter uentre portauit. Intentio igitur intuēda est Apostoli, quomodo propter gratiam commēdandam nolit eum de quo dictum est: Iacob dilexi: nisi in domino gloriari: ut cum ex eodem patre, eadem matre, uno concubitu, antequàm aliquid egissent boni aut mali, alterum deus diligit, odit alterum, intelligat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem suum cum quo habuit communem causam, uidet per iusticiam meruisse damnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni. Nondum enim nascentibus, nec agentibus bonū aut malum, ut secundum electionem propositū dei maneret, non ex operibus sed ex uocāte dictum est ei: Maior seruiet minori. Electionem autem gratiæ nullis fieri operum præcedentibus meritis, alio loco apertissime idem Apostolus ostēdēs: Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam nō ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Secūdum hanc ergo gratiam, etiam propheticū testimoniū consequenter assumens: Sicut scriptū est, inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. & continuò: Quid ergo dicemus, inquit, Nunquid iniquitas est apud deum? absit. Sed quare, absit? An propter opera quæ futura præsciebat amborum? Imò & hoc ablit. Moyses enim dicit: Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Atq; ut in uasis quæ perfecta sunt in perditionem quæ damnatæ debita est massæ, agnoscant uasa ex eadem massa in honorē facta, quid eis misericordia diuina largita sit. Dicit enim, inquit, scriptura ad Pharaonem, Quia ad hoc te excitaui, ut ostendā in te potentiam meam, & ut glorificetur nomen meum in uniuersa terra. Deniq; ad utrunq; concludit: Ergo cuius uult miseretur, & quem uult obdurat. Hoc facit apud quem non est iniquitas. Misertur itaq; gratuito dono, obdurat autē iustissimo merito. Sed dicat adhuc uel superbi infidelis elatio, uel puniti damnabilis excusatio: quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit? Dicat & audiat quod conuenit homini: O homo tu quis es qui respondeas deo: & cætera, de quibus iam quantum potui satis ac sæpe disserui. Audiat hæc, & non contemnat. Quod si contempserit, etiam ut contemneret se inueniat obduratum. Si non contempserit, etiam ut non contemneret esse credat adiutum, sed obduratum debito, adiutum gratia. Neq; enim si duorum de Isaac patriarcha geminorum, quod quidem iam ostendimus quanta cæcitate dicatur, futura præuidit deus opera, quia uixerūt atq; fuerunt, et propterea Iacob dilexit Esau autem odio habuit, ideo moriturorum etiam paruulorum potest quisquā dicere, ut huic ad percipiendum baptismum non consulat, illi autem consulat, deum futura eorum opera præuidere. Quomodo enim futura dicuntur, quæ nulla erunt? Sed deus, inquiunt, in eis quos hinc aufert præuidet, quemadmodū uicturus esset quisq; si uiueret, & ideo quem nequiter nouit fuisse uicturū, sine baptismo facit & mori, sic in eo puniens opera mala, nō quæ fecit sed quæ facturus fuit. Si ergo diuinitus etiam quæ cōmissa non sunt, mala opera puniuntur: Primo attēdant q̄ falso polliceantur in dānationē paruulos non ituros, qui sine baptismate moriūtur, qui propterea nō baptizantur, quia mali uicturi erant si uiuerent: propter ipsam quippe malā uitam proculdubio dānabuntur, si etiam mala quæ fuerāt futura dānantur. Deinde si eis ad percipiēdū baptismatis consulitur sacramentū, quos nouit deus si uiuerent bene fuisse uicturos, cur non omnes tenent in uita quam bonis operibus ornaturi sunt? Cur etiam eorū qui baptizantur quidā diu uiuentes pessime uiuūt, & usq; ad apostasiā aliquādo perueniūt? Cur ipsum primū coniugiū peccatorū, quos utiq; nouerat deus peccaturos nō de paradiso ante proiecit, ne ibi cōmitterent quod tam sancto loco esset indignū, si iuste peccata etiam nondū cōmissa puniuntur? Quid deniq; præstatur ei qui rapitur, ne malicia mutet intellectum eius, et ne fictio decipiat animā eius: si iuste etiā illa puniūtur, quæ licet non fecerit, fuerat tamē uiuēdo facturus? Postremo cur non ad percipiēdum regenerationis lauacrū, ei magis cōsulitur morituro qui male fuerat uicturus si uiueret, ut ei peccata quæ fuerat cōmissurus remittātur in baptismo? Quis enim est tā uecors qui ea neget per baptismū posse dimitti, quæ sine baptismo dicit posse puniri? Sed disputādo aduersus eos qui usq; quaq; conuicti etiam non cōmissorum

Sap. 4

peccato

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatorum deum persuadere moliuntur ulto-
rem, uerendum est ne nos in eos ista fingere exi-
stimemur: illi autē nullo modo tam hebetes esse
credantur, ut hæc uel sentiant, uel cuiquam per-
suadere conentur: uerum tamen nisi eos hæc di-
cere audissem, refellēda esse non arbitrarer. Cir-
cūstipantur enim & diuinarū autoritate lectio-
num, & antiquitus tradito & retento firmo ec-
clesiæ ritu in baptismate paruulorum, ubi aper-
tissime demonstrantur infantes, & cum exorci-
zantur & cum ei per eos à quibus gestantur re-
nunciare respondent, à diaboli dominatione li-
berari, & non inuenientes quà exeant, pergunt
in præcipitē stultitiam dum nolunt mutare sen-
tentiam. Illud sanè sibi uidentur acutissime dice-
re, quomodo peccatum transit in filios fideliū,
quod in parentibus non dubitamus dimissum
esse per baptismum, quasi propterea possit non
habere generatio carnalis, quod sola tollit rege-
De Gen. ad li- teram, lib. 10 cap. 13 neratio spiritalis. Aut uero in baptismo concu-
piscentiæ carnis infirmitas continuo sanatur, si-
cut continuo reatus eius aboletur, sed gratia re-
nascendi, non cōditione nascendi. Vnde quis-
quis per hanc concupiscentiā, etiam de renato
nascitur, sine dubitatiōe oberit nato, nisi & ipse
similiter renascatur. Verū quicquid est in hac
quæstione difficultatis, ita in agro Christi non
impedit operarios eius, quo minus ab eis in re-
missionem peccatorum baptizentur infantes,
siue de fidelibus, siue de infidelibus nati sint, si-
cut agricolas nō impedit, quo minus ab eis inse-
rendi cura in oleas conuertātur oleastri, siue de
oleastris siue de oleis oriantur. Nam & hoc si ut
respondeat rustico proponatur, quæ causa sit ut
cum aliud sit olea, aliud oleaster, non tamen nisi
oleaster de semine utroq; nascatur, non omittit
inserendi curationem, etiam si non possit istam
soluere quæstionem. Alioquin dum ex oliuæ se-
mine exorta uirgulta non aliud quàm oleas esse
existimat, efficit desidia uanitatis, ut totus ille
ager amara sterilitate syluescat. Nā illud quod
excogitauerunt cum ueritatis pondere preme-
rent, quia fidelis dominus in uerbis suis, & pro-
pterea eius ecclesia nullo modo fallaciter par-
uulos in remissionem peccatorū baptizat, sed
ut fide agatur quod agitur, utique fit quod dici-
tur: Quod ergo excogitauerunt cum hæc eos
apertissima moles ueritatis urgeret, quis non
Christianus irrideat quālibet uersutissimū cer-
nat? Dicunt enim, ueraciter quidem respōdere
paruulos per ora gestantium, in remissionem se
credere peccatorum, non tamen quia sibi remit-
tuntur, sed quia credant quòd in ecclesia uel in
baptismo remittātur in quibus inueniūtur, non
in quibus nulla sunt. Ac per hoc nolunt eos ita
baptizari in remissionem peccatorum tāquam
in eis fiat ipsa remissio, quos contendunt nullū
habere peccatum. Sed quoniā licet sine pecca-
to, in eo tamen baptismate baptizantur, quo fit
in quibusq; peccatoribus remissio peccatorum,
fieri quidē potest ut hæc uersipellis astutia sub-
tilius & acutius ex ocio refellatur, uerū tamen
secūdum istam suam calliditatē non inueniunt
quid ad hoc respōdeant, q; exorcizantur & ex-
ufflantur infantes, hoc enim proculdubio falla-
citer fit si diabolus eis nō dominatur. Si autem
dominatur, & ideo non fallaciter exorcizātur
& exufflantur, per quid dominatur nisi per pec-
catū princeps utiq; peccatorū? Proinde si iam
erubescūt nec audēt dicere hæc in ecclesia men-
daciter geri, fateantur quod pereat etiā in pa-
uulis quæri, neq; enim nisi propter peccatū pe-
rierat, quod nisi per gratiā non potest quæri, nō
potest inueniri. Sed deo gratias, quod saltē cum
argumētatur contra remissionē peccatorum ne
fieri credatur in paruulis, iam tamē quāuis per
corda & ora maiorū credere paruulos confiten-
tur. Sicut ergo audiunt dominū dicentem, Qui Ioh. 3
nō renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non
introibit in regnum cœlorū: propter quod eos
baptizandos esse cōcedunt: Sic audiant eundē Matth.
dominū dicentem, Qui non crediderit, cōdem
nabitur: quia sicut eos renasci per ministerium
baptizantiū, ita etiam credere per corda & ora
confitentiū cōfitemur. Audeant ergo dicere q;
à iusto deo innocens condēnabitur si nullo uin-
culo peccati originalis innectitur. Si sermo iste
prolixus est & onerosus occupatiōibus tuis, da
ueniam, quia ut hæc ad te scriberem, & occupa-
tus literis tuis indicibus erga nos beneuolentiæ
tuæ tecum ista colloquerer, etiam ego uim feci
interrūpendis occupationibus meis. Si qua il-
los alia excogitare aduersus fidem catholicam
scieritis, & quæcūq; aduersus eos ne dominici
gregis infirma deuastēt, uos quoq; fideli & pla-
nè pastorali dilectione differitis, nota facite no-
bis. Hæreticorum quippe inquietudine, ut scri-
pturas uigilantius perscrutemur, unde ne ouili
Christi noceant, eis possit occurri, tanquam de
somno ignauiæ nostra excitat industria: ita per
multiplicem gratiam saluatoris etiam quod ini-
micus in perniciem machinatur, deus conuer-
tit in adiutorium: quoniam diligentibus deum
omnia cooperantur in bonum. Semper in deo
uiuas, memor nostri frater charissime.

Augustinus & Alipius Bonifacio, siue ut alij co-
dices habebant Paulino, laudans librum aduer
sus Pelagianos ab eo conscriptū, & plenius eum
instituens aduersus eam hæresim. Epistola CVI

Dño beatissimo & in Christi uiscerib⁹ germani
tus amplectēdo plus q̄ dici potest desiderabili
fratri & coepiscopo Paulino, Alipius & Aug.

T Andem aliquādo prouidit deus no-
bis literarū fidelissimū perlatorē om
nium nostrum merito charissimū fra
trem Ianuariū, per quē etiā si nō scri
beremus, omnia quę circa nos sunt possit synce
ritas tua tanq̄ peruiuentem atq; intelligentem
epistolam noscere. Pelagium quem credimus,
ut ab illo distingueretur qui Pelagius Tarenti
dicitur

dicitur, Britonem fuisse cognominatum, quod
ut seruum dei dilexeris, nouimus: nunc autem
quemadmodū diligas, ignoramus. Nam & nos
non solū dilexímus, uerū etiam diligimus eum.
Sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando dile
ximus. Tunc enim quia nobis rectæ fidei uide-
batur, nūc autem ut ab ijs quæ inimica & aduer
sa gratiæ dei sentire dicitur, illius misericordia
liberetur. Nam cum hoc de illo aliquādiu fama
iactaret, non utiq; facile credendum fuit. Solet
quippe fama mētiri: sed propius ut crederemus
accessit, quòd librum quendam eius; ea prorsus
persuadere moliētem, quæ gratiā dei per unum
mediatorem dei & hominum hominem Iesum
Christum generi humano impertitam, de fide-
lium cordibus creditam deleant, legimus, tradi-
tum nobis à famulis Christi, qui eum talia do-
centem studiosissime audierant, fuerantq; secta
ti. Cui quidem libro, eisdem rogātibus, quia id
fieri oportere uidebamus, tacito nomine auto-
ris, ne offensus insanabilior redderetur, unius
nostrum disputatione respōsum est quod libro
continetur, & multipliciter atq; abundanter as-
seritur: quod etiā quibusdā literis agit ad tuam
uenerationem datis, ubi dicit se nō debere exi-
stimari sine gratia dei defendere liberum arbi-
trium, cum possibilitatem uolendi atq; operādi
sine qua nihil boni uelle atq; agere ualeremus à
creatore nobis insitam diceret, ut uidelicet hæc
intelligatur doctore ipso gratia dei, quæ Paga-
nis atq; Christianis, impijs & pijs, fidelibus at-
q; infidelibus communis est. Hæc mala quibus
saluatoris euacuaretur aduentus, ubi hoc possu-
Gal. 2 mus dicere quod de lege dicit apostolus: Si per
naturam iustícia, ergo Christus gratis mortuus
est, refellebamus ut poteramus in cordibus eo-
rum qui ista sentirent, ut his cognitis, etiam ille
si fieri posset non lacessitus ista emendaret, atq;
ita & pernicies destrueretur erroris, & homi-
nis uerecūdiæ parceretur. Sed postea quàm ad
nos literæ de Oriente uenerunt, eādem causam
apertissime uentilantes, nullo modo iam quali-
cunq; episcopali autoritate deesse ecclesiæ de-
bueramus. Missę sunt itaq; de hac re ex duobus
concilijs, Carthaginensi & Mileuitano relatio-
nes ad apostolicam sedem, antequàm gesta ec-
clesiastica, quibus apud episcopos prouinciæ
Palæstinæ Pelagius perhibetur esse purgatus,
uel in manus nostras, uel in Aphricam perue-
nissent. Scripsimus etiā ad beatæ memoriæ pa-
pam Innocentium, præter conciliorum relatio-
nes, literas familiares, ubi de ipsa causa aliquan
to diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescri-
psit eodē modo quo fas erat atq; oportebat apo
stolicæ sedis antistitem. Quæ omnia modo le-
gere poteris, si eorum fortè ad te uel nulla uel
non cuncta peruenerant, ubi uidebis seruata er
ga hominem moderatione quæ debuit, ne dam
naretur si praua damnaret, ipsum tamen nouel-
lum & pernicioſum errorem sic ecclesiastica au-
toritate compressum, ut multum miremur esse
adhuc quosdam qui per quēlibet errorem gra-
tiæ dei conentur obsistere, si tamen hęc gesta di
cerent: quòd gratia dei per Iesum Christū do
minum nostrum, quod fides uera & catholica
tenet, semper ecclesia pusillos cū magnis à mor
te primi hominis, ad uitā secundi hominis trā-
fert: non solum peccata delendo, uerum etiam
ad non peccandum rectęq; uiuendum, eos qui
iam uti possunt uoluntatis arbitrio sic adiuuan-
do, ut nisi adiuuet nihil pietatis atq; iustitiæ, si-
ue in opere, siue etiam in ipsa uoluntate habere
possimus. Deus quippe operatur in nobis, & Phil. 2
uelle & operari pro bona uoluntate. Nam quis
nos nisi qui uenit quærere & saluare quod perie
rat; ab illa perditionis massa & contētione dis-
cernit? Vnde Apostolus interrogat, dicens:
Quis enim te discernit? Vbi si dixerit homo: Fi 1 Cor. 4.
des mea, uolūtas mea, bonum opus meum: Re-
spondetur ei: Quid enim habes quod non acce
pisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi
non acceperis? Hoc utiq; totum ideo, nō ut ho-
mo non glorietur: sed ut qui gloriatur, in domi-
no glorietur, non ex operibus, ne forte quis ex-
tollatur. Non quia bona opera ista, pia cogita-
tione frustrantur, cum deus reddat unicuiq; se-
cūdum opera eius, sitq; gloria & honor & pax
omni operanti bonum: sed quia opera ex gra-
tia, non ex operibus gratia: quoniam fides quæ
per dilectionem operatur, nihil operaretur nisi
ipsa dilectio dei diffunderetur in cordibus no-
stris per spiritum sanctum qui datus est nobis.
Nec ipsa fides esset in nobis, nisi deus unicuiq;
partiretur mēsuram fidei. Bonum est igitur ho-
mini, ut cum totis uiribus liberi arbitrij sui uera
citer dicat, Fortitudinem meam ad te custodiā: Psal. 58
quia ille qui putauit sine ipsius adiutorio se pos-
se custodire quod dedit, profectus in lōginquā Luc. 15
regionē, & uiuens prodige cuncta consumpsit,
& miseria durae seruitutis attritus, reuersusq; in
semetipsum dixit: Surgā & ibo ad patrē meum.
Quam cogitationem bonam quando haberet,
nisi & ipsam illi in occulto pater misericordissi
mus inspirasset? Quod intelligens minister ille
Noui testamēti: Non quia idonei sumus, inquit, 2 Cor. 3
cogitare aliq̄d à nobis quasi ex nobismetipsis,
sed sufficientia nostra ex deo est. Vnde & ille
cum dixisset, Fortitudinē meam ad te custodiā,
ne uel hoc ipsum quia custodit, suis uiribus arro
garet, tanq̄ ei uenisset in mentem, quia nisi do-
minus custodierit ciuitatem, in uanum uigilant
qui custodiunt eā: & non dormit neq; dormitat
qui custodit Israel, adiūxit causam unde fiat ido
neus custodire, uel quo potius custode seruet.
Quoniā deus, inquit, susceptor meus es. Reco-
lat igitur iste si potest merita sua, unde factū sit
ut deus dignaretur eius esse susceptor, ac si deus
esset susceptus. Recolat utrū quæsierit an quæsi
tus sit, ab illo scilicet q̄ uenit quærere & saluare
q̄d perierat. Nā si quærere uoluerit ante gratiā
quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid meruerit ut acciperet eam, mala sua pote-
rit homo inuenire nō bona, etiam si eum unius
diei uitam habentem super terram gratia salua-
toris inuenerit. Quia si aliquid boni operat̄ ho-
mo ut gratiam mereatur, non ei merces imputa
tur secundum gratiam, sed secundum debitum.
Si autem credit in eum qui iustificat impiū ut
Abac.2 deputetur fides eius ad iustici-ā: Iustus enim ex
fide uiuit: profecto antequā gratia iustificetur
ut iustus efficiatur, impius quid est nisi impius?
Quem si debitum sequeretur, quid eius merito
Rom.2 nisi supplicium redderetur? Si ergo gratia, iam
non ex operibus est: alioquin gratia iam nō est
gratia. Operibus enim debitum redditur, gra-
tia gratis datur, unde etiam nūcupatur. Si quis
autem dixerit quòd gratiam bene operādi fides
mereatur, negare non possumus, imò uero gra-
tissime confitemur. Hanc enim fidem uolumus
habeant qua impetrent charitatem quæ sola ue
re bene operatur, isti fratres nostri qui multum
de suis operibus gloriātur. Charitas autem usq;
adeo donum dei est, ut deus dicatur. Qui ergo
habent fidem, qua impetrent iustificationē, per
2 Cor.6 dei gratiam peruenerūt ad legem iusticiæ. Vn-
de dicitur, Tempore acceptabili exaudiui te, &
in die salutis adiuui te. Proinde in ijs qui per ele
ctionem gratiæ salui fiunt, adiutor deus opera-
Phil.2 tur & uelle & operari pro bona uoluntate: quo-
niam diligentibus deum omnia cooperātur in
bonum. Si omnia, utiq; & ipsam dilectionē quā
fide impetramus, ut eum qui nos prior dilexit C
ut in illum crederemus, per eius gratiam diliga-
mus, & diligamur quod operati nō sumus. Qui
uero suis meritis præmia tanquam debita expe
ctant, nec ipsa merita dei gratiæ tribuunt, sed u
ribus propriæ uolūtatis, sicut dictum est de car-
nali Israel, persequētes legem iusticiæ in legem
iusticiæ non peruenerunt: quare? Quia non ex fi
de, sed tanquam ex operibus. Ipsa est enim iu-
stitia ex fide quam gentes apprehenderunt, de
Rom.9 quibus dictum est, Quid ergo dicemus? Quia
gentes quæ non cognouerunt iusticiam appre-
henderunt iusticiam. Iusticiam autem quæ ex fi
de est: Israel autem persequēs legem iusticiæ, in
legem iusticiæ non peruenit: quare? Quia non
Esa.28 ex fide, sed tanquam ex operibus. Offenderunt D
enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est:
Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & pe-
tram scandali: & qui crediderit in eum nō con-
fundetur. Ipsa est iusticia ex fide qua credimus
nos iustificari, hoc est iustos fieri gratia dei per
Iesum Christum dominū nostrum, ut inuenia-
mur in illo non habentes nostram iusticiā quæ
ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi.
Quæ ex deo iustitia in fide utique in fide qua
credimus nobis iusticiā diuinitus dari, nō à no
bis in nobis nostris uiribus fieri. Nam cur illam
iusticiā quæ ex lege est, suam dixit Apostolus,
non ex deo, quasi lex non sit ex deo? Quis hoc
nisi impius senserit? sed quia lex per literam iu-
bet, non per spiritum iuuat, quicunq; sic audie-A
ti eram legis ut ei sufficere uideatur cognouisse
quid iubeat aut prohibeat, quo id se arbitrij sui
uirtute impleturū esse confidat, nec fide confu
giat adiuuandus ad spiritum uiuificātem, ne re-
um factum litera occidat: is profecto zelū dei Rom.
habet, sed non secundum scientiam. Ignorans
enim dei iusticiā, id est eam quæ datur ex deo,
& suam uolens constituere, ut tantummodo ex
lege sit, iusticię dei non est subiectus: finis enim
legis Christus ad iusticiam omni credēti: sicut 2 Esa.
idem Apostolus dicit, ut nos simus iustitia dei cap. 10
in ipso. Iustificati igitur ex fide pacē habemus
ad deum per dominū nostrum Iesum Christū:
iustificati autem gratis per gratiam ipsius, ne si-
des ipsa superba sit. Nec dicat sibi, Si ex fide, B
quomodo gratis? Quod em̄ fides meretur, cur
non potius redditur quàm donatur? Non dicat
ista homo fidelis, quia cum dixerit ut merear iu
stificationē, habeo fidem: respōdetur ei, Quid 2 Esa.
enim habes quod non accepisti? Cum ergo fi- capitulo
des impetrat iustificationē, sicut unicuiq; deus
partitus est etiam ipsius mensurā fidei, non gra
tiā dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa
gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfi-
ci, comitante non ducente pedissequa non præ
uia uoluntate. Vnde ille qui dixit, Fortitudinē
meam ad te custodiam: causamq; reddit dicēs, Psal.58
Quoniam deus susceptor meus es: tanquam re
quirens quibus id meritis fuerit cōsequutus, ni
hilq; in se inueniēs ante gratiā dei: Deus meus, Psal.58
inquit, misericordia eius præueniet me. Quan-
tumcunq; inquit, cogitauero antecedentia me-
rita mea, misericordia eius præueniet me. Pro-
inde ab illo attributā fortitudinē suam ad illum
custodiens, eo dē seruatore non perdit quod eo
dem largitore suscepit. Nec ob aliud mereā am-
pliora, nisi pie fideliterq; sciendo à quo sibi bo-
na sunt omnia, & hoc sciendo non ex seipso, ne
uel hoc sit in eo quod non sit ex deo. Vnde opti
me Apostolus: Nos, inquit, non spiritum huius
mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est,
ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis, ac per
hoc & ipsum hominis meritum donum est gra-
tuitum. Nec à patre luminum à quo descendit
omne datum optimum, boni aliquid accipere
quisquā meretur, nisi accipiendo quod non me
retur. Multum est autē indulgentius & sine ulla
dubitatione gratuitum, quod dei gratia per Ie-
sum Christum dominum nostrum præstatur in-
fantibus, ut eis non obsit ex Adam generatio,
& prosit in Christo regeneratio, in quibus & ip
sum accipiēdi sensum tanto ante misericordia
dei præuenit: qui certe si in hac paruula ætate
de corpore exierint, uitam æternam regnumq;
cœlorum scientes accipiunt, eius muneris me-
rito quod hic cum utiq; profuit, nescierunt. Cer
te in ijs post priorū doctrinam, ita non nisi prio
ra sunt dona, in quibus donandis dei gratia sic
operatur, ut nec uoluntas accipientium uel præ-
mittatur

mittatur uel adiungatur uel subsequatur. Quan A
doquidem tantum beneficium non solum non
libentibus, uerū etiam reluctātibus datur, quod
eis ad magnum imputaretur sacrilegium, si iam
in ijs aliquid ualeret uoluntatis arbitrium. Hoc
diximus propter eos qui non ualentes in causa
gratiæ inscrutabilia dei iudicia perscrutari, cur
ex Adam massa quæ profectò ex uno in cōdem
nationem tota collapsa est illud uas faciat in ho
norem, illud in cōtumeliam, tamen audent par
uulos reos propriorum constituere peccatorū,
ut qui bona mala ue cogitare nō possunt, puten
tur per liberum arbitrium uel pœnam mereri
posse uel gratiā: cum potius apostolica ueritas
dicendo, Ex uno omnes in condēnationem: sa-
tis ostendat quod nascantur in pœna, ut non me B
rito sed misericordia renascātur in gratia. Alio-
quin gratia iam non est gratia, si nō diuinis ope
ribus gratis datur, sed humanis meritis reddit.
Quæ sola sic discernit à pœna, ut cum pœna sit
ex Adam omnibus debita, gratia uero per unū
Iesum Christū nulli debita, sed gratuita, ut uere
sit gratia, inscrutabilia iudicia dei tāquam deus
esse possint, cum paruulos ipse discernat, quos
Psal.24 merita nulla discernūt, sed iniqua esse non pos-
sint, quia uniuersæ uiæ domini misericordia &
ueritas. Vnde cū præbetur alteri misericordiæ
gratia, non habet quod de humano merito glo-
rietur, quoniam non ex operibus, ne forte quis
extollatur: cum uero alteri uindictæ redditur ue
ritas, non habet cur iuste queratur. Id enim red C
ditur quod peccato iure debetur, quoniā unus
in quo omnes peccauerunt, utiq; etiam in singu
lis quibusque punitur. In quorum pœna clarius
ostenditur, quid ualis misericordiæ per non de-
bitam sed uerā gratiam, hoc est gratuitatē con-
feratur. Vnde ergo argumētatur aduersus apo-
Rom.3 stolum apertissime dicentem, Per unum homi-
nem peccatum intrauit in mundum, & per pec-
catum mors, & ita in omnes homines pertran-
sit, in quo omnes peccauerunt, dicentes etiam
paruulos propria per liberum arbitrium habe-
re peccata, tædet attēdere, pigetq; proferre, sed
magis compellimur dicere. Quod enim potue-
runt magna & acuta ingenia cogitare, aut ino-
piæ est tacendo uitare, aut arrogantiæ contem- D
nendo præterire. Ecce, inquiunt, Esau & Iacob
inter uiscera materna luctantur, & dum nascun
tur, alter supplātatur ab altero, atq; in pede præ-
cedentis manus cōsequentis & tenentis inuen-
ta, perseuerans quodāmodo lucta conuincitur.
Quomodo ergo in infantibus hæc agentibus,
nullum est uel ad bonum uel ad malum proprię
uoluntatis arbitrium, unde præmia siue suppli-
cia meritis præcedentibus subsequanē? Ad hoc
nos dicimus, ideo motus illos & tanquam liti-
gium paruulorum signum rerum fuisse magna-
rum, quia non fuit arbitrium sed prodigiū: neq;
enim daturi sumus & asinis liberum arbitrium
uoluntatis, quoniam huius generis iumentum,

sicut scriptum est, & subiugale sine uoce, homi Num.22
nis uoce respondens uetuit prophetæ demen-
tiam. Hi autem qui tales non prodigiosos mo-
tus, sed uoluntarios actus: nec de paruulis, sed à
paruulis factos esse contendunt, quid Aposto-
lo respōsuri sunt, qui cum & hos geminos ad
documentum gratuitæ gratiæ cōmemorandos
uideret, nondum enim natis, inquit, nec aliquid
agētibus boni aut mali, ut secūdum electionem
propositum dei maneret, non ex operibus, sed
ex uocante dictum est, quia maior seruiet mino
ri: Deinde adiungens testimoniū prophetæ lon
ge post quidem ista dicentis, sed tamen de hac
re antiquum dei consilium declarātis, sicut scri
ptum est, inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio
habui? Nempe doctor gentium in fide & ueri-
tate istos geminos nōdum natos nihil boni aut
mali egisse testatur ut gratia commendetur, ut
quod dictum est, Maior seruiet minori: non ex
operibus, sed ex uocante dictum intelligatur, ut
secūdum electionem dei propositum maneret,
nō meritum hominis anteiret. Non enim dicit,
electionē uoluntatis humanæ siue naturæ, cum
par esset in utroq; mortis damnationisq; condi
tio, sed electionē proculdubio gratiæ, quæ non
inuenit eligendos, sed facit, de qua & in conse-
quentibus eiusdem epistolæ loquens ait: Sic er- Rom.11
go & in hoc tempore reliquiæ per electionem
gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam nō
ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.
Cui loco satis locus iste concordat, ubi comme
moratur, non ex operibus, sed ex uocāte dictū,
Maior seruiet minori. Vt quid ergo præclarissi
mo gratiæ commēdatori de infantum libero ar
bitrio, & nondum natorum actibus tam impu-
denter resistitur? Cur meritis præueniri gratia
perhibetur, quæ gratia non esset si secundū me-
ritum imputaretur? Cur contra salutē quæ miś-
sa est perditis, quæ uenit indignis, quālibet acu
ta, quālibet copiosa & ornata, mirum tamen si
Christiana disputatione contenditur: Sed quo-
modo, inquiunt, non est iniquitas apud deum,
si diligēdo discernit quos merita operum nulla
discernunt? Ita nobis hoc dicitur tanquā id apo
stolus ipse non uiderit, non proposuerit, non re
sponderit. Vidit utiq; quid ijs auditis humana
posset infirmitas uel ignorātia cogitare, & ean-
dem quæstionē sibi ipse proponens, Quid ergo Rom.9
dicemus, inquit: Nunquid iniquitas apud deū?
Continuo respondit: Absit. Rationēq; reddens
cur absit, id est cur nō sit iniquitas apud deum,
non ait, Merita enim uel opera iudicat etiā par-
uulorum, etiam si adhuc sint in materno utero
cōstituti: Quomodo enim hoc diceret, qui iam
dixerat de nondum natis, & de ijs qui nihil ad-
huc egerant boni uel mali, quod non ex operi-
bus, sed ex uocante dictum sit, Maior seruiet mi
nori: sed cum uellet ostendere cur in ijs non sit
iniquitas apud deū, ait: Moysi enim inquit, Mi-
serebor cui misertus ero, & misericordiam præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stabo cui misericors fuero. Quid nos hic do-
cuit, nisi ex illa massa primi hominis cui merito
mors debetur, non ad merita hominum, sed ad
dei misericordiam pertinere quod quisq; libe-
ratur, atq; ita non esse iniquitatem apud deum,
quia neq; permittendo neq; exigendo quod de-
betur, iniustus est: Ibi enim grata est indulgen-
tia, ubi iusta posset esse uindicta. Et hinc euiden
tius apparet à pœna debita liberato & gratis iu
stificato, quãtum beneficij conferatur, quòd al-
ter æqualiter reus sine punientis iniquitate pu-
nitur. Denicq; subiũgit & dicit: Igitur non uolen
tis neq; currentis, sed miserẽtis est dei: hoc pro-
pter eos dictum est, qui per gratiam liberati iu-
stificãtur: propter eos autem super quos ira dei
manet, quia & ipsis deus bene utitur ad docen-
dos alios quos liberare dignatur, subiunxit atq;
ait: Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia ad hoc
te excitaui, ut ostendam in te potẽtiam meam,
& ut annuncietur nomen meum in uniuersa ter
ra. Deinde ad utrunq; cõcludens: Ergo, inquit,
cuius uult miseretur, & quem uult obdurat: pro
fecto neutrum aliqua iniquitate, sed utrunq; mi
sericordia & ueritate. Et adhuc tamẽ audax mo
uetur infirmitas eorũ scilicet qui secũdum con-
iecturas cordis humani inscrutabilem altitudi-
nem iudiciorum dei cogitare conantur. Hanc
quæstionem sibi ex aduerso opponens Aposto
lus ait: Dicis itaq; mihi, Quid adhuc conqueri-
tur: nam uoluntati eius quis resistit? Nobis hoc
dictum putemus. Quid ergo aliud quàm quod
respondit Apostolus, respondere debemus: aut
si & nos talia mouent, quia & nos homines su-
mus, simul oportet omnes audiamus dicẽtem:
O homo tu quis es qui respõdeas deo? Nũquid
dicit figmẽtum ei qui se finxit, quare me feci-
sti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex ea
dem massa facere aliud uas in honorẽ, aliud in
contumeliam? Hæc massa si esset ita media, ut
quemadmodum nihil boni ita nec mali aliquid
mereretur, nõ frustra uideretur iniquitas, ut ex
ea fierent uasa in contumeliam. Cum uero per
liberum arbitrium primi hominis in condẽna-
tionem uniuersa defluxerit, proculdubio quod
ex ea fiunt uasa in honorem, non ipsius iusticiæ
quæ gratiam nulla præcessit, sed dei misericor-
diæ: quod uero in contumeliam, non iniquitati
dei, quæ absit ut sit apud deum, sed iudicio de-
putandum est. Hoc quisquis cum ecclesia sapit,
non cõtra gratiam pro meritis disputat, sed mi-
sericordiam & iudicium domino cantat, ut nec
misericordiam recuset ingratus, nec iudiciũ ac-
cuset inuitus. Alia est nanq; illa conspersio, de
Rom.11 qua idem dicit Apostolus: Si autem delibatio
sancta est, & conspersio: & si radix sancta est, &
rami. Illa est ex Abraham: non ex Adam, id est
ex communione sacramenti & similitudine fi-
dei, non ex propagine mortali. Ista uero uel con
spersio, uel sicut in pleriſque codicibus legitur,
φύραμα massa, quoniam tota mortis est, cum per unum

A hominem peccatum intrauit in mũdum, & per
peccatum mors, & ita in omnes homines per-
transiit, in quo omnes peccauerunt, misericor-
dia ex illa fit aliud uas in honorẽ, iudicio autem
in cõtumeliam. Neq; ibi præcedunt merita gra
tiam liberantis, neq; hic effugiunt peccata iusti
ciam punientis: quod quidem in ætatibus ma-
ioribus aduersus contentiosos non tam euiden
ter apparet, ubi pro meritis hominũ qualicunq;
uelut protecti obscuritate confugiunt: sed ideo
contra eorum contentionem illos inuehit Apo
stolus, in quibus nondum natis neq; agentibus
aliquid boni aut mali, nõ ex operibus, sed ex uo
cante dictum est, Maior seruiet minori. Qua in
re nimis alta & inscrutabilia sunt iudicia dei, &
B inuestigabiles uiæ eius: interim teneat homo
non esse iniquitatem apud deum, sed qua æqui-
tate cuius uult miseretur, & quem uult obdurat,
se tanquam hominem ignorare fateatur. Ita sa-
nè ut propter illud quod inconcussum tenetur,
non esse iniquitatem apud deum, quãuis nemo
ab illo iustificetur meritis præcedẽtibus, nemi-
nem tamen obdurari nisi merito, nouerit: pie nã
que & ueraciter creditur deus nocentes atq; im
pios iustificando à pœnis debitis liberare: quen
quam uero immeritum & nulli obnoxium pec
cato si deus damnare creditur, alienus ab iniqui
tate non creditur. Vbi ergo liberatur indignus,
tanto debetur maior actio gratiarũ, quanto pœ
na iustior debebatur: ubi autẽ damnatur dignus
nec misericordia nec ueritas dãnatur. Quomo-
do, inquiũt, Esau nõ damnatur indignus, si non
ex operibus, sed ex uocante dictũ est: Quia ma
ior seruiet minori? Sicut enim illius nulla præ-
cesserant opera bona ut ad gratiam pertineret,
sic nec huius mala ut ad pœnam pertinere debe
ret. Nulla planè in utroq; opera uel bona uel ma
la, sed propria: uterq; autem illi uni obnoxius
erat in quo omnes peccauerũt, ut omnes in illo
morerentur. Quicunq; enim ex illo uno multi
in seipsis futuri erant, tunc in illo unus erãt: pro-
inde illud peccatum solius esset, si ex illo nullus
exisset. Porrò autem in quo erat natura commu
nis, ab eius uitio est nullus immunis: sed ambo
qui nondum propria uel bona uel mala opera-
bantur, rei tamen ex origine nascebantur. Lau-
det misericordiam qui liberatur, non culpet iu-
dicium qui punitur. Hic si dixerimus, quãto me
lius ambo liberarentur: nihil nobis conuenien-
tius dicetur, quàm O homo tu quis es qui respõ Rom.9
deas deo? Nouit quippe ille quid agat, & quan
tus numerus esse debeat primitus omnium ho-
minum, deinde sanctorum, sicut syderum, sicut
angelorum, atq; ut de terrenis loquamur, sicut
pecorum, piscium, uolatilium, sicut arborum &
herbarũ, sicut denicq; foliorum capillorumq; no
strorum. Nam nos humana cogitatione adhuc
possumus dicere, quoniam bona sunt cũcta ista
quæ fecit, quanto melius illa duplicasset & mul
tiplicasset, ut multo essent plura quàm sunt. Si
enim

enim non ea caperet mundus, nũquid non pos-
set etiam ipsum facere quantum uellet amplio-
rem? Et tamen quantumcunq; faceret uel illa
plura, uel istum capaciorem atq; maiorem, nihi
lominus eadem de multiplicandis eis dici pos-
sent, & nullus esset immoderatus modus. Etem
etiam illud dici potest, siue sit gratia qua iustifi-
cãtur iniusti, de qua nobis dubitare fas non est,
siue (ut quidam uolunt) semper præcedat liberũ
arbitrium, cuius meritũ sequatur uel pœna uel
præmium, cur omnino creati sunt, quos Deus
ita peccaturos, ut æterno essent igne damnandi
sine dubitatione præsciuit? Quamuis enim pec
cata non fecerit, naturas tamen ipsas quę per se
ipsas sine dubio bonæ sunt, quibus tamen ex ar
bitrio uolũtatis futura essent uitia peccatorum,
B & in multis talia quibus esset æterna pœna red-
denda, quis nisi Deus creauit? Quare? nisi quia
uoluit. Quare autem uoluerit, O homo tu quis
es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmen-
tum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? An nõ
habet potestatem figulus luti ex eadem cõsper-
sione facere aliud quidem uas in honorẽ, aliud
autem in contumeliam? Atq; utinam discamus
quod sequitur, Si autem uolens deus ostendere
iram, & demonstrare potentiam suam, pertulit
in multa patientia uasa iræ quæ perfecta sunt in
perditionẽ, ut notas faceret diuitias gloriæ suæ
in uasa misericordiæ. Ecce etiã ratio reddita est
homini, quanta debuit homini, si tamen uel istã
capit qui pro sui arbitrij libertate infirmitatis
C seruitute contendit. Ecce dictæ sunt causæ. Tu
ergo quis es qui respondeas deo? si uolens deus
ostendere iram, & demonstrare potentiã suam,
quod & malis bene uti optime possit, malis dũ-
taxat non conditione diuina, sed uitiata uolun-
tatis iniquitate natura, quæ a deo cõditore con
dita est bona, pertulit in multa patiẽtia uasa iræ
aptata in interitum: non quòd illi essent necessa
ria, siue angelica siue humana peccata, cui nec
iusticia creaturæ cuiusquã est necessaria, sed ut
notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa miseri-
cordiæ, ne se in bonis operibus tanquã de pro-
prijs extollerent uiribus, sed humiliter intellige
rent, nisi illis dei gratia non debita sed gratuita
subueniretur, id fuisse reddendum meritis suis
D quod alijs in eadem massa redditum cernerent.
Certus est ergo dei præscitiæ definitus nume-
rus, & multitudo sanctorũ, quibus diligentibus
Rom.8 deum quod eis donauit per diffusum in cordi-
bus eorum spiritum sanctum, omnia cooperan
tur in bonum, ijs qui secundum propositum uo
cati sunt, quos ante præsciuit & prædestinauit
conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse pri-
mogenitus in multis fratribus. Quos autẽ præ-
destinauit, illos & uocauit: hic subaudire debe-
mus, secundum propositum. Sunt enim & alij
uocati, sed non electi: ac per hoc non secũdum
propositũ uocati. Quos autem uocauit, hoc est
secũdum propositum, illos & iustificauit: quos

autem iustificauit, illos & glorificauit. Hi sunt
filij promissionis, hi sunt electi qui per electio-
nem gratiæ salui fiunt, ubi dictum est: Si autem Rom.11
gratia, iam nõ ex operibus, alioquin gratia iam
non est gratia. Hæc sunt uasa misericordiæ, in
quibus deus etiam per uasa iræ notas facit diui-
tias gloriæ suæ. Horum sit per spiritum sanctum
cor unum & anima una quæ benedicit deum,
& non obliuiscitur omnes retributiones eius, Psal.102
qui propicius fit omnibus iniquitatibus eius
qui sanat omnes languores eius, qui redimit de
corruptione uitam eius, qui coronat eam in mi-
sericordia: Quia non uolentis neq; currẽtis, sed Rom.9
miserentis est dei. Cæteri aũt homines ad istam
societatem non pertinentes, quorum tamen &
B animam & corpus Dei bonitas operata est, &
quicquid habet ipsa natura prẽter uitium quod
eidem inflixit superbientis uoluntatis audacia,
propter hoc à Deo præsciente creati sunt, ut in
his ostẽderet liberum desertoris arbitrium sine
sua gratia quid ualeret, & in eorum iustis & de-
bitis pœnis uasa misericordię quæ non suorum
operum meritis, sed gratuita dei gratia sunt ab
illa cõcretione discreta, quid sibi collatum esset
addiscerent, ut omne os obstruatur, & qui glo-
riatur, in domino glorietur. Quisquis aliter do- 1 Cor.1
cet, & non acquiescit sanis sermonibus domini
nostri Iesu Christi, qui dixit, Venit filius homi- Luc.19
nis quærere & saluare quod perierat: non enim
ait, quod periturum fuerat, sed quod perierat,
C quid ostendens nisi peccato primi hominis uni
uersi generis humani perisse naturã? Qui ergo
aliter docet & non acquiescens ei quæ secundũ
pietatem est doctrinæ, contra gratiã saluatoris,
& contra sanguinem redemptoris tanquam sal
uam & liberam naturã defendit humanam, &
Christiano tamẽ cẽseri uocabulo affectat, quid
de paruulorum discretiõe dicturus est, cur alius
in uitã secundi hominis assumatur, alius in mor
te primi hominis relinquat? Si dixerit liberi ar-
bitrij merita præcessisse: respondet Apostolus,
quæ suprà diximus, de nondum natis neq; ali-
quid agentibus boni aut mali. Si autem dixerit
quod adhuc in libris quos nuperrime Pelagius
perhibetur edidisse defenditur, quamuis iam ui
deat anathematizasse in episcopali iudicio Pa-
læstino eos qui dicunt quod peccatum Adæ ip
sum solum læserit & non genus humanũ: si di-
xerit ambos sine iudicio natos, nec aliquid de
primi hominis damnatione traxisse, profecto
quoniam negare non audet in regnũ cœlorum
adoptari eũ qui fuerit regeneratus in Christo,
respondeat quid de illo futurum sit qui nulla sua
culpa non baptizatus ista fuerit temporali mor
te præuentus, si non putamus esse dicturũ quòd
innocentem deus nec habentem originale pec
catum ante annos quibus habere poterat pro-
prium, æterna morte damnauit? Cogitur itaq;
respondere quod Pelagius in ecclesiastico iudi
cio, ut aliquo modo catholicus pronunciaretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

anathematizare compulsus est, infantes etiam si non baptizentur habere uitam æternam. Hac enim negata quid nisi mors æterna remanebit, ac per hoc contra sententiam domini disputabit
Io.6 dicentis, Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: hic est panis qui de cœlo descendit, ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur. non enim de ista morte loquebatur, quam necesse est patiatur etiam qui de ipso pane manducant. Et paulo post, Amen amen dico uobis, nisi mãducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis uitam in uobis: utiq; illam quę post hanc mortem futura est: & contra apostolicæ sedis autoritatem, ubi de hac ipsa re cum ageretur, hoc testimonium adhibitum est euãgelicum, ne paruuli B non baptizati uitam posse habere credantur: et cõtra ipsius Pelagij uerba apud episcopos à quibus audiebatur expressa, ubi anathematizauit eos qui dicerent infantes non baptizatos habere uitam æternam. Quod propterea commemoramus, quoniã quidem apud uos, uel in uestra potius ciuitate, si tamen uerum est quod audiui mus, tanta pro isto errore quidam obstinatione nitũtur, ut dicãt facilius esse ut etiam Pelagium deserãt atq; contemnãt, qui hæc sentientes anathematizauit, quàm ab huius sententię sicut eis uidetur ueritate discedant. Si autem cedũt sedi apostolicæ, uel potius ipsi magistro & domino apostolorum, qui dicit non habituros uitam in semetipsis, nisi manducauerint carnem filij ho C minis & biberint sanguinẽ, quod nisi baptizati non utiq; possunt, nempe aliquando fatebũtur paruulos non baptizatos uitã habere non posse, ac per hoc quamlibet tolerabilius omnibus qui etiam propria peccata committunt, tamen æterna morte mulctari. Quæ cũ ita sint, audeãt disputare, & quibus possunt persuadere contendant, deum iustum apud quem nõ est iniquitas, paruulos à peccatis propriis innocentes, si nec illo ex Adã obligati & obstricti sunt, morte perpetua damnaturum. Quod si absurdissimũ est, & à iustitia dei penitus alienum, & tamen nullus qui se meminit catholicæ fidei Christianũ, negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo sine cibo carnis eius D & sanguinis potu, nõ habere in se uitam, ac per hoc pœnæ sempiternæ obnoxios: profecto restat, ut quia ipsi non egerũt aliquid boni aut mali, ideo mortis eorum iusta sit pœna, quia in illo moriuntur in quo omnes peccauerunt, unde in isto solo iustificantur à quo peccatum nec originale trahi potuit, nec proprium perpetrari. Ipse uocauit nos non solum ex Iudæis, uerum etiam ex gẽtibus, quoniam & illius Hierusalem filios quę interfecit prophetas, & lapidauit missos ad se, quamuis ipsa nolente collegit ipse quos uoluit, & ante incarnationem suam ipsos prophetas, & postea quàm uerbum caro factum est, sicut apostolos & hominum milia, qui & pretia A rerum suarum ante pedes apostolorum posuerunt. Omnes quippe illi filij sunt Hierusalẽ nolentis ut colligerentur, qui tamen illa nolente collecti sunt, de quibus dicit, Si ego in Beelze- Mat.12
bub eiycio dæmonia, filij uestri in quo eiyciunt? ideo ipsi iudices uestri erunt. de ijs prædictum erat, Si fuerint filij Israel sicut arena maris, reli- Rom.9
quiæ saluæ fient. Non potest excidere uerbum dei, nec repulit plebem suam quam præsciuit, quæ tamen reliquiæ per electionem gratiæ salua factæ sunt. Si autem gratia, quod sæpe dicendum est, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia: non hęc utiq; nostra, sed apostoli uerba sunt. Quod ergo ad Hierusalem nolentem colligi filios suos ille clamabat, hoc nos clamamus aduersus eos, qui filios uolentes ecclesiæ colligi, nolunt. Nec saltem post iudicium quod de ipso Pelagio in Palæstina factũ est corriguntur, de quo dãnatus exisset nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta quæ obscurare non potuit ipse dãnasset. Præter illa enim quæ quomodo potuit ausus est qualicunq; ratione defendere, obiecta quædam sunt quæ nisi remota omni tergiuersatione anathematizasset, ipse anathematizatus esset. Obiectum est enim eum dicere, quia Adam siue peccaret siue non peccaret moriturus esset: & quod peccatum eius ipsum solum læserit, & non genus humanum. Et quòd infantes nuper nati in illo statu sint in quo Adã fuit ante præuaricationẽ. Et quòd neq; per mortem uel per præuaricationem Adæ omne genus humanũ moriatur, neq; per resurrectionẽ Christi omne genus humanum resurgat. Et infantes etiam si non baptizentur habere uitam æternã. Et diuites baptizatos nisi omnibus abrenuncient, si quid boni uisi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnũ dei. Et gratiam dei atq; adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse uel in lege atq; doctrina. Et dei gratiam secundum merita nostra dari. Et filios dei non posse uocari, nisi omnino absq; peccato fuerint effecti. Et nõ esse liberum arbitrium si dei indiget auxilio: quoniã in propria uoluntate habet unusquisq; facere aliquid uel non facere. Et uictoriam nostram non ex dei adiutorio esse, sed ex libero arbitrio. Et quòd D pœnitentibus uenia non detur secundum gratiam & misericordiam dei, sed secundum meritum & laborem eorum qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia. Hæc omnia Pelagius sic anathematizauit, quod satis gesta ipsa testantur, ut nihil ad ea quoquo modo defendẽda disputationis attulerit: unde fit consequẽs, ut quisquis sequitur illius episcopalis autoritatem iudicij, & ipsius Pelagij confessionem, hęc tenere debeat quæ semper tenuit catholica ecclesia: Adam nisi peccasset nõ fuisse moriturũ. Quòd peccatum eius non ipsum solum læserit, sed & genus humanum. Et quod infantes nuper nati non sint in illo statu in quo Adam fuit ante præuarica

uaricationem, ut ad ipsos pertineat etiam quod A
1 Cor.15 breuiter ait Apostolus: Per unum hominem mors, & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur: unde fit quod infantes non baptizati, non solũ regnum cœlorum, uerum etiam uitam æternam habere non possint. Confiteatur etiam diuites baptizatos, etiam si diuitijs suis non careant, & sint ta-
1 Tim.6 les quales ad Timotheum describit Apostolus dicens, Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere neq; sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo uiuo qui præstat omnia abundanter ad fruendum, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, cõmunicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehẽdant B ueram uitam, non eos regno dei posse priuari. Fateatur gratiam dei, & adiutoriũ etiam ad singulos actus dari, eamq; non dari secundum merita nostra, ut uera sit gratia, id est gratis data
Exo.33 per eius misericordiã qui dixit: Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Fateatur filios dei uocari posse illos qui quotidie dicunt: Dimitte nobis debita
Mat.6 nostra: quod utiq; ueraciter non dicerent, si essent omnimodo sine peccato. Fateatur esse liberum arbitriũ etiam si diuino indiget adiutorio. Fateatur quando contra tentationes concupiscentiasq; illicitas dimicamus, quanuis & illic habeamus propriam uolũtatem, non tamen ex illa, sed adiutorio dei nostram prouenire uictoC riam. Non enim aliter uerum erit quod Apos-
Rom.9 tolus ait: Non uolentis neq; currẽtis, sed miserentis est dei. Fateatur secundum gratiam & misericordiam dei ueniam pœnitentibus dari, non secundum merita eorum, quãdoquidem etiam ipsam pœnitentiam donum dei dixit Apostolus, ubi ait de quibusdã: Ne forte det illis deus
2 Tim.2 pœnitentiam. Hæc omnia simpliciter sine ullis fateatur ambagibus, si quis in autoritatem catholicam & ipsius Pelagij expressa ecclesiastis gestis uerba consentit. Neque enim illa quę his sunt cõtraria ueraciter anathematizata esse credendum est, nisi hæc quibus sunt contraria fideli corde teneantur, & aperta cõfessione promantur. Nec in istis libris recentioribus, quos D idem Pelagius post illud iudicium dicitur edidisse, quamuis adiutorio diuinæ gratiæ consentire uideatur, quid de hac re sentiat satis euidenter apparet. Aliquando enim ita paribus momentis potestatem uoluntatis æqua lance perpendit, ut aliquantũ etiam ad non peccandum ualere definiat, quod si ita est, nullus locus adiutorio gratię reseruatur, sine qua nos dicimus ad non peccandum nihil uoluntatis arbitrium uallere, Aliquando autẽ quotidiano gratiæ dei muniri nos confitetur auxilio, quanuis habeamus ad non peccandum forte ac firmum liberum arbitrium, quod utique inualidum & infirmum debuit confiteri donec sanentur omnes languores animæ nostræ. Non enim pro infirmitate corporis precabatur qui dicebat: Miserere mei Psal.6
domine quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Nam ut ostenderet pro anima se rogare, secutus adiunxit, Et anima mea turbata est ualde. Videtur ergo auxilium gratiæ tanquam ex abundanti putare concedi, id est, ut etiam si non concedatur, habeamus tamen ad non peccãdum forte ac firmum liberũ arbitrium. Quod ne existimemur de illo temere suspicari, & fortasse quis dicat sic eum sentire forte ac firmum ad nõ peccandum liberum arbitrium, quãuis sine dei gratia id efficere atque adimplere non possit, sicut samos oculos firmos dicimus ad uidendum, quod tamen nullo modo facere possunt si desit lucis auxilium: alio loco quid diceret, uel quid putaret ostendit ubi ait: ideo dei gratiã hominibus dari, ut quod facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam: utique cum dicit facilius, quid uult intelligi, nisi & gratia si desit posse per liberum arbitrium, uel facile uel etiam difficile quæ diuinitus iubentur impleri? Vbi est ergo, Quid est homo quod me- Psal.8
mor es eius? Vbi postremo illa testimonia, quę Hierosolymitanæ antistes ecclesiæ, sicut in eidem gestis legitur, ipsi Pelagio se dixisse commemorat, cum ad eum perlatũ esset, quod sine gratia dei diceret absq; peccato hominem esse posse? Hæc sunt enim ab illo dicta tria testimonia ualde magna cõtra huiusmodi impiam præsumptionem, quod Apostolus ait, Plus omni- 1 Cor.15
bus illis laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum: Non uolentis neque currentis sed mi- Rom.9
serentis est dei. Et, Nisi dominus ædificauerit Psal.126
domum, in uanum laborauerunt ædificantes eam. Quomodo ergo quod deus iubet, sine adiutorio ipsius uel difficile impletur, cum si dominus non ædificet, in uanum ædificans laborasse dicatur? Neque scriptum sit, Est quidem uolentis atque currentis, facilius autem miserentis deí: sed scriptum sit, Non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei: non quia in illa est hominis atque uoluntatis concursus, sed quia nihil potest nisi ille misereatur. Nec Apostolus dixerit, Et ego: sed dixerit, Non ego autem sed gratia dei mecum: Nõ quia ipse nihil boni agebat, sed quia nihil ageret si illa non adiuuaret. Quanquam illa possibilitas liberi arbitrij tam in bonum quàm in malum ex æqua lance perpensione huic facilitati locum relinquit, quam saltem uidetur esse confessius dicendo, facilius possunt implere per gratiam, facilius impletur, facillime autem sine gratia fit malum, profecto ista possibilitas non æqua lance perpenditur. Sed quid plura? Non solum ad istos uitandos cauti esse debemus, uerumetiam ad docendos uel monẽdos, si patiantur, pigrescere non debemus. Plus eis tamen sine dubitatione præstamus, si ut corrigãtur oremus, ne cum tantis in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

genijs uel pereant uel alios perdāt præsumptio ne damnabili, quia zelum dei habent, sed non secundum sciētiam: id est, iusticiam quæ à deo
Rom.10 est ignorantes, & suam uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Quibus utiq; quoniam Christiani appellantur, magis obseruandum est quàm Iudæis, de quibus hæc dixit apo-
Rom.9 stolus, Ne offendant in lapidem offensionis, uelut argute defendendo naturam & liberum arbitrium, quemadmodū philosophi huius mundi, qui uehemēter egerunt ut putarentur uel putarent sibi beatam uitam uirtute propriæ uoluntatis efficere. Caueant ergo isti ne per sapientiā uerbi euacuent crucem Christi, & hoc sit eis offendere in lapidē offensionis. Natura enim humana etiam si in illa integritate in qua condita est permaneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante seruaret. Cum igitur sine dei gratia salutem non posset custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia potest reparare quam perdidit? Non autem ideo pro istis non orare debemus, quia si non corriguntur eorum imputandum est uoluntati, qui nolunt credere etiam ad hoc ipsum sibi necessariam gratiam saluatoris, quod putant consistere in solis uiribus uolūtatis. Nam & illi quibus sunt isti in hac causa omnino simillimi, de quibus hoc dixit Apostolus, quòd ignorantes dei iusticiā & suam uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti: profecto suæ uolūtatis uitio non credebant. Non enim ut essent infideles cogebantur in uitium, sed nolendo credere infidelitatis crimine non carebant. Et tamen quia uoluntas ut ad uera credenda moueatur, non sibi sufficit nisi per gratiā dei opituletur, dicente ipso domino cum
Io.6 de non credentibus loqueretur: Nemo uenit ad me, nisi ei datum fuerit à patre: propter hoc & Apostolus, quamuis eis instanter euangelium prædicaret, parum tamē esse credebat, nisi pro
Rom.10 illis etiam oraret ut crederēt. Ait enim, Fratres bona uoluntas quidem cordis mei & deprecatio ad deum fit pro illis ad salutem: & tunc adiunxit illa quæ diximus, Testimonium enim illis perhibeo, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam, &c. Oremus ergo pro illis sancte frater. Cernis quippe nobiscū quàm malo errore teneantur: fragrant enim epistolæ tuæ odore synceriſſimo Christi, ubi germanissimus gratiæ ipsius dilector & confessor appares. Sed quod diu tecum ex hac re loquendum putauimus: primo quia iocundissimum est, fecimus. Quid enim debet esse iocundius uel infirmis gratia qua sanantur, uel pigris gratia qua excitantur, uel nolentibus gratia qua iuuantur? Deinde, ut si quid nostra disputatione deo adiuuāte possemus, tua non fides sed fidei contra tales adminiculetur assertio, sicut nos quoq; in hanc facultatem tuę germanitatis literis adiuuamur. Quid enim uberius & ueraciſſima confessione plenius, quàm illud est in quadam epistola tua, ubi naturam nostram non mansisse ut condita est, sed uitiatam esse per illum generis humani patrem, humiliter deplorasti dicēs. Pauper ego & dolens qui adhuc terrenæ imaginis squalore cōcretus sum, & plus de primo quàm de secundo Adam carnis sensibus & terrenis actibus refero, quomodo tibi audebo me pingere, cū cœlestis imaginis inficiator prober corruptiōe terrena? Vtrinque me concludit pudor. Erubesco pingere quod sum, nō audeo pingere quod non sum: odi quod sum, & non sum quod amo. Sed quid misero mihi proderit odisse iniquitatē & amare uirtutem, cum id potius agam quod odi, nec elaborem piger id potius agere quod amo, ipse discors & intestino bello distrahor dum spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum dimicat, & lex corporis lege peccati legē mentis impugnat? Infelix ego qui in me uenenatū inimicæ arboris gustū, nec crucis ligno digessi. Durat enim mihi illud per Adam uirus paternū quo uniuersitatem generis sui pater præuarica-
tus infecit. Et cætera, quæ de hac miseria multa connectis ingemiscēdo, expectans redemptionem corporis tui, & nondum re sed spe saluum te esse cognoscens. Sed fortassis tu alium in te transfiguraſti cum hæc diceres, nec aliquas de carne concupiscente aduersus spiritum, quāuis ei non consentias, molestias importunas patēris & odiosas: uerū tamen & tu & quisquis hæc patitur, & gratiam Christi per quam de corpo-
re mortis huius liberari expectat, nondum quidem euidenter in seipso, sed in illo homine latenter ibi erat, quando cibus uetitus tangebatur, & concupiebatur longe lateq; per cunctos itura perditio. De orando autem & gemitibus flagitando proficiendi ac recte uiuendi adiutorio quem tua non feriret epistola? Quid est tui quantumcunq; sermonis ubi non sit sparsum gemebūda pietate quod in oratione dicimus, Ne nos inferas in tentationem? Inuicem itaq; nos & consolemur in his omnibus & exhortemur, & quantum dat dominus adiuuemus. Quæ autem & de quibus audierimus quæ multum dolemus, & facile credere nolumus, audiet à communi amico sanctitas tua quo in dei misericordia cum salute remeante speramus nos de omnibus fieri posse certissimos.

Augustinus Vitali Carthaginensi, delato quod doceret non orandū pro incredulis, sed tantum illis impartiendā doctrinam: cui proponit duodecim regulas, minitans ni desinat obstrepere precibus ab ecclesia fieri solitis, se censuris ecclesiasticis cum eo acturum. Epistola CVII

Augustinus episcopus seruus Christi, & per ipsum seruus seruorū ipsius, Vitali fratri in ipso S.

C Vm de te mihi essent nunciata non bona, & rogaui dominum, & donec mihi bona nuncientur, adhuc rogo ut literas meas nec aspernāter sumas & salubriter legas. Si hanc exaudit pro te orationem

tionem meam, etiam de te gratiarum actionem donat ut offeram. Quod si impetro, proculdubio non cōtradices huic ipsi principio epistolæ meæ. Hoc enim pro te oro ut sis rectæ fidei. Si ergo pro charis nostris non tibi displicet ut oremus, si hanc orationem recognoscis esse Christianam, si & tu pro charis tuis talia uel orare te recolis uel orare te debere cognoscis, quomodo dicis qd te audio dicere, ut recte credamus in deum & euangelio cōsentiamus, non esse donū dei, sed hoc nobis esse à nobis, id est ex propria uoluntate quam nobis in nostro corde non operatus est ipse? Et ad hoc cum audieris, quid est ergo quod ait apostolus: Deus in nobis operatur & uelle & perficere? Respondes, per legē suam, per scripturas suas, deum operari ut uelimus quas uel legimus uel audimus, sed eis consentire uel non consentire, ita nostrum est, ut si uelimus fiat: si autē nolimus, nihil in nobis operationem dei ualere faciamus. Operatur quippe ille dicis quātum in ipso est ut uelimus, cum nobis nota fiunt eius eloquia: sed si eis acquiescere nolumus, nos ut operatio eius nihil in nobis prosit efficimus. Quæ si dicis, profecto nostris orationibus contradicis. Dic ergo apertissime nos pro ijs quibus euangeliū prædicamus non debere orare ut credant, sed eis tantummodo prædicare. Exerce contra orationes ecclesię disputationes tuas, & quādo audis sacerdotem dei ad altare exhortantem populum dei, orare
C pro incredulis ut eos deus conuertat ad fidem, & pro catechumenis ut eis desiderium regenerationis inspiret, & pro fidelibus ut in eo quod esse cœperunt eius munere perseuerent, subsanna pias uoces, & dic te non facere quod hortatur, id est deum pro infidelibus, ut eos fideles faciat non rogare, eo quod non sint ista diuinæ misericordiæ beneficia, sed humanæ officia uoluntatis. Et homo in Carthaginensi eruditus ecclesia, etiam beatissimi Cypriani librum de dominica oratione cōdemna, quam doctor ille cum exponeret, ea petenda esse ostēdit à deo patre, quæ tu dicis esse homini ab homine, hoc est à seipso. Quod si de precibus ecclesiæ, & de martyre Cypriano, parum putas esse quod dixi, audi
2 Cor.13 maiora, reprehende Apostolum qui dixit, Oramus ad deum ne quid faciatis mali. Neq; enim dicturus es, nihil mali eum facere qui non credit in Christum, aut qui fidem deserit Christi, ac per hoc qui dicit: Ne quid faciatis mali, nec ista uult fieri. Satisq; illi non est præcipere, sed confitetur se deum rogare ne fiant, sciens homi-
Psal.36 nis uoluntatem ab ipso corrigi ac dirigi ut ista non faciat: A domino enim gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet: non dixit, Et uiam eius discet aut tenebit aut ambulabit, aut aliqd huiusmodi quod posses dicere à domino quidē dari, sed homini tam uolenti, ut scilicet beneficium Dei quo gressus hominis dirigit ut uiam eius discat, teneat, gradiatur, sua homo uolunta-
te præcedat, & hoc dei donum præcedente sua uoluntate mereatur. Sed ideo dixit: A domino gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet: ut intelligeremus ipsam uolūtatem bonam qua incipimus uelle credere, quoniam dei uia quid est nisi fides recta, illius esse donum qui gressus nostros propterea dirigit primitus ut uelimus. Non enim ait Scriptura: A domino gressus ho- Psal.36
minis diriguntur, quia uiam eius uoluit: sed diriguntur, inquit, & uolet. Non igitur quia uoluit diriguntur, sed quia diriguntur uolet. Hic tu rursus fortasse dicturus es, hoc fieri à domino, dū doctrina eius legitur uel auditur, si homo ueritati quam legit uel audit, sua consentiat uolūtate. Si enim lateret eum, inquis, doctrina dei, nō dirigerētur gressus eius, quibus directis uellet uiā
B dei. Ac per hoc tantum putas à domino gressus hominis dirigi ad eligēdam uiam dei, quia sine doctrina Dei non ei potest innotescere ueritas cui propria uoluntate consentiat. Cui si consentit, inquis, quod in eius libero arbitrio constitutum est, recte utiq; dicuntur ab illo dirigi gressus eius ut uiam eius uelit, cuius doctrinam suasione præcedente, subsequente consensione sequatur, quod libertate naturali si uult facit, si nō uult non facit, pro eo quod fecerit præmium uel supplicium recepturus. Hæc est illa Pelagianorum mala, male diffamata, meritoq; reprobata, & ab ipso etiam Pelagio timente dānari in Orientalium episcoporum iudicio damnata sententia, qua dicūt gratiam dei non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, uel in lege atque doctrina: & usq; adeo frater erimus graues corde, ut de gratia dei, imò aduersus gratiā dei eam Pelagianam sentētiam teneamus, quam pectore quidem ficto, sed tamen catholicos iudices timens Pelagius ipse damnauit? Et quomodo, inquies, respondebitur? quomodo censes facilius & apertius, quàm ut illud quod de orando deo superius egimus, sic amplectamur, ut hoc menti nostræ nulla subtrahat obliuiōis irreptio, nulla callidítas argumentationis extorqueat. Si enim quod scriptum est, A domino gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet. Et, Præpa- Philip.2
ratur uoluntas à domino. Et, Deus est enim qui operatur in nobis & uelle. Et multa huiusmodi
D quibus commendatur uera Dei gratia, hoc est quę non secundum merita nostra datur, sed dat merita ipsa cum datur, quia præuenit hominis uoluntatem bonam, nec eam cuiusquam inuenit in corde, sed facit. Si ergo ita præpararet atq; operaretur deus hominis uoluntatem, ut tantummodo legem suam atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec uocatione illa alta atq; secreta sic eius ageret sensum, ut eidem legi atq; doctrinæ accommodaret assensum: procul dubio eam legere uel intelligere legendo, uel etiā exponere ac prædicare sufficeret, nec opus esset orare ut Deus ad fidem suam infidelium corda conuerteret, & conuersis proficientem

Universidad de Deusto
Biblioteca

perseuerãtiam eiusdem gratiæ suæ largitate donaret. Si ergo hæc à domino poscenda esse non renuis, quid restat frater Vitalis, nisi ut ab illo ea donari fatearis à quo poscenda esse consentis? Si autem negas ab illo nos poscere ista debere, eidẽ doctrinæ ipsius contradicis, quia & hoc in ea didicimus, ut ab illo ista poscamus. Orationem dominicam nosti, nec dubito te deo dicere: Pater noster qui es in cœlis, &c. Lege expositorem eius beatissimũ Cyprianũ, & quemadmodum exposuerit quod ibi dicitur, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: diligenter attende, & obediẽter intellige: profecto docebit te orare pro infidelibus inimicis ecclesiæ secundum præceptũ domini, dicentis: Orate pro inimicis uestris: & hoc orate, ut fiat uoluntas dei, sicut in eis qui iam fideles sunt & portant imaginem cœlestis hominis, & propterea cœli nomine digni sunt: ita & in eis qui per infidelitatem non nisi imaginem terreni hominis portant, & ob hoc terra merito nuncupantur. Nempe isti pro quibus inimicis dominus nos iussit orare, & gloriosissimus martyr sic exposuit quod in oratione dicimus, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, ut ipsis etiã poscamus fidẽ quam fideles habent: nempe ergo isti Christianæ pietatis inimici, legem dei atq; doctrinã qua Christi meditatur fides, uel omnino audire nolunt, uel ad hoc audiunt siue etiam legunt ut irrideãt & detestentur, & quanta possunt contradictione blasphement. Inaniter igitur & perfunctorie potius quàm ueraciter pro eis, ut doctrinæ cui aduersantur credendo consentiant deo fundimus preces, si ad eius non pertinet gratiam conuertere ad fidem suam ipsi fidei contrarias hominum uoluntates. Inaniter etiam & perfunctorie potius quàm ueraciter magnas cum exultatione agimus deo gratias, quando aliqui eorum credunt, si hoc in eis ipse non facit. Non fallamus homines, nam deum fallere non ualemus. Prorsus non oramus deum, sed orare nos fingimus si nosipsos nõ illum credimus facere quod oramus. Prorsus non gratias Deo agimus, sed nos agere fingimus, si unde illi gratias agimus ipsum facere nõ putamus. Labia dolosa si in hominum quibuscunq; sermonibus sunt, saltem in orationibus non sint. Absit, ut quod facere deũ rogamus oribus & uocibus nostris, eum facere negemus cordibus nostris. Et quod est grauius, ad alios etiam decipiendos hoc non taceamus disputationibus nostris, & dum uolumus apud homines defendere liberũ arbitriũ, apud deum perdamus orationis auxilium, & gratiarũ actionem non habeamus ueram, dum ueram non agnoscimus gratiam. Si uere uolumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus unde fit liberum. Nam qui oppugnat gratiã, qua nostrum ad declinãdum à malo & faciendum bonum liberatur arbitrium, ipse arbitriũ suum adhuc uult esse captiuum. Responde obsecro quo

A modo dicit Apostolus, Gratias agentes patri idoneis faciẽti nos in parte sortis sanctorum in lumine, qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ: si non ipse arbitrium nostrum, sed ipsum arbitrium se liberat? Mendaciter ergo agimus gratias patri tanquam ipse faciat quod ipse non facit. Et errauit qui dixit, quòd ipse nos faciat idoneos in parte sortis sanctorum in lumine, quia ipse nos eruit de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij charitatis suæ. Respondeo quomodo ad declinandum à malo & faciendum bonum liberum habebamus arbitrium, quãdo erat sub potestate tenebrarum, unde nos si quemadmodum dicit Apostolus, deus eruit, ipse utiq; illud B liberum fecit: quod tam magnum nostrum bonum, si per suæ doctrinæ prædicationẽ tantum modo facit, quid de ijs dicemus quos de ipsa tenebrarum potestate nondum eruit, prædicanda tantum illis est doctrina diuina, an etiam orandum pro eis ut de tenebrarum potestate diuinitus eruantur? Si tantum modo prædicandũ esse dicis, iussioni domini & orationibus ecclesiæ contradicis: si autem fateris pro eis orãdum, id utiq; orandum fateris, ut eidem doctrinæ arbitrio liberato à tenebrarũ potestate consentiant. Ita fit ut neq; fideles fiant, nisi libero arbitrio, & tamen illius gratia fideles fiant, qui eorum à potestate tenebrarum liberauit arbitrium. Sic & Dei gratia non negatur, sed sine ullis humanis C præcedentibus meritis uera monstratur: & liberum ita defenditur, ut humilitate solidetur, non elatione præcipitetur arbitriũ, & qui gloriatur, non in homine, uel quolibet alio, uel seipso, sed in domino glorietur. Potestas enim tenebrarũ quid est nisi potestas diaboli & angelorũ eius? qui cum fuissent angeli lucis, in ueritate per liberum arbitrium non stantes, sed inde cadẽtes facti sunt tenebræ: Non te ista doceo, sed quæ nosti ut recorderis admoneo. Huic igitur potestati tenebrarum, per illius ruinam cui primo homini ab ea potestate præuaricatio persuasa est, & in quo omnes cecidimus, subiectũ est genus humanum, propter quod de hac potestate tenebrarum eruuntur & paruuli, cum regenerantur D in Christo. Neq; hoc apparet in eorum arbitrio liberato, nisi cum ad annos peruenerint ratione utentis ætatis, habentes consentientẽ doctrinæ salutari in qua nutriti sunt uoluntatem, & in ea finientes istam uitam si electi sunt in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate prædestinati in adoptionem filiorum. Hæc autem potestas tenebrarum, id est diabolus qui dicitur etiam princeps potestatis aeris, operatur in filijs diffidentiæ, princeps iste rector tenebrarum, id est diabolus diffidentiæ filiorum regens eos ad arbitrium suum, quod neq; ipse habet liberũ ad benefaciendũ, sed ad maximam maleuolẽtiam pœna sui sceleris obduratum: unde nemo sanæ

Col.1

Mat.6

Mat.5

Eph.6 Col.3

fidei credit, aut dicit hos apostatas angelos ad A pristinam pietatem correcta aliquando uoluntate conuerti. Quid ergo operatur hæc potestas in filijs diffidentiæ, nisi opera sua mala, & in primis maximeq; ipsam diffidentiam & infidelitatem qua sunt inimici fidei, per quã scit eos posse mundari, posse sanari, posse perfectissime liberos, quod eis uehementer inuidet, in æternitate regenerari. Itaq; aliquos eorũ per quos amplius decipere affectat, sinit habere nonnulla uelut opera bona in quibus laudantur, per quasq; gentes, præcipueq; in gente Romana, qui præclare gloriosissimeq; uixerunt. Sed quoniam si- Rom.14. cut uerissima scriptura dicit, Omne quod non Hebr.11 est ex fide, peccatum est: et sine fide impossibile est utiq; placere deo, non hominib. nihil sic agit B hic princeps, quàm ut non credatur in Deum, nec ad mediatorem à quo soluuntur opera eius credendo ueniatur. Sed ipse mediator intrat in domum fortis, id est in hoc seculum mortalium sub potestate diaboli, quantum ad ipsum pertinet constitutum: de ipso quippe scriptum est, quod potestatem habeat mortis, Intrat in domum fortis: id est in suo dominatu habentis genus humanum, & prius alligat eum, id est eius coercet & cohibet potestatẽ potestatis suæ fortioribus uinculis, & sic eripit uasa eius quæcunque prædestinauit eripere, arbitrium eorum ab eius potestate liberans, ut illo non impediente credant in istum libera uoluntate. Proinde hoc opus est gratiæ non naturæ. Opus est, inquam, C gratiæ quam nobis attulit secũdus Adam, non naturæ quam totam perdidit in semetipso primus Adam. Opus est gratiæ tollẽtis peccatum et uiuificantis mortuum peccatorem, non opus legis ostendentis peccatum nec à peccato uiuificantis. Nam ille magnus gratiæ prædicator: Rom.7 Peccatum, inquit, non cognoui nisi per legem. Et si data esset, inquit, lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Opus est hoc gratiæ, quam qui accipiũt doctrina salutari scripturarum sanctarum, etsi fuerunt inimici fiunt amici: non opus eiusdem doctrinæ, quam qui audiunt & legunt sine gratia dei peiores eius efficiuntur inimici. Non est igitur gratia dei in natura liberi arbitrij & in lege atq; doctrina, sicut Pe- D lagiana peruersitas desipit, sed ad singulos actus Psal.67 datur illius uoluntate, de quo scriptum est, Pluuiam uoluntariã segregãs deus hæreditati tuæ: quia & liberum arbitrium ad diligẽdum deum primi peccati grauditate perdidimus, & lex dei atq; doctrina quamuis sancta & iusta & bona, tamen occidit si nõ uiuificet spiritus, per quem fit, non ut audiendo sed ut obediendo, neq; ut lectione sed ut dilectione teneatur. Quapropter ut in deum credamus, & pie uiuamus, non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei: non quia uelle non debemus & currere, sed quia ipse in nobis & uelle operatur & currere. Vnde & ipse dominus Iesus credentes à non credentibus, id est ab iræ uasis uasa misericordiæ discernens: Nemo, inquit, uenit ad me, nisi fuerit Io.6 ei datum à patre meo. Et utiq; ut hoc diceret, in eius doctrina fuerant scandalizati discipuli eius, qui eum postea eum non sunt secuti. Non ergo gratiam dicamus esse doctrinam, sed agnoscamus gratiam quæ facit prodesse doctrinam: quæ gratia si desit, uidemus etiam obesse doctrinam. Propterea deus ut omnia futura opera sua in prædestinatiõe præsciuerit, sic illa disposuit, ut quosdam non credentes ad fidem suam orationes credentium pro eis exaudiendo conuertat, unde refutentur: & si ille est eis propicius, corrigantur qui putant gratiam Dei esse naturam liberi arbitrij cum qua nascimur, aut gratiam dei esse doctrinam quãuis utilem quæ per linguas & literas prædicatur. Non enim hoc oramus pro infidelibus ut fiat eorum natura, id est ut homines sint, aut ut doctrina eius prædicetur quam malo suo audiunt si non credunt: & plerunq; pro eis oramus qui cum legant uel audiant nolunt credere: sed oramus ut uoluntas corrigatur, doctrinæ consentiatur, natura sanetur. Iam uero ut perseuerent in eo quod esse cœperunt, etiam pro se ipsis orant fideles: utile est quippe omnibus uel pene omnibus propter humilitatem saluberrimam, ut quales futuri sint, scire non possint. Ad hoc dicitur: Qui uidetur 1 Cor.10 stare, uideat ne cadat: propter huius timoris utilitatem, ne regenerati & pie uiuere incipientes, tanquam securi alta sapiamus, quidam non perseueraturi perseueraturis Dei permissione uel prouisione ac dispositione miscẽtur, quibus cadentibus territi cum timore & tremore gradiamur uiam iustam, donec ex hac uita quæ tentatio est super terram trãseamus ad aliam, ubi iam non sit elatio cõprimenda, nec contra eius suggestiones tentationesq; luctandum. Sed de hac re, id est cur quidam non permanseruri in fide & sanctitate Christiana, tamen accipiant ad tempus hanc gratiam, & dimittantur hic uiuere donec cadant, cum possint rapi de hac uita ne malicia mutet intellectum eorum, quod de sancto immatura ætate defuncto scriptum est in libro Sapientiæ, quærat quisq; ut potuerit, & si inue- Sap.4. nerit præter hanc quæ à me reddita est aliam probabilẽ rationem à recta fidei regula non recedens, teneat eam, & ego cum illo si me non latuerit: uerum tamen in quod peruenimus, in eo ambulemus donec nobis Deus reuelet si quid aliter sapimus, sicut apostolicis literis admonemur. Peruenimus autem in ea quæ ad fidem ueram et catholicã pertinere firmissime scimus, in quibus ita nobis ambulandũ est adiuuante illo atq; miserãte cui dicimus: Deduc me domine in Psal.85 uia tua, et ambulabo in ueritate tua: ut ab eis nullo modo deuiemus. Quoniã ergo propitio Christo Christiani catholici sumus, scimus nõdũ nos nihil egisse in uita ꝓpria boni seu mali, nec secundũ merita prioris alicuius uitæ quæ nulla propria

Universidad de Deusto
Biblioteca

propria singuli habere potuerunt,in huius uitæ uenire miserias:sed tamen secũdum Adam car
naliter natos contagium mortis antiquæ prima
natiuitate contrahere,nec liberari à supplicio
mortis æternę,quod trahit ex uno in omnes trã
siens iusta damnatio,nisi per gratiam renascan/
II tur in Christo. Scimus gratiam dei nec paruu/
lis nec maioribus secũdum merita nostra dari.
III Scimus maioribus ad singulos actus dari. Sci/
IIII mus nõ omnibus hominibus dari,& quibus da
tur non solum secundũ merita operum non da/
ri,sed nec secundũ merita uoluntatis eorum qui
V bus datur,quod maxime apparet in paruulis. Sci
mus eis quibus datur,misericordia dei gratuita
VI dari. Scimus eis quibus non datur,iusto iudicio
VII dei nõ dari. Scimus quod omnes astabimus an/
te tribunal Christi,ut ferat unusquisq; secundũ
ea quæ per corpus gessit,non secundum ea quę
si diutius uiueret gesturus fuit,siue bonum siue
VIII malum. Scimus etiã paruulos secũdum ea quæ
per corpus gesserũt,recepturos uel bonum uel
malum. Gesserũt autem non per seipsos,sed per
eos quibus pro illis respondentibus & renun/
ciare diabolo dicũtur & credere in deum,unde
& in numero fidelium computantur,pertinen/
Mar.16 tes ad sententiam domini dicentis,Qui credide/
rit & baptizatus fuerit,saluus erit. Propter qđ
& illis qui hoc sacramentũ non accipiunt,con/
tingit quod sequitur: Qui autem nõ crediderit,
cõdemnabitur. Vnde & ipsi,sicut dixi,si in illa
parua ætate moriuntur,utiq; secundum ea quæ C
per corpus gesserunt,id est tempore quo in cor
pore fuerunt,quando per corda & ora gestan/
tium crediderunt uel non crediderunt,quando
[redacted] baptizati uel non baptizati sunt,quando carnẽ
[redacted] Christi manducauerũt uel non manducauerũt,
quãdo & sanguinem biberunt uel non biberũt,
secundum hæc ergo quæ per corpus gesserunt,
non secundum ea quæ si diu hic uiuerent gestu/
IX ri fuerant iudicantur. Scimus felices esse mor/
tuos qui in domino moriuntur,nec ad eos per
tinere,quicquid acturi fuerant si tempore diu/
X turniore uixissent. Scimus eos qui corde pro/
prio credunt in dominum,sua id facere uolunta
XI te ac libero arbitrio. Scimus pro eis qui nolunt
credere,nos qui iam credimus recta fide agere D
XII cum deum oramus ut uelint. Scimus pro eis qui
ex illis crediderũt tanquam de beneficijs rectè
atque ueraciter & debere nos deo agere gratias
& solere. Recognoscis me ut puto in ijs quæ
nos scire dixi,non omnia quæ ad fidem catholi
cam pertinent cõmemorare uoluisse,sed ea tan
tum quæ ad istam quæ inter nos agitur de Dei
gratia quæstionem,utrum præcedat hæc gratia
an subsequatur hominis uoluntatem,hoc est ut
planius id eloquar,utrũ ideo nobis detur,quia
uolumus,an per ipsam deus etiam hoc efficiat
ut uelimus. Si ergo istas duodecim sententias
quas nos dixi scire ad fidem rectam & catholi/
cam pertinere,etiam tu frater nobiscum tenes,

A ago deo gratias,quas profecto nõ ueraciter age
rem,nisi gratia dei fieret ut teneres. Quæ tibi te
nenti nullum omnino remanet nobiscũ de hac
quæstione certamen. Vt enim eadem duode
cim breui expositione percurrã:quomodo uo/
luntatis humanæ meritum sequitur gratia,cum
detur & paruulis qui hoc nondum possunt uel
le seu nolle? Quomodo gratiam uel in maiori/
bus dicũtur præcedere merita uoluntatis,si gra
tia ut uera sit gratia non secũdum merita nostra
datur? quam sentẽtiã catholicam Pelagius ipse
sic timuit,ut eos qui dicunt gratiam dei secun/
dum merita nostra dari,sine dubitatione dam/
naret,ne à catholicis iudicibus dãnaretur. Quo
modo dicitur gratia dei in natura esse liberi ar/
B bitrij uel in lege atq; doctrina,cum & istam sen
tẽtiam Pelagius ipse damnauerit,proculdubio
confitens gratiam dei ad singulos actus dari eis
utiq; qui iam libero arbitrio utuntur? Quomo/
do dicitur omnes homines eam fuisse acceptu/
ros,si non illi quibus non donatur eam sua uo/
luntate respuerent,quoniã deus uult omnes ho/ 1 Tim.2
mines saluos fieri,cum multis non detur paruu
lis,& sine illa plerique moriantur qui non habent
contrariam uoluntatem,& aliquando cupienti
bus festinãtibusq; parentibus,ministris quoq;
uolentibus ac paratis,Deo nolente non detur,
cum repente antequam detur expirat,pro quo
ut acciperet currebatur? Vnde manifestum est
eos qui huic resistunt tã perspicuæ ueritati,non
intelligere omnino qua loquutione sit dictum,
quòd omnes homines uult deus saluos fieri,cũ
tam multi salui non fiant,non quia ipsi,sed quia
deus non uult,quod sine ulla caligine manifesta
tur in paruulis:sed sicut illud quod dictum est, 2 Cor.5
Omnes in Christo uiuificabũtur,cum tam mul
ti æterna morte puniantur,ideo dictũ est,Quia
omnes quicunq; uitam æternã percipiunt,non
percipiunt nisi in Christo:ita quod dictum est,
omnes homines uult deus saluos fieri,cum tam
multos nolit saluos fieri,ideo dictũ est,quia om
nes qui salui fiunt,nisi ipso uolente non fiunt,&
si quo alio modo illa uerba apostolica intelligi
possunt,ut tamen huic apertissimæ ueritati,in
qua uidemus tam multos uolentibus hominib.
sed deo nolente saluos non fieri,contraria esse
non possint. Quomodo ut detur gratia diuina,
uoluntas mereri humana,si eis quibus datur gra
tuita misericordia datur,ut uera sit gratia? Quo
modo in hac re merita pensantur uoluntatis hu
manę,quandoquidẽ illis quibus gratia ista non
datur,nullo plerunq; merito,nulla uoluntate di
stantibus,sed similem cum eis quibus datur ha/
bentibus causam,iusto tamen iudicio Dei non
datur? Non enim est iniquitas apud deum,ut in
telligant quibus datur quã gratis eis detur,quã
do iuste utiq; non daretur,quoniam similem ha
bẽtibus causam iuste nõ datur. Quomodo non
gratiæ dei est non solum credendi uoluntas ab
initio,uerum etiam perseuerandi usq; in finem,
cum

cum finis ipse uitæ huius non in hominis sed in A
dei sit potestate,& possit utique deus etiam hoc
beneficium non perseueraturo conferre,ut ra/
piatur ex corpore ne malicia mutet intellectum
illius? Non enim recipiet homo seu bonum seu
malum,nisi secũdum ea quæ per corpus gessit,
non secũdum ea quæ si diutius uiueret gesturus
fuit. Quomodo dicitur propterea quibusdam
non dari,quibusdam moriturís paruulis dei gra
tia dari: quia eorum futuras præuidet uolunta/
tes quas habituri essent si uiuerent,cum secun/
dum ea quæ per corpus gessit,non secũdum ea
quæ gesturus esset si diutius fuisset in corpore,
unusquisq; recipiat siue bonum siue malũ,sicut
Apostolus definit? Quomodo secũdum uolun/
tates suas futuras homines iudicantur quas ha/ B
Apoc.14. bituri fuisse dicuntur si diutius tenerẽtur in car/
ne,cum dicat Scriptura, Felices mortui qui in
domino moriũtur? quorum sine dubio certa &
secura felicitas non est,si & ea quæ non egerũt,
sed acturi fuerant si esset eis hæc uita prolixior,
iudicabit deus:nullumq; accipit beneficiũ qui
rapitur,ne malicia mutet intellectum eius,quia
& pro illa malicia cui forsitan imminenti subtra
ctus est,pœnas luit: nec gaudendum est de ijs
quos in fide recta & uita bona nouimus esse de/
functos,ne secundum aliqua scelera iudicentur
quæ fuerant si uiuerent fortasse facturi: nec do/
lendi uel detestãdi sunt ij qui uitam istam in insi
delitate ac perditis moribus finierunt,quia for/
te si uiuerent,acturi fuerant pœnitentiam pieq; C
uicturi,& secũdum ista sunt iudicandi: totusq;
ille De mortalitate liber gloriosissimi martyris
Cypriani reprobãdus & abijciendus est,in quo
tota eius intẽtio est,ut sciamus bonis fidelibus
gratulandũ esse morientibus,quando huius uí/
tæ tentationibus auferũtur,deinceps in beatissi
ma securitate mãsuri. Sed quoniam hoc falsum
non est,& sine dubitatione felices sunt mortui
qui in domino moriuntur,ridendus est & exe/
crandus error quo putatur quòd homines se/
cundum suas futuras,quæ moriẽtium non sunt
futuræ,iudicandi sunt uolũtates. Quomodo di
cuntur negare liberum uoluntatis arbitriũ,qui
confitentur omnem hominem quisquis suo cor
de credit in deum,nõ nisi sua libera credere uo/ D
luntate,cum potius illi oppugnent arbitrium li
berum,qui oppugnant dei gratiam qua uere ad
bona eligenda & agenda fit liberum? Quomo/
do dicitur quòd per legem dei atq; doctrinã scri
pturarum fiat,quod eadem scriptura dixit, Præ
paratur uolũtas à domino,ac non potius per oc
cultam inspirationem gratiæ dei,quandoquidẽ
pro eis qui eidem doctrinæ contradicentes no/
lunt ei credere,ipsum deum fide recta rogamus
ut uelint? Quomodo deus expectat uoluntates
hominum ut præueniant eum quibus det gra/
tiam,cum gratias ei non immerito agamus de
ijs quibus non ei credẽtibus & eius doctrinam
uoluntate impia persequẽtibus misericordiam

A prærogauit,eosq; ad seipsum omnipotẽtissima
facilitate conuertit,ac uolentes ex nolẽtibus fe
cit? ut qd ei inde gratias agimus,si hoc ipse non
fecit? ut quid tantomagis eum magnificamus,
quãtomagis nolebant credere quos credidisse
gaudemus,si gratia diuina uoluntas in melius
nõ mutatur humana? Apostolus Paulus: Eram, Gal.1
inquit,ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ sunt
in Christo,tantum autem audiebãt,quia qui ali
quando nos persequebatur,nunc euangelizat
fidem quam aliquãdo uastabat,& in me magni
ficabant deum. Vt quid magnificabãt deum,si
nõ deus ad seipsum cor illius uiri suæ gratiæ bo
nitate conuerterat,quando ut ipse cõfitetur,mi
sericordiam consequutus est ut fidelis esset ea fi
de quam aliquando uastabat? ipsum etiam uer/
bum quod posuit,quem nisi deum hoc tantum
magnũ bonum fecisse declarat? Quid est enim,
In me magnificabãt deum: nisi in me deum ma/ Atqui Græce
gnificum prædicabant? Quomodo autem eum est ἐδόξαζον,
magnificũ prædicabãt,si magnum illud factum non ἐμεγάλ/
de Pauli cõuersione ipse non fecerat: & quo pa λυνον
cto ipse fecerat,si uolentem credere ex nolente
ipse nõ fecerat? Nempe manifestum est ex illis
duodecim sentẽtijs quas pertinere ad catholicã
fidem negare non sineris,non solum omnibus,
uerũ etiam singulis id confici ut cõfiteamur gra
tia dei præueniri hominũ uolũtates,et per hanc
eas potius præparari,cq; propter eorũ meritum
dari. Aut si aliquid eorũ duodecim esse uerum
negas,quorũ propterea cõmendo etiam nume
rum,ut facilius memoriæ mãdẽtur distinctius q;
teneantur,non te pigeat rescribere ut sciam,&
ea quã mihi dominus dederit facultate respon/
deam. Ego enim hęreticum quidem Pelagianũ
te esse nõ credo,sed ita te esse uolo ut nihil illius
ad te transeat,uel in te relinquatur erroris. Sed
inter hæc duodecim reperies fortasse aliquid
quod negandum uel dubitãdum putes,& unde
nos operosius disputare compellas. Nũquid &
orare prohibebis ecclesiam pro infidelibus ut
sint fideles,pro ijs qui nolunt credere ut uelint
credere,pro ijs qui ab eius lege doctrinaq; dis/
sentiunt,ut legi eius doctrinæq; consentiant,ut
det illis deus quod per Prophetã promisit,cor
cognoscendi eum & aures audiendi,quas uti/
q; acceperant: de quibus saluator ipse dicebat,
Qui habet aures audiendi, audiat? Nunquid Mat.13
ubi audieris sacerdotem dei ad eius altare po/
pulum hortantem ad deum orãdum,uel ipsum
clara uoce orantem,ut incredulas gentes ad fi/
dem suam uenire compellat,non respondebis,
Amen? An etiam huius fidei sanitati contraria
disputabis? Nũquid beatissimũ Cyprianum in
hoc erasse clamabis uel susurrabis,ubi pro ini/
micis fidei Christianę,ut etiam ipsi ad eam con
uertantur orare nos docet? Nunquid postremo
apostolũ Paulum pro Iudæis infidelibus haben
tem talia uota culpabis? de quibus ait: Bona uo Rom.10
luntas quidẽ cordis mei & deprecatio ad deum

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro illis in salutem. Quinetiam Thessalonicen- A
2 Thes.3 libus dicit: De cętero fratres orate pro nobis, ut
uerbū domini currat & glorificetur, sicut etiam
apud uos, & ut eruamur ab iniquis & malis ho-
minibus: non enim omnium est fides. Quomo
do curreret & glorificaretur uerbum dei nisi ad
fidem conuersis eis quibus prædicaretur, quan
doquidem iam credētibus dicit, quemadmodū
& apud uos: Scit certe hoc ab illo fieri quē uult
rogari ut hoc faciat, ut etiam eruatur ab iniquis
& malis hominibus, qui profecto & illis oranti
bus non erant credituri. Propter quod addidit,
Non enim est omnium fides: tanquam diceret,
Non enim apud omnes etiam nobis orantibus
glorificabitur uerbū dei, quia ipsi utiq; fuerant
credituri, qui ordinati erant in uitam æternam, B
prędestinati in adoptionem filiorum per Iesum
Christum in ipsum, & electi in ipso ante mundi
cōstitutionem: sed ideo deus per orationes cre-
dentium nondū credētes credere facit, ut osten
dat quia ipse facit. Nemo est enim tam imperi-
tus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui nō ui-
deat deum facere quod rogari se præcepit ut fa
ciat. Hæc & alia testimonia diuina quę comme
morare longum est, ostendunt deum gratia sua
auferre infidelibus cor lapideum & præuenire
in hominibus bonarum merita uoluntatum: ita
ut uoluntas per antecedentem gratiam prepare
tur, non ut gratia merito uoluntatis antecedēte
donetur: hoc est gratiarūactio indicat quod ora
tio, oratio pro infidelibus, gratiarumactio pro C
fidelibus. Qui enim est orandus ut faciat, illi est
actiogratiarum reddēda cum fecerit. Vnde idē
Eph.1 dicit apostolus ad Ephesios: Propter hoc et ego
audita fide uestra in domino Iesu & in omnes
sanctos, non cesso gratias agere pro uobis. Lo-
quimur autem nunc de ipsis initijs, cum homi-
nes qui erant auersi & aduersi conuertuntur ad
deum, & uelle incipiunt quod nolebant, & ha-
bere fidem quam non habebant, quod ut fiat in
Rom.10 eis, oratur pro eis, quamuis nō oretur ab eis: Ipsi
enim quomodo inuocabunt, in quem non cre-
diderūt? Cum uero factum fuerit quod oratur,
ei qui fecit aguntur gratiæ & pro eis & ab eis.
De orationibus autem iam fideliū quas & pro
se & pro alijs fidelibus faciunt ut proficiant in D
eo quod esse cœperunt, & de gratiarumactioni
bus quia proficiūt, confligendū esse tecum non
puto. Contra Pelagianos est iste conflictus tibi
nobisq; cōmunis. Illi quippe omnia ad fidelem
piamq; uitam hominum pertinentia ita tribuūt
libero uolūtatis arbitrio, ut habenda ex nobis,
non à domino putent esse poscenda: tu autem si
ea quæ de te audio uera sunt, initium fidei ubi
est etiam initium bonæ, hoc est piæ uoluntatis,
non uis donum esse dei, sed ex nobis nos habe-
re contendis ut credere incipiamus, cętera autē
religiosæ uitæ bona deum per gratiā suam iam
ex fide petentibus, quærētibus, pulsantibus do
nare consentis. Nec attendis ideo pro infideli-

bus deum rogari ut credant, quoniam deus do- A
nat & fidē: ideo pro eis & qui crediderint deo
gratias agi, quoniā donat fidem. Quamobrem
ut hunc ad te sermonem aliquando cōcludam,
si negas orandum esse, ut qui nolunt credere ue-
lint credere, si negas agendas esse deo gratias,
quoniam credere uoluerūt qui nolebant crede-
re, aliter tecum agēdum est ut non sic erres, aut
si errare persistis ne mittas alios in errorē. Si au-
tem quod de te magis credo, sentis atq; consen
tis orare nos deum debere ac solere pro nolenti
bus credere ut uelint credere, & pro eis qui ad-
uersantur & contradicunt legi eius atq; doctri-
næ, ut ei credant eamq; sectentur: si sentis atq;
cōsentis debere nos etiam deo agere gratias ac
solere pro talibus, quod ad fidē eius doctrināq;
conuersi uolentes ex nolentibus fiant, oportet
sine dubitatione fatearis uoluntates hominum
dei gratia præueniri, & ut bonum uelint homi
nes quod nolebant, deum facere, qui rogatur ut
faciat, & cui nos nouimus agere gratias dignū
& iustum esse cum fecerit. Dominus tibi det in-
tellectum in omnibus, domine frater.

Augustinus Seleucianæ, de baptismo & pœni-
tentia Petri contra Nouatianos. Epistola CVIII

Religiosissimæ & in Christi dilectione hono-
randæ famulæ Dei Seleucianæ, Augusti-
nus episcopus in Domino salutem.

Lectis literis tuis de salute uestra læta
tus ad ea quæ scripsisti, respondere
non distuli. Et primum miratus sum
quomodo dicat Nouatianus iste Pe
trum baptizatum nō fuisse, cum paulo superius
scripseris eum dixisse quòd apostoli fuerunt ba
ptizati. Vnde autē illi uideatur quòd inter apo
stolos baptizatos Petrus nō fuerit baptizatus,
ignoro. Et ideo exemplum epistolæ tuæ ne for
sitan tu non habeas, misi tibi, in quo diligentius
considerares ad ea me respondere quæ inueni
in literis tuis. Si enim notarius nō mendose ex-
cepit aut scripsit, nescio quale cor habeat, qui
cum apostolos baptizatos dicat, Petrum bapti
zatum neget. Quod autē dicitur Petrum egisse
pœnitentiam, cauēdum est, ne ita putetur egisse
quomodo agūt in ecclesia qui proprie pœniten Pœnitere
tes uocantur. Et quis hoc ferat, ut primum apo
stolorum, inter tales pœnitentes numerandum
putemus? Pœnituit enim eum negasse Christū,
quod eius indicant lachrymæ. Sic enim scriptū Matt.26
est, Quia fleuit amare. Nondum enim fuerant
resurrectione domini cōfirmati, & illo aduentu
spiritus sancti qui apparuit die pentecostes, uel
illa inspiratione quam demonstrauit dominus
postea quàm resurrexit à mortuis, cum insuffla- Io.20
uit in eorum faciem, dicens: Accipite spiritum
sanctum. Vnde recte dici potest, quia cum Pe
trus negauit dominum, nondū fuerant apostoli
baptizati, non tamen aqua, sed spiritu sancto.
Hoc enim eis dixit postquàm resurrexit, & con Act.1
uersatus est cum eis: Ioannes quidem baptiza-
uit

uit aqua, uos autem spiritu sancto baptizabimi- A
ni, quem et accepturi estis non post multos hos
dies. Aliqui autem codices habent: Vos autem
spiritu sancto baptizabimini, quem & acceptu
ri estis non post multos hos dies. Aliqui autem
codices habent: Vos autem spiritu sancto inci-
pietis baptizari. Sed siue dicatur baptizabimi-
ni, siue incipietis baptizari, ad rem nihil inter-
est. Nam in quibusc ūq; codicibus inuenitur, ba
ptizabitis, aut incipietis baptizari, mēdosi sūt, uidetur
qui ex Græcis facillime conuincūtur. Si autem imò uerbum
dicimus aqua non fuisse baptizatos, metuendū medium est
est ne grauiter in eis erremus, ne demus homini
bus autoritatem contemnendi baptismū, quem
usq; adeo non contemnendū ipsa apostolica di-
Act.10 sciplina commēdat, ut Cornelius centurio & ij B
qui cum illo erāt, etiam iam accepto spiritu san-
cto fuerint baptizati. Sicut antiqui iusti si non
circūciderentur, non erat eis peccatum: postea
Gen.17 uero quàm iussit deus ut circumcideretur Abra
ham eiusq; posteritas, iā si non fieret, graue pec
catum fuit: sic etiam postquàm dominus Chri-
stus in ecclesia sua sacramentū Noui testamenti
pro circuncisione carnis sanctum baptismū de-
Io.3 dit, & apertissime dixit: Si quis non renatus fue
rit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in re-
gnum cœlorū: iam non debemus quærere, quā
do quisq; fuerit baptizatus, sed quoscunq; legi-
mus in corpore Christi quod est ecclesia, perti-
nere ad regnum cœlorum, non nisi baptizatos
intelligere debemus: nisi forte quos angustia C
Baptismus passionis inuenit, & nolētes negare Christum,
sanguinis antequàm baptizarētur occisi sunt, quibus ipsa
passio pro baptismo deputata est. Sed nunquid
hoc possumus de apostolis dicere, qui usq; adeo
largum tempus habuerunt quo baptizarentur,
ut alios etiam baptizauerint? Sed non omnia
quæ facta sunt, etiam scripta inueniūtur, uerum
tamen facta esse ex cæteris documentis proban
tur. Scriptum est quando baptizatus sit aposto
lus Paulus, & scriptū non est quando baptizati
sint alij apostoli, uerum tamē etiam ipsos bapti-
zatos intelligere debemus: quemadmodū scri-
ptum est quando baptizatæ sunt plebes eccle-
siarum in Hierusalem & Samaria, quādo autem
baptizatæ sint aliæ plebes Gentiū, quibus apo D
stoli epistolas miserunt, non est utiq; scriptum:
& tamen etiam ipsas baptizatas utiq; minime
dubitamus propter illam domini sententiā, Ni-
si quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,
non intrabit in regnum cœlorum. Vtrunq; au-
tem de domino scriptum est, & quia baptiza-
bat plures quàm Ioānes, & quia ipse non bapti-
zabat sed discipuli eius, ut intelligeremus & ip
sum quidē baptizasse presentia maiestatis, non
tamen ipsum baptizasse manibus suis. Ipsius e-
nim erat baptismi sacramentum, ad discipulos
autem baptizandi ministeriū pertinebat. Tunc
ergo quando dicit Ioannes euangelista in Euan
gelio suo: Post hæc exijt Iesus & discipuli eius

in Iudæam terrā, & illic morabatur cum eis, & A
baptizabat. Tunc paulopost de illo loquēs ait:
Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt Phari-
sæi quòd Iesus plures discipulos faceret, & ba
ptizaret plures quàm Ioannes, quāquam Iesus
non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iu-
dæam & abijt iterum in Galilæam. Tunc ergo
quando ab Hierosolymis exijt cum discipulis
suis in Iudæam terram, & illic morabatur cum
eis, baptizabat non per seipsum, sed per disci-
pulos suos, quos intelligimus iam fuisse bapti-
zatos, siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli ar-
bitrantur, siue quod magis credibile est baptis-
mo Christi. Neq; enim ministerio baptizandi
defuit, ut haberet baptizatos seruos per quos
cæteros baptizaret, qui non defuit memorabi-
lis illius humilitatis ministerio, quādo eis lauit
pedes, & petenti Petro ut non tātum pedes, ue-
rum etiam manus & caput ei lauaret, Respon-
dit, Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes la- Io.13
uet, sed est mundus totus: ubi intelligitur quod
iam Petrus baptizatus fuerat. Quomodo autē
iste dicat quod in epistola tua posuisti, quod a-
postoli dederint pœnitentiā pro baptismo, non
euidenter expressum est. Si enim pro baptismo
ideo dicit, quia per pœnitentiā remittuntur pec
cata, habet aliquid rationis quod dicit. Sed ta-
lis pœnitētia post baptismum potest utilis esse,
si quis peccauerit. Iste autem quoniā negat post
baptismum dari pœnitentiæ locum, cum dicit,
sicut scripsisti, pœnitentiam solam ante baptis-
mum esse, datur intelligi sic eum dixisse, quòd
apostoli dederint pœnitētiam pro baptismo, ut
ante baptismum eam dederint, atq; ij quibus da
ta sit, postea non fuerint baptizati, quia eis illa
pro baptismo fuit, quod Nouatianos dicere nū
quam audiui. Vnde quære diligenter, ne forte
alicuius alterius erroris sit, & Nouatianū se esse
confingat uel putet. Aut si & hoc Nouatiani di
cunt, nescio: illud tamē scio quoniam quisquis
hoc dicit, à regula fidei catholicæ & à doctrina
Christi & apostolorū prorsus alienus est. Agūt De conse. dist.
enim homines ante baptismum pœnitētiam de 4. agunt ho
suis prioribus peccatis, ita tamē ut etiam bapti- mines
zentur, sicut scriptum est in Actibus apostolo-
rum, loquente Petro ad Iudæos & dicente, Agi Act.2
te pœnitentiam, & baptizetur unusquisq; ue-
strum in nomine domini Iesu Christi, & dimit-
tentur uobis peccata uestra. Agunt etiam homi Peccata ob
nes pœnitentiam, si post baptismum ita pecca- quæ excom-
uerint ut excommunicari & postea recōciliari municamur
mereantur. Sicut agunt in omnibus ecclesiis illi
qui proprie pœnitētes appellātur. De tali enim
pœnitentia loquutus est apostolus Paulus, ubi
ait: Ne iterum cum uenero humiliet me deus a- 2 Cor.12
pud uos & lugeam multos ex ijs qui ante pecca
uerunt & non egerunt pœnitentiam super im-
mundicia & luxuria & fornicatione quam ege
runt: neq; enim scribebat ista, nisi eis qui iam ba
ptizati fuerant. Habemus etiā in Actibus apo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act. 8 storum: Simonem iam baptizatum, cum pecuniæ uellet emere, ut ei per impositionem manus daretur spiritus sanctus, admonitum à Petro ut de hoc graui peccato ageret pœnitẽtiam. Est etiam pœnitentia bonorum & humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neq; enim ea nobis dimitti uolumus, quæ dimissa non dubitamus in baptismo, sed illa utiq; quæ humanæ fragilitati quãuis parua tamen crebra subrepunt. Quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment sicut unum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium utrum uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam & per negligentiam derelicta atq; cõtempta impleat nauem atq; submergat? Propter hæc ieiunia & eleemosynæ & orationes inuigilãt, in quibus cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus: manifestamus habere nos quod nobis dimittatur, atq; in ijs uerbis humiliantes animas nostras, quotidianam quodammodo agere pœnitẽtiam non cessamus. Ad ea quę scripsisti, puto me breuiter sed sufficienter respondisse. Superest ut ille non sit contentiosus propter quem lucrãdum ad me tales literas destinandas putasti.

Venialia multa obruunt

A

B

Augustinus monachas, quæ dum student mutare Præpositam indecenter fuerant tumultuatæ, reuocat ad concordiam præscribens illis uitæ regulam. Epistola CIX

S Icut parata est seueritas peccata quę inuenerit uindicare: ita non uult charitas quod uindicet inuenire. Hæc causa fecit ut ad uos non uenirẽ cum meam præsentiam quæreretis, non ad pacis uestræ gaudiũ, sed ad dissensionis uestræ augmentum. Quomodo enim contemnerem & impunitum relinquerem, si & me præsente tãtus uester tumultus existeret, quãtus me absente, etsi oculos meos latuit, tamen aures meas uestris uocibus uerberauit? Nam fortassis etiã maior esset uestra seditio in præsentia mea, cum necesse esset uobis non cõcedi, quæ in pernicios issimum exemplum contra sanam disciplinam, quod uobis non expedit petebatis, ac sic quales nõ uolo inuenirẽ uos, & ipse inuenirer à uobis qualem non uolebatis. Cum ergo scribat apostolus ad Corinthios dicens, Testẽ deum facio super animam meam, quia parcens uobis nondum ueni Corinthum, non quia dominamur fidei uestrę, sed cooperatores sumus gaudij uestri: hoc ego etiam dico uobis, quia parcens uobis nõ ad uos ueni. Peperci etiam mihi, ne tristiciam super tristiciam haberem, & elegi non ut exhiberem faciem meam uobis, sed effunderẽ cor meum deo pro uobis, & causam magni periculi uestri, non apud uos uerbis, sed apud deum lachrymis agerem, ne conuertat in luctum gaudiũ meum, quo

C

D

soleo gaudere de uobis, & inter tanta scandala, quibus ubiq; abũdat hic mundus aliquãdo consolari, cogitans copiosam congregationẽ, & castam dilectionem, & sanctam conuersationẽ uestram, & largiorem gratiam dei, quę data est uobis, ut non solum carnales nuptias contemnere tis, uerum etiam eligeretis in domo societatem unanimes habitandi, ut sit uobis anima una & cor unum in deum. Hæc in uobis bona, hæc dei dona cõsiderans, inter multas tempestates quibus ex alijs malis quatitur cor meũ solet utcũq; requiescere. Currebatis bene, quis uos fascinauit? Suasio illa non est ex deo qui uocauit uos. Modicum fermẽti: nolo dicere quod sequitur. Hoc enim magis cupio & oro & hortor, ut ipsũ fermentum cõuertatur in melius, ne tota massa sicut penè iam fecerat, conuertatur in peius. Si ergo repullulastis sanum facere, orate ne intretis in tentationem, ne iterum in contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones, susurrationes. Non enim sic plantauimus & rigauimus ortum dominicũ in uobis, ut spinas metamus istas ex uobis. Si autẽ adhuc uestra tumultuatur infirmitas, orate ut eruamini de tentatione. Quæ autem cõturbant uos, si adhuc cõturbãt uos, nisi correxerint portabunt iudiciũ quæcunq; illæ fuerint. Cogitate qd mali sit, ut in dogmatis unitate gaudeamus, interna schismata in monasterio lugeamus. Perseuerate in bono proposito, & nõ desiderabitis mutare Præpositam, qua in monasterio illo pertã multos annos perseuerãte & numero & ætate creuistis, quę uos mater non utero sed animo susc epit. Omnes enim quæ illuc uenistis, ibi eã aut sanctæ Præpositæ sorori meæ seruientẽ, placentem, aut etiam ipsam Præpositã quæ uos suscepit inuenistis: sub ipsa estis eruditæ, sub illa uelatę, sub illa multiplicatę, & sic tumultuamini ut eã uobis mutetis, cũ lugere deberetis, si eam uobis mutare uellemus. Ipsa est quã nostis, ipsa est ad quam uenistis, ipsa est quã per tot annos habendo creuistis. Nouum non accepistis nisi Præpositum, aut si propter illum quæritis nouitatem, & in eius inuidiam cõtra matrẽ uestram sic rebellastis, cur non potius id petistis ut ipse uobis mutetur? Si aũt hoc exhorretis, quia nouit quomodo eũ in Christo uenerabiliter diligatis, cur non potius illam? In uobis nãq; regendis sic Præpositi rudimenta turbantur, ut magis uelit uos ipse deserere, cũ istam ex uobis famã & inuidiam sustinere, ut dicatur non uos aliam quæsituras fuisse Præpositam nisi ipsum cœpisse tis habere Præpositũ. Tranquillet ergo deus & comp onat animos uestros, non in uobis prævaleat opus diaboli, sed pax Christi uincat in cordib⁹ uestris: nec dolore animi quia non fit quod uultis, uel quia pudet uoluisse quod uelle nõ debuistis, erubescẽdo curratis in mortem, sed potius pœnitẽdo resumatis, nec habeatis pœnitẽtiam ludæ traditoris, sed potius lachrymas Petri pastoris

Regula beati Augustini, quã dedit sanctimonialibus

12.q.1.non dicatis

storis. Hæc sunt quæ ut obseruetis præcipimus in monasterio constitutæ. Primũ propter quod estis in unum cõgregatæ, ubi unanimes habitetis in domo, & sit uobis cor unum & anima una in deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed sint uobis omnia cõmunia, & distribuatur unicuiq; uestrũ à Præposita uestra uictus & tegumẽtum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter uales omnes, sed unicuiq; sicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus apostolorum: quia erãt eis omnia cõmunia, & distribuebatur singulis prout cuiq; opus erat. Quæ aliquid habebãt in seculo, quando ingressæ sunt monasteriũ, liben ter uelint illud esse commune. Quæ autem non habebãt, non ea quærãt in monasterio quæ nec foris habere potuerunt: sed tamen earum infirmitati quod opus est tribuatur, & si pauperies earum quãdo foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire: ac non ideo putẽt se esse felices, quia inuenerunt uictum & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt: nec erigant cerui cem quia sociantur eis, ad quas foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant, & terrena bona non quærant, ne incipiant monasteria esse diuitibus utilia non pauperibus, si diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. Sed rursus etiam illæ quæ aliquid esse uidebãtur in seculo, non habeãt fastidio sorores suas, quæ ad illam sanctam societatẽ ex paupertate uenerũt. Magis autem studeant non de parẽtum diuitũ dignitate, sed de pauperum sororum societate gloriari. Nec extollantur si cõmuni uitæ de suis facultatibus aliquid contulerunt: nec de suis diuitijs magis superbiãt, quia eas monasterio pariuntur, cũ si eis in seculo fruerẽtur. Alia quippe quæ cũq; iniquitas in malis operibus exercetur ut fiãt: superbia uero bonis operibus insidiatur ut pereãt. Et quid prodest dispergere dãdo paup eribus & pauperẽ fieri, si anima misera superbior efficiatur contemnendo cũ fuerat possidendo? Omnes ergo unanimiter & concorditer uiuite, & honorate in uobis inuicem deum, cuius templa factæ estis: orationibus instate horis & tẽporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod est factum, unde & nomen accepit: ut si aliquæ etiam præter constitutas, si eis uacat orare uoluerint, non eis sint impedimẽto quę ibi aliquid agere uoluerint. Psalmis & hymnis cum oratis deũ, hoc uertetur in corde quod profertur in uoce, & nolite cantare nisi quod legitis esse cantandũ: quod autem non ita scriptũ est ut cantetur, non cantetur. Carnem uestrã domate ieiunijs & abstinentia escæ & potus quantum ualitudo permittit. Quando autem aliqua non potest ieiunare, non tamen extra horã prandij aliquid alimentorũ sumat, nisi cum ægrotat. Cum accediti ad mẽsam, donec inde surgatis, quod uobis secũdum consuetudinẽ legitur sine tumultu & contentionibus audite. Nec solæ uobis fauces sumant cibum, sed & aures percipiãt

Dist.4.2.in oratorio

Cantus monachorum

A

B

C

D

dei uerbum. Quæ infirmæ sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in uictu, non debet alijs molestum esse nec iniustum uideri quas fecit alia cõsuetudo fortiores. Nec illas feliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsæ: sed sibi potius gratulẽtur, quia ualent quod non ualent illæ. Et si eis quæ uenerunt ex moribus delicatioribus ad monasteriũ, aliquid alimẽtorum, uestimentorum, stramentorum, operimẽtorum datur, quod alijs fortioribus, & ideo feliciorib⁹ non datur, cogitare debent quibus non datur, quãtum de sua seculari uita illæ ad istam descenderint, quãuis usq; ad aliarum quę sunt corpore fortiores, frugalitatem peruenire nequiuerint. Nec illæ debent cõturbari, quod eas uident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur accipere, ne contingat detestãda peruersitas, ut in monasterio, ubi quantum possunt fiunt diuites laboriosæ, fiãt pauperes delicatæ. Sane quẽ admodum ægrotãtes necesse habent minus accipere ne grauentur, ita post ægritudinẽ sic tractandæ sunt ut citius recreentur, etiam si de humillima seculi paupertate uenerũt, tanquã hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum uires pristinas recuperauerint, redeant ad feliciorem consuetudinẽ suam, quæ famulas dei tanto amplius decet, quãtominus indigent: nec ibi eas teneat uoluntas iam uegetas, quo necessitas leuarat infirmas. Illæ se existimẽt ditiores, quæ fuerint in sustinenda parcitate fortiores. Melius est enim minus egere, cũ plus habere. Nõ sit notabilis habitus uester, nec affectetis uestibus placere, sed moribus. Nec sint uobis tam tenera capitum tegmina, ne retiola subter appareant. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris uel spargat negligentia uel componat industria. Quando proceditis, simul ambulate, cũ ueneritis quo itis simul state. In incessu, in statu, in habitu, in omnibus motibus uestris nihil fiat quod illiciat cuiusquam libidinem, sed quod uestram deceat sanctitatem. Oculi uestri & si iacitur in aliquẽ, figantur in neminem. Neq; enim quãdo proceditis, uiros uidere, prohibemini, sed appetere aut ab ipsis appeti uelle criminosum est. Nec solo tactu, sed affectu quoq; & aspectu appetitur & appetit fœmina. Nec dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: qa impudicus oculus impudici cordis est nũcius. Et cum se inuicem sibi etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nũciant impudica, & secũdum concupiscentiã carnis alterutro delectantur ardore, etiã intactis ab immunda uiolatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet quæ in masculum figit oculum, & illius in seipsam diligit fixum, nõ ab alijs uideri cũ hoc facit, uidetur omnino & à quibus uideri non arbitratur. Sed ecce lateat, & à nemine hominum uideatur, quid faciet de illo superno inspectore, quem latere nihil potest? An ideo pu-

Notabilis habitus

23.q.5.nec solo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tandus est non uidere, quia tanto uidet patien/
tius quanto sapiētius: Illi ergo timeat sancta fœ
mina displicere, ne uelit uiro male placere: illū
cogitet omnia uidere, ne uelit uiro male uideri.
Illius nanq; & in hac causa commendatius est ti
mor, ubi scriptum est: Abominatio est domino
defigens oculum. Quādo ergo simul estis in ec
clesia, & ubicūq; ubi & uiri sunt, inuicē uestram
pudicitiam custodite. Deus enim qui habitat in
uobis, etiā isto modo uos custodiet ex uobis. Et
si hanc de qua loquor, oculi petulantiā in aliqua
uestrūm aduerteritis, statim admonete ne cœ
pta progrediantur, sed ex proximo corrigātur.
Si autem & post admonitionē iterum uel alio
quocūq; die idipsum eam facere uideritis, iam
uelut uulneratam sanandā prodat quæcūq; in/
uenire potuit hoc, prius tamen & alteri uel ter
tiæ demonstratā, ut duarum uel trium possit ore
conuinci, & competēti seueritate coerceri. Nec
5.q.5.non iudicetis uos iudicetis esse maleuolas, quando hoc indi/
catis. Magis quippe innocentes non estis, si so/
rores uestras, quas indicādo corrigere potestis,
tacēdo perire permittitis. Si enim soror tua uul/
nus haberet in corpore quod uellet occultari,
dum timeret secari, nonne crudeliter abs te sile/
retur, & misericorditer indicaretur: Quanto er
go potius eā debes manifestare, ne pernicio sius
putrescat in corde? Sed antequàm alijs demon/
stretur, per quas conuincenda est si negauerit,
prius Præpositæ debet ostendi, si admonita ne/
glexerit corrigi, ne fortè possit secretius corre/
pta innotescere cæteris. Si autē negauerit, tunc
neganti adhibendæ sunt aliæ, ut iam corā omni
bus possit, non ab una teste argui, sed à duabus
tribus ue cōuinci. Conuicta uero secundū Præ/
positæ uel presbyteri arbitrium, debet emenda
toriam sustinere uindictam, quam si ferre recusa
uerit, & si ipsa nō abscesserit, de uestra societate
proijciatur. Non enim & hoc sit crudeliter, sed
misericorditer, ne cōtagione pestifera plurimas
perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figēdo,
etiam in cæteris inueniendis, prohibendis, indi
candis, conuincendis, uindicandisq; peccatis
diligēter obseruetur cum dilectione hominum
32.q.1.non dicatis & odio uitiorum. Quæcunq; autem in tantum
progressa fuerit malum, ut occulte ab aliquo li/
teras uel quælibet munuscula accipiat, si hoc ul
tro confitetur, parcatur illi, & oretur pro ea. Si
autem deprehēditur atq; cōuincitur secundum
arbitriū Præpositæ uel presbyteri uel etiam epi
scopi, grauius emēdetur. Vestes uestras in uno
loco habete sub una custode uel duab⁹ uel quot
sufficere potuerint ad eas excutiēdas, ne à tinea
lædantur. Et sicut pascimini ex uno cellario, sic
induamini ex uno uestiario. Et si fieri potest, nō
ad uos pertineat quid uobis induendū pro tem
poris congruentia proferatur, utrū hoc recipiat
unaquæq; uestrūm quod depositum erat, an aliud
quod altera habuerat, dum tamē unicuiq; quod
opus est non negetur. Si aūt hinc inter uos con/

A tentiones & murmura oriuntur, & contingeritur
aliqua deteriùs aliquid se accepisse, q̄ prius ha/
buerat, & indignā se quæ non ita uestiatur sicut
alia soror eius uestiebat, hinc uos probate quan
tū uobis desit in illo interiore sancto habitu cor
dis, quæ pro habitu corporis litigatis. Tamen si
uestra tolerat infirmitas ut hoc recipiatis quod
posueratis, in uno tamen loco sub cōmunibus
custodibus habete quod ponitis, ita sanè ut nul/
la sibi aliquid operetur, siue unde induatur, siue
ubi iaceat, siue unde cingatur uel operiatur, uel
caput contegat: sed omnia opera uestra in com
mune fiant maiore studio & frequentiori alacri
tate, q̄ si uobis propria faceretis. Charitas enī 1 Cor. 13
de qua scriptum est, q̄ non quærit quæ sua sunt,
B sic intelligitur, quia cōmunia proprijs, non pro/
pria cōmunibus anteponit. Et ideo quanto am/
plius rem cōmunem q̄ propriam curaueritis,
tāto amplius uos profecisse noueritis, ut in om/
nibus quibus utitur transitura necessitas, supere
mineat quæ permanet charitas. Consequens er
go est ut etiam illud quod suis uel filiabus uel ali
qua necessitudine ad se pertinentibus in mona/
steria cōstitutis aliquis uel aliqua cōtulerit, siue
uestem siue quodlibet aliud inter necessaria de/
putādum, non occulte accipiatur, sed sit in pote
state Præpositæ, ut in cōmune redactū, cum ne/
cessarium fuerit præbeatur. Quod si aliqua rem
sibi collatam celauerit, furti iudicio cōdēnetur.
Indumenta uestra secundū arbitriū Præpositæ
lauentur, siue à uobis, siue à fullonibus, ne inte/
riores animæ sordes cōtrahat mundæ uestis ni/
mius appetitus. Lauacrū etiam corporū, usus q̄
balneārum non sit assiduus, sed eo quo solet in/
teruallo tēporis tribuatur, hoc est semel in men
se. Cuius autem infirmitatis necessitas cogit la/ Balneis
uādum corpus, non longius differatur: fiat sine mendum
murmure de cōsilio medici, ita ut etiam si nolit,
iubente Præposita faciat quod faciendū est pro
salute. Si autem uelit, & fortè non expedit, suæ
cupiditati non obediatur: aliquādo enim etiam
si noceat, prodesse credit quod delectat. Deniq;
si latens est dolor in corpore famulæ dei, dicēti
quid sibi doleat, sine dubitatiōe credatur: sed ta
men utrum sanādo illi dolori quod delectat, ex/
D pediat: si non est certū, medicus cōsulatur. Nec
eant ad balneas, siue quocūq; ire necesse fuerit,
minus q̄ tres. Nec illa quæ habet aliquò eun/
di necessitatem, cum quibus ipsa uoluerit, sed
cū quibus Præposita iusserit, ire debebit. Aegro
rantium cura siue post ægritudinē reficiendarū,
siue aliqua imbecillitate etiā, siue febribus labo
rantium, alicui debet iniungi, ut ipsa de cellario
petat quod cuiq; opus esse perspexerit: siue autē
quæ cellario, siue quę uestibus, siue quæ codici/
bus præponūtur, sine murmure seruiant sororī/
bus suis. Codices certa hora singulis diebus pe
tantur, extra horā quæ petiuerint non accipiāt.
Vestimēta uero & calciamēta quando fuerint
indigenti necessaria, dare non differant sub qua

rum

rum custodia sunt quæ poscuntur. Lites aut nul
las habeatis, aut q̄ celerrime finiatis, ne ira cre/
scat in odium, & trabem faciat de festuca, et ani
mam faciat homicidam. Neq; enim ad solos ui
ros pertinet quod scriptum est, Qui odit fratrē
1 Io. 3 suum, homicida est: sed sexu masculino, quē pri
mum deus fecit, etiam fœmineus præceptū se/
xus accepit. Quæcūq; conuitio uel maledicto,
uel etiam criminis obiectu alteram læserit, me/
minerit satisfactione, quantocius curare quod
fecit, & illa quæ læsa est, sine disceptatiōe dimit
tere. Si autem inuicem se læserunt, inuicem sibi
debita relaxare debebunt propter orationes ue
stras, quas utiq; quanto crebriores habetis, tāto
sanctiores habere debetis. Melior est autē, quæ
quāuis ira sæpe tentatur, tamen impetrare festi
B nat, ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniu/
riam, q̄ quæ tardius irascitur, & ad ueniam pe/
tendam difficilius inclinatur. Quæ non uult di/
mittere sorori, nō speret accipere orationis effe
86 dist. quādo cium: quæ autem nūquam uult petere ueniam,
aut non ex animo petit, sine causa est in mona/
sterio, etiam si non inde proijciatur. Proinde uo
bis à uerbis durioribus parcite, quę si emissa fue
rint ex ore uestro, non pigeat ex ipso ore profer
re medicamēta, ex quo facta sunt uulnera. Quā/
do autem necessitas disciplinæ minoribus coer
cēdis dicere uos uerba dura compellit, si etiam
in ipsis modum uos excessisse sentitis, non à uo
bis exigitur ut ab eis ueniā postuletis, ne apud
eas quas oportet esse subiectas, dum nimia ser/ C
uatur humilitas, regēdi frangatur autoritas: sed
tamen petenda est uenia ab omnium domino,
qui nouit etiam eas quas plus iusto fortè corri/
pitis, quanta beneuolētia diligatis. Non autem
carnalis, sed spiritalis inter uos debet esse dile/
ctio: nam quæ faciūt pudoris immemores, etiā
fœminis fœminæ, iocando turpiter & ludēdo,
nō solum à uiduis & intactis ancillis Christi in
sancto proposito constitutis, sed omnino nec à
mulieribus nuptis, nec à uirginibus sunt facien
da nupturis. Præpositæ tanquam matri obedia
tur, honore seruato, ne in illa offendatur deus:
multo magis presbytero, qui omnium uestrūm
curam gerit. Vt ergo cuncta ista seruentur, & si
D quid seruatum non fuerit, non negligenter præ
tereatur, sed emendandū corrigendumq; cure/
tur, ad Præpositam præcipue pertinet, ita ut ad
Præposita presbyterū qui uobis intēdit, referat, quod mo/
dum uel uires eius excedit. Ipsa uero non se exi
stimet potestate dominante, sed charitate seruiē
te felicem. Honore corā hominibus prælata sit
uobis, coram Deo substrata sit pedibus uestris.
Circa omnes seipsam bonorū operum præbeat
exemplum. Corripiat inquietas, consoletur pu
sillanimes, suscipiat infirmas, patiens sit ad om/
nes, disciplinam libens habeat, metuens impo/
nat. Et quamuis utrunq; sit necessarium, tamen
plus à uobis amari appetat q̄ timeri, semper co
gitās deo se pro uobis reddituram esse rationē.

A Vnde magis obediendo non solum uestri, uerū
etiam ipsius miseremini, quæ inter uos quanto
in loco superiore, tanto in periculo maiori uer/
satur. Donet dominus ut obseruetis hæc omnia
cum dilectione tanquam spiritalis pulchritudi/
nis amatrices, & bono Christi odore de bona
conuersatione fragrantes, non sicut ancillæ sub
lege, sed sicut liberæ sub gratia cōstitutæ. Vt au
tem in hoc libello tanquam in speculo uos pos/
sitis inspicere, ne per obliuionem aliquid negli
gatis, semel in septimana uobis legatur: & ubi
uos inueneritis ea quæ scripta sunt facientes, agi
te gratias domino bonorum omnium largito/
ri: ubi autem sibi quæcūq; uestrum uidet deesse
aliquid, doleat de præterito, caueat de futuro,
orans ut & debitum dimittatur, & in tentatio/
nem non inducatur.

Acta excepta à notarijs in designando Eradio presbytero, qui Augustino succederet, & interim senem aliqua parte curarū subleuaret. C X

G Lorioſiſſimo Theodoſio duodecies & Valentiniano Auguſto iterū conſule, ſexto calendas Octobris, cū Auguſtinus epiſcopus unà cū Religia/no & Martiniano coepiſcopis ſuis cōſediſſet in eccleſia pacis Hipponēſium regionum, præſentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Ruſtico, Lazaro & Eradio presbyteris, aſtante clero & frequēti populo, Auguſtinus epiſcopus dixit, Quod heſterno die promiſi charitati ueſtræ, propter quod uos uolui frequētius conueniſſe, mora omni poſtpoſita hoc agendū eſt. Si enim aliud uelim loqui, in illud ſuſpenſi, minus auditis. Omnes in hac uita mortales ſum⁹, & dies huius uitæ ultim⁹, omni homini eſt ſemper incertus: uerum tamen in infantia ſperatur pueritia, & in pueritia ſperatur adoleſcentia, & in adoleſcentia ſperatur iuuentus, & in iuuentute ſperatur grauitas, & in grauitate ſperatur ſenectus, utrum cōtingat incertum eſt, eſt tamen quod ſperatur. Senectus autem aliam ætatem quam ſperet non habet, incertum eſt enim ipſa ſenectus quandiu ſit homini, illud tamen certū eſt nullam remanere ætatem quæ poſſit ſuccedere ſenectuti: quia uoluit deus. Ad iſtam ciuitatem cum uigore ætatis aduenì, & tamen iuuenis fui & ſenui. Scio poſt obitus epiſcoporum per ambitioſos aut contētioſos ſolere eccleſias perturbari, & quod ſæpe expert⁹ ſum & doluì, debeo quantum ad me attinet, ne cōtingat huic proſpicere ciuitati. Sicuti nouit charitas ueſtra, in Meleuitana eccleſia modo fui: petierāt enim me fratres, & maxime ſerui Dei qui ibi ſunt, ut uenirem: quia poſt obitum beatæ memoriæ fratris & coepiſcopi mei Seueri, nonnulla ibi perturbatio populi timebatur. Veni, & quomodo uoluit dominus adiuuit nos pro ſua miſericordia, ut cum pace epiſcopum acciperent, quem uiuus deſignauerat epiſcopus eorū. Hoc enim eis cum innotuiſſet, uoluntatem precedentis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

decedentis episcopi sui libenter amplexi sunt. A
Episcopus olim ex suffragio populi designabatur
Minus tamen aliquid factū erat, unde nonnulli contristabantur, quia frater Seuerus credidit posse sufficere ut successorē suum apud clericos designaret, ad populum inde non est loquutus: & erat inde aliquorū nonnulla tristitia. Quid plura? Deo placuit: tristitia fugata est, gaudium successit. Ordinatus est episcopus, quē præcedens episcopus designauerat. Ergo ne aliquis de me queratur, uoluntatē meam quam credo dei esse, in omnium uestrum notitiam perfero: Presbyterum Eradium mihi successorem uolo. A po-
Mos acclamandi
pulo acclamatum est: Deo gratias, Christo laudes: dictum est uicies ter. Exaudi Christe, Augustino uita: dictū est sexies decies. Te patrem, te episcopū: dictum est octies. Cumq; reticeretur, Augustinus episcopus dixit: Non opus est me de laudibus eius aliquid dicere, faueo sapiētiæ, & parco uerecundiæ: sufficit quia nostis eū: & hoc me uelle dico, quod uos uelle scio: & si ante nescirē, hodie probarem. Hoc ergo uolo: hoc à domino deo nostro, nunc etiam in ætate frigida uotis feruentibus posco: hoc ut mecum oretis exhortor, admoneo, rogo, ut omniū in pace Christi collatis & conflatis mentibus confirmet deus quod operatus est in nobis. Qui misit mihi eum, seruet eum, seruet incolumem, seruet sine crimine, ut qui facit gaudiū uiuētis, locum suppleat moriētis. A notarijs ecclesiæ sicut cernitis excipiuntur quæ dicimus, excipiūtur quæ dicitis, & meus sermo & uestræ acclamationes C
in terram non cadunt. Apertius ut dicam, ecclesiastica nūc gesta cōficimus. Sic enim hoc esse, quantum ad homines attinet, confirmatū uolo. A populo acclamatum est trigesies sexies: Deo gratias, Christo laudes. Exaudi Christe, Augustino uita: dictū est tredecies. Te patrem, te episcopum: dictum est octies. Dignus & iustus est: dictū est uicies. Bene meritus, bene dignus: dictum est quinquies. Cumq; reticeretur, Augustinus episcopus dixit: Ego ut dicebā uoluntatē meam & uolūtatē uestram gestis ecclesiasticis, quantum ad homines attinet, confirmatā uolo, quantum uero ad latentem omnipotētis uoluntatem, omnes (ut dixi) oremus ut cōfirmet deus quod operatus est in nobis. A populo acclama D
tum est: Iudicio tuo gratias agimus: dictum est sedecies. Fiat, fiat: dictum est duodecies. Te patrem Eradium episcopū: dictum sexies. Cumq; reticeretur, Augustinus episcopus dixit: Scio quod scitis & uos, sed nolo de illo fieri quod de me factum est: quod autem factum sit, multi scitis: illi soli nesciūt, qui tunc aut nondū nati erāt, aut nondum habebant ætatem sciendi. Adhuc in corpore posito beatæ memoriæ patre & episcopo meo sene Valerio, episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo, quod cōcilio Niceno prohibitum fuisse nesciebā, nec ipse sciebat. Quod ergo reprehensum est in me, nolo reprehēdi in filio meo. A populo acclamatum est: Deo gratias, Christo laudes: dictū est tredecies. Cumq; reticeretur, Augustinus episcopus dixit: Erit presbyter ut est, quando deus uoluerit futurus episcopus. Sed planè modo facturus sum adiuuante misericordia Christi, quod adhuc usq; nō feci. Nostis ante aliquot annos quid facere uoluerim, & nō permisistis. Placuit mihi & uobis propter curā scripturarū, quam mihi fratres & patres mei coepiscopi duobus conciliis Numidiæ & Carthaginis imponere dignati sunt, ut per quinq; dies nemo mihi molestus esset. Gesta cōfecta sunt, placuit, acclamastis. Recitatur placitum uestrum, & acclamatio uestra. Paruo tempore seruatū est circa me, & postea uiolēter irruptum est, & nō permittor ad quod uolo uacare ante meridiem, post meridiem occupatio- B
nibus hominū teneor. Obsecro uos & obstringo per Christū, ut huic iuueni, huic presbytero Eradio, quem hodie in nomine Christi designo episcopū successorē mihi, patiamini refundere onera occupationum mearum. A populo acclamatum est: Iudicio tuo gratias agimus: dictū est uicies sexies. Cūq; reticeretur, Augustinus episcopus dixit: Ego charitati & beneuolentiæ uestræ apud dominū deum nostrum gratias ago, imò de illa deo gratias. Ergo fratres quicq̄d est quod ad me perferebatur, ad illum perferatur: ubi necessariū habuerit consiliū, meum non negabo auxilium. Absit ut me abstraham: tamen quicquid illud est quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ipse me autem cōsulat, si fortè non inuenit quid facere debeat, aut poscat adiutorem quem nouit patrē: ut & uobis nihil desit, & ego tandem aliquando, si quantulūcunq; spaciū mihi huius uitæ donauerit deus, ipsam meā quantulācūq; uitam non dem segniciei, nec donem inertiæ, sed in sanctis scripturis quātū ipse permittit & largitur exerceam: hoc & ipsi proderit, & per ipsum etiā uobis. Nemo ergo inuideat ocio meo, quia meum ocium magnum habet negociū. Video me de hac re, propter quā uos inuitaui, omnia uobiscū egisse quæ debui. *Subscriptio*
Hoc ad ultimum rogo, ut gestis istis dignemini subscribere qui potestis. Hic mihi responsione uestra opus est: teneam responsionē uestram: de
hac assensione aliquid acclamate. A populo acclamatū est: Fiat, fiat: dictum uicies quinquies. Dignum est, iustum est: dictum uicies octies. Fiat, fiat: dictum quater decies. Olim dignus, olim meritus: dictum uicies quinquies. Iudicio tuo gratias agimus: dictum tredecies. Exaudi Christe, Eradium conserua: dictum octies decies. Cumq; reticeretur, Augustinus episcopus dixit: Bene habet, ut ea quæ dei sunt, circa sacrificium eius agere ualeamus, in qua hora supplicationis nostræ maxime commendo charitati uestræ, ut omnes uestras causas & negocia intermittatis, & pro ista ecclesia & pro me & pro presbytero Eradio Domino precem fundatis.

Censura

Censura epistolæ quæ fuerat centesima undecima.

¶ Epistolam CXI loco mouimus, cq̄ cum esset prolixa non solum nihil haberet Augustini, uerū etiam hominis uideretur fortasse pij, sed prius illiterati: quod non hinc tantum deprehenditur, quod subinde solœcisat, sed multo magis hinc cq̄ nullo ordine, nullis nexuis diffluit oratio, dicas arenam sine calce. Idētidem exclamat ubi nihil est opus: O mi frater, ó mi frater charissime, ó frater mi. Ad hæc meminit quod ab amicis diuulsus sit mutato habitu, quod nusquā de Augustino legimus in fidelibus historijs. Tum exordiū cq̄ est abruptum & alienum ab Augustini consuetudine, O mi frater: absq; præfatione uel nominis uel salutationis. Variabat & titulus adiectus, quidā codices habebāt ad Bonifaciū, quidam ad Iulianū comitem. Et hoc argumentū suppositicij libelli, cuius amore si quis tenetur, idem excusus erat in parte operū decima, & quidem aliquanto minus depraua-
tus. Et pòst
B
suo reddetur loco, si uidebitur: hoc uolumen palàm alienis & ineruditis onerare non placuit, sed in huius locum aliam germanam subiecimus.

Augustinus Fortunatiano episcopo Siccensi, ut episcopū quendam ipsi reconciliet, quem literis superioribus offenderat, præsertim hoc dicto, cq̄ scripserat nos his corporeis oculis non uisuros deum. Apparet autem illum episcopum quem non nominat, cum Anthropomorphitis sensisse diligenter interim explicans quōmodo deus uidetur, & quatenus. Epistola CXI

S Icut præsens rogaui, & nūc commoneo, ut fratrem nostrum de quo colloquuti sum⁹ uidere & rogare digneris, ut ignoscat mihi si quid durius & asperius in se dictum accepit in epistola quā me illo modo scripsisse nō pœnitet, quia dixi istius *C*
corporis oculos nec uidere deum, nec esse uisuros. Causam quippe adiūxi cur hoc dixerim, ne scilicet deus ipse corpore⁹ esse credat, & in loci spacio interualloq; uisibilis. Nihil em̄ uidere aliter isti⁹ corporis ocul⁹ pōt. Et ne illud qd̄ dictū
1 Cor. 13 est, Facie ad faciē: sic accipiat, tanq̄ mēbris corporis terminat⁹ sit deus. Ideo me ergo dixisse illud nō pœnitet, ne de ipso deo tam impie sentiamus, ut eum nō ubiq; totū, sed per localia spacia diuisibilē existimem⁹. Talia qppe ijs oculis nouim⁹. Cęterū nihil tale de deo sentiēs, sed eū incōmutabilē & incorporalē spiritū ubiq; totū esse credēs, si tantā quisq; mutationē huius corporis futurā putat, cū ex animali fuerit spiritale, ut
D
etiā substātiā incorporalē nō locorū interuallis uel spacijs diuisibilē, uel etiā mēbrorū liniamentis ac finib⁹ terminatā, sed ubiq; totā per tale corpus uidere possim⁹, uolo & me doceat si uerū sapit: si aūt in hoc falsum sentit, lōge tolerabilius est corpori aliq̄d arrogare, q̄ deo derogare. Et si uera est ista sentētia, nō erit cōtraria uerbis meis quæ in illa epistola posui. Istius nanq; corporis oculos dixi nō uisuros deū, hoc intuēs qd̄ istius corporis oculi omnino nō possunt cernere nisi corpora quę ab eis aliquo loci interuallo separata sunt: nā si nullū interuallū sit, nec ipsa corpora per eos uidem⁹. Porrò aūt si in tātā sui dissimilitudinē nostra corpora mutabunt, ut oculos habeāt per quos uideat illa substātia, quę nō per lo-
A
corū spacia uel diffunditur uel finitur, alibi habēs aliā partē, alibi aliā, in minore loco minorē, in maiore maiorem, sed ubiq; incorporaliter tota est, lōge aliud erūt hęc corpora, & nō erūt ipsa: nec sola detracta mortalitate atq; corruptiōe & pōderis grauitate aliud erūt, sed in uirtutē ipsi⁹ mentis quodāmodo cōuertentur, si uidere poterunt, quomodo tūc mēti, nunc aūt nec ipsi mēti uidere cōcessum est. Si enim mutatis moribus dicimus hominē nō esse qui fuit, si deniq; mutatis ętatibus ipsum corpus nō dicimus esse qd̄ fuit: quāto magis ipsum nō erit tāta cōuersione mutatū, ut nō solū immortaliter uiuat, uerū etiā inuisibilē uideat. Quapropter si uidebūt deū, non istius corporis oculi uidebūt, quia et in hoc non
B
erit ipsum corpus usq; in illā uim potentiāq; mutatū, & nō est cōtraria ista opinio illis uerbis epistolæ meæ. Si aūt hactenus non erit ipsum, quia nūc mortale tunc immortale, nūc aggrauās animam, tūc nullo pōdere ad omnē motū erit facil limū: ad uidēda uero ea quę locorū spacijs interuallisq; cernunt̄, si nō aliud cq̄ ipsum erit, substātiam incorporalē & ubiq; totā nullo modo uidebit. Siue ergo hoc, siue illud uerū sit, secūdū utrūq; uerū est, cq̄ istius corporis oculi deū non uidebunt. Aut enim istius erūt & nō uidebūt, aut nō erūt istius si uidebūt: quoniā tāta cōmutatione lōge alterius corporis erūt. Sed paratus sum, si qd de hac re melius nouit hic frater, uel ab ipso, uel ab alio à quo didicit, discere. Quod si irridē-
ter dicerē, etiā illud de deo corporali mēbrisq; per loca diuisibili, dicerem paratū me esse discere: quod nō dico, quia nō irridēter loquor, & talem deū nō esse omnino nō ambigo, & ne talis esse credereť, illā epistolā scripsi: in qua dum essem in admonēdo solicitus, quā nominibus tacitis cōscripsi, in corripiēdo nimi⁹ atq; improuid⁹ fui, nec fraternā & episcopalē personā sicut frater & episcopus quēadmodū fuerat dignū cogitaui: hoc nō defendo, sed reprehēdo: hoc nō excuso, sed accuso. Ignoscat̄ peto, recordet̄ nostrā dilectionē pristinā, & obliuiscatur offensionem nouā. Faciat certe quod me nō feciſſe succēsuit. Habeat lenitatē in danda uenia, quā ego nō habui in illa epistola conscribēda. Hoc per tuā charitatem rogo, quod presens præsentē rogare uoluerā si eius haberem copiam. Quod cum conatus essem, scribēte ad eum uiro uenerabili, nobisq; omnibus honore præferendo, uenire noluit, dolum forsitā meum sicut pleraq; humana sunt, quantū existimo suspicatus, à quo me longe abesse, tu illi fac fidem quantum potes qui præsens facilius potes. Indica ei cum quāto & quam uero dolore de offensione animi eius tecum fuerim colloquutus. Nouerit quàm nō eū contemnam, & quantum in illo deum timeam, & cogitem caput nostrum in cuius corpore fratres sumus. Ad locum in quo habitat ideo mihi putaui non esse ueniendum, ne spectaculū faceremus ridēdum alienis, nostris dolendū, nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

pudēdum: per tuam ſanctitatem & charitatem totū recte agi poteſt. Ab illo quippe agitur qui per fidem ſuam habitat in corde tuo, quē credo quod non ſpernit in te cum agnoſcit in ſe. Ego certe in hac cauſa quid melius facerem non inueni, cū ut ueniam peterem à fratre qui læſum ſe literarum mearum aſperitate cōqueſtus eſt. Faciet et ipſe, ut ſpero, quod ſibi imperari nouit ab
Col.3 eo qui per Apoſtolum loquens ait: Donātes uobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquē habet querelā, ſicut & deus in Chriſto donauit uobis. Eſtote ergo imitatores dei ſicut filij dilectiſſimi, & ambulate in charitate ſicut & Chriſtus dilexit uos. In hac charitate ambulantes, ſi quid diligētius poſſumus, de ſpiritali corpore quod in reſurrectione habebimus, cōcorditer inquiram⁹.
Phil.3 Quia & ſi quid aliter ſapimus, hoc quoq; nobis deus reuelabit ſi in illo maneamus. Qui aūt ma
1 Io.4 net in charitate, in deo manet, et deus in illo manet, quia deus charitas eſt, ſiue tanq̄ eius fons ineffabiliter exiſtendo, ſiue illam nobis per ſpiritum ſuum largiendo. Si ergo doceri poteſt, q̄ charitas corporalibus oculis aliquando uidebitur, poterit fortaſſis & deus. Si aūt iſta nūquam poterit, multo minus iſte fons eius, uel ſi quid dici excellentius & conueniētius de tanta re poteſt. Magni quidam uiri & in ſcripturis ſanctis doctiſſimi, qui plurimum eccleſiam & bona ſtudia fidelium ſuis literis adiuuerunt, ubi eis occaſio data eſt, dixerunt inuiſibilem deum inuiſibiliter uideri, hoc eſt per eam naturam quæ in nobis quoq; inuiſibilis eſt, mūda ſcilicet mente uel corde. Beatus Ambroſius de Chriſto cum ageret ſecundū id quod uerbum eſt: Non enim corporalibus, inquit, ſed ſpiritalibus oculis Ieſus uidetur. Et paulo poſt, Non eum uiderunt, inquit, Iudæi, obcæcatū enim erat inſipiēs cor eorum. Hinc oſtēdens unde uideatur. Item cum de ſancto ſpiritu loqueretur, interpoſuit uerba domi-
Io.14 ni dicentis: Rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis qui uobiſcum ſit in æternū, ſpiritum ueritatis, quē hic mundus non poteſt accipere, quia non uidit eum, nec cognouit eum. Merito ergo ſe, inquit, in corpore demōſtrauit, quoniam in diuinitatis ſubſtantia non uidetur: uidimus ſpiritum, ſed in ſpecie corporali: uidea
D mus & patrē, ſed quia uidere non poſſumus, audiamus. Et paulo poſt: Audiamus ergo, inquit, patrem: inuiſibilis enim pater, ſed & filius inui-
Io.1 ſibilis ſecundū diuinitatem, Deum enim nemo uidit unquam: cum ergo filius deus, in eo utiq; q̄ deus eſt filius, non uidetur. Sanctus aūt Hieronymus ait, Videre deum ſicuti eſt in natura ſua, oculus hominis nō poteſt: non ſolū homo, nec angeli, nec throni, nec poteſtates, nec dominationes, nec omne nomē quod nominatur, neq; enim creatura poteſt aſpicere creatorem ſuum. His uerbis uir doctiſſimus ſatis oſtendit, quid etiā de futuro ſeculo ſenſerit quod ad hanc rem attinet. Quantūlibet enim oculi corporis noſtri
A mutentur in melius, angelorū oculis æquabuntur. Hic autem & ipſis & uniuerſæ omnino cœleſti creaturæ inuiſibilē naturam dixit eſſe creatoris. Aut ſi & hinc ſit quæſtio, & inferatur ulla dubitatio, utrum non ſimus futuri angelis potiores: ipſius domini eſt hinc aperta ſententia, ubi
Luc.20 ait de reſurrecturis in regnum: Erūt æquales angelis dei. Vnde idem ipſe ſanctus Hieronymus alibi ſic dicit: Homo igitur, dei faciē uidere non poteſt, angeli aūt etiam minimorum in eccleſia ſemper uident faciem dei: & nunc in ſpeculo uidemus & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in angelos profecerimus, & potuerimus cum Apoſtolo dicere: Nos aūt omnes reuelata facie gloriam domini
B ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanq̄ à domini ſpiritu, licet faciem dei iuxta naturæ ſuæ proprietatem nulla uideat creatura, & tūc mēte cernatur, quādo inuiſibilis creditur. In his uerbis hominis dei multa conſiderāda ſunt: Primum, quia ſecundū apertiſſimam domini ſententiam etiam ipſe ſentit tunc nos uiſuros faciem dei, cum in angelos profecerimus, id eſt æquales angelis facti fuerimus, quod erit utiq; in reſurrectione mortuorū. Deinde apoſtolico teſtimonio ſatis apparuit, non exterioris ſed interioris hominis faciem intelligendā, cum uidebimus facie ad faciem. De
2 Cori facie quippe cordis loquebat Apoſtolus, cum diceret quod hinc cōmemorauit: Nos autem re
C uelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandem imaginē transformamur. Quod ſi quiſquā dubitat, recenſeat eundē locū, & attendat unde Apoſtolus loquebat, de uelamine ſcilicet quod manet in lectione Veteris teſtamenti, donec quiſq; tranſeat ad Chriſtū, ut auferatur uelamē. Ibi quippe dicit: Nos autē reuelata facie, gloriā domini ſpeculantes, quæ facies in Iudæis non erat reuelata, de quib. dicit: Velamen ſuper cor eorum poſitum eſt, ut oſtendat cordis factē nobis eſſe reuelatā uelamine ablato. Poſtremo ne quiſquā iſta minus intuens, minusq; diſcernēs, uiſibilem deum uel angelis uel hominibus, cum æquales angelis facti fuerimus, ſiue nunc eſſe, ſiue futurum eſſe crederet, euidētiſſime quid ſen-
D tiret expreſſit, dicens q̄ faciem dei iuxta naturæ ſuæ proprietatem nulla uideat creatura, & tunc mente cernatur quādo inuiſibilis creditur. Vnde ſufficienter ſignificauit, quando uiſus eſt ab hominibus per oculos corporis, tanq̄ ipſe corporeus, non eum ſecūdum naturæ ſuæ proprietatem fuiſſe uiſum, in qua tunc mente cernitur, quando inuiſibilis creditur. Quibus inuiſibilis, niſi aſpectibus corporalibus etiam cœleſtibus, ſicut ſuprà de angelis & poteſtatibus & dominationibus dixit, quāto magis terreſtribus. Vnde alio loco euidentius dicit, non ſolū patris diuinitatem, ſed nec filij quidē & ſpiritus ſancti, quæ una in Trinitate natura eſt, poſſe oculos carnis aſpicere, ſed oculos mentis. De quibus

Angelis de ſuis corpo

ipſe

Mat.5 ipſe ſaluator ait: Beati mundo corde, quoniam
A ipſi deum uidebunt. Quid hac manifeſtatione lucidius? Si enim tantūmodo dixiſſet, Nec patris, nec filij, nec ſpiritus ſancti diuinitatē poſſe oculos carnis aſpicere, nec deinceps addidiſſet ſed oculos mētis, forte diceretur carnē iam non eſſe appellandā, cum corpus fuerit ſpiritale. Addendo ergo, & dicendo, Sed oculos mentis, ab omni genere corporis alienauit huiuſmodi uiſionem. Ne quis autem putaret eum tantum de preſenti tempore loquutū, ſubiecit etiā domini teſtimoniū uolens oſtendere quos dixerat oculos mentis, quo teſtimonio non preſentis ſed futuræ uiſionis promiſſio declaratur, Beati mūdo corde, quoniā ipſi deum uidebunt. Beatiſſimus
B quoq; Athanaſius Alexandrinus epiſcopus, cū ageret aduerſus Arrianos, qui tātūmodo deum patrem inuiſibilē dicūt, filium uero & ſpiritum ſanctum uiſibiles putāt, æqualem Trinitatis inuiſibilitatē ſcripturarū ſanctarum teſtimoniis, & diligentia ſuæ diſputationis aſſeruit, inſtātiſſi me ſuadēs deum non eſſe uiſum niſi aſſumptiōe creaturæ: ſecūdum deitatis autem ſuæ proprietatem omnino deum eſſe inuiſibilē, id eſt deum patrem & filium & ſpiritum ſanctū, niſi inquantum mēte ac ſpiritu noſci poteſt. Gregorius etiā ſanctus epiſcopus Orientalis apertiſſime dicit, deum natura inuiſibilem, quādo patribus uiſus eſt, ſicut Moyſi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicuius cōſpicabilis materiæ diſpoſitiōe aſſumpta, ſalua ſua inuiſibilitate uideri potuiſſe.
C Hoc eſt quod etiam noſter dicit Ambroſius, & patrem & filium & ſpiritū ſanctum ea ſpecie uideri quam uoluntas elegerit, non natura forma
1o.1 uerit: ut & illud uerū ſit, q̄ deum nemo uidit unquā: quæ uox ipſius domini Chriſti eſt: &, quē
1 Tim.6 nemo hominū uidit, nec uidere poteſt: quę uox Apoſtoli, imò eius per apoſtolū Chriſti eſt: & illa non repudiētur teſtimonia ſcripturarū, quibus deus uiſus eſſe narratur, quia & inuiſibilis eſt per propriam deitatis naturam, & cum uult uideri poteſt per aſſumptā ſicut placuerit creaturam. Porrò ſi natura ipſius eſt inuiſibilis ſicut incorruptibilis, non mutabitur utiq; in futuro ſeculo illa natura, ut de inuiſibili uiſibilis fi-
D at, quia neq; poterit de incorruptibili corruptibilis fieri: ſimul enim & incommutabilis eſt. Et
1 Tim.1 utiq; naturam eius cōmēdauit Apoſtolus, cum duo iſta ſimul poneret, dicēs: Regi autem ſeculorū inuiſibili, incorruptibili ſoli deo, honor & gloria in ſecula ſeculorū. Vnde non audeo ego iſta diſtinguere, ut dicā, Incorruptibili quidem in ſecula ſeculorum, inuiſibili aūt non in ſecula ſeculorum, ſed tātum in hoc ſeculo. Verū quia
Mat.3 nec iſta teſtimonia falſa eſſe poſſunt: Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Et ſci-
1 Io.3 mus quia cū apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eū ſicuti eſt: negare non poſſumus filios dei uiſuros deum, ſed ſicut uidentur inuiſibilia, ſicut ſeipſum oſtenſurū promittebat

Ambroſius ſuper Luc. c.1

qui hominibus apparebat in carne uiſibilis quā do dicebat: Et ego diligam eum & oſtēdam me ipſum illi, cum ante oculos hominū conſpicuus loqueretur. Vnde autē inuiſibilia uidentur, niſi oculis cordis? de quibus paulo ante dixi quid Hieronymus ſenſerit ad uidēdum deum. Hinc eſt etiam quod memoratus Mediolanenſis epiſcopus in ipſa reſurrectione dixit non facile eſſe uidere deum, niſi iſs qui mundo corde ſunt: & ideo ſcriptū eſſe, Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Quātos beatos, inquit, iam numerauerat, & tamen eis uidendi deum non promiſerat facultatē. Deinde adiungit & dicit, Si ergo iſ qui mundo ſunt corde deum uidebūt, utiq; alij deum non uidebūt. Et ne alios illos ac-
ciperemus, de quibus dictū eſt, Beati pauperes,
beati mites, &c. continuò ſubiūxit, Neq; enim Gal.5 indigni deum uidebunt. Indignos utiq; illos uolens intelligi, qui licet reſurgāt, deū uidere non poterūt, quoniam ad damnationem reſurgent, quia per fidem ueram quæ per dilectionē operatur, cor mundare noluerunt. Et ideo ſequitur & dicit: Neq; is qui deum uidere noluerit, poteſt deum uidere. Deinde quia occurrebat etiam impios omnes uelle uidere deum, ſtatim ut oſtenderet quare dixerit, qui deum uidere noluerit, quia utiq; illo modo nō uult deū uidere impius, quia cor mundare non uult, quo ille uideri poterit, ſequutus adiūxit, & ait: Nec in loco deus uidetur, ſed mūdo corde, nec corporalibus oculis deus quæritur, nec circūſcribitur uiſu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec ſentitur inceſſu. Quibus uerbis beatus Ambroſius uoluit admonere, quid debeant homines præparare qui uolunt deū uidere, hoc eſt cor mundare per fidem quę per dilectionem operatur dono ſpiritus ſancti, unde pignus accepimus, quo illā uiſionē deſiderare nouerimus. Nam de membris dei quæ aſſidue ſcriptura cōmemorat, ne quiſquā ſecundum carnis huius formam & figurā nos eſſe cre-
deret ſimiles deo, propterea et eadē ſcriptura, et alas habere deū dixit, quas nos utiq; non habemus. Sicut ergo alas cum audimus, protectionē Pſal.16
intelligimus: ſic & cum audimus manus, operationē intelligere debemus: & cum audimus pe-
des, præſentationē: & cum audimus oculos, uiſionē qua cognoſcitur: & cum audimus faciē, iuſticiam qua innoteſcit: & ſi quid aliud eadem ſcriptura tale cōmemorat, puto ſpiritaliter intelligendum. Neq; hoc ego tantum, aut ego prior, ſed omnes qui qualicūq; ſpiritali intelligētia reſiſtūt eis, qui ob hoc anthropomorphitæ nominantur. Ex quorū literis ne multa cōmemorando maiores moras faciam, hoc unum ſancti Hieronymi interpono, ut nouerit iſte frater, non ſe de hac re mecū magis quam cum prioribus agere debere, ſi quid eum cōtra permouet. Cum ergo ille uir in ſcripturis doctiſſim⁹, pſalmū expo-
neret, ubi dictū eſt, Intelligite ergo qui inſipientes eſtis in populo & ſtulti aliquādo ſapite, Qui Pſal.39
plantauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat? Inter cætera, iste locus, inquit, aduersus eos maxime facit, qui anthropomorphitæ sunt, qui dicunt deum habere mẽbra quæ etiam nos habemus: uerbi causa, Dicitur deus habere oculos? oculi domini aspiciunt omnia, manus domini facit omnia. Et audiuit, inquit, Adam sonum pedum domini deambulantis in paradiso: hæc simpliciter audiũt, & humanas imbecillitates ad dei magnificentiam referunt: ego autẽ dico quòd deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia uidet. Totus manꝰ est, quia omnia operatur. Totus pes est, quia ubiq; est. Ergo uidete quid dicat. Qui plantauit aurẽ non audiet, aut qui finxit oculos non considerat? Et non dixit, Qui plantauit aurem, ergo ipse aurẽ non habet: non dixit, Ergo ipse oculos non habet: sed quid dixit? Qui plantauit aurem nõ audiet, qui finxit oculos non considerat? membra tulit, efficientias dedit. Hæc omnia de literis eorũ & Latinorum & Græcorum, qui priores nobis in catholica ecclesia uiuentes diuina eloquia tractauerunt, ideo commemorãda arbitratus sum, ut sciat iste frater, si quid aliter ꝙ iste sentit, deposita dissensionis amaritudine, & fraternæ charitatis suauitate seruata, atq; in integrũ restituta, diligenti & tranquilla consideratione quærẽdum uel discendum uel docendum. Neq; enim quorumlibet disputationes, quãuis catholicorũ & laudatorum hominum uelut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificẽtia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorũ scriptis improbare atq; respuere, si forte inuenerimus quod aliter senserint ꝙ ueritas habet, diuino adiutorio uel ab aliis intellecta, uel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorũ, tales uolo esse intellectores meorum. Deniq; in ijs omnibus quæ de opusculis sanctorũ atq; doctorum commemoraui, Ambrosij, Hieronymi, Athanasij, Gregorij, & si qua aliorum talia legere potui, quę commemorare longum putaui, deum non esse corpus, nec formæ humanæ habere membra, nec eum esse per locorum spacia diuisibilem, & esse natura incõmutabiliter inuisibilem, nec per eandem naturã atq; substantiã, sed assũpta uisibili specie sicut uoluit apparuisse ijs quibus apparuit, quãdo per corporis oculos in scripturis sanctis uisus esse narratur, in adiutorio domini inconcusse credo, & quãtum ipse donat intelligo. De spiritali autẽ corpore, quod in resurrectione habebimus, quantam capiat in melius cõmutationem, utrum in simplicitatem spiritus cedat, ut totus homo iam spiritus sit: an quod magis puto, sed nondũ pleno iudicio confirmo, ita futurũ sit spiritale corpus, ut propter ineffabilem quandam facilitatem spiritale dicatur, seruet tamen substantiam corporalem, quæ per seipsam uiuere ac sentire non possit, sed per illum qui ea utitur spiritum: neq; enim & nunc, quia corpus dicitur animale, eadẽ est animæ natura quæ corporis: & utrum si corporis quãuis iam immortalis atq; incorruptibilis natura seruabitur, adiuuet tunc aliquid spiritum ad uidendum ipsa uisibilia, id est corporalia, sicut nũc tale aliquid nisi per corpus uidere non possumus: an uero etiam tunc sine organo corporis ualeat spiritus noster nosse corporalia: neq; emẽ et deus talia p̃ sensus corporis nouit: & multa alia quæ in hac quæstione mouere possunt, fateor me nõdum alicubi legisse, quod mihi sufficere existimarem siue ad discendum siue ad docẽdum, ac per hoc si non displicet huic fratri mea qualiscũq; cautela, interim propter quod scriptũ est, Quoniam uidebimus eum sicuti est: quantum possumus, cor mundum ad illam uisionem ipso adiuuante præparemus. De corpore autem spirituali pacatius & diligẽtius inquiramus, ne forte aliquid certum ac liquidum si nobis hoc utile esse nouit, secũdum scripturas suas deus dignetur demonstrare. Si enim hoc inuenerit inquisitio diligentior tantam corporis futuram mutationem, ut possit uidere inuisibilia, non (ut opinor) talis potentia corporis menti auferet uisionem, ut exterior homo uidere deum tũc possit, non possit interior: quasi tãtum foris sit deus ad hominem, & intus non sit in homine, cum apertissime scriptũ sit, ut sit deus omnia in omnibus: aut ita sit intus ille, qui sine ullis locorum spatijs ubiq; totus est, ut foris tantũ uideri ab exteriori homine possit, intus autem ab interiori homine non possit. Quæ si absurdissime sentiuntur, magis enim sancti pleni erunt deo, non inanes intrinsecus, ab illo circũdabũtur extrinsecus, nec cæci intrinsecus, eum quo pleni erunt non uidebunt, & tantum forinsecus oculati eum quo circundabũtur uidebunt: restat ut interim de uisione dei secundũ interiorem hominem certissimi simus. Si autem etiam corpus mira cõmutatione hoc ualuerit, aliud accedet, non illud abscedet. Melius ergo illud affirmamus unde minime dubitamus, ꝙ homo interior uidebit deum, qui modo solus potest uidere charitatem, quæ cum laudaretur dictũ est, Deus charitas est: solus potest uidere pacem & sanctificationẽ, sine qua nemo poterit uidere deum. Neq; enim charitatem, pacẽ, sanctificationẽ, & si qua sunt similia, uidet modo ullus carnalis oculus, quæ tamẽ omnia iã uidet, quantũ potest mẽtis oculus, tanto purius quãto purior: ut sine dubitatiõe deum nos uisuros esse credamꝰ, siue inueniamus, siue nõ inueniamꝰ quod de qualitate futuri corporis quærimus, cum tamẽ corpus resurrecturũ & immortale atq; incorruptibile futurũ non ambigamus, qm̃ hinc sanctarum scripturarũ sententias apertissimas firmissimasq; retinemus. Si aũt iste frater quod de spiritali corpore adhuc requiro, iam sibi firmat esse certissimũ, nisi placidus audiero docẽtem, ita ut ille quoq; placidus me audiat ingrentẽ, habebit unde iure succẽseat. Nũc tamen

Autorib. quã tum tribuẽdũ

Dubitatio periculosa

tamen per Christum obsecro, ut de illa aspera literarũ mearum, qua eum non immerito offensum esse didici, uenia mihi ab illo impetres, & me rescriptis domino adiuuante lætifices.

Augustinus Paulinæ anui religiosæ, per eam respõdens quibusdam qui carpebãt epistolam ipsius in qua scripserat deum non uidendum oculis humanis, declarans uarijs modis uidere deum. CXII

Augustinus Paulinæ S.

M Emor debiti quod ex tua petitiõe & mea promissione factum est, religiosa famula dei Paulina, persolutionis quoq; eius negligẽs esse non debui. Cum enim petiuisses ut de inuisibili deo, utrum per oculos corporeos possit uideri, prolixe aliquid copioseq; ad te scriberem, negare non potui, ne sanctum tuum studium offenderem, sed promissum distuli, siue propter alias occupationes meas, siue quod à me id flagitaret, unde aliquãto diutius cogitari oportebat. Sed cum tantares esset, quæ cogitando non tam quid de ea sentiendũ dicendum ue esset, quàm quonã modo persuadẽdum ijs qui aduersa sentirent, fieret difficilior, finem aliquando dilationi adhibendum putaui, sperãs diuinum adiutorium magis mihi scribenti ꝙ differenti adfuturum. Quamobrem primum mihi uidetur, plus ualere in hac inquisitione uiuendi quàm loquendi modum. Nam qui dicerunt à domino Iesu Christo mites esse & humiles corde, plus cogitãdo & orando proficiunt ꝙ legendo & audiẽdo. Nec ideo tamen agere partes suas sermo cessauerit, sed cũ plantator & rigator officium sui gesserit muneris, cætera illi qui dat incremẽtum relinquit: ille quippe etiam ipsum plantatorem rigatoremq; formauit. Secundũ interiorem igitur hominem percipe uerba intellectus. Ipse enim renouatur de die in diem, etiam cum exterior iste corrumpit̃, siue castigatione abstinẽtiæ, siue aliqua morbida ualetudine, siue quolibet casu, uel certe qd̃ necesse est etiam ijs qui sano corpore diu uiuũt, ipso ætatis accessu. Erige itaq; spiritum mentis tuę qui renouatur in agnitione dei secundũ imaginem eius qui creauit eum, ubi per fidem in te habitat Christus, ubi nõ est Iudæus & Græcus, seruus & liber, masculus & fœmina: ubi nõ morieris cum solui corpore cœperis, quia nec marcuisti, cum sis annis grauis. Hoc interiore tuo erecta intende, & uide quæ loquor. Nolo auctoritatem meã sequaris, ut ideo putes tibi aliquid necesse esse credere quoniã à me dicitur, sed aut scripturis canonicis credas, si quid nondum ꝙ uerum sit uides, aut interius demonstrãti ueritati ut hoc plane uideas: exempli gratia, dicam aliquid quo ad hæc certius prẽstruaris, & inde potissimum unde nobis in hoc ipso opere proposi tus est disputãdi labor. Credimus uideri deum, nõ quia uidemus uel per oculos corporis sicut uidemus hunc solem, uel mẽtis obtuitu sicut se quisq; interius uidet uiuentem, uidet uidere uolentem, uidet quærentem, uidet scientem, uidet nescientem. Tu itaq; lectis ipsa his literis, solem quidẽ te uidisse recolis per oculos corporis, potes etiam statim uidere si est id temporis, & eo loci es, ubi ex ea parte cœlum oculis tuis usq; ad solem contuendum patet. Ad illa uero uidenda quę mente cõspici dixi, id est quod uiuas, quod uidere deum uelis, quod id requiras, quod te uiuere & uelle & quærere scias, quomodo autem deus uideatur nescias: Ad hæc, inquam, omnia uidẽda non oculos corporis adhibes, nec interuallum loci per quod intendatur obtutus, ut ad ea cernenda perueniat, sentis aut quæris: sic uides uitam tuam, uolũtatem, inquisitionẽ, scientiam, ignorantiam, quia nec ipsa est contemnenda uisio, uidere possis. Sic, inquã, uides hæc omnia ut in te uideas, apud te habeas, ac sine ullis figurarum liniamentis colorumq; nitoribus, tanto clarius & certius quanto simplicius interiusq; conspicis. Cum igitur nec corporis oculis sicut corpora siue cœlestia siue terrestria, nec mentis affectu sicut ea sunt quorũ nonnulla cõmemoraui, quæ apud temetipsam certissime intueris, nũc uideamus deũ, cur credimus eum uideri, nisi quia scripturę accõmodamus fidem ubi legitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt? Et si qua alia in hac sententia mea de diuina autoritate cõscripta sunt, cui non credere nefas ducimus, credere autem pietatis esse minime dubitamus. Hanc itaq; distinctionem tene, ut si quid te admoneuero, differendo quo ita uideas oculis carnis, uel ullo alio sensu eius sentias, seu te sensisse recolas, sicut sentiuntur colores, fragores, odores, sapores, feruores, & si quid aliud per corpus cernẽdo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo sentiamus: aut ita uideas mentis intuitu, ut uides uitam, uolutatem, cogitationem, memoriã, cognitionẽ, intelligentiam, sciẽtiam, fidem tuam, & quicquid aliud mente conspicis, atq; ita esse non tantum credẽdo, sed plane uidẽdo non dubitas, hoc me iudices ostendisse. Quod aũt non sic ostẽdero, ut aut corporis aut animi sensu uisũ perceptũq; teneatur, & tamẽ dixero aliquid quod aut uerũ quidem aut falsum esse necesse sit, sed nullo illorum duũm genere uideatur, restat ut tantũmodo credatur uel non credatur. Sed si diuinarum scripturarũ, earum scilicet quæ canonicæ in ecclesia nominanꝰ, perspicua firmatur autoritate, sine ulla dubitatione credendũ est. Alijs uero testibus uel testimonijs, quibus aliquid credendũ esse suadetur, tibi credere uel nõ credere liceat, quantũ meriti ea admonẽtem ad faciendam fidem uel habere uel non habere perpenderis. Si enim ea quæ nõ uidimus, hoc est in præsenti apparẽtia non sensimus uel mẽte uel corpore, netq; de scripturis sanctis uel legẽdo uel audiẽdo didicimꝰ, nulla omnino credidissemꝰ, unde sciremꝰ esse ciuitates ubi nũq; fuimus, uel à Romulo cõditã Romã, uel ut de propinquioribus loquar,

Con stan

Vita potior inquisitione

Universidad de Deusto
Biblioteca

Constantinopolim à Constantino? Vnde po-
stremo sciremus qui nam parẽtes nos procrea-
uissent, quibus patribus, auis, maioribus geniti
essemus? Taliũ quippe cum plurima sciamus,
non tamen ea uel ullo sensu præsentia, sicut so-
lem, sicut nostri animi uoluntatem, uel canoni-
corum eloquiorum autoritate, sicut Adam fuis-
se primum hominem, aut Christum in carne na
tum passumq; resurrexisse didicimus, sed alijs
referentibus, de quorum testimonio in hoc dun
taxat rerum genere minime dubitandũ esse pu-
tauimus. In quibus si alicubi fallimur credẽdo,
uel ita esse quod non est, uel nõ ita esse quod ita
est, nihil periculi esse iudicamus, si non sit con-
tra illã fidem qua pietas informatur. Hæc præ-
loquutio mea nondum propositã discutit quæ
stionẽ, sed te atq; alios qui ista lecturi sunt, præ-
struit quales seu meorum seu quorumlibet scri-
ptorũ iudices esse debeatis, ne uel scire uos opi
nemini quod nescitis, uel temere credatis quod
neque corporis sensibus aut animi contuitu in
eiusdem rei, quæ cognoscẽda est euidentia per-
cepistis, neq; canonicarum scripturarum auto-
ritate, etiam si non adfuit sensibus uel animi uel
corporis uestri, tamen credendũ esse didicistis.

Cap. I Iam ne ergo uenimus ad causam, an adhuc
lecturus instruendus est? Nonnulli enim putant
ipsum quod dicimus credere, cum res uera cre-
ditur, hoc solum esse mente contueri. Quod si
ita est, fallitur ista nostra superior præloquutio,
in qua distinximus aliud esse aliquid sentire per
corpus, sicut in cœlo solem, & in terra mõtem,
arborem corpus ue quodlibet: & aliud mentis
intuitu rem nihilominus euidẽtem, sicut nostra
uoluntas à nobis metipsis intus aspicitur cum ali
quid uolumus, uel cogitatio cũ cogitamus, uel
memoria dũ recordamur, uel tale aliquid in ani
mo siue in corpore: aliud autẽ credere quod in
corporis mentis ue conspectu nec adest nec ad-
fuisse recolitur: sicut sine parentibus creatum
Adam; & natum ex uirgine, passumq; resurre-
xisse Christum. Hęc enim etiam corporaliter fa
cta sunt, & uideri per corpus si tunc adessemus,
utique potuerunt, nunc autem non adsunt sicut
adest ista lux quæ oculis cernitur, aut uoluntas
qua nunc aliquid uolumus, quę mente conspici
tur. Sed quia hæc distinctio falsa non est, profe-
cto illa præstructio minus habebat, quod inter
credere & aliquid præsens mente cõspicere, ne
omnino unum atq; idem putaretur, parum cla-
Cap. II ra fuerat eloquutione discretũ. Quid ergo di
cimus? Num satis est ut inter uidere & credere,
hæc distare dicamus: quia præsentia uidentur,
creduntur absentia? Plane forsitan satis est, si præ
sentia illa hoc in lõco intelligamus dicta, quæ
præsto sunt sensibus siue animi siue corporis, un
de etiã ducto uocabulo præsentia nominantur.
Sicut enim hãc lucẽ corporis sensu, sic & meam
uoluntatem plane uideo, quia præsto est animi
mei sensibus, atq; intus mihi præsens est. Si quis
uero mihi indicet uoluntatem suam, cuius os &
uox mihi præsens est, tamen quia ipsa uoluntas
quam mihi indicat, latet sensum corporis & ani
mi, credo, non uideo: aut si eum mentiri existi-
mo, non credo, & si forte ut dicit, ita sit. Credun
tur ergo illa quæ absunt à sensibus nostris, si ui-
detur idoneum quod eis testimonium perhibe-
tur. Videntur enim quæ præsto sunt, unde &
præsentia nominãtur uel animi uel corporis sen
sibus. Nam cum sint quinq; corporis sensus, cer
nendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, tangẽdi,
uisus quidem in eis præcipue oculis attributus
est: uerum tamen hoc uerbo utimur & in cæte- Videre, pro
ris: non enim tãtum dicimus, uide quid luceat, nitum sentire
sed etiam uide quid sonet, uide quid oleat, uide commune.
quid sapiat, uide quid caleat. Nec quia dixi ea
credi quæ absunt à sensibus nostris, sic accipian
tur ut inter illa deputentur quæ aliquando uidi
mus & nos uidisse retinemus, certiq; sumus,
quamuis tunc non præsto sint cum recoluntur
à nobis. Neque enim inter credita sed inter uisa
deputantur, & ideo nota sunt, non quia fidem
adhibuimus alijs testibus, sed quia nos uidisse
sine dubio recordamur & scimus. Constat Cap. III
igitur nostra scientia ex uisis rebus & creditis,
sed in ijs quæ uidimus uel uidemus, nos ipsi te-
stes sumus: in his autem quæ credimus alijs te-
stibus mouemur ad fidem, cum earũ rerũ quas
nec uidisse nos recolimus nec uidemus, dantur
signa uel in uocibus uel in literis uel in quibusq;
documentis, quibus uisis non uisa credantur.
Non autem immerito scire nos dicimus non so
lum ea quæ uidimus aut uidemus, uerum & illa
quæ idoneis ad quanq; rem commoti testimo-
nijs uel testibus credimus. Porrò si scire non in-
congruenter dicimur, etiam illud quod certissi-
mum credimus, hinc factũ est ut etiam recte cre
dita, & si nõ adsint sensibus nostris, uidere men
te dicamur. Scientia quippe menti tribuitur, si
ue per corporis sensus, siue per ipsum animum
aliquid perceptũ cognitumq; retineat, & fides
ipsa mente utiq; uidetur, quamuis hoc fide cre-
datur quod non uidetur. Vnde & apostolus Pe
trus dicit: In quem modo non uidẽtes creditis. 1 Pet. 1
Et ipse dominus: Beati qui non uiderunt & cre Io. 20
diderũt. Cum itaq; dicitur homini, Crede Chri
stum resurrexisse a mortuis: si credit, attẽde qd
uideat, attende quid credat, & utrũq; discerne.
Videt hominẽ cuius audit uocem, & ipsa uox
in uisis corporalibus deputatur secundũ ea quę
supra diximus. Hæc duo sunt, testis & testimo-
nium, quorũ ad oculos unum, ad aures alterum
pertinet. Sed hunc testem fortasse aliorum testi
moniorum autoritas confirmat, diuinarum sci-
licet scripturarum uel quorũlibet aliorum qui-
bus est motus ad fidem. Scripturæ ad uisa perti
nent corporis oculorum si eas legit, uel aurium
si eas audiuit. Videt autem animo quicquid si-
guris literarũ sonis ue significari intellexit. Vi-
det ipsam fidẽ suam, qua se credere sine cuncta-
tione

tione respondet. Videt cogitationem qua cogi A
tat quid ei possit prodesse quod credit. Videt
uoluntatem qua accessit ad susciendã religio-
nem, uidet etiam ipsius resurrectionis quãdam
imaginem in animo suo factam, sine qua intelli
Cap. IIII gi non potest quicquid factum corporaliter di-
citur, siue credatur siue non credatur. Sed ut
puto distinguis quomodo uideat fidem suam
qua credit, & quomodo uideat illã resurrectio-
nis imaginem in animo suo factã, quam si hoc
audit, uidet etiam qui non credit. Hæc ergo om
nia uidet, partim corpore, partim mente, uolun
tatem uero eius à quo audit ut credat, & ipsam
Christi resurrectionem non uidet sed credit, &
tamen eam uidere dicitur quodam mentis ob-
tutu magis secundum testimoniorum fidem cũ B
rerum præsentia creditarum. Illa enim quæ ui-
det adsunt sensibus uel animi uel corporis, quæ
autem credit absunt à sensibus & animi & cor-
poris, quamuis uoluntas eius à quo audit ut cre
dat non sit præterita, sed maneat in loquente:
quam in seipso idem ipse qui loquitur uidet: ille
uero qui audit, non eam uidet, sed credit. Resur
rectio autem Christi præterita est, quam nec illi
uiderunt homines qui tunc fuerũt. Nam qui ui-
derunt uiuentem Christum quem uiderant mo
rientem, ipsam tamen resurrectionẽ cum fieret
non uiderunt, sed eam certissime crediderũt, ui
dendo & tangẽdo uiuum quem nouerant mor-
tuum. Nos totum credimus & quòd resurrexe-
rit, & quòd ab hominibus tunc uisus & contre- C
ctatus sit, & quòd nunc uiuat in cœlis, nec iam
moriatur, & mors illi ultra nõ dominabitur: res
autem ipsa nec corporis nostri sensibus adest, si
cut adest hoc cœlum & terra, nec nostræ men-
tis obtutibus, sicut adest fides ipsa qua hoc cre-
dimus. Sed iam satis ut puto, ista mea prẽloquu
tione cognouisti, quid sit uidere uel mente uel
corpore, et quid ab eis distet credere. Quod qui
dem fit mente & uidetur mente, quoniam men
ti nostræ fides nostra conspicua est. Sed tamen
quod eadẽ fide creditur, abest & ab aspectu cor
poris nostri, sicut abest corpus in quo Christus
resurrexit, & ab aspectu mẽtis alterius, sicut ab-
est ab aspectu mẽtis meæ fides tua, quãuis eam
esse in te credam, cum eam non uideam corpo- D
te quod nec tu potes, nec mente quod tu potes,
sicut ego meam quam tu nõ potes. Nemo enim
scit quid agatur in homine, nisi spiritus homi-
nis qui in ipso est, donec ueniat dominus & illu
minet abscondita tenebrarum, & manifestet co
gitationes cordis, ut eas non solum quisq; suas
uideat, sed & aliorum. Secundum hoc enim di-
xit Apostolus, neminẽ scire quid agatur in ho-
mine nisi spiritum hominis qui in ipso est, secũ-
dum quod uidemus in nobis. Nam secundum
id quod credimus, nec uidemus, & multos fide
Cap. V les esse nouimus, & multis noti sumus. Si er-
go iam ista distincta sunt, ueniamus ad causam.
Scimus posse deum uideri, quoniam scriptum
est: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum ui- Mat. 5
debunt. An forte non debui dicere, scimus, sed
credimus: quoniam deum nec corpore aliquan
do uidimus sicut hanc lucem, nec mẽte sicut ip-
sam in nobis qua id credimus fidem, sed tãtum
quia scriptum est in ea scriptura cuius fideles su
mus, quod uerum sit minime dubitamus. Apo-
stolus tamen Ioannes cum tale aliquid diceret:
Scimus, inquit, quia cum apparuerit, similes ei 1 Io. 3
erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est: ec-
ce, scire se dixit, quod nondũ factum fuerat, nec
uidendo, sed credendo cognouerat. Recte itaq;
diximus, scimus deum posse uideri, quãuis eum
non uiderimus, si diuinæ autoritati quæ in san-
ctis libris continetur credimus. Quid ergo est
quod eadem dicit autoritas: Deum nemo uidit
unquam? An fortasse respondetur quòd illa te-
stimonia de uidendo deo sunt, non de uisor? Ipsi
enim deum uidebunt, dictum est: non uiderũt,
& non uidimus, sed uidebimus eum sicuti est.
Proinde his sententijs non est contrariũ, Deum
nemo uidit unquam. Videbunt enim quẽ non
uiderunt, qui mundo corde filij dei esse uolue-
rũt. Quid est ergo, Vidi deum facie ad faciem, Gen. 32
& salua facta est anima mea? An & hoc non est
cõtrarium illi quod dictum est, Deum nemo ui-
dit unquam? Et illud quod de Moyse scriptum
est: Quia loquebatur cum deo facie ad faciem, Io. 1
sicut quis loquitur ad amicũ suũ. Et illud quod
propheta Esaias uel de ipso loquẽs ait, Vidi do Esa. 6
minum Sabaoth sedentem in throno: & si qua
alia solent similia testimonia ex eadem autorita
te proferri, quomodo non sunt cõtraria senten-
tiæ qua dictum est, Deum nemo uidit unquam:
quanquam & ipsum euangelium potest putari
sibi esse contrarium. Quomodo enim uerum est
quod in eo dicitur, Qui me uidet, uidet & pa- Io. 14.
trem: si deum nemo uidit unquam? Quomodo
uerum est: Angeli eorum semper uident faciem Mat. 18
patris mei: si deum nemo uidit unquã? Qua igi-
tur regula intelligentiæ ista ueluti contraria &
repugnantia, non esse contraria, nec repugnare
probabimus? Neq; enim fieri ullo modo potest
ut hæc Scripturarum autoritas aliqua ex parte
mentiatur. Si dicimus in eo quod scriptum est,
Deum nemo uidit unquam: homines tantũ mo
do intelligendos, sicut etiam illud dictũ est, Ne 1 Cor. 2
mo scit quid agatur in homine, nisi spiritus ho-
minis qui in ipso est: nemo utiq; scilicet homi-
num: neq; enim hoc de deo accipi potest, cum
de Christo scriptum sit, Nõ opus fuisse ut quis-
quam illi testimonium perhiberet de homine,
quoniã ipse sciebat quid esset in homine. Nam
hoc Apostolus planius explicãs: Quem nemo, 1 Tim. 6
inquit, hominum uidit, nec uidere potest. Si er-
go ita dictum est, Deum nemo uidit unquã: ac si
diceretur, nemo hominũ: hactenus illa quæstio
soluta uidebitur, ut non sit huic sententiæ cõtra
rium quod dominus ait, Angeli eorum semper
uidẽt faciẽ patris mei: ut scilicet angelos deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidere credamus, quē nemo uidit unq̄ scilicet hominum. Quomodo ergo deū uidit Abrahā, Isaac, Iacob, Iob, Moyses, Micheas, Esaias, et si qui alij sunt de quibus ueracissima scriptura testatur, quod deum uiderint, si deum nemo unquam hominum uidit nec uidere potest? Quanquam nonnulli uolentes etiam probare impios uisuros deū à diabolo quoq; ipso deum uisum putant: sic accipientes quod scriptū est in libro Iob, uenisse cum angelis & diabolū in conspectu dei, ut iam & illud ueniat in quęstionē, quomodo dictum sit, Beati mūdo corde, quoniam
Hebr.12 ipsi deum uidebunt. Et illud, Pacem sectamini cum omnibus, & sanctificationē, sine qua nemo poterit uidere deum. Multum enim miror si eo usq; progrediuntur qui existimant impios uisuros deum & diabolo uisum deum, ut eos & mundo corde esse & pacem & sanctificationē cum omnibus assectari asseuerent. Nam quod dominus ait, Qui me uidet, uidet & patrem, potest paulo attentius consideratū non uideri esse contrariū ei quod dixit, Deum nemo uidit unquam. Neq; enim dixit, quia uidistis me, uidistis & patrem: sed dicēdo, Qui me uidet, uidet & patrem: ostēdere uoluit unitatem substantiæ patris & filij, ne in aliquo inter se putarētur esse dissimiles: ac per hoc quoniā uere dictum est, Qui me uidet, uidet & patrem, profecto quoniam deum nemo hominū uidit unquā, nec patrem quisquā putādus est uidisse, nec filiū secū-
Baruch 3 dū qd deus est & filiꝰ, & cū patre unꝰ deus. Nā
Cap. VI secūdū id quod homo est, utiq; in terra uisus est & cū hominibus conuersatus est. Sed magna quæstio est, quomodo non sit contrarium, quia tot antiqui uiderūt deum, si deum nemo unquā uidit quem nemo hominū uidit nec uidere potest? Vides quàm difficilem mihi proposueris quæstionē, unde me aliquid prolixe copioseq; scribere uoluisti ex occasione breuis epistolæ meæ, quę tibi uisa est diligentius & uberius explicanda. Vis ne ergo attēdere quæ apud alios interim comperi diuinarum scripturarum egregios tractatores, quid de uisione dei senserint? ne forte sufficiant desiderio tuo, quāuis ea forsitan noueris. Pauca ergo ista attende si placet.

Ambrosius super Luc. lib. 1 cap. 1

Cum Euangelium exponens beatus Ambrosius Mediolanensis Episcopus, uenisset ad eum locum ubi angelus apparuit in templo Zachariæ sacerdoti, ex hac occasione, uide quanta & qualia de dei etiā uisione disseruit. Non immerito, inquit, angelus uidet in templo, quia ueri sacerdotis iam nunciabatur aduentus, & cœleste sacrificiū parabatur in quo angeli ministrarent. Et bene apparuisse dicitur ei, qui eū repente conspexit. Hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere consueuit, ut q̄ non potest uideri, apparere dicatur. Sic habes,
Gen.18 Apparuit deus Abrahae ad ilicē Mambrae. Nā qui ante non præsentitur, sed repentino uidetur aspectu, apparere memoratur. Non enim similiter sensibilia uidentur, & is in cuius uoluntate sitū est uideri, & cuius naturæ est non uideri, uolūtatis uideri. Nam si non uult, nō uidetur, si uult uidetur. Apparuit em̄ deus Abrahae quia uoluit, alijs quia noluit non apparuit. Visus est Act. 7
etiam Stephano cum lapidaretur à populo aperire cœlū. Visus est etiam Iesus stans ad dexteram dei, & non est uisus à populo. Vidit Esaias deum sabaoth, sed & alius uidere non potuit, quia cui placuit apparuit. Et quid de hominibus loquimur, cū etiam de ipsis cœlestibus uirtutibus & potestatibus legerimus, quia deum nemo uidit unquam. Et addidit quod ultra cœlestes uirtutes & potestates, unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Aut acquiescatur igitur necesse est si deum patrē nemo uidit unquā, filium uisum esse in ueteri testamento, & desinant hæretici ex uirgine ei principiū dare, qui antequàm nasceretur ex uirgine uidebatur, Aut certe refelli non potest, uel patrem uel filium, uel spiritum sanctum, si tamen est spiritussancti uisio, ea specie uideri quam uolūtas elegerit, non natura formauerit, quoniam spiritum quoq; uisum accepimus in colūba. Et ideo deū nemo uidit unq̄, quia eam quæ in Christo habitat plenitudinem diuinitatis nemo cōspexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit enim ad utrunq; referendum est. Deniq; cū additur, Vnigenitus filius ipse enarrauit, mentium magis q̄ oculorum uisio declaratur. Spe-
C cies enim uidetur, uirtus uero enarratur. Illa oculis, hæc mente comprehēditur. Sed quid de trinitate dicam? Seraphin quādo uoluit, apparuit, et uocē eius Esaias solus audiuit. Apparuit angelus, & nūc præsto est, sed non uidet. Neq; enim in potestate nostra est uidere, sed in potestate illius apparere. Tamen etsi potestas nō est uidendi, est gratia promerendi ut uidere possimus. Et ideo qui habuit gratiā, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia deum uidendi gratiam non habemus. Et quid mirum si in præsenti seculo nisi quādo uult dominus non uidetur? In ipsa quoq; resurrectione non facile est deum uidere, nisi ijs qui corde sunt mundo. Et ideo beati mūdo corde, ipsi enim deū uidebūt.
D Quantos beatos iam numerauerat & tamen uidendi his deum non promiserat facultatē? Si ergo ij qui mūdo sunt corde deum uidebūt, utiq; alij non uidebunt. Neq; enim indigni deum uidebunt, neq; is qui deum uidere noluerit potest deū uidere. Nec deus in loco uidetur sed mundo corde, nec corporalibus oculis deus quæritur, nec circūscribitur uisu, nec tactu tenet, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et cū absens putatur uidetur, & cū præsens est non uidetur. Deniq; nec Apostoli omnes Christū uidebāt. Et ideo ait, Tāto tēpore uobiscū sum, & adhuc me non cognouistis? Qui enim cognouit quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profundum, & supereminentē scientiæ charitatē Christi

sti, uidet & Christum, uidet & patrē. Nos enim iam secundū carnem non nouimus Christū sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostrā Christus dominus, qui nos in omnē plenitudinē dei misericordia sua implere dignet,
Cap. VII ut uideri possit à nobis. Si hæc uerba intelligis, quid restat quod à me amplius requiratur, cum iam illa quæ difficilis uidebatur soluta sit quæstio? Discretū est quippe quomodo dictū sit, Deū nemo uidit unquam, & quomodo deū iusti antiqui uiderint. Sed illud propterea dictū est, quoniā deus natura inuisibilis est. Illi autem ideo uiderunt, quicunq; deum uiderūt, quia cui uoluerit sicut uoluerit apparet ea specie quam uolūtas elegerit, etiā latente natura. Nā si quan
B do patres deū uiderunt, ipsa illis natura eius apparuit, quanuis si noluisset utiq; nō apparuisset, quomodo deum nemo uidit unquā, cum eo uolente ipsa eius à tot patribꝰ natura cōspecta sit? Quod si dicitur filius à patribus uisus, ut de deo patre accipiatur dictum, quod eum nemo unq̄ uiderit: non quidem amisit occasionē Ambrosius, ut hinc quosdam hæreticos redargueret, id est, Photinianos, qui principium filio dei ex utero uirginis tribuūt, nec uolunt credere quod & antea fuerit: Sed quia uidebat alios, id est, Arrianos pernicioſius insidiātes, quorū procul dubio error astruit, si patris natura inuisibilis, filij uero uisibilis esse creditur, utriusq; unā paritercq; inuisibilem asseruit esse naturā, adiungēs
C etiam spiritumsancti. Quod breuiter quidē sed admirabiliter intimauit, ubi secutus ait, Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Aut certe refelli nō potest, uel patrē, uel filium, uel certe spiritumsanctū, si tamen est spiritussancti uisio, ea specie uideri quam uoluntas elegerit, non natura formauerit, Potuit dicere, nō natura monstrauerit, sed maluit dicere formauerit, ne ipsam speciem in qua deus elegit apparere de sua natura formare putaret, & ex hoc utique cōuinceretur cōuertibilis esse mutabilisq;
Cap. VIII substantiæ, quod ipse deus a fide piorū miseri-
cors & benignus auerterit. Inuisibilis est igitur natura deus, non tantū pater, sed & ipsa trinitas, unus deus. Et quia nō tantū inuisibilis, ue-
D rumetiā incōmutabilis, sic apparet quibus uoluerit in qua uoluerit specie, ut apud eū integra maneat eius inuisibilis incōmutabilisq; natura. Desideriū autē ueraciter piorū quo uidere deū cupiunt, & inhianter ardescunt, non opinor in eam speciē contuendā flagrat, qua ut uult apparet quod ipse non est, sed in eam substantiā qua
Exo.33 ipse est quod est. Huius enim desiderij sui flammam sanctus Moyses fidelis famulus eius ostēdit, ubi ait deo cū quo ut amicus facie ad faciē loquebatur, Si inueni gratiā ante te ostēde mihi temetipsum. Quid ergo? ille non erat ipse? Si nō esset ipse, non ei diceret, Ostēde mihi temet ipsum, sed ostende mihi deum, & tamen si eius naturam substantiamq; conspiceret, multomi-
nus diceret, Ostende mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie qua apparere uoluerat, non autem ipse apparebat in natura propria quam Moyses uidere cupiebat. Ea quippe promittitur sanctis in alia uita. Vnde quod respōsum est Moysi, uerum est, quia nemo potest faciē dei uidere & uiuere, id est, nemo potest eū in hac uita uidere uiuens sicuti est. Nam multi uiderūt, sed quod uoluntas elegit, non quod natura formauit. Et illud quod sanctus Iohannes ait, si recte
1 Io.3 intelligitur, Dilectissimi nunc filij Dei sumus, et nondum apparuit quod erimus: scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est: non sicut cum homines uiderunt quando uoluit in specie qua uoluit, non
Cap. IX in natura qua in semetipso etiā cū uideretur latuit: sed sicut est, quod ab eo petebatur, cū ei diceretur, Ostēde mihi temetipsum, ab eo qui cū illo facie ad faciē loquebatur. Non quia dei plenitudinē quisquā non solū oculis corporis, sed uel ipsa mente aliquādo cōprehendit. Aliud est enim uidere, aliud est totū uidendo comprehendere, quādoquidē id uidetur qd̄ præsens ut cūq; sentitur: totum autē cōprehenditur uidendo, quod ita uideā ut nihil eius lateat uidētem, aut cuius fines circūspici possunt: sicut te nihil latet præsentis uolūtatis tuæ, circunspicere autem potes fines annuli tui. Exempli gratia duo posui, quorū alterū ad mentis obtutū, alterū ad corporales oculos pertinet, Visus enim sicut ille ait, ad utrunq; referēdus est, id est, & ad oculos & ad mentē. Porrò si propterea deū nemo uidit unquā, quia sicut ait disputator, cuius uerba consideramus, plenitudinē diuinitatis eius nemo cōspexit, nemo mente aut oculis cōprehendit, uidit enim ad utrunq; referendū est: restat inquirere quomodo angeli deum uideant, propter illud quod ex Euangelio cōmemorati,
Mat.18 Angeli eorū semper uident faciē patris mei. Si enim & ipsis nō sicuti est, sed latēte sua natura, in specie qua uoluerit apparet, magis magisq; requirendū est, quomodo eum nos uidebimus sicuti est, & sicut Moyses desiderauit cum peteret, ut deus qui in conspectu eius erat, ostenderet illi semetipsum. Hoc enim nobis summum
D præmiū in resurrectione promittitur, quod erimus æquales āgelis dei: ac per hoc si nec ipsi eū uident sicuti est, quō nos ita uisuri sumus, cū eis æquales in resurrectiōe facti fuerimꝰ? Sed uide qd cōsequenter dicat noster Ambrosius. Deniq;, inqt, cū addit, Vnigenitus filius ipse enarrauit, mentiū magis quàm oculorū uisio declaratur. Species enim uidetur, uirtus uero narratur. Illa oculis, hæc mente cōprehenditur. Qui paulo ante dixerat uisionē ad utrunq; referendam, nunc eam nō menti, sed oculis dedit: nō ut opinor negligenter sua uerba respiciens, sed quia usitatius in loquēdo solemus oculis attribuere uisionē sicut speciem corpori. Nam & hic mos loquēdi crebrius usurpatur in rebus quæ locis

Universidad de Deusto
Biblioteca

continentur,uariantur& coloribus. Sed si nulla
A qui digni sunt. Resurget enim digni & indigni
regno illo,ubi uidebitur deus:quoniam omnes
qui in monumentis sunt,audient uocem eius et
procedent,sed cum magna differẽtia. Nam qui
bene fecerunt,in resurrectionem uitæ:qui uero
male egerunt,in resurrectionẽ iudicij. Hoc iudi
cium pœnam ęternã significat:sicut etiam illud
dictum est, Qui non credit,iam iudicatus est.
Quod ergo ait sanctus Ambrosius, Neq; is qui
deum uidere noluerit,potest deum uidere,quid
aliud intelligi uoluit,nisi quia ijs qui mundãdo
cordi curam tantæ rei dignam non uult impen
dere,nõ uult deum uidere. Vide proinde quid
adiungat. Nec in loco,inquit,deus uidetur,sed
mundo corde. Quid euidẽtius,quid expressius
B dici potuit? Ab hac igitur uisione diabolus &
omnes angeli eius,& omnes cum eis impij sine
ulla nebula dubitationis excluſi sunt,quoniam
mũdo corde non sunt:ac per hoc quod scriptũ
est in libro Iob,uenisse angelos in conspectum
dei,& uenisse cum eis diabolum,non ideo dia
bolus deum uidisse credẽdus est. Ipsi enim dicti
sunt uenisse in conspectum dei,non deus in con
spectum eorum. Veniunt autem in cõspectum
nostrum quæ uidemus,non à quibus uidemur.
Venerunt ergo,sicut in multis codicibus legit,
ut assisterent coram deo,non ut corã ipsis deus.
Nec est opus hoc loco immorari,ut pro utrib⁹
nostris conemur ostendere quomodo & hoc tẽ
poraliter fiat,cum in dei conspectu sint omnia
C semper. Nũc enim quęritur quomodo uideatur
deus,non ea specie qua & in isto seculo quibus
dam uoluit apparere,quãdo non solũ cum Ab
raham alijsq; iustis,uerũ etiam cum Cain fratri
cida loquutus est:Sed quomodo uideaẽ in illo
regno ubi eum uidebũt filij eius sicuti est. Tunc
quippe satiabitur in bonis desideriũ eorũ,quo
desiderio flagrabat Moyses,cui loqui ad deum Exo.33
facie ad faciẽ non sufficiebat,& dicebat,Osten
de mihi temetipsum manifeste,ut uideã te:tan
quam diceret quod in Psalmo ex eodem deside Psal.16
rio canitur:Satiabor cũ manifestabitur gloria
tua. Quo desiderio ardebat & Philippus,& sic Ioã.14
satiari cupiebat,dicens:Ostende nobis patrem
& sufficit nobis. De hac uisione loquens eius
D etiã ipse amator & desiderator Ambrosius:Nõ
in loco,inqt,deus uidetur,sicut ad ilicem Mam
bræ,sicut in monte Sina,sed mũdo corde. Et se
quitur, Sciens quid desideret,& quid æstuet,&
quid speret:nec corporalibus,inqt,oculis deus
quæritur quibus se ostendit Abrahæ,Isaac,Ia
cob,& alijs in hoc seculo:nec circũscribitur ui
su,propter illud quod dictũ est, Posteriora mea
uidebis:nec tactu tenetur,sicut luctatus etiã est
cum Iacob:nec auditur affatu,sicut non solum à
tot sanctis,uerũetiam à diabolo auditus est:nec
sentitur incessu,sicut aliquãdo cum in paradiso
deambularet ad uesperam. Vides quẽadmodũ
uir sanctus enitatur nostras mẽtes ab omnibus
carnis sensibus seuocare,ut aptas faciat ad uidẽ
dum

Psal.44. speciosus forma præ filijs hominũ. Neq; enim
hoc secundum carnem dictum est,sed secũdum
speciem spiritalem. Dicitur ergo & species per
tinens ad mentis obtutum,sed quia usitatius in
corporibus dicitur uel in similitudinibus corpo
rum,ideo dixit, Species uideẽ,uirtus uero nar
ratur:illa oculis,hæc mente comprehenditur.
Proinde narrãte unigenito qui est in sinu patris
narratione ineffabili,creatura rationalis mũda
& sancta,impletur uisione dei ineffabili,quam
tunc consequemur cũ æquales angelis facti fue
rimus. Quia sicut uidẽtur ista uisibilia corporis
sensibus nota,Deum nemo uidit unquam:quo
niã si aliquando eo modo uisus est,non sicut ista
B natura uidetur,sed uolũtate uisus est,specie qua
uoluit apparens,latente natura atq; in se incom
mutabiliter permanente. Eo autẽ modo quo ui
detur sicuti est,nunc fortasse uidetur à quibus
dam angelis,à nobis autem tunc ita uidebitur,
Cap.X cum eis facti fuerimus æquales. Deinde cum
addidisset,quia nec potestates cœlorũ,sicut Se
raphin,nisi cum uolunt & quemadmodũ uolũt
uidentur,ut hinc etiam conijceretur quanta sit
inuisibilitas Trinitatis,tamen(inquit)etsi pote
stas non est uidendi,est gratia promerendi ut ui
dere possimus. Et ideo qui habuit gratiã,meruit
copiam:nos copiam non meremur,quia deum
uidendi gratiam non habemus. His itaq; uerbis
quia non sua docet,sed euangeliũ exponit,non
C hoc uoluit intelligi,q; quidam eorum uidebunt
deum,quidam uero non uidebunt,quibus cre
dentibus dedit potestatẽ filios dei fieri,cum ad
eos omnes pertineat quod dictum est, Videbi
mus eum sicuti est. Sed dicendo,nos copiã non
meremur,quia deum uidendi gratiã non habe
mus,de hoc seculo se loqui significauit,ubi qui
busdam deus licet non in sua natura,sed in qua
uoluit specie dignatus est apparere,sicut Abra
hæ,sicut Esaiæ,alijsq; similibus,cæteris uero in
numerabilibus,quãuis ad suum populum & he
reditatem æternam pertinentibus nulla uel tali
specie se demõstrat. In futuro autem seculo qui
regnum accepturi sunt,quod eis ab initio præ
paratũ est,omnes eum corde mundo uidebũt,
D Cap. XI nec in illo regno nisi tales erunt. Attẽde itaq;
quid adiũgat iam de illo seculo dicere incipiẽs:
Et quid mirum,inquit,si in præsenti seculo,nisi
quando uult dominus,non uideẽ? in ipsa quoq;
resurrectiõe non facile est deum uidere,nisi eis
qui mundo sunt corde. Et ideo beati mundo cor
de,ipsi enim deum uidebunt. Quantos beatos
iam numerauerat,& tamẽ his uidendi deũ non
promiserat facultatẽ. Si ergo ij qui mundo sunt
corde deum uidebunt,utiq; alij non uidebunt.
Neq; enim indigni deum uidebunt,neq; is qui
deum uidere noluerit,potest deum uidere. Cer
nis q; circũspecte loquatur etiam de ijs qui in fu
turo seculo uidebunt deũ:neq; enim omnes,sed

dum deum. Et tamẽ quid agit talis extrinsecus
A uita sicuti ipse est,uel etiam in angelorum uita,
plantator & rigator,nisi intrinsecus operet qui
sicut uisibilia ista quæ de corporali uisione cer
dat incrementum deus? Quis enim sine adiuto
nuntur. Quia unigenitus filius qui est in sinu pa
rio spiritus dei cogitare ualeat esse aliquid,ma
tris ipse enarrauit. Vnde non ad oculorũ corpo
gisq; esse quàm omnia quæ per corpus sentiun
ralium,sed ad mentiũ uisionem dictum est per
tur,quod nec in loco uideatur,nec quærendum
tinere quod narrat. Sed rursus ne desideriũ no Cap. XII
sit oculis,nec audiatur affatu,nec tactu teneat,
strum à corporis sensu ad aliũ corporis sensum
nec sentiatur incessu,& uideatur tamẽ sed mun
migraret,hoc est ad aures ab oculis:ideo cum
do corde? Neq; enim de hac uita ille loqueba
dixisset,Nec corporalibus deus oculis quæriť,
tur cum hoc diceret,quandoquidem ab hoc se
nec circũscribitur uisu,nec tactu tenetur:addi
culo in quo deus apparuit,non sicuti est,sed in
dit etiã,Nec auditur affatu:ut si possumus,uni
specie qua uoluit,quibus uoluit,satis discreuit
genitũ filium qui est in sinu patris,sic intelliga
seculi futuri uitam,discretione apertissima,ubi
mus narrantẽ,quoniã & uerbum est,non sonus
ait,Et quid mirũ si in præsenti seculo nisi quan
auribus strepens,sed imago mentibus innote
do uult,dominus non uidetur:in ipsa quoq; re
scens,ut illic interna & ineffabili luce claresc at
Mat.5 surrectione nõ facile est deum uidere,nisi ijs qui B quod dictũ est,Qui me uidet,uidet & patrem:
corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde,
quod hic Philippo dicebatur quãdo uidebat &
quoniam ipsi deum uidebunt. Hinc iam de illo
non uidebat. Sequitur enim huius uisionis exi
seculo dicere exorsus est,ubi Deum uidebunt,
mius cõcupitor Ambrosius,dicens,Et cum ab
non omnes qui resurgent,sed qui resurgent ad
sens putatur,uidetur:& cum præsens est non ui
uitam æternam:non indigni,de quibus dictum
detur. Non dixit,cum absens est,sed cũ absens
est,Tollatur impius ne uideat claritatẽ dei:sed
putatur. Nusquam enim absens est qui cœlũ &
Io.14. digni,de qualibus dixit ipse dominus cum præ
terrã implet,nec spacijs includitur paruis,ma
sens non uideretur, Qui diligit me,mãdata mea
gnisq; diffundiť,sed ubiq; totus est & nullo con
custodit:&, Qui diligit me,diligiť à patre meo,
tinetur loco. Hoc qui excedente mente intelli
& ego diligam eum,& ostendam meipsum illi:
git,uidet deum,& cum absens putatur. Qui au
nec ij quibus dicetur, Ite in ignem æternum,qui
tem hoc non potest,oret & agat ut posse merea
Mat.25 paratus est diabolo & angelis eius:sed ij quibus
tur,nec ad hominẽ disputatorẽ pulset ut quod
dicetur, Venite benedicti patris mei,percipite
nõ legit legat,sed ad deum saluatorem,ut quod
regnũ quod uobis præparatũ est ab initio mun
non ualet ualeat. Vnde aũt dixerit,Et cum præ
di:illi quippe ibunt in combustionẽ æternam, C sens est non uidetur:consequenter aperuit di
iusti autem in uitam æternam. Et quæ est uita
cens,Deniq; nec apostoli omnes Christũ uide
æterna,nisi quòd ipsa uita alibi dicit,Hæc est au
bant. Et ideo ait,Tanto tempore uobiscũ sum,
tem uita æterna,ut cognoscant te unũ deum ue
& adhuc me non cognouistis? Ecce quomodo
rum & quem misisti Iesum Christũ:sed sic quo
deus præsens erat & non uidebatur. Sed quare
modo promisit ostensurũ seipsum dilectoribus
non ausus est dicere;deniq; nec apostoli Chri
suis cum patre unũ deum,non quomodo in hoc
stum uidebant,sed ait,Nec apostoli omnes,tan
seculo in corpore uisus est à bonis & à malis,&
quam aliqui tunc uiderẽt ea uisione in qua ipse
in iudicio futuro,quo sic uẽturus est,quomodo
& pater unũ sunt? An forte illud attendit,quod
uisus est iens in cœlum:hoc est in eadem forma
cum Petrus dixisset,Tu es Christus filius dei ui
Mat.25 filij hominis,eandem formam uidebũt,quibus
ui:responsum accepit,Beatus es Simon Bario
Zach.12 dicturus est,Esuriui,& non dedistis mihi man
na,quia nõ tibi reuelauit caro & sanguis,sed pa
Phil.2 ducare:quia & Iudæi uidebunt in quem pupu
ter meus qui in cœlis est? Quãuis illa reuelatio
gerunt:non illam dei formam in qua non rapi
utrum per fidem tantæ rei creditæ,an per uisio
nam arbitratus est esse æqualis deo,in illa Dei
nem conspectæ facta in eius mente fuerit,non
D forma tunc uidebunt eum qui uidebunt eum si D mihi uideatur elucere,cũ & ipse Petrus tam par
cuti est. Nec ideo uidebunt,quia pauperes spiri
uulum se adhuc illi ostẽderet,ut timeret ne amit
tu in hac uita fuerunt,quia mites,quia lugẽtes,
teret morientẽ,quem filiũ dei uiui,hoc est uitæ
quia esurientes & sitientes iustitiam,quia mise
fontẽ fuerat pauloante confessus. Deinde po Cap. XIII
ricordes,quia pacifici,quia persequutionẽ pas
test mouere,quomodo iam ipsa dei substãtia ui
si propter iustitiam,cuius & hæc omnia ijdem
deri potuerit à quibusdã in hac uita positis,pro
ipsi passi sunt,sed quia mundo sunt corde. Ideo
pter illud quod dictũ est ad Moysen, Nemo po
quippe inter illas beatitudines,cum omnia fa
test faciem meã uidere et uiuere:nisi quia potest
ciant qui cor mundum habent,non est tamẽ ali
humana mens diuinitus rapi ex hac uita ad an
cubi positum,deum uidebunt,nisi ubi dictũ est,
gelicã uitam,anteq; per istam cõmunem mortẽ
Beati mundo corde:quoniam mundo corde ui
carne soluatur. Sic enim raptus est qui audiuit il
debitur,qui nec in loco uidetur,nec oculis cor
lic ineffabilia uerba,quę nõ licet homini loqui:
poralibus quæritur,nec circũscribitur uisu,nec
ubi usq; adeo facta est ab huius uitę sensib⁹ quæ
tactu tenetur,nec auditur affatu,nec sentitur in
dam intentionis auersio,ut siue in corpore,siue
cessu. Deum enim nemo uidit unquã,uel in hac extra corpus fuerit,id est utrum sicut solet in ue

Universidad de Deusto
Biblioteca

hementiori ecstasi mens ab hac uita in illam ui-
tã fuerit alienata manente corporis uinculo, an
omnino resolutio facta fuerit, qualis in plena
morte contingit, nescire se diceret. Ita fit ut & il
lud uerum sit quod dictum est: Nemo potest fa-
ciem meam uidere & uiuere, quia necesse est ab
strahi ab hac uita mentẽ, quando in illius inesta
bilitatẽ uisionis assumitur, & non sit incredibile
quibusdam sanctis nondũ ita defunctis, ut sepe
lienda cadauera remanerent, etiam istam excel
lentiã reuelationis eius concessam fuisse. Quod
existimo cogitasse illum qui noluit dicere, Nec
apostoli Christum uidebãt: sed ait, nec apostoli
omnes Christum uidebãt, credens quibusdam
eorum diuinitatis quoq; ipsius uisionem de qua
loquebatur etiã tunc potuisse donari, certe pro-
pter beatum Paulum, quia & ipse quãuis nouis-
simus utiq; Apostolus erat, qui de sua illa ineffa
bili reuelatiõe nõ tacuit. Quanq; & illi fidelissi
mo antiquo famulo dei Moysi, mirũ ni in hac
terra laboraturo populũq; illum adhuc recturo,
concessum est quod petiuit, ut claritatẽ domini
Exod.33 uideret, cui dixerat: Si inueni gratiã ante te, ostẽ
de mihi temetipsum manifeste. Accepit enim
in præsentia congruum respõsum, quod faciem
dei uidere non posset, quam nemo uideret & ui
ueret: hoc modo significãte deo alterius potio-
ris uitę illam esse uisionem. Deniq; in uerbis dei
futuræ Christi ecclesiæ mysterium figuratũ est.
Gestauit quippe Moyses typũ populi Iudæorũ
in Christum passum postea crediturí: Ideo di-
cium est illi, Cum trãsiero, posteriora mea uide-
bis, Et cætera quæ ibi dicuntur, mirabili sacra-
mento prænunciant ecclesiã post futurã, unde
modo longũ est disputare. Quod autem dicere
institueram, desiderio eius etiam illud quod pe-
Num.12 tierat fuisse concessum, in libro Numerorũ post
ea demonstratũ est, ubi dominus arguit conta-
maciam sororis ipsius, & dicit alijs propheris
in uisione se apparere & in somno, Moysi autẽ
per speciem, non per ænigmata: ubi etiam addi
dit dicens, Et gloriam domini uidit. Quid ergo
est quod eum sic fecit exceptum, nisi forte quia
illa contẽplatione dignum etiã tunc habuit po-
puli sui talem rectorẽ & ministrũ in tota domo
sua fidelem, ut quemadmodum cõcupiuerat ui
deret deum sicuti est, quæ contemplatio cũctis
Cap.XIIII filijs in fine promittitur: Ista credo cõsiderans
uir ille sanctus cuius uerba tractamus, Nec Apo
stoli, inquit, omnes Christũ uidebant, quoniam
forte aliqui eorũ etiã ipso tẽpore uiderant, secun
dum ista quę dixi. Vt autem probaret quod di-
xit, quia non omnes uidebant, continuo subie-
Ioan.14 cit. Et ideo ait: Tanto tempore uobiscum sum
& adhuc me non cognouistis? Deinde subiun-
gens à qualibus deus uideat illa cõtemplatione
sicuti est, Qui enim cognouit, inquit, quæ sit la-
titudo, et longitudo, & altitudo, et profundum,
Ephe.3 & supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi, ui-
det & Christum, uidet & patrẽ. Ego hæc uerba

A Apostoli Pauli sic intelligere soleo, In latitudi-
ne bona opera charitatis, In longitudine perse-
uerantiam in bonis usq; in finem, In altitudine
spem cœlestiũ præmiorum, In profundo inscru Galat.5
tabilia iudicia dei, unde ista gratia in homines
uenit. Et hunc intellectum coaptare etiam sacra
mento crucis, ut in latitudine accipiatur trans-
uersum signum, quo extendunt manus propter
operum significationẽ, In longitudine ab ipso
usq; in terram ubi totũ corpus crucifixũ stare ui
detur, quod significat persistere, hoc est lõgani-
miter permanere, In altitudine ab ipso transuer
so ligno sursum uersus quod ad caput eminet,
propter expectationem supernorũ, ne illa bona
opera atq; in eis perseuerantia propter benefi-
B cia dei terrena atq; temporalia facienda credan
tur, sed potius propter illud quod desiper sem-
piternum sperat fides quæ per dilectionẽ ope-
ratur: In profundo autem pars illa ligni quæ in
terræ abdito defixa latet, sed inde cõsurgit om-
ne illud quod eminet, sicut ex occulta dei uolun
tate uocatur homo ad participationẽ tantę gra-
tiæ, alius sic, alius autem sic: Supereminentẽ ue
ro scientiæ charitatem Christi, eam profecto ubi
illa est pax quæ præcellit omnẽ intellectũ. Sed si
ue hoc in his apostolicis uerbis etiã ille senserit
Euãgelicus disputator, siue aliud aliquid fortas-
se cõgruentius, uides tamen etiã hoc, ni fallor,
à regula fidei non aberrare. Vnde autem nunc
agimus propter contuitum spiritalem, cũ dixis-
C set, Qui cognouit quæ sit latitudo & longitudo
& altitudo & profundum, & supereminentem
scientiæ charitatẽ Christi, uidet & Christum, ui
det & patrẽ, ne alicui tardissimo de corporali ui
sione dicere uideretur, Nos enim, inquit, iam se
cundum carnem non nouimus Christũ, sed se
cundum spiritũ. Spiritus enim ante faciem no-
strã Christus dominus. Quod ait hoc loco, no-
uimus, secundum fidem dixit, quæ nunc est, nõ
secundum cõtemplationem quę tunc erit: quia
& illud nouimus quicquid fide nõ ficta etiamsi
nondum per speciem cõtuendo, iam tamen in-
cõcusse credẽdo retinemus. Deniq; cum dixis-
set, Iam non secũdum carnem Christũ nosse, si-
cut Apostolus ait, & addidisset testimonium de
D propheta, Spiritus enim ante faciẽ nostrã Chri
stus dominus: cõtinuo subiecit, Qui nos in om
nem plenitudinem dei misericordia sua imple-
re dignetur, ut uideri possit à nobis. Certe ma-
nifestum est quod illam noticiã, ubi dixerat, no
uimus, ex fide posuit, ex qua modo iustus uiuit,
non ex cõtemplatione qua deum uidebimus si-
cuti est. Hanc enim sibi & nobis consequenter
optauit, futurãq; significauit dicendo, Qui nos
in omnem plenitudinẽ dei misericordia sua im-
plere dignet, ut uideri possit à nobis. Hãc ple- Cap.XV
nitudinem dei quidam in sermone Apostoli sic
intellexerunt, ut putarẽt nos hoc futuros omni-
no q̃ deus est. Hæc enim uerba sicut recogno-
scis, Apostolus posuit ita loquens, Cognoscere Ephe.3
etiam

etiam supereminentẽ scientię charitatẽ Christi, A
ut impleamini in omnẽ plenitudinem dei. Qua
propter, inquiũt, si aliquid minus q̃ deus habe-
bimus, & in aliquo minores erimus, quomodo
implebimur in omnẽ plenitudinẽ dei? Sed quo
niam implebimur, profecto erimus æquales.
Auersaris istũ utiq; & detestaris humanæ men-
tis errorẽ, scio, & recte facis. Sed quomodo in-
telligẽda sit ista plenitudo, qua dictũ est implen
dos nos esse in omnẽ plenitudinẽ dei, postea si
Epilogus an/ deus uoluerit pro uiribus quas dederit dissere-
te dissertorũ mus. Nunc autẽ quod mihi proposueras, & ad
explicandũ difficile uidebatur, utrum explica-
tum sit, diligenter attende recolendo quæ dicta
sunt. Si enim quæris, utrum possit deus uideri?
Respondeo, Potest. Si quæris, unde sciam? Re- B
Mat.5 spondeo, Quia in ueracissima scriptura legitur,
Beati mundi corde, quoniã ipsi deum uidebũt:
& cætera talia. Si quæris quomodo dictus sit in
uisibilis, si uideri potest? Respõdeo, Inuisibilem
esse natura, uideri autẽ cum uult sicut uult: pluri
Gen.4 mis enim uisus est, nõ sicuti est, sed quali specie
illi placuit apparere. Si quæris, quomodo eum
uidit uel Cain sceleratus quando de suo scelere
ab illo interrogatus & iudicatus est: uel etiã ipse
diabolus, quando uenit cum angelis ut cum illo
assisteret, si beati mundicordes, quoniã ipsi deũ
uidebũt? Respõdeo, non quidẽ esse consequẽs,
ut etiam uideãt deum qui uoces ab eo factas ali
quando audiunt. Neq; enim uiderunt eum qui
audierunt quãdo dixit ad filium: Et clarificaui C
& clarificabo iterum. Verũtamen non esse mi-
randũ, si aliqui etiam non mundo corde uident
deum in specie, quam uolũtas eius fecerit, laten
te inuisibili & apud se incõmutabili manẽte na-
tura. Si quæris utrũ etiam sicuti est possit aliquã
Io.12 do uideri? Respõdeo, filijs hoc esse promissum,
de quibus dictũ est: Scimus quia cum apparue-
rit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eum si-
cuti est. Si quæris, unde eũ uidebimus? Respon
deo, unde angeli uident, quibus tunc erimus æ-
quales. Sicut enim uidẽtur ista quæ uisibilia no-
minantur, deum nemo uidit unquam, nec uide-
ri potest, quoniam lucem habitat inaccessibilẽ,
et est natura inuisibilis sicut incorruptibilis: quę
1 Tim.6 contextim posuit Apostolus, dicens: Regi autẽ D
seculorũ inuisibili, incorruptibili: quia sicut nũc
incorruptibilis nec postea corruptibilis, ita nõ
solum nunc, sed etiã semper inuisibilis. Nec in
loco enim uidetur, sed mundo corde: nec corpo
ralibus oculis quæritur, nec circũscribitur uisu,
nec tactu tenet, nec auditur affatu, nec sentitur
incessu. Vnigenitus aũt filius qui est in sinu pa-
tris, diuinitatis naturam atq; substantiã insona-
biliter narrat, & ideo dignis idoneisq; tãto con
specto oculis etiã inuisibiliter mõstrat. Ipsi enim
Eph.1 sunt oculi, de quibus Apostolus dicit, illumina-
Psal.12 tos oculos cordis uestri. Et de quibus dicitur, Il
lumina oculos meos ne unquam obdormiã in
1 Cor.6 morte, nequãdo dicat inimicus, &c. Dominus

enim spiritus est. Vnde qui adhæret domino
unus spiritus est. Proinde qui potest deum inui
sibiliter uidere, ipse deo põt incorporaliter ad-
hærere. Puto iam non esse in quęstione quam Cap. XVI
proposuisti, amplius quod requiras. Sed in hac
tota nostra disputatione cõsidera quid uideris,
quid credideris, quid adhuc nescias, siue quia
non dixi, siue quia nõ intellexisti, siue quia non
iudicasti esse credendum: & ea quæ uera esse ui
disti adhuc discerne unde uideris, utrũ recolen-
do illa te uidisse per corpus, sicut corpora cœle-
stia uel terrestria, an uero nunquã corporalibus
ea attigeris uisibus, sed sola mente intuens uera
& certa esse perspexeris: sicut uoluntatẽ tuam,
de qua ego tibi credere loquẽti possum, eam ue-
ro ut abs te uideturn uidere ipse nõ possum. Et cũ
hæc ita discreueris, etiam id attẽde unde discer
nas: quãuis enim alia corpore alia mente uidea
mus, horum tamen duorũ generũ ipsa discretio
uidet mente non corpore, & ea quæ mente con
spiciũtur, nõ indigẽt ullo corporis sensu, ut ea
uera esse nouerimus. Quæ aũt per corpus uidẽ-
tur, nisi mens adsit quæ talia nunciata suscipiat,
nulla possunt scientia cõtineri, & quæ nunciata
quasi suscipere perhibetur, foris ea relinqt. Sed
eorũ imagines, id est incorporeas similitudines
corporũ incorporaliter cõmẽdat memoriæ, un
de cũ uoluerit & potuerit, uelut de custodia pro
ductas atq; in conspectũ cogitationis exhibitas
iudicet. Et cũ uolet etiã ista duo discernit, quid
in specie corporali foris reliquerit, quid ei simi-
le intus inspiciat, & illud absens, hoc præsens
esse dinoscit. Sicut me absente faciẽ mei corpo
ris cogitas, & illa tibi est imago præsens. Ab-
sens aũt facies, cuius imago est hoc corpus. Illa
uero ĩcorporea corporis similitudo est. Iis ergo
quę uides diligẽter fidẽterq; pspectis atq; distin
ctis, attẽde quę credis in hocipso sermone toto,
ex quo ad te loqui his literis cœpi, & in eis ipsis
quib. nõ uisis accõmodas fidẽ, ipsa testiũ põde-
ra discernẽdo perpẽde. Neq; em̃ mihi sic credis
quẽadmodũ Ambrosio, de cuius libris tãta illa
testimonia posui. Aut si ambob⁹ nobis æqua lã
ce putas esse credendũ, nũquid ullo modo euan
gelio nos cõparabis, aut scripta nostra scriptu-
ris canonicis coæquabis? Profecto si recte in di
iudicãdo sapis, lõge nos infra uides ab illa auto
ritate distare. Et me quidẽ longius, sed utriq; no
strũ quantũlibet credas, utrũq; illi excellẽtiæ ne
quaq̃ comparas. Quocirca id quod scriptũ est,
Deũ nemo uidit unquã: &, Lucem habitat inac Io.1
cessibilẽ, quẽ nemo hominũ uidit nec uidere po 1 Tim.6
test: &, Beati mũdo corde, q̃m ipsi deũ uidebũt: Mat.5
Et quicqd aliud ex illis libris sanctis cõmemo-
rau, firmius credis q̃ id q̃d dixit Ambrosius:
Nec in loco deus uidet, nec corporalib⁹ oculis
quæritur, nec circũscribitur uisu, nec tactu tenet,
nec auditur affatu, nec sentit incessu. Talẽ quip
pe esse intellexit uel credidit deum, qui mũdo
corde cõspicitur. Hanc autem etiam meam sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentiam esse cõfiteor. Aliter ergo ista, aliter illa A diuina uerba in fide recipis. De nobis enim tibi subest fortasse aliquis scrupulus, ne in his diuinis eloquijs aliquid minus dilucide intelligamus, & nõ sicut dicta sunt, sed sicut suspicamur exponantur à nobis. Fortasse enim dicis apud teipsam: Quid si & mundo corde uidetur deus, & in loco tamẽ uidetur: aut quid si oculis etiam corporalibus deum uidebunt qui mundo sunt
1 Cor.15 corde, cum corruptibile hoc induerit incorru-
Luc.20 ptionem, quando erimus æquales angelis dei? Quantũ ergo nobis credere debeas uel non debeas, fortassis ignoras, & uel plus uel minus q̃ debes nobis credendo, ne fallaris attendis: diuinis autem scripturis, etiam nondum perspicue intellectis credendũ esse non dubitas. Sed hanc B considerationem credendi uel non credendi, & difficultatem scientiæ & dubitationis æstus & piam fidẽ quæ diuinis debetur affatibus, in tua mente ita ut sunt attẽdis & uides: nec de his omnino quod apud te ita sint, siue ut ego dixi, siue ut ipsa potius nosti aliquid ambigis. Vides ita-q; fidem tuam, uides dubitationem tuam, uides studium tuum uolũtatemq; discendi, & cum au-
Cap.XVII toritate diuina mouearis ad credenda quæ non uides, hæc te tamen credere incunctãter uides, distribuis & discernis hæc omnia. Num ergo ijs oculis cordis tui, quibus hæc omnia uera & certa esse contueris, tibiq; præsentia inuisibiliter cernis atq; discernis, ullo modo corporeos oculos comparabis? cum etiam de ipsis rebus C uisibilibus, quæ corporaliũ oculorum acie quodammodo radiãtur, & de ipsis corporeis oculis eorumq; acie, qualiscũq; & quantacũq; sit quantum distet ab inuisibilibus, non excellẽtioribus quibus etiã nobis non uisis fidem debes, sed ab ijs quæ cõmemoraui, quæ non credis absentia sed præsentia mente contueris, non eisdem ipsis carnis oculis sed illis interioribus iudices. Cum ergo interiores oculi iudices sint oculorum exteriorum, isti autem illis quodã officio nuncian di & ministerio famulẽtur, multaq; illi uideant quæ isti non uident, nihil isti uideant, unde non illi tanquã præsides iudicent, quis non illos istis incõparabili æstimatione præponat? Quę cum ita sint, obsecro te, cum agitur in teipsa hoc tam D grande negocium, cum ab exterioribus interiora distinguis, atq; illa istis ineffabiliter anteponis, cumq; istis foris relictis in illis intrinsecus demoraris, & ea suis quibusdã incorporalibus finibus metiẽdo iudicas, in nulla te putas, an in aliqua luce uersari? Ego enim existimo q̃ tanta tibi & talia, tam uera, tam clara, tam certa uideri sine luce nõ possunt. Ipsam igitur lucem in qua cũcta illa perspicis intuere, & uide utrũ ad eam possit accedere ullus corporeorũ radius oculorum. Profecto non potest. Attẽde etiam utrum in ea uideas ulla locorũ spacia uel interualla, responde. Nihil ibi tale ut arbitror inuenis, sed uigilanter abigis ab aspectu intimo quicquid imaginum corporalium exterioris hominis sensus inuexit. Sed fortè difficile est: irruit enim de cõsuetudine corporalis uitę, in ipsos quoq; interiores oculos turba phantasmatũ in similitudinib. corporũ: cui resistere conatus, saltem autoritate diuina, exclamaui, dolens in illa breui epistola, & dixi, Audiat caro carnalibus cogitationibus ebria: Spiritus est deus. Neq; enim cuiusquã magis q̃ etiã ipsam meã mentẽ ab huiusmodi uanitate illa increpatione cõpescui. Facilius quippe inclinamur ad solita, & amicũ est infirmitati humanæ animæ corporalẽ cõuersationẽ introrsus uel mittere uel admittere, non ubi sana cõsistat, sed ubi lãguida quodãmodo aut incũbat aut iaceat. Proinde si non potes aciẽ mentis tuæ à corporarũ similitudinũ quasi nubilo perspicue seBrenare, eas ipsas apud teipsam uigilãter attẽde, intuere cœlũ & terrã cogitãdo, sicut oculis corporis cernendo cõsueisti, easq; imagines cœli & terræ quæ ante oculos cogitatiõis, productæ sunt, uide similitudines corporũ esse nõ corpora. Sic ergo iudica contra teipsam pro teipsa, si non potes omnifariã corporaliũ qualitatũ imaginarias formas ab acie tuæ mentis abigere, & unde uinceris, inde conuince. Neq; enim est, ut opinor, quisq; etiã talibus imaginationib⁹ ita deditus, ut credat sic esse in memoria sua, uel in ipso conCspectu cogitatiõis suæ solẽ, lunã, stellas, amnes, maria, montes, colles, urbes, parietes denicq; domus suæ uel etiã cubiculi sui, & quicqd per oculos corporis tale cognouit & tenet, ut locorum spacijs atq; interuallis siue stent siue moueãtur. Porrò si ea quæ in animo nostro sunt corporib⁹ locisq; simillima, non tamen locorũ spacijs atq; finibus continẽtur, nec interuallis localibus in nostra memoria reponuntur, quanto magis illa quæ nullam gerunt similitudinẽ corporum: cha- Gal.5
ritas, gaudium, longanimitas, pax, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, cõtinentia, nulla locorum spacia tenent, nulla intercapedine separantur, aut aliqua oculi cordis quo radios suos mittãt & ea uideant interualla conquirũt: Nón ne omnia in uno sunt sine angustia, & sine terminis nota sunt, sine circuitu regionũ? Aut dic in quo loco uideas charitatem, quæ tamen in-D tantum tibi cognita est, inquantum eam potes mentis aciẽ contueri: quam non ideo magnam nosti, quia ingentem aliquã molem conspicien do lustrasti, nec cum tibi intus loquitur, ut secũdum eã uiuas ullis perstrepit sonis, nec ut eam cernas, corporaliũ lumen erigis oculorũ, nec ut eam fortiter teneas corporaliũ uires præparas lacertorũ, nec cum tibi uenit in mentem, sentis eius incessum. Ecce etiã charitas quãtulacũq; in nostra uolũtate consistit, nobisq; conspicua est, nec in loco uidetur, nec corporalib⁹ oculis quęritur, nec circunscribitur uisu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu, quanto magis deus ipse cũ hoc ipse in nobis est: Nam 2 Cor.4
si interior homo noster quãtulacũq; imago eius non

non de illo genita, sed ab illo creata, quãuis ad- A habitat inaccessibilem, quam nemo hominũ uihuc renouetur de die in diem, iam tamen in tali dit, nec uidere potest: & q̃ pater & filius & spi-
to de Gen. ad literam, cap. 24, 25 et 22 luce habitat quò nullus oculorũ corporaliũ sen- ritus sanctꝰ unus deus est sine ulla diuersitate & sus accedit: si ea quæ in illa luce cordis oculis in- separatione naturæ: & q̃ mundicordes eum uituemur, & discernũtur inter se, & nullis locorũ debunt, & q̃ similes ei erimus, quoniam uidebi-
spacijs separãtur: quanto magis deus qui lucem mus eum sicuti est: & q̃ deus charitas est, & qui
habitat inaccessibilẽ corporis sensibus, quò nec manet in charitate, in deo manet & deus in eo
ipsius nisi mũdi potest esse cordis accessus? Cũ manet: & q̃ pacem & sanctificationem sectari
igitur lucem istam omni corporali luci, non so- debemus, sine qua nemo poterit uidere deũ: &
lum iudicio rationis, sed amoris quoq; appetitu q̃ corruptibile hoc & mortale corpus nostrũ in
præposuerimus, quãto id magis ualebimus, tan- resurrectione commutabitur & induet incorru-
to melius ualebimus, donec sanẽtur omnes lan- ptionem atq; immortalitatẽ: & quia seminatur
guores animæ nostræ ab illo qui propicius sit corpus animale, resurget corpus spiritale, trãsfi-
omnibus iniquitatibus nostris. In hac enim ui- gurante domino corpus humilitatis nostræ, ut
uaciore uita facti spiritales poterimus omnia di conforme faciat corpori gloriæ suæ: & q̃ deus
iudicare: ipsi uero à nemine dijudicari. Anima- B fecit hominem ad imaginem & similitudinem
lis autem homo non percipit quæ sunt spiritus suam: & q̃ spiritu mentis nostræ renouamur in
Cap.XVIII dei. Stultitia enim est illi, & nõ potest scire quo agnitionem dei secundum imaginem eius qui
niam spiritaliter dijudicatur. Quod si nondũ creauit nos. In his atq; huiusmodi scripturarum
possumus præferre lucem iudicãtem, ei luci de sanctarum autoritatibus per fidem ambulãtes,
qua iudicatur: præferre uitam intelligentẽ, uitæ qui dato uel diuinitus adiuto intellectu spiritali
tantũmodo sentienti: præferre naturã non alibi ter profecerunt, & spiritalia spiritalibus compahoc & alibi aliud, sed omnia quæ habet in uno rare potuerũt, uiderunt melius uideri mente q̃
simul habentem sicuti est nostra intelligentia, ei corpore, & ea uideri mente, quæ non continennaturæ quæ ita partibus constat, ut minus sit di- tur locis, nec si locorum interuallis separarẽtur,
midia q̃ tota, sicuti est omne corpus, superfluo minora essent in parte q̃ in toto. Hinc est quod
de rebus tantis ac talibus disputamus. Si autem fiducialiter ille dicit, q̃ nec in loco Deus uidehoc iam possumus, aliquid melius q̃ intellectũ tur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis
nostrum deum esse credamus, ut pax eius quæ quæritur, nec circũscribitur uisu, nec tactu tene-
Phil.4 præcellit omnem intellectũ custodiat corda no- tur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Vnstra & intelligẽtias nostras in Christo Iesu. Ipsa C de quia & inuisibilis in scripturis sanctis eius
enim pax quæ præcellit omnem intellectũ, non substantia cõmendatur, & uisus esse à plurimis
est utiq; minor nostro intellectu, ut cum iste sit per corpus & corporalibus locis in eiusdem auoculis corporalibus inuisibilis, illa putetur esse toritatibus inuenit, aut spiritu quo corporales
uisibilis: an aliud pax dei, aliud splendor dei? cũ cernuntur imagines, per aliquam licet incorpoidem ipse sit unigenitus filius, cuius & illa cha- ream, tamen similitudinẽ corporis, sicut in somritas quæ supereminet scientiæ, cuius cognitio- nijs uel in ecstasi, secernit ille uir sanctus, dei nane implebimur in omnem plenitudinẽ dei, non turam ab huiusmodi uisionibus, easq; dicit esse
est nostræ mentis luce inferior, quæ illa illumi- quas dei uoluntas elegisset, non quas natura for
nãte tribuitur? Porrò si ista inaccessibilis est ocu- masset. Facit enim deus ista q̃bus uult, ut uult,
lis carnis, quanto magis illa quæ huic incompa- ut cui uult, quãdo uult appareat, sua latente atq;
rabiliter est supereminẽs, ac per hoc cum sit ali- in se incõmutabiliter manẽte substãtia. Si enim
quid nostrum uisibile sicut hoc corpus, aliquid uolũtas nostra apud se manẽs & latens sine ulla
uero inuisibile sicut homo interior, & cum opti- sui cõmutatione per quas se utcũq; ostendat exmum nostri, hoc est mens atq; intelligentia inui- primit uoces, quãto facilius deus omnipotẽs sua
sibile sit oculis corporis, quomodo id quod est D latente atq; incõmutabiliter manente natura, in
melius optimo nostri, uisibile erit inferiori no- qua uoluerit specie põt cui uoluerit apparere, q̃
Cap.XIX stro? Arbitror te iam concedere his omnibus ex nihilo creauit omnia atq; in se manens innoconsideratis, recte dictũ esse, q̃ deus nec in loco uat omnia? Ad eã uero uisionẽ qua uidebim⁹ Cap.XX
uidetur sed mũdo corde, nec corporalibus ocu- deũ sicuti est, mũdanda corda cõmonuit. Quia
lis quæritur, nec circũscribitur uisu, nec tactu te enim corpora cõsuetudine loquẽdi uisibilia nonetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et minãtur, propterea deus inuisibilis dicit, ne corsi quid in ijs minus intelligimus, uel aliter sapi- pus esse credat, nõ quia corda mũda suæ substãmus, id quoq; nobis reuelabit, si in quod peruetiæ contẽplatione fraudauit, cum hęc magna & nimus, in eo ambulemus. Peruenimus autem ut summa merces deũ colẽtibus & diligẽtibus promittatur, dicẽte ipso domino, quãdo corporalicredamus deum non corpus esse, sed spiritum. bus oculis uisibiliter apparebat, & inuisibilẽ se
1 Io.1 Peruenimus etiam ut credamus q̃ deum nemo contendũ mundis cordibus promittebat, Qui 1 Io.14
1 Io.1 uidit unquam: & q̃ deus lux est, & q̃ tenebræ diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã
1 Ioc.1 in eo non sunt ullæ: & q̃ apud eum non est com- eum, & ostendam meipsum illi. Hæc quippe
1 Tim.6 mutatio, nec momẽti obumbratio: & q̃ lucem natura

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura eius æqualiter cum patre inuisibilis,sicut æqualiter incorruptibilis est:quæ sicut supra dictum est,continuatim Apostolus posuit,diuinā substantiā qua potuit hominibus prædicatione commēdans:quam si oculi corporales in resurrectione mutata corporū qualitate cōspicient, uiderint qui hoc possunt astruere:me plus mouet illius sententia,qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalibus oculis,sed mundis cordibus
Cap. XXI tribuit. Et de spirituali quidem corporis qualitate quod resurrecturis promittitur,uel discere aliquid adhuc uel quærere non recuso:si tamen de hac re disputātes illis uitijs carere possumus, quæ plerūq; studijs humanis & cōcertatiōibus excitantur,dum supra q̄ scriptum est unus pro altero infletur aduersatus alterum:ne dum alter cando quærimus uestigare quomodo possit uideri deus,ipsam pacem sanctificationēq; perdamus,sine qua nemo poterit uidere deum:quod ipse auertat à cordibus nostris,ut ea suæ cōtemplationi munda reddat atq; custodiat. Illud tamen quia non dubito,non requiro,q̄ dei natura nunquam uideatur in loco. Iam utrum possit huius corporis oculis uideri aliquid quod in loco non uidetur,ab eis qui ualent disserēdo monstrare,cum pace dilectiōis audire paratus sum, & quod me mouet in commune conferre. Sunt enim quidam qui deum ipsum omnino corpus esse præsumunt,putantes quicquid corpus non est,nullam prorsus esse substantiam:istos omni modo auersandos censeo. Sūt autem alij deum quidem ipsum corpus nō esse minime dubitantes,sed ideo eos qui ad uitam æternā resurgent, etiam per corpus deum uisuros putāt,quoniam talem sperant spiritalis corporis qualitatem,ut etiam ipsa quæ caro fuerat,spiritus fiat. Quod si ita est,quātum distet à superiori opinione,& q̄ hoc sit tolerabilius etiam si uerum non sit,puto facillime iudicari. Primo quia multum interest, utrum de creatore an de creatura aliter aliquid sentiatur q̄ ueritas habet. Deinde quia conatus mentis utcūq; ferendus est, uolētis corpus conuertere in spiritum,non in corpus deum. Postremo q̄a id quod ego in illa epistola mea dixi de istis nostrę carnis oculis,q̄a neq; nunc possunt, neq; tunc poterūt deum uidere,etiam sic uerum est. Non enim dictum est nisi de oculis corporalibus,quod tunc non erunt si corpus ipsum spiritus erit,ac per hoc corporei oculi nūq; deum uidebunt,quia cum uidebitur,spiritus eum non corpus uidebit. Tota igitur quæstio iam remansit de corpore spirituali,quatenus induat incorruptionem et immortalitatē hoc corruptibile atq; mortale,& quatenus ex animali in spiritale mutetur. Quæ diligentius solicitiusq; tractāda est, maxime propter corpus ipsi⁹ domini,qui trāsfigurat corpus humilitatis nostræ,conforme corpori gloriæ suæ,ut possit sibi subiicere omnia. Cum enim & deus pater uideat filiū & filius patrem,proculdubio non sunt audiendi qui uisionem nolūt tribuere nisi corporibus. Neq; enim dici fas est q̄ filium pater non uideat,aut ut & ipse uideat,corpore indutus est,si nō nisi ad corpus pertinet uisus. Quid q̄ in ipso mundi exordio anteq̄ filio esset ulla forma serui suscepta,uidit deus lucem quia bona est,& firmamentū & Gen.1
mare & aridam et omne fœnū atq; omne lignū, solem,lunam,stellas,reptilia animarum uiuarū, uolatilia cœli,animā uiuā: Postremo uidit deus omnia quæ fecit,& ecce bona ualde. Quod cū per quasq; scilicet creaturas Scriptura toties repetisset,miror unde nata fuerit illa opinio,qua putatum est tantum ad corpora pertinere uisionem. Quæ opinio de quocunq; loquendi more orta sit,scripturæ tamen sanctæ non sic loqui solent,quæ nisi non tantum corpori,uerum etiam spiritui magisq; spiritui q̄ corpori tribuerēt uisionē,non prophetas proprie Videntes appel- 1 Reg.9
lauissent,qui non corpore sed spiritu etiā futura uiderunt. Sed cogitandū est ne quid insolēter Cap.XII
audiamus,si dixerimus corpus non solum mortalitatem & corruptibilitatē,uerum etiam hoc ipsum quod corpus est per gloriam resurrectionis amittere & spiritum fieri. Eo modo quippe aut conduplicabitur substātia spiritus,si & corpus spiritus erit: aut si uerus erit spiritus hominis, ita ut cōmutato & conuerso in spiritum corpore,neq; germinatione neq; incremento condu-
plicetur,nec omnino ullius accessu quantitatis augeatur: metuendum est ne nihil aliud dici uideatur,q̄ corpora non illa mutatione immortalia mansura,sed nulla potius futura & omnino peritura. Quapropter donec diligenti inquisitione,si dominus adiuuerit,reperiatur quid secundum scripturas de spiritali corpore quod in resurrectione promittitur,probabilius sentiendum sit,interim nobis sufficiat q̄ unigenitus filius idēq; mediator dei & hominū homo Christus Iesus,ita uidet patrem sicut uidetur à patre. Nos autem ad illam uisionem dei quæ nobis in resurrectione promittitur,non ex hoc mundo istam concupiscentiam oculorum transferre conemur,sed mundādis cordibus pio studeamus affectu,nec corporalē faciem cogitemus, cum dicit Apostolus, Videmus nunc per speculū in 1 Cor.13
ænigmate,tunc autē facie ad faciem,præsertim quia Apostolus expressius dixit: Nunc scio ex parte,tunc aūt cognoscā sicut & cognitus sum. Si ergo tūc corporali deū facie cognoscemus, corporali eius nunc facie cogniti sumus. Tunc enim cognoscā,inqt,sicut & cognitus sum. Vn de quis eū nō intelligat eo loco etiā nostrā faciē illam significare uoluisse,de qua dicit alio loco, Nos aūt reuelata facie gloriā domini speculantes,in eandē imaginē transformamur de gloria in gloriā,tanq̄ à domini spiritu,de gloria scilicet fidei in gloriā contēplationis æternæ? Hoc 2 Cor.3
quippe agit hæc transformatio,qua interior homo renouatur de die in diem. De quo & apostolus Petrus cum eum moneret ornari,non quæ 1 Pet.3

aforis,inquit,ornantur capillorum incrispatiōnibus,aut auro,aut margaritis,uel uestę precio-
sa,sed ille absconditus cordis homo,qui est ante deum diues. In qua enim facie uelamē habēt Iudæi non transeundo ad Christum,quoniam cum transierit quisq; ad Christum auferetur uelamen,ea nos facie reuelata in eandem imaginem transformamur. Apertissime autem dicit, uelamen super corda eorum positum est. Ibi est igitur facies qua reuelata nunc in fide,quamuis
Cap. XXIII per speculum & in ænigmate contuemur,tunc autem facie ad faciem. Quæ si approbas,tene mecum sancti uiri Ambrosij sententiā,iam non eius autoritate,sed ipsa ueritate firmatam. Neq; em & mihi propterea placet,quia per illius os potissimum me dominus ab errore liberauit,& per illius ministerium gratiam mihi baptismi salutaris indulsit,tanq̄ plantatori & rigatori meo nimium faueam:sed quia de hac re & ipse hoc dixit,quod pie cogitanti & recte intelligenti loquitur etiam ille qui incrementum dat deus. In
Matt.5 ipsa ergo resurrectione nō facile est deum uidere,nisi ijs qui corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde,quoniā ipsi deū uidebunt. Quantos beatos iam numerauerat,& tamen uidendi ijs deum non promiserat facultatem. Si ergo ij qui mundo sunt corde deum uidebunt,utiq; alij non uidebunt. Neq; enim indigni deum uidebunt,neque is qui deum uidere noluerit potest eum uidere. Nec in loco deus uidetur,sed mundo corde: nec corporalibus oculis deus quæritur: nec circūscribitur uisu,nec tactu tenet,nec auditur affatu,nec sentitur incessu: & cū absens putatur,uidetur: & cū præsens est,non uidetur.
Ioa.14 Deniq; nec apostoli omnes Christum uidebāt, & ideo ait, Tanto tēpore uobiscum sum,& adhuc me non cognouistis? Qui enim cognouit quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profundum,& supereminentē scientiæ charitatem
1 Cor.5 Christi,uidet & Christum,uidet & patrē. Nos
Thr.4 enim iam secundū carnem non nouimus Christum,sed secūdum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus,qui nos in omnem plenitudinē dei misericordia sua imple re dignetur,ut uideri possit à nobis. Hæc uerba sancti uiri,quæ non carnalia sed spiritalia sunt, inquantum intelligis & uera esse,non ipse dixit,sed quia ueritas sine strepitu clamat,agnoscis: intantū intelligis unde adhæreas domino, teq; ipsam intrinsecus præparas incorporalē lo cum mansionis eius ad audiendū silentium narratiōis eius,& uidendā inuisibilē formam eius. Beati enim mundo corde,quoniā ipsi deum uidebunt. Non tamē eis sicut corpus ex aliquo loci interuallo apparebit,sed cum uenerit ad eos & mānionem fecerit apud eos,quoniam sic implebuntur in omnem plenitudinē dei,non cum fuerint & ipsi plenus deus,sed cum perfecti fuerint,pleni deo. Si autē non nisi corpora cogitamus,& nec illud saltem digne cogitare possumus,unde uel ipsa corpora cogitemus,nō quæramus quid aduersum nos ipsos loquamur,sed ab hac potius carnali cōsuetudine orando,& in anteriora nos extēdendo corda mūdemus. Vt enim non tātum quod beatus Ambrosius,uerū etiam quod sanctus Hieronymus,dicam,nō solum patris diuinitatē,sed nec filij quidē,nec spiritus sancti,quia una in trinitate natura est,possunt oculis carnis aspicere sed oculis mētis. De quib. ipse saluator ait: Beati mundo corde,quia ipsi deum uidebūt. Nāq; sicut alibi idem Hieronymus breuiter ac ueraciter definiuit,res incorporalis corporalibus oculis nō uidetur. Has sententias de re tanta uirorum tantorū non ob hoc interponere uolui,ut cuiusquā hominis sensum tanq̄ scripturæ canonicæ autoritatē sequēdum arbitreris: sed ut illi qui aliter sapiunt conentur mente uidere quod uerum est,& in simplicitate cordis quærere deum,ne tam doctos diuinorū eloquiorū tractatores temere reprehēdāt. Nec te moueat quod à quibusdam minus cōsiderate dicitur,quid tunc uidebunt oculi corporales si deum non uidebūt? an forte cæci erunt uel sine causa erunt? Neq; enim attendunt qui hæc loquuntur,quia si non erunt corpora,nec illi corporales profecto oculi erunt: si autem erunt corpora,erūt quæ uidere possint oculi corporales. Sed hæc iam satis dicta sint,quæ ab initio huius opusculi mei diligenter lecta et relecta considerans, sine ulla fortasse dubitatione perspicies, 22 de ciui. dei cap. 29
ad uidēdum deum per eius auxilium,cor mundum te debere præparare. De corpore uero spiritali,si dominus iuuerit,opere alio experiemur quid disputare ualeamus.

Augustinus Romaniano,hortans ut ocium datum bene collocet. Epistola CXIII

NOn hæc epistola sic inopiā chartæ indicat,ut mēbranas saltē abūdare testetur. Tabellas eburneas quas habeo a uūculo tuo cū literis misi. Tu em̄ huic pelliculæ facilius ignoscēs,q̄a differri nō potuit q̄ ei scripsi,& tibi non rescribere etiā ineptissimū existimaui. Sed tabellas si quæ ibi nostræ sunt, ꝓpter huiusmodi necessitates,mittas peto. Scripsi quidē De catholica religiōe,quātū dns dare digna 1 Retract. 12
tus est,qd̄ tibi uolo ante aduētū meū mittere,si charta interim non defit. Tolerabis enim qualē cūq; scripturā ex officina maiorū. De codicib⁹ pręter libros De oratore,totū mihi excidit. Sed nihil ampli⁹ rescribere potui q̄ ut ipse sumeres quos liberet,et nūc in eadē maneo sententia. Absens em̄ quid plus faciā nō inuenio. Gratissimū mihi est,q̄ in ultima epistola me participem do mestici tui gaudij facere uoluisti. Sed,me'ne salis placidi uultū fluctusq; quietos Ignorare iubes? quāq; nec me iubes,nec ipse ignoras. Quare si ad meli⁹ cogitādū quies aliqua data est,utere diuino beneficio. Nec em̄ debemus nobis cū ista ꝓueniūt,sed illis per quos ista ꝓueniūt gratulari,quoniā iusta & officiosa,& ꝓ suo genere Virg.5 æneid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pacatior atq; tranquillior rerum temporalium administratio recipiendorum æternorum meritum gignit, si non teneat cum tenetur, nec multiplicet cum multiplicatur, si non cũ pacatur inuoluat. Ipsius enim ueritatis ore dictum est: Si
Luc.16 in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Laxatis ergo curis mutabiliũ rerum, bona stabilia & certa quæramus, superuolemus terrenis operibus nostris. Nam in melis copia, non frustra pennas habet apicula, nectit enim hærentem.

Nebridius Augustino, deplorãs illum quod nimium interpelletur ciuium negocijs ab ocio cõtemplationis. Epistola CXIIII

I Tane est mi Augustine, fortitudinẽ ad tolerantiam negocijs ciuium præstas, necdũ tibi redditur illa exoptata cessatio? quæso qui te tam bonum homines interpellant, credo qui nescíunt quid ames, quid concupíscas? Nullus ne tibi est amicorum qui eis amores referat tuos? Nec Romanianus nec Lucinianus? Me certe audiant. Ego clamabo, ego testabor te deum amare, illi seruire atq; inhærere cupere. Vellem ergo te in rus meum uocare, ibiq; acquiescere. Non enim timebo me seductorẽ tui dici à ciuibus tuis, quos nimium amas, & à quibus nimium amaris.

Augustinus Nebridio, quomodo motus animi nostri à spiritibus sentiantur, & ab ijs quomodo afficiantur. Et unde motus iræ, de differẽtijs insensibilibus, de idea rerum. Hæc epistola sic erat deprauata, ut planè diuinãdum esset aliquot locis. Non uidetur fuisse iusta epistola, sed fragmẽta sparsim annotata literis Nebridij. Epis. CXV

Q Vanquã mei animi cognitor sis, fortasse tamen ignoras quantum uelim præsentia tua frui. Verũ hoc tam magnum beneficiũ deus quandoq; præstabit. Legi rectissimam epistolam tuam, in qua de solitudine questus es, & quadam desertione à familiaribus tuis, cum quibus uita dulcissima est. Sed quid aliud hic tibi dicam, nisi quod te non dubito facere. Confer te ad tuum animum, & illum in deum leua quantum potes. Ibi enim certius habes & nos, non per corporeas imagines, quibus nunc in nostra recordatione uti necesse est, sed per illam cogitationem qua intelligis non loco esse nos simul. Epistolas tuas cum considerarem, quibus non dubium tibi quærẽti magna respondi, uehemẽter me illa terruit quapercunctaris quomodo fiat, ut nobis à superioribus potestatibus uel à dæmonibus & cogitationes quædam inserantur & somnia. Magna enim res est, cui tu quoq; pro tua prudentia perspicis, non epistola, sed aut præsenti colloquutione, aut aliquo libello respondendũ esse. Tentabo tamen callens ingeniũ tuum quædam quæstiõis huius limina præseminare, ut aut cætera tecum ipse contexas, aut posse ad rei tantæ probabilem inuestigationẽ peruenìri minime desperes. Arbitror enim omnẽ motum animi aliquid
A facere in corpore. Id autem usq; ad nostros exire sensus, tam hebetes, tamq; tardos, cũ sint maioris animi motus, uelut cum irascimur, aut tristes, aut gaudentes sumus. Ex quo licet conijcere, cum etiam cogitamus aliquid, neq; id nobis in nostro corpore apparet, apparere tamẽ posse aereis æthereis ue animantibus, quorum & sensus acerrimus, & in cuius comparatione noster ne sensus quidem putandus est. Igitur ea quę, ut ita dicam, uestigia sui motus animus figit in corpore, possunt & manere & quendam quasi habitum facere, quæ latenter cum agitata fuerint
B & contrectata, secundũ agitantis & contrectantis uoluntatem, ingerunt nobis cogitationes & somnia, atq; id fit mira facilitate. Si eñ nostrorum corporum terrenorum & tardissimorũ exercitationes, agendis organis musicis seu in funambulo, cęterisq; huiusmodi spectaculis innumerabilibus ad quædam incredibilia peruenisse manifestum est, nequaquam est absurdũ, eos qui aereo uel æthereo corpore aliquid in corporibus agunt quæ naturali ordine penetrant, longe maiore uti facilitate ad mouẽdum quicquid uolunt, non sentiẽtibus nobis, & tamen inde aliquid perpetientibus. Neq; enim etiam quomodo fellis abũdantia nos ad iram crebriorem cogat sentimus, & tamen cogit cum hæc ipsa quã dixi abundantia facta sit irascẽtibus nobis. Sed hoc tamen si non uis simile à nobis prætereuntes accipere, uersa id cogitatione quantũ potes.
C Nam si animo existat assidue aliqua difficultas agendi atq; implendi quod cupit, assidue irascimur. Ira est autem, quãtum mea fert opinio, turbulentus appetitus auferẽdi ea quæ facilitatem actionis impediunt. Itaq; plerunq; non hominibus tantum, sed calamo irascimur in scribendo, eumq; collidimus atq; frangimus: & aleatores tesseris, & pictores penicillo & cuiq; instrumento quilibet, ex quo difficultatem se pati arbitratur. Hac autem assiduitate irascendi fel crescere etiam medici affirmant. Cremento autem fellis rursus & facile ac propè nullis causis existentibus irascimur: ita quòd suo motu animus fecit
D in corpore, ad eum rursus commouendum ualebit. Possunt latissime ista tractari, & multis rerũ testimonijs ad certiorem plenioremq; perduci noticiam. Sed huic epistolæ adiunge illã quam tibi nuper de imaginibus & de memoria misi, et eam diligentius pertracta. Nam minus plene à te intellecta rescripto tuo mihi apparuit. Huic ergo quam nunc legis, cum adiunxeris de illa quòd dictum ibi est de naturali quadam facultate animi minuentis & augẽtis cogitatione quid libet: fortasse etiam formæ corporum quas nunc uidimus uel cogitando apud nos uel somniando figurãtur, tametsi actus animi nullo modo est ijs quas uidemus comparandus. Si autem animum ita ut æquum est, animo conferas, magis idem uel cogitare uel contemplari, aut si aliquid aliud commodius dicitur, si ullus eis inest animus

animus, sydera & homines consideranda sunt. Cæterum in corporum motibus, si ut soles diligenter attendas, nihil omnino à duobus idem fieri potest. An tu cum deambulamus simul statim idem nos agere existimas? abest à prudentia tua. Septentrioni nãq; uicinior nostrũm qui deambulat, aut alterũ pari motu antecedat, aut tardius ingrediatur necesse est, neutrum tamen sentiri potest. Sed tu, ni fallor, quid intelligam? nõ quid sentiamus expectas. Quòd si ab axe in meridiem tendamus, coniunctí nobis atq; inhęrentes quãtum ualemus, innitamurq; marmori leui & æquali uel etiam ebori, tamen nõ magis potest esse amborum idem motus, quàm uenæ pulsus, quàm forma, quàm facies. Remoue nos & pone illam Glauciam prolem, nihil egeris, B quippe hic etiam si in illis geminis tanta est necessitas ut prope moueantur, quanta fuit ut singuli nascerentur. At enim hoc, inquies, ratione tãtum, quod autem sol ab astris differt, sensibus etiam clarum atq; manifestum est, si magnitudinem me cogis respicere. Nosti de interuallis & multa dicantur, & ad quàm incertum perspicuitas ista reuocetur. Sed ut concedã ita esse ut apparet, sic enim & credo, cuius tãdem & sensum fefellit illa procerítas ne septem pedes lõgiores quanquam sex longissima, cui te credo nimium quæsisse hominem æqualem, & cum minime reperisses usq; in eius formam nostram epistolam tendere uoluisse. Quare cum in terris quoq; tale aliquid existat, nihil de cœlo puto esse mirandum. Si autem te mouet, quòd præter solem nullius syderis lumen implet diem, quis quæso de hominibus tantus apparuit, quantus homo ille quem deus suscepit longe aliter quàm cæteros sanctos atq; sapientes? Quem si cum alijs hominibus conferas, maiore distantia continetur & collatione solis cætera sydera. Quam sanè similitudinem diligenter intuere. Fieri enim potest mente qua excellis, ut quãdam quæstionem de homine Christo ad id propositam transeunter dissoluerimus. Item quæris utrũ summa illa ueritas & summa sapientia & forma rerũ, per quam facta sunt omnia, quam filium dei unicum sacra nostra prophetantur, generaliter hominis, an etiam uniuscuiusq; nostrum rationẽ contineat? D Magna quæstio, Sed mihi uidetur quod ad hominem faciendũ attinet, hominis quidem tantum, non meam uel tuam ibi esse rationẽ. Quod autem ad orbem temporis, uarias hominum rationes in illa synceritate uiuere. Verũ hoc cum obscurissimũ sit, qua similitudine illustrari possit ignoro, nisi forte ad artes illas quæ sunt in animo nostro confugiendum est. Nam in disciplina metiendi una est anguli ratio, una quadrati. Itaq; quoties demonstrare angulum uolo, nõ nisi una ratio anguli mihi occurrit. Sed quadratum nequaquam scriberem, nisi quatuor simul angulorum rationẽ intuerer. Ita quilibet homo una ratione qua homo intelligitur factus est, at
A ut populus fiat, quãuis & ipsa una ratio est, non tamen hominis ratio, sed hominũ. Si ergo pars huius uniuersi est Nebridius sicut est, & omne uniuersum partibus constat, non potuit uniuersi cõditor deus, partium rationem non habere. Quamobrem quod prima hominũ ibi ratio est, non ad ipsum hominem pertinet, quanquã mirís rursum modis ad unũ omnia rediganr. Sed tu id cõmodius cogitabis. His contentus sis interim peto, quanquã iam excesserim ueniam.

Augustinus Nebridio, de conuictu & secessu altissimo à tumultu rerum mundanarum, ac tranquillitate mentis. Erat & hæc deprauatissima. CXVI

N Vnquam æque quicquam tuarũ inquisitionum me in cogitando tenuit æstuantem, atq; illud quod recentissimis literis tuis legi, ubi nos arguis q consulere negligamus, ut unà nobis uiuere liceat, Magnũ crimen, & nisi falsum esset, periculosissimum. Sed cum probabilis ratio demonstrare uideatur, hic nos potius quàm Carthagini uel etiam rure ex sententia posse degere, quid tecum agam mi Nebridi, prorsus incertus sum. Mittatur ne ad te accõmodissimum tibi uehiculum: iam bastarna innoxie te uehi posse noster Lucinianus autor est. At matrem cogito, ut quę absentiam sani non ferebat, imbecilli multominus esse laturã. Veniã ne ipse ad uos? At hic sũt qui nec uenire mecum queãt, & quos deserere nefas putem. Tu enim potes & apud tuã mentem suauiter habitare, ꝙ uero ut idem possint sa
C tagitur. Eam ne crebro & redeã, & nunc tecũ, nunc cum ipsis sim? At hoc neq; simul neq; ex sententia uiuere est. Nõ enim breuis est uia, sed tanta omnino cuius peragendę negocium sæpe suscípere, nõ sit ad optatum ocium peruenisse. Huc accedit infirmitas corporis, qua ego quoque, ut nosti, non ualeo quod uolo, nisi omnino desinam quicquã plus uelle quàm ualeo. Profectiones ergo quas quietas & felices habere nequeas, per tõtam cogitare uitã, non est hominis de illa una ultima quę mors uocatur cogitantis, de qua uel sola intelligis uere esse cogitandum. Dedit quidem deus paucis quibusdã, quos gubernatores ecclesiarũ esse uoluit, ut & illam nõ solum expectarent fortiter, sed alacriter etiã desiderarent, & earum obeundarũ labores sine ullo angore susciperent: sed neq; ijs qui ad huiusmodi administrationes temporalis honoris amore raptantur, neq; rursum ijs qui cum sint priuati, negocioſam uitam appetunt, hoc tantũ bonum concedi arbitror, ut inter strepitus inquietosq; conuentus atq; discursus cum morte familiaritatem quã quærimus faciãt, deificari enim utrisq; in ocio licebat. Aut si hoc falsum est, ego sum omniũ ne dicã stultissimus, certe ignauissimus, cui nisi prouenìat quædam secura cessatio, syncerum illud bonũ gustare atq; amare nõ possum. Magna secessione à tumultu rerum labentium, mihi crede, opus est, ut non duritia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non audacia,non cupiditate inanis gloriæ,non superstitiosa credulitate fiat in homine,nihil timere.Hinc enim fit illud etiam solidũ gaudiũ, nullis omnino lætitijs ulla ex particula cõferendum.Quòd si in naturã humanã talis uita non cadit,cui aliquãdo euenit ista securitas:cur tanto euenit crebrius,quanto quis in mentis penetralibus adorat deum:cur in actu etiã humano plerũq; ista tranquillitas manet,si ex illo adyto ad agendum quisq; procedat?cur interdum & cum loquimur mortem non formidamus,cum autem nõ loquimur etiam cupimus?Tibi dico, non enim hoc cuilibet dicerem,tibi inquam dico,cuius itinera in superna bene noui,tu ne cũ expertus sæpe sis quàm dulce uiuat,cum amori corporeo animus moritur,negabis tandem totam hominis uitam posse intrepidã fieri,ut rite sapiens nomineturraut hanc affectionẽ qua ratio nititur tibi accidisse unquam,nisi cum in intimis tuis ageres asserere audebis?Quæ cum ita sint,restare unum uides,ut tu quoq; in cõmune consulas,quo uiuamus simul.Quid enim cũ matre agendũ sit,quam certe frater Victor non deserit,tu multo melius calles q̃ ego.Alia scribere,ne te ab ista cogitatione auerterem,nolui.

Augustinus Nebridio,significans ei quantum profecerit in secessu,contemplatione rerum æternarum. Epistola CXVII

IRum admodum est quàm mihi præter spem euenerit,quòd cum requiro quibus epistolis tuis mihi respõdendum remanserit,unam tãtum inueni quæ me adhuc debitorem teneret,qua petis ut tanto nostro ocio quãtum esse arbitraris tecum, aut nobiscum cupis,indicemus tibi quid insensibilis atq; intelligibilis naturæ discernẽtia profecerimus.Sed non arbitror occultũ tibi esse,si fallis opinionibus tanto quisq; inseritur,quãto magis in eis familiariusq; uolutaꝛ,multo id facilius in rebus ueris animo accidere.Ita tamẽ paulatim in perfectum hominẽ proficimus.Quippe cum plurimum inter puerum & iuuenem distet,nemo à pueritia quotidie interrogat?se aliquando iuuenem dicet.Quod nolo in eam partem accipias,ut nos in his rebus quasi ad quandam mentis iuuentutem firmioris intelligentiç robore puenisse existimes.Pueri enim sumus, sed ut dici adsolet,forsitan belli & non mali.Nã plerũq; perturbatos & sensibilium plagarũ curis refertos,illa tibi notissima ratiũcula,in respirationem leuat,mentem atq; intelligentiã oculis & hoc uulgari aspectu esse meliorem:quod non ita esset,nisi magis essent illa quæ intelligimus,quàm ista quæ cernimus.Cui ratiocinationi utrum nihil ualide inimicũ sit,peto mecum cõsideres.Hac ego interim recreatus,cum deo in auxilium deprecato & in ipsum & in ea quæ uerissime uera sunt attolli cœpero,tanta nõnun quam rerum manentium præsumptione compleor,ut mirer interdum illa mihi opus esse ratiocinatione,ut hæc esse credam,quæ tanto insunt præsentia quanto sibi quisque sit præsens. Recole tu quoq;,nam te fateor huius rei esse diligentiorẽ,ne quid forte nesciens rescriptis adhuc debeam.Nam mihi non facit fidẽ tam multorum onerũ quæ aliquãdo numeraueram,tam repentina depositio,quãuis te accepisse literas meas non dubitem,quarũ rescripta non habeo.

Augustinus Ianuario respondet,docens quid agendum sit in ijs in quibus regionum aut ecclesiarum consuetudines uariant,& in quibus consentiunt:puta de sacramentis,festis diebus,ieiunio & eucharistia. Epistola CXVIII

Dilectissimo filio Ianuario,Augustinus in D.S. 2 Retract. Cap.1

A D ea quæ me interrogasti,mallem prius nosse quid interrogatus ipse responderes:ita enim uel approbando uel emẽdando respõsiones tuas multo breuius possem respõdere,& te facillime aut confirmare aut corrigere.Hoc quidem,ut dixi,mallem.Sed tamen ut nunc respõderem,malui lõgiorem facere sermonem quàm dilationem. Primo itaq; tenere te uolo quod est huius disputationis caput,dominum nostrum Iesum Christum,sicut ipse in Euangelio loquitur,leni iugo suo nos subdidisse & sarcinæ leui:unde sacramẽtis numero paucissimis,obseruatiõe facillimis, significatione præstantissimis,societatem noui populi colligauit,sicuti est baptismus trinitatis nomine consecratus,cõmunicatio corporis & sanguinis ipsius,& si quid aliud in scripturis canonicis commendatur,exceptis ijs quæ seruitutem populi ueteris pro congruentia cordis illorum & prophetici temporis onerabant,quæ & in quinq; libris Moysi leguntur.Illa autem quæ non scripta sed tradita custodimus,quę quidem toto terrarum orbe obseruantur,dantur intelligi uel ab ipsis apostolis uel plenarijs concilijs, quorũ est in ecclesia saluberrima autoritas,commendata atq; statuta retineri,sicuti quod domini passio & resurrectio & ascensio in cœlum,& aduẽtus de cœlo spiritus sancti,anniuersaria solennitate celebrãtur:& si quid aliud tale occurrerit quod seruatur ab uniuersa quacunq; se diffundit ecclesia. Alia uero quæ per loca terrarum regionesq; uariantur,sicuti est quod alij ieiunant sabbato,alij uero non:alij quotidie communicãt corpori & sanguini dominico,alij certis diebus accipiunt:alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur,alibi sabbato tantũ & dominico:alibi tantum dominico:& si quid aliud huiusmodi animaduerti potest,totũ hoc genus rerum liberas habet obseruationes:nec disciplina ulla est in his melior graui prudentiq; Christiano,quàm ut eo modo agat quo agere uiderit ecclesiam ad quãcũq; forte deuenerit.Quod enim neq; contra fidem,neq; contra bonos mores iniungitur,indifferẽter est habendũ,& pro eorum inter quos uiuitur societate seruandum est.Credo te aliquãdo ex me audisse,sed tamen etiam

etiam nunc commemoro.Mater mea Mediolanum me consequuta,inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem,cœperat perturbari & fluctuare quid ageret:cum ego talia non curabam,sed propter ipsam consului de hac re beatissimę me moriæ uirum Ambrosium:respõdit se nihil docere me posse,nisi quod ipse faceret,quia si melius nosset,id potius obseruaret.Cumq; ego putassem,nulla reddita ratione autoritate sola sua nos uoluisse admonere ne sabbato ieiunaremꝰ, subsequutus est,& ait mihi:Cum Romã uenio, ieiuno sabbato:cum hic sum,non ieiuno.Sic etiam tu,ad quam fortè ecclesiã ueneris,eius morem serua,si cuiquam non uis esse scandalo,nec quenquam tibi.Hoc cum matri renũciassem,libenter amplexa est.Ego uero de hac sententia etiam atq; etiam cogitans,ita semper habui,tãquam eam cœlesti oraculo susceperim.Sensi enim sæpe dolens & gemens multas infirmorũ perturbationes fieri,per quorundã fratrum contentiosam obstinationẽ & superstitiosam timiditatem,qui in rebus huiusmodi quæ neq; scripturæ sanctæ autoritate,neq; uniuersalis ecclesiæ traditione,neq; uitæ corrigendę utilitate ad certum possunt terminũ peruenire,tãtum quia subest qualiscunq; ratiocinatio cogitantis,aut quia in sua patria sic ipse consueuit,aut quia ibi uidit ubi peregrinationem suam quo remotiorem à suis,eo doctiorem factam putat:tam litigiosas excitant quæstiones,ut nisi quod ipsi faciunt,nihil rectum existiment. Dixerit aliquis non quotidie accipiendam eucharistiam. Quæsieris quare?Quoniã,inquit,eligendi sunt dies quibus purius homo continentiusq; uiuit, quo ad tantum sacramentum dignius accedat. Qui enim mãducauerit indigne,iudicium sibi manducat & bibit.Alius contrà:imò,inquit,si tanta est plaga peccati,atque impetus morbi ut medicamenta talia differẽda sint,autoritate antistitis debet quisq; ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam,& eadem autoritate reconciliari.Hoc est enim indigne accipere,si eo tempore accipiat quo debet agere pœnitentiã,non ut arbitrio suo cum libet,uel auferat se communioni uel reddat.Cæterum si peccata tanta non sunt,ut excõmunicandus quisquam homo iudicetur,non se debet à quotidiana medicina dominici corporis seperare.Rectius inter eos fortasse quisquam dirimit litem,qui monet ut præcipue in Christi pace permaneant:faciat autem tmusquisq; quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum.Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem domini,si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt.Neq; enim litigauerunt inter se,aut quisquam eorum se alteri præposuit Zachæus & ille centurio,cum alter eorum gaudẽs in domum suam susceperit dominum,alter dicit,Non sum dignus ut intres sub tectum meum:ambo saluatorem honorificãtes diuerso & quasi contrario modo,ambo peccatis miseri,ambo misericordiam consequuti.Valet etiam ad hanc similitudinem quod in primo populo unicuiq; manna secundum propriam uoluntatẽ in ore sapiebat, sic in ore cuiusq; Christiani sacramentum illud quomodo sumatur æstimãdum.Nam & ille honorando non audet quotidie sumere,& ille honorãdo non audet ullo die prætermittere.Contemptum solum non uult cibus ille,sicut manna fastidium.Inde enim & Apostolus indigne dicit acceptum ab eis qui hoc non discernebant à cæteris cibis ueneratione singulariter debita. Cõtinuo quippe cum dixisset:Iudiciũ sibi manducat & bibit:addidit ut diceret,Non dijudicans corpus domini:quod satis toto ipso loco in epistola ad Corinthios prima,si diligenter attendatur apparet. Sit aliquis peregrinus in eo forte loco ubi perseuerantes in obseruatione quadragesimæ,nec quinta sabbati lauant relaxantq; ieiunium:Non,inquit,hodie ieiunabo. Quæritur causa:Quia non fit,inquit,in patria mea.Quid aliud ille,nisi consuetudinem suam consuetudini alterius pręponere conatur?Non enim mihi de libro dei hæc recitaturus est,aut uniuersæ quacũq; dilatatur ecclesiæ plena uoce certabit,aut ostendet istum contra fidem facere,se autem secũdum fidem,moresq; hinc optimos aut illum uiolare,aut se custodire conuincet. Violant sanè quietem & pacem suam de superflua quæstione rixando.Mallem tamen in rebus huiusmodi ut & ille in huius & hic in illius patria ab eo quod cæteri faciunt non abhorreret.Si uero etiam in aliena patria cum peregrinetur ubi maior & frequentior est populus dei, uidit,uerbi gratia,bis offerri quinta sabbati hebdomadæ ultimæ quadragesimę & mane & ad uesperam,ueniensq; in patriam suam ubi fine diei mos est offerri,male illicitęq; fieri contendat,quoniam alibi aliter ipse uiderit,puerilis est sensus ille,cauendus in nobis,tolerãdus & corrigendus in nostris. Prima ergo inquisitio tua quam in cõmonitorio posuisti,ex quo triũ istorum generum sit attende.Quæris enim his uerbis,quid per quintam feriam ultimæ hebdomadis Paschæ fieri debeat,an offerẽdum sit mane,& rursus post cœnam,propter illud quod dictum est:Similiter postquàm cœnatum est:an ieiunandum,& post cœnam tantummodo offerendum:an etiam ieiunandum & post oblationem,sicut facere solemus,cœnandum.Ad hæc itaq; ita respondeo,ut quid horum sit faciẽdum si diuinæ scripturæ præscribit autoritas,non sit dubitandum quin ita facere debeamus ut legimus,ut iam non quomodo faciendum,sed quo modo sacramentum intelligendum sit disputemus.Similiter etiam si quid horum tota per orbem frequentat ecclesia.Nam hoc quin ita faciendum sit disputare insolentissimæ insaniæ est.Sed neq; hoc neq; illud inest in eo quod tu quæris.Restat igitur ut de illo tertio genere sit

Cap. III Eucharistia

Luc.19 Mat.8

1 Cor.11

Cap.IIII

Ieiunium

Cap.V

Eucharistia bis in die

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod per loca regionesq; uariatur. Faciat ergo quisq; quod in ea ecclesia in quam uenit inuenerit. Non enim quicquam eorum contra fidem fit, aut cõtra mores, hinc uel inde meliores. His enim causis, id est aut propter fidẽ, aut propter mores, uel emẽdari oportet quod perperam fiebat, uel institui quod nõ fiebat. Ipsa quippe mutatio consuetudinis etiam quę adiuuat utilitate, nouitate perturbat. Quapropter quæ utilis non est, perturbatione infructuosa consequenter noxia est. Nec ideo putari debet institutũ esse mutis locis ut illo die post refectionem offeratur, quia scriptum est identidem, Et calicem accipiens post cœnam dicens: & cætera. Ipsam enim potuit appellare cœnam, qua iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus nanq; alibi dicit, Conuenientibus ergo uobis in unum, non est dominicam cœnam manducare: hanc ipsam acceptionẽ eucharistiæ dominicam cœnam uocans. Illud magis mouere potuit homines, utrum iam refecti die illa uel offerrent uel sumerent eucharistiam, quod in euangelio dicitur, Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem & benedixit, cum etiam superius dixisset, Cum sero factum esset, recumbebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit, Quoniam unus ex uobis me tradet. Pòst enim tradidit sacramentum. Et liquidò apparet, quando primum acceperũt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse iesunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ ecclesiæ quod à iesunis semper accipitur: Et hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quàm exteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neq; enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiẽdum conuenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Nãq; saluator quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimũ hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumereẽ, ut apostolis per quos ecclesias disposituras erat, seruaret hũc locum. Nã si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quòd eum morem nemo uariasset. Cum uero ait Apostolus de hoc sacramento loquens, Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate: Si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis: statim subtexuit, Cætera autem cum uenero, ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem uniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse quod nulla morum diuersitate uariatur.

1 Cor.11

Cap. VI

Mat. 26

De conse. dist. 2. cap. liquido

4. sent. dist. 8 cap. hic aut

Cap. VII Sed nonnullos probabilis quædam ratio de-

lectauit, ut uno certò die per annum quo ipsam cœnam Dominus dedit, tanquam ad insignio-
rem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus & sanguinẽ domini. Honestius autem arbitror ea hora fieri, ut qui etiam ie-
iunauerit, post refectionem quæ hora nona fit, ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus dominica illa cœna prandere, sed nulli etiam contradicere audemus, hoc tamen non arbitror institutum, nisi quia plures & propè omnes in plerisque locis eo die cœnare consueuerunt. Et quia nonnulli etiam ieiunium custodiunt, mane offertur Christo propter prandentes, quia ieiunia simul & lauacra tolerare non possunt, ad uesperam uero propter ieiunantes. Si autem quæris, quur etiam lauandi mos ortus sit: nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, nisi quia baptizandorum corpora per obseruationem quadragesimæ sordidata, cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lauarentur. Istum autem diem potius ad hoc electum quo cœna domini ca anniuersarie celebratur. Et quia concessum est hoc baptismum accepturis, multi cum his lauare uoluerunt, ieiuniumq; relaxare. His ut potui disputatis, moneo, ut ea quæ præloquutus sum serues quãtum potes, ut decet ecclesiæ prudentem ac pacificum filium. Alia quæ interrogasti, si deus uoluerit alio tempore expediam.

A

B

C

D

Cap. I natali Domini

Pascha

Augustinus Ianuario, copiosius differens de ritibus ecclesiæ, uel ijs quos negligi nefas est, uel ijs qui tollendi sunt, si citra maius incommodum liceat. Has duas epistolas Augustinus recenset inter libros, ob hanc prolixiorem. Epist. CXIX

Ectis literis tuis, ubi me commonuisti ut debitum redderem de reliquis enodandis quæstionibus, quas iam longe antè quæsieras, gratissimum mihiq; charissimum desiderium studij tui amplius differri, tolerare non potui, & quamuis in medijs aceruis occupationum mearum, hanc feci præcipuam, ut ad ea quæ me interrogasti responderem tibi. Diutius autem de tua epistola disputare nolo, ne hoc ipsum me impediat iam tandem reddere quod debeo. Quæris quæ causa sit, cur anniuersarius dies celebrandæ dominicæ passionis, non ad eundem redeat anni diem, sicut dies qua traditur natus. Et deinde subiũgis, si hoc sit propter sabbatum & lunam, quid sibi uelit in hac re obseruatio sabbati & lunæ. Hic primum oportet, ut noueris diem natalis domini, non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari quod natus sit, ac per hoc nihil opus erit, nisi reuolutũ anni diem quo ipsa res acta est, festa deuotione significari. Sacramentum est autem in alia celebratione, cum rei gestæ ita rememoratio fit, ut aliquid etiam significari intelligatur, quod sanctè accipiendum est. Eo itaq; modo agimus Pascha, ut non solum in memoriam quod gestum est reuocemus

cemus, id est quòd mortuus est Christus & resurrexit, sed etiam cætera quæ circa ea attestantur ad sacramenti significationem non omittamus. Quia enim sicut dicit apostolus, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: Transitus quidem de morte ad uitam in illa passione domini & resurrectione sacratus est. Nam etiam uocabulum ipsum quod Pascha dicitur, non Græcũ, sicut uulgò uideri solet, sed Hebræum esse dicunt qui linguam utranq; nouerunt. Neq; enim à passione, quoniam Græce πάθος dicitur pati, sed ab eo quod transitur (ut dixi) de morte ad uitam, Hebræo uerbo res appellata est. In quo eloquio Pascha transitus dicitur, sicut perhibent qui hoc sciunt. Quod uoluit & ipse Dominus tangere, cum dicit: Qui credit in me, trãsiet de morte ad uitam. Et maxime idem Euangelista hoc expримere uoluisse intelligitur, cum celebraturo domino Pascha cum discipulis suis, ubi cœnã eis mysticã dedit: Cum uidisset, inquit, Iesus quia uenit eius hora ut transiret de mũdo ad patrem. Transitus ergo de hac uita mortali in aliam uitam immortalem, hic est enim de morte ad uitam, in passione & in resurrectione domini commendatur. Hic transitus à nobis modo agitur per fidem quæ nobis est in remissionem peccatorum, in spem uitæ æternæ diligentibus deum & proximum, quia fides per dilectionem operatur, & iustus ex fide uiuit. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat: Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus: secundum hanc fidem & spem & dilectionem, qua cœpimus esse sub gratia, iam commortui sumus cum Christo, & consepulti illi per baptismum in morte, sicut dicit Apostolus: Quia & uetus homo noster simul cõfixus est cruci cum illo: & resurreximus cum illo, quia simul nos excitauit, & simul sedere fecit in cœlestibus. Vnde est & illa exhortatio: Si autem resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite: ubi Christus est ad dexteram dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sed quia sequitur & dicit: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cũ Christo in deo, cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria: satis indicat quid uelit intelligi, quia tunc trãsitus noster de morte ad uitam qui fit per fidem, spe per agitur futuræ in fine resurrectionis & gloriæ, cum corruptibile hoc, id est caro ista in qua gemimus modo, induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatẽ. Nunc enim quidem iam habemus primitias spiritus per fidẽ, sed adhuc in nobis ipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. In hac spe cum sumus, corpus quidem mortuũ est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iusticiã. Sed uide quid sequitur: Si autem spiritus eius, inquit, qui suscitauit Christum à mortuis habitat in uobis: qui suscitauit Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Hoc igitur uniuersa ecclesia quæ in peregrinatione mortalitatis inuẽta est, expectat in fine seculi quod in domini nostri Iesu Christi corpore præmonstratũ est, qui est ex mortuis primogenitus, quia et corpus eius cuius caput est ipse, nõ nisi ecclesia est.

A

Rom. 4.

B

Io. 5

Io. 13

Cap. II

C

Gal. 5

Abac. 2

Rom. 8

Rom. 6

Col. 3

D

Nonnulli enim attendẽtes uerba quæ assidue dicit apostolus: Quia & mortui sumus cũ Christo, & resurreximus cum eo, nec intelligentes quatenus dicatur, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem, nec ullam ulterius in fine temporum esse sperandã. Ex quibus est, inquit, Hymenæus & Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundã subuerterunt. Idem Apostolus eos arguens detestatur, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo. Vnde nisi quia hoc per fidem & spem & dilectionem factum esse dicit in nobis secundum primitias spiritus? Sed quia spes quæ uidetur non est spes, & ideo si quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus, restat utiq; redẽptio corporis nostri quam expectantes in nobismetipsis ingemiscimus. Vnde est illud: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Hæc igitur innouatio uitæ nostræ est quidam trãsitus de morte ad uitam, qui primo fit per fidem, ut in spe gaudeamus, & in tribulatione patientes simus, dum adhuc exterior noster homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, propter initium nouæ uitæ, propter nouum hominem quem iubemur induere & exuere ueterem. Expurgantes uetus fermentum ut simus noua conspersio, quoniam Pascha nostrum immolatus est Christus. Propter hanc ergo uitæ nouitatem, primus mensis in anni mensibus celebrationi huic attributus est. Nam & ipse dicitur mensis nouorum. Quia uero in toto tempore seculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio domini triduana est. Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, ubi iam manifestatio est sacramenti prius occulti in prophetico ænigmate. Hoc ergo & in lunari numero significatur, quia enim septenarius numerus solet in scripturis ad quandam perfectionem mysticus apparere, tertia hebdomada lunæ Pascha celebratur, id est qui dies occurrerit à quartadecima in uicesimam primam. Est illic & aliud sacramẽtum, quod si tibi obscurum fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, nõ contristeris. Nec ideo me putes meliorem, quia hæc in studijs puerilibus didici. Qui enim gloriatur, in eo glorietur, inquit, scire & intelligere, quoniam ego sum dominus. Nonnulli ergo studiosi talium rerum quęsiuerunt multa de muneribus et motibus siderum. Et qui subtilius ista scrutati sunt, incrementa et decrementa lunaria

1 Cor. 5

2 Cor. 4

Cap. III

2 Tim. 2

Rom. 8

Cap. IIII

Hier. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex cõuersione globi eius coniecerũt,non quod aliquid substantiæ uel accedat ei cum augetur, uel decedat cum minuitur:quòd deliramentum imperiti Manichęi opinantes,repleri eam dixe runt,sicut repletur nauis,ex fugitiua dei parte, quam commixtam principibus tenebrarum & eorum sordibus inquinatam corde ac ore sacri lego & credere & loqui nõ dubitant.Hinc ergo impleri lunam dicunt cum magna pars dei ma gnis laboríb.ab inquinamento purgata de toto mundo atq; omnibus cloacis fugiens redditur deo lugenti dum redeat.Repleri uero per men sem dimidiũ,& alio dimidio in solẽ refundi ue lut in aliam nauem.Nec tamẽ inter istas anathe matizandas blasphemias aliquid unquã finge re potuerũt,cur uel incipiens lucere uel desinẽs corniculato lumine fulgeat, aut cur à dimidio mense incipiat minui & nõ ad refundendũ ple na peruenìat.Illi aũt qui hoc certis numeris in dagarũt,ita ut & defectus solis & lunę non solũ cur fierent,sed etiam quando futuri erant longe antè prędicerẽt,& eos determinatis interuallis temporum canonica supputatione præfigerẽt, literisq; mandarent,quas modo qui legunt atq; intelligunt nihilominus eos prædicunt,nec ali ter aut alias accidunt q̃ prædicunt.Tales ergo quibus non est ignoscendũ,sicut sancta scriptu ra dicit:quia cum tantũ ualerent ut possent æsti mare seculũ,quomodo dominum eius supplici pietate nõ facilius inuenerũt,ex ipsis cornibus lunæ quæ à sole auersa sunt, siue crescentis siue decrescẽtis, coniecerũt eam uel à sole illustrari, & quanto magis ab eo recederet,tãto magis ab ea parte quæ terris apparet radios eius excipe re,quanto aũt ad eum magis post dimidiũ men sem ex alio semicirculo propinquaret,tantoma gis à superiori parte illustrata ab ea parte quam terris aduerteret non posse excipere radios,& propterea uideri decrescere:uel si haberet suum lumen,illud haberet ex una parte in hemisphæ rio,quam partem cum recedẽs à sole paulatim terris ostenderet,donec totam ostenderet quasi augmenta mõstrare,dum non addatur quod de erat,sed perdaẽ quod inerat,ac rursus paulatim abscondere quod patebat,& ideo uideri decre scere.Sed quodlibet horum sit duorũ,illud cer tum atq; manifestũ est,& cuiuis aduertẽti facile cognitũ,q; luna nõ augeatur ad oculos nostros nisi à sole recedẽdo,neq; minuatur nisi ad solem ex parte alia propinquãdo. Attende nunc qđ in Prouerbijs legitur: Sapiens sicut sol perma net,stultus aũt sicut luna mutatur.Et quis est sa piens qui permanet,nisi sol ille iusticiæ de quo dicitur,Ortus est mihi sol iusticiæ:& quem sibi non fuisse ortum in die nouissima plãgentes in pij dicturi sunt.&:Iusticiæ lumen non luxit no bis,& sol iusticię non ortus est nobis:Nam istũ carnis oculis uisibilẽ solem oriri facit super bo nos & malos deus,qui etiã pluit super iustos & iniustos.Ducuntur aũt semper ex rebus uisibili

Manichæi de luna

Cap.V Eccli.27 Sap.5 Mat.5

bus inuisibiliũ congruæ similitudines.Quis est ergo ille stultus qui tangẽ luna mutatur, nisi Adã in quo omnes peccauerunt? Anima quippe hu mana recedens à sole iusticiæ,ab illa scilicet in terna contẽplatione incommutabilis ueritatis, omnes uires suas in terrena conuertit,& eo ma gis magisq; obscuratur in interioribus ac supe rioribus suis:sed cum redire cœperit ad illam in cõmutabilem sapientiã,quanto magis ei appro pinquat affectu pietatis,tãto magis exterior ho mo corrũpitur,sed interior renouatur de die in diem,omnisq; lux illa ingenij quæ ad inferiora uergebat,ad superiora conuertitur,& à terrenis quodãmodo aufertur,ut magis magisq; huic se culo moriatur,& uita eius abscondatur cũ Chri sto in deo. Mutatur ergo in deterius ad exterio ra progrediens,& in uita sua proijciens intima sua,& hoc terræ,id est eis qui terrena sapiũt me lius uidetur,cũ laudatur peccator in desideríjs animæ suæ,& qui inique gerit benedicitur.Mu tatur aũt in melius cum intentionẽ suam & glo riam à terrenis quæ in hoc seculo apparent,pau latim auertit,& ad superiora ab inferioribus cõ uertit,& hoc terræ,id est eis qui terrena sapiunt deterius uidetur. Vnde illi impij postremo in fructuosam agẽtes pœnitẽtiam,etiam hoc inter multa dicturi sunt.Ii sunt quos aliquãdo habui mus in derisum & in similitudinẽ improperij: nos insensati uitam illorum æstimabamus insa niam.Ac per hoc spiritus sanctus de uisibilibus ad inuisibilia,& de corporalibus ad spiritalia sa cramenta similitudinẽ ducens,transitũ illum de alia uita in aliam uitã quod Pascha nominatur, à quartadecima luna uoluit obseruari,ut non so lum propter tempus tertiũ quod suprà comme moraui,qa inde incipit hebdomada tertia,sed etiam propter ipsam tertiam conuersionem ab exterioribus ad interiora de luna similitudo as sumeretur:usq; ad uicesimã uero & primã,pro pter ipsum numerũ septenarium quo uniuersita tis signatio sæpe figuratur,qui etiã ipsi ecclesiæ tribuitur propter instar uniuersitatis. Ideo Ioã nes apostolus in Apocalypsi,ad septem scribit ecclesias.Ecclesia uero adhuc in ista mortalita te carnis constituta,propter ipsam mutabilitatẽ lunæ nomine in Scripturis signatur. Vnde est illud:Parauerunt sagittas suas in pharetra,ut sa gittẽt in obscura luna rectos corde.Prius enim q̃ fiat illud quod dicit Apostolus,Cũ Christus apparuerit uita uestra,tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria:obscura uidet ecclesia in tem pore peregrinationis suæ,inter multas iniquita tes gemens,& tunc sunt timẽdæ insidię fallaciũ seductorum,quas nomine sagittarũ intelligi uo luit. Vnde alio loco propter nuncios fidelissi mos ueritatis quos ubiq; parit ecclesia,dicitur, Luna testis in cœlo fidelis.Et cum de regno do mini Psalmus cantaret: Orietur,inqt,in diebus eius iustitia & abundantia pacis,donec interfi ciatur luna:id est abũdantia pacis intantum cre

Lunæ de gloria

2 Cor.4

Cap.VI

Psal.10

Col.3

Sap.5

Psal.88 Psal.71

scet

scet, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. Tunc nouissima inimica destruetur mors,& quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis, unde nobis perfecta pax nondum est, consumetur omnino, cum corruptibile hoc in duerit incorruptionem,& mortale hoc indue rit immortalitatem. Vnde & illius ciuitatis mu ri,quę Hiericho appellatur,quia in Hebræo elo quio luna interpretari dicitur,septimo circuitu testamẽti arcæ corruerunt.Quid em̃ nunc aliud agit annũciatio regni cœlorum,quam circuitio arcæ significauit,nisi ut omnia munimẽta mor talis uitæ,id est omnis spes huius seculi,quæ re sistit spei futuri seculi,in dono septenario spiri tus sancti per liberum arbitrium destruatur: Ob hoc enim circumeũte arca non impulsu uiolen to illi muri ceciderũt,sed sponte.Sunt & alia te stimonia scripturarum,quæ nobis ingerunt per cõmemorationem lunæ ecclesię significationẽ, quę in ista mortalitate ab illa Hierusalem,cuius ciues angeli sunt,in erumnis & laboribus pere grinatur.Non ideo tamen putare debent stulti, qui nolunt in melius cõmutari,adorãda esse illa luminaria,quia ducitur ex eis aliquãdo simílitu do ad diuina mysteria figurãda:ex omni enim creatura ducitur.Nec ideo debemus in senten tiam dãnationis irruere,quæ ore apostolico de quibusdã profertur,qui coluerunt & seruierunt creaturæ potius q̃ creatori,qui est benedictus in secula.Sicut enim nõ adoramus pecora,quã uis dictus sit Christus & agnus et uitulus,nec fe ram,quia dictus est leo de tribu Iuda,nec lapi dem,quia petra erat Christus,nec montẽ Sion, quia in ipso figuratur ecclesia:sic nec solem nec lunam,quamuis ex ea cœlesti creatura,sicut ex multis terrestribus sacramentorũ figuræ ad in formationes mysticas assumantur. Quapro pter Manichæorum uel mathematicorũ delira menta cum detestatione irridenda sunt:quibus cum obiecerimus uana commenta,unde homi nes in errorem præcipitant,quò prius præcipi tati sunt,garruli sibi uidentur,cum dicũt nobis: Cur & uos ad solis & lunæ computationem Pa scha celebratis:quasi nos ordines siderũ,ac ui cissitudines temporũ à summo atq; optimo deo conditas arguamus,& non eorum peruersitatẽ, quę rebus sapientissime conditis ad stultissimas opiniones abutitur.Nam si mathematicus no bis contradicturus est de sideribus & luminari bus cœli ad sacramenta mystice figuranda simi litudines ducere,contradicant & augures ne di catur nobis:Estote simplices ut columbæ.Con tradicãt & Marsi ne dicatur nobis:Astuti sicut serpentes.Contradicãt histriones ne in psalmis citharam nominemus.Ac quia ex his rebus ad mysteria uerborum dei,similitudinum signa su muntur,dicant si placet,uel auspicia nos capta re,uel uenena conficere,uel theatricas affectare luxurias,quod demẽtissimũ est dicere.Non igi tur nos de sole & luna annuis menstruisue tem

1 Cor.15

Ioſ.6

Cap.VII

Rom.1

Mat.10

poribus actionũ nostrarũ euenta cõsicimus,ne in uitæ humanæ periculosissimis tẽpestatib.tan q̃ in scopulos miseræ seruitutis illíli,à libero ar bitrio naufragemus:sed ad rẽ sacrate significan dam similitudines aptas religiosissima deuotio ne suscipimus,sicut de cætera creatura,de uẽtis, de mari,de terra,de uolatilibus,de piscibus,de pecoribus,de arboribus,de hominibus,ad ser monem quidem multipliciter,ad celebrationẽ uero sacramẽtorũ iam Christiana libertate par cissime,sicut de aqua,de frumento,de uino,de oleo.In seruitute aũt ueteris populi etiam mul ta celebrari imperata sunt,quæ nobis tantũmo do intelligẽda tradũtur.Non itaq; dies obserua mus & annos & menses & tempora,ne audia mus ab Apostolo: Timeo ne forte sine causa la borauerim in uobis.Eos enim inculpat qui di cũt:Non proficiscar,quia posterus dies est,aut quia luna sic fertur:uel,Proficiscar ut prospera cedant,quia ita se habet positio siderũ.Non agã hoc mense cõmercium,quia illa stella mihi agit mensem:uel agam,quia suscepit mensem.Non plãtem hoc anno uineã,quia bissextus est.Non aũt quisquã sapiẽs arbitretur obseruatores tem porum reprehẽdendos,qui dicũt:Non profici scar hodie,quia tẽpestas exorta est:aut non na uigẽ,quia adhuc sunt hybernæ reliquiæ:aut tem pus seminãdi est,quia hymbribus autũnalibus terra satiata est:uel si qui forte alij naturales effe ctus circa motum aeris & humoris ad uariãdas temporũ qualitates in siderũ ordinatissima con uersione notati sunt,de quibus dictũ est cum cõ derentur:Et sint in signis & tẽporibus et diebus & in annis.Si quæ aũt figuræ similitudinũ non tantũ de cœlo & de sideribus,sed etiam de infe riori creatura ducuntur ad dispensationẽ sacra mentorum,eloquentia quædam est doctrinæ sa lutaris,mouendo affectui discentium accõmo data,à uisibilibus ad inuisibilia,à corporalibus ad spiritalia,à temporalibus ad æterna. Nec quisquã nostrum attendat quod eo tẽpore,quo Pascha celebramus,sol in ariete est,sicut illi ap pellant quendam siderum locũ,ubi reuera men se nouorum sol inuenitur:sed siue illi arietem, siue aliquid aliud eandẽ partem cœli uocare uo luerint,nos de scripturis sanctis hoc didicim⁹, quod omnia sidera deus condidit,& locis cœle stibus quibus uoluit,ordinauit:quæ stellis di stincta & ordinata in quaslibet partes diuidãt, quibuslibet uocabulis uocent,ubicũq; sol esset mense nouorum,illic eum reperiet hæc celebra tio,propter similitudinem sacramenti renouan dæ uitæ,de qua satis suprà disseruimus.Quòd si etiam locus ille siderum aries uocari posset propter aliquam figuræ congruẽtiã,neq; de hu iusmodi timeret sermo diuinus aliquam sacra menti similitudinẽ ducere,sicut de alijs non so lum cœlestibus,sed etiã terrestribus creaturis, sicut de Orione & Pleiadibus,sicut de monte Sina & de monte Sion,sicut de fluminibus quę

Lib.arbitriũ

Lib.arbitriũ

Gal.4

Gen.1

Cap.VIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocantur Geon, Phiſon, Tigris, Euphrates: ſicut de ipſo toties in ſanctis myſterijs nobilitato fluuio Iordane rerum figurate inſinuandarũ myſticas ſimilitudines adduxit. Sed quãtum interſit inter ſiderum obſeruationes ad aereas qualitates accommodatas, ſicut agricolæ uel nautæ obſeruant: aut ad notandas partes mundi curſumq; aliquò & alicunde dirigendum, quod gubernatores nauium faciunt, & ij qui per ſolitudines arenoſas in interiora auſtri nulla ſemita certa uel recta gradiũtur: aut cum ad aliquid in doctrina utili figurate ſignificandum, fit nonnullorum ſiderum aliqua commemoratio. Quantum ergo interſit inter has utilitates, & uanitates hominum ob hoc obſeruantium ſidera, ut nec aeris qualitates, nec regionum uias, nec ſolos temporum numeros, nec ſpiritalium ſimilitudines, ſed quaſi fatalia rerum iam euenta perquirant, quis non intelligat? Sed iam deinceps uideamus cur etiam id obſeruetur, cum Paſcha celebratur, ut ſabbatum occurrat. Hoc enim proprium Chriſtianæ religionis eſt. Nam Iudæi menſem nouorum tãtummodo & lunam obſeruant à quartadecima uſq; ad uicesimamprimam. Et quia illud eorum Paſcha, quo paſſus eſt dominus, ita occurrit, ut inter mortem eius & reſurrectionem medius eſſet ſabbati dies, addẽdum patres noſtri cẽſuerunt, ut & noſtra feſtiuitas à Iudeorum feſtiuitate diſtingueretur: & quod non fruſtra factum eſſe credendum eſt ab illo qui eſt ante tempora, & per quem facta ſunt tempora, & qui uenit in plenitudine temporũ, & qui poteſtatem habebat ponendi animam ſuam & iterum recipiẽdi eam, & ideo non fatalem, ſed opportunam ſacramento, quod commendare inſtituerat, horam expectabat, cum diceret: Nondum uenit hora mea. Vt igit̃ anniuerſaria paſſionis eius celebratione à poſteris ſeruarentur, quod enim nunc, ut ſuperius dixi, fide ac ſpe gerimus, atq; ut ad id perueniamus, dilectione fatagimus, requies eſt quædam ab omni labore omnium moleſtiarum ſancta atq; perpetua: in eadem nobis ex hac uita fit tranſitus, quem dominus noſter Ieſus Chriſtus ſua paſſione demõſtrare ac conſecrare dignatus eſt. Ineſt autem in illa requie non deſidioſa ſegnitia, ſed quædam ineffabilis tranquillitas actionis ocioſæ. Sic eñ ab huius uitæ operibus in fine requieſcitur, ut in alterius uitæ actione gaudeatur. Sed quia talis actio in dei laude agitur, ſine labore membrorum, ſine angore curarum, non ad eam ſic tranſitur per quietem, ut ipſe labor ſuccedat: id eſt nõ ſic eſſe incipiat actio, ut eſſe deſinat quies. Neq; enim reditur ad labores & curas, ſed permanet in actione quod ad quietem pertinet, neq; enim in opere laboratur, neq; in cogitatione fluctuatur. Quia ergo per requiem ad primam uitam reditur, unde anima lapſa eſt in peccatum, propterea ſabbato requies ſignificatur. Illa autem uita prima, quæ de peregrinatione redeũtibus, & primam ſtolam accipientibus redditur, per unam ſabbati, quem diem dominicũ dicimus, figuratur. Quære ſeptem dies Geneſim legens, inuenies ſeptimum ſine ueſpera, quia requiem ſine fine ſignificat. Prima ergo uita nõ fuit ſempiterna requies peccanti, requies autem ultima ſempiterna eſt, ac per hoc & octauus ſempiternam beatitudinẽ habebit, quia requies illa quæ ſempiterna eſt, excipitur ab octauo, non extinguitur: neq; enim aliter ſempiterna eſſet. Ita ergo erit octauus qui primus, ut prima uita non tollatur, ſed reddatur æterna. Sabbatum tamen commendatum eſt priori populo in ocio corporali temporaliter, & ut figura eſſet ſanctificationis in requiem ſpiritus ſancti. Nuſquam enim legimus in Geneſi ſanctificationẽ per omnes priores dies, ſed de ſolo ſabbato dictum eſt, Et ſanctificauit Deus diem ſeptimum. Amant enim requiẽ ſiue piæ animæ ſiue iniquæ, ſed an perueniant ad illud quod plurimum amant, neſciunt: nec aliquid appetunt etiam ipſa corpora ponderibus ſuis, niſi quieſcere à motibus ſuis. Nam ſicut corpus tamdiu nititur pondere, ſiue deorſum uerſus, ſiue ſurſum uerſus, donec ad locum quò nititur ueniens, conquieſcat: pondus quippe olei ſi dimittatur in aerem, deorſum: ſi autem ſub aquis, ſurſum nititur: ſic animæ ad ea quę amant propterea nituntur, ut perueniendo requieſcant. Et multa quidem per corpus delectant, ſed non eſt in eis æterna requies, nec ſatem diuturna, & propterea magis ſordidant animam, & aggrauãt potius, ut ſyncerum eius pondus, quo in ſuperna fertur, impediant. Cum ergo anima in ſeipſa delectatur, nõdum re incommutabili delectatur, & ideo adhuc ſuperba eſt, quia ſe pro ſummo habet, cum ſuperior ſit deus. Nec in tali peccato impunita relinquitur, quia deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Cum autem deo delectatur, ibi ueram, certam, æternã inuenit requiem, quam in alijs quærebat, nec inueniebat. Proinde admonetur in Pſalmo: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quia ergo charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis, ideo ſanctificatio in ſeptimo die cõmemorata eſt, ubi requies commẽdatur. Quia uero nec bene operari poſſumus, niſi dono eius adiuti, ſicut dicit apoſtolus: Deus enim eſt qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate, nec agere, nec requieſcere poterimus poſt omnia bona opera noſtra quę in hac uita gerimus, niſi eius dono ad æternitatem ſanctificati atq; perfecti. Propterea de ipſo deo dicitur: Cum feciſſet omnia opera ualde bona, ſeptimo die requieuit ab omnib. operib. ſuis quæ fecit. Futurã enim requiẽ ſignificabat, quã poſt bona opera daturus erat nobis hominib. Sicut enim cũ bene operamur, ipſe dicitur operari in nobis, cuius munere operamur: ita cum requieſcimus, ipſe requieſcere dicitur, quo donãte requieſci

quieſcimus. Hinc eſt quod etiam in tribus primis præceptis decalogi quæ ad deum pertinent, cætera enim ſeptem ad proximum pertinent, id eſt ad hominem, quia in duobus præceptis tota lex pendet: tertium ibi de obſeruatione ſabbati poſitum eſt: ut in primo præcepto patrem intelligamus, ubi prohibetur coli aliqua in figmentis hominum dei ſimilitudo, non quia non habet imaginem deus, ſed quia nulla imago eius coli debet, niſi illa quæ hoc eſt quod ipſe, nec ipſa pro illo ſed cum illo. Et quia creatura mutabilis eſt, ac propterea dicitur, Omnis creatura uanitati ſubiecta eſt: quoniam natura etiam uniuerſa in parte demonſtratur, ne quiſquam filium Dei uerbum, per quod facta ſunt omnia, putaret eſſe creaturã, ſequitur aliud præceptum: Non accipies in uanum nomẽ dei tui. Spiritus autem ſanctus, in quo nobis illa requies tribuitur, quam ubiq; amamus, ſed niſi deum amando, non inuenimus, cum charitas eius diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Quia ergo ſanctificauit deus diem ſeptimum in quo requieuit, tertio præcepto legis inſinuatur quod ſcriptum eſt de obſeruatione ſabbati, non ut iam in iſta uita nos quieſcere exiſtimemus, ſed ut omnia quæ bene operamur non habeant intentionem, niſi in futuram requiem ſempiternam. Memento enim maxime, quod iam ſupra commemorauí, qua ſpe ſalui facti ſimus: ſpes enim quæ uidetur non eſt ſpes, ad ipſum autem ignem amoris nutriendum & flammandum quodammodo, quo tanquam pondere ſurſum uel introrſum feramur, ad requiem hæc omnia pertinent, quæ inſinuantur nobis figurate. Plus enim mouent & accendunt amorem, quàm ſi nuda & ſine ullis ſacramentorũ ſimilitudinibus ponerentur. Cuius rei cauſam difficile eſt dicere. Sed tamen ita ſe habet ut aliquid per allegoricam ſignificationem intimatũ plus moueat, plus delectet, plus honoretur, quam ſi uerbis proprijs diceretur apertiſſime: Credo quòd ipſe animæ motus quãdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur: ſi uero feratur ad ſimilitudines corporales, & inde feratur ad ſpiritalia, quæ illis ſimilitudinibus figurantur, ipſo quaſi tranſitu uegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Ideoq; inter omnia illa decem præcepta ſolum ibi quod de ſabbato poſitum eſt, figurate obſeruãdũ præcipitur, quam figuram nos intelligendã, non etiam per ocium corporale celebrandam ſuſcepimus. Cum enim ſabbato ſignificetur ſpiritalis requies, de qua dictum eſt in Pſalmo: Vacate & uidete quoniam ego ſum deus: & quò uocãtur homines ab ipſo domino, dicente, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego uos reficiam: tollite iugum meum ſuper uos, et diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris: Cætera tamen ibi præcepta propriè ſicut præcepta ſunt, ſine ulla figurata ſignificatione obſeruamus. Nam & idola nõ colere manifeſte didicimus, & non accipere in uanum nomen domini dei noſtri, & honorare patrem & matrem, & non mœchari, non occidere, non furari, non falſum teſtimonium dicere, non concupiſcere uxorem proximi, non concupiſcere ullam rem proximi, nõ figurate aliud prætendunt, & myſtice aliud ſignificant, ſed ſic obſeruantur ut ſonant. Obſeruare tamen diem ſabbati non ad literam iubemur ſecundũ ocium ab opere corporali, ſicut obſeruant Iudæi: & ipſa eorum obſeruatio quia ita præcepta eſt, niſi aliam quandam ſpiritalem requiem ſignificet, ridenda iudicatur. Vnde non inconuenienter intelligimus ad amorem excitãdum, quo ad requiem tendimus, ualere omnia quæ figurate in ſcripturis dicuntur, quandoquidem non ſolum id in Decalogo figurate præcipitur, ubi requies commẽdatur, quæ ubiq; amatur, ſed in ſolo deo certa & ſancta inuenitur. Dies tamen dominicus nõ Iudæis, ſed Chriſtianis reſurrectione domini declaratus eſt, & ex illo habere cœpit feſtiuitatem ſuam. Animæ quippe omnium ſanctorum ante reſurrectionẽ corporis ſunt quidem in requie, ſed in ea nõ ſunt actione, qua corpora recepta uegetantur. Talem quippe actionem ſignificat dies octauus, qui & primus, quia non aufert illam requiem, ſed glorificat. Non enim redit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio. Oportet enim corruptibile hoc induí incorruptionem, & mortale hoc induí immortalitatem. Quapropter ante reſurrectionem domini, quãuis ſanctos patres plenos ſpiritu prophetico octauæ ſacramentum nequaquam lateret, quo ſignificatur reſurrectio: nam & pro octaua Pſalmus inſcribitur, et octauo die circuncidebantur infantes, & in Eccleſiaſte ad duorum teſtamentorũ ſignificationem dicitur: Illis ſeptem & illis octo reſeruatum eſt: tamen illis eſt occultatum, & ſolum celebrandum ſabbatum traditum eſt, quia erat antea requies mortuorum: reſurrectio autem nullius erat donec ueniret Chriſtus, qui reſurgens ex mortuis, iã non moreretur, & mors illi ultra non dominaretur. Sed poſtquàm facta eſt talis reſurrectio in corpore dominico, ut præiret in capite eccleſiæ, quod corpus eccleſię ſperaret in fine, iam etiam dies dominicus, id eſt octauus, qui & primus in ciperet celebrari, ipſa etiam cauſa intelligitur, cur obſeruandum Paſcha, ubi agnum occidere & comedere iubẽtur, quod manifeſtiſſime paſſionem domini præfigurat, non eis ita præceptum, ut attenderent occurrere ſabbatũ, & cum menſe nouorũ & tertiam lunę hebdomadã concurrere, ut eũdem quoq; diem dominus potius ſua paſſione ſignaret, qui etiam dominicũ, id eſt octauũ, qui & primus eſt, declaraturus aduenerat. Attende igitur ſacratiſſimũ triduũ crucifixi

Sabbati myſterium

Ioan. 2

Cap. X

Gen. 2

Exo. 20 Deut. 5

Cap. XII

Pſal. 45

Mat. 11

Allegoria

Rom. 5

Phil. 2

Gen. 1

Cap. XI

Mat. 22

Exo. 20 Deut. 5

Cap. XIII

1. Cor. 15

Eccles. 11

Rom. 6

Cap. XIIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

fixi,sepulti,suscitati.Horum trium quod signi-
ficat crux,in præsenti agimus uita:quod autem
significat sepultura & resurrectio,fide ac spe ge-
rimus.Nunc enim dicitur homini:Tolle crucē
Col.3 tuam,et sequere me.Cruciatur autem caro,cum
mortificātur membra nostra quæ sunt super ter-
ram,fornicatio,immūditia,luxuria,auaricia,&
Rom.8 cætera huiusmodi,de quibus idē dicit:Si secun-
dum carnem uixeritis,moriemini:si autem spi-
ritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis.Hinc
Eph.6 etiam de seipso dicit:Mundus mihi crucifixus
Rom.6 est,& ego mundo.Et in alio loco:Scientes,in-
quit,quia uetus homo noster simul confixus est
cruci cū illo,ut euacuetur corpus peccati,ut ul-
tra nō seruiamus peccato.Quādiu ergo id agūt
opera nostra ut euacuetur corpus peccati,quan B
diu exterior homo corrūpitur,ut interior reno-
uetur de die in diem,tēpus est crucis.Hæc sunt
etiam bona opera quidem,tamē adhuc laborio-
sa,quorum merces est requies.sed ideo dicitur,
Spe gaudentes,ut cogitātes requiem futuram,
cum hilaritate in laboribus operemur.Hanc hi-
larītatem significat crucis latitudo in transuer-
so ligno,ubi figuntur manus.Per manus enim
opera intelligimus,per latitudinem hilaritatem
operantis,quia tristitia facit angustias:per alti-
tudinem uero cui caput adiungitur,expectatio
nem retributiōis de sublimi iusticia dei,qui red
det unicuiq; secūdum opera sua,ijs quidem qui
secundum tolerantiam boni operis gloriam &
honorem & incorruptionem quærentibus ui- C
tam æternam.Itaq; longitudo,qua totum cor-
pus extenditur,ipsam tolerātiam significat,un-
de longanimes dicuntur qui tolerant. Profun-
dum autem quod terræ infixum est,secretum sa
cramenti præfigurat.Recordaris enim,nisi fal-
lor,quæ uerba Apostolus in ista designatione
Eph.3 crucis expediat,ubi ait:In charitate radicati at-
q; fundati,ut possitis cōprehendere cum omni-
bus sanctis quæ sit longitudo,latitudo,altitudo
& profundum.Ea uero quæ nondum uidemus
& nondum tenemus,sed fide & spe gerimus,in
alio biduo figurata sunt.Hæc enim quæ nunc
agimus,tanquam clauis præceptorum in dei ti-
Psal.118 more cōfixi,sicut scriptum est:Confige clauis
à timore tuo carnes meas,in necessarijs deputā- D
tur,non in eis quæ per seipsa appetenda & con
cupiscēda sunt. Vnde illud quod est optimum
se dicit concupiscere dissolui & esse cum Chri-
sto.Manere autem in carne necessariū,inquit,
Phil.1 propter uos.Quod ergo inquit,Cupio dissolui
& esse cum Christo:inde incipit requies,quæ
non interrūpitur resurrectione,sed clarificatur:
quæ tamen nunc fide retinetur.Quia iustus ex
fide uiuit.An ignoratis,inquit,quoniā quicūq;
baptizati sumus in Christo Iesu,in morte ipsius
baptizati sumus:Cōsepulti ergo illi sumus per
baptismum in mortem. Vnde,nisi fides:Neque
enim iam in nobis perfectum est,adhuc in no-
bismetipsis ingemiscētibus & adoptionem ex-

A pectantibus redemptionē corporis nostri.Spe
enim salui facti sumus.Spes autem quæ uidetur
non est spes. Quod enim uidet quis,quid spe-
rat?Si autem quod non uidemus speramus,per
patientiam expectamus.Quod memēto quam
sæpe cōmemorem,ne iam nunc in ista uita nos
beatos fieri debere arbitremur,& ab omnibus
difficultatibus liberos,ac sic in angustijs rerum
temporalium aduersus deum ore sacrilego mur
muremus, quasi non exhibeat quod promisit.
Promisit quidem etiam huic uitę necessaria,sed
alia sunt solatia miserorū,alia gaudia beatorum.
Domine,inquit,secundum multitudinem dolo Psal.93
rum meorum in corde meo,exhortationes tuæ
iocundauerunt animam meam.Non ergo mur
B muremus in difficultatibus,ne perdamus latitu- Rom.5
dinem hilaritatis,de qua dicitur,Spe gaudētes: 1 Cor.13
quia sequitur,In tribulatione patientes. Noua
ergo uita in fide nunc incohatur & spe geritur:
nam tunc perfecta erit,cum absorbebitur mor-
tale à uita,cum absorbebitur mors in uictoriā,
cum illa nouissima inimica destruetur mors,cū
immutati fuerimus, & æquales angelis facti.
Luc.20 Omnes enim,inquit,resurgemus,sed non om-
nes immutabimur. Et dominus:Erunt,inquit,
æquales angelis Dei. Apprehensi enim sumus
modo in timore per fidem,tunc autē apprehen-
demur in charitate per speciem. Quandiu enim
sumus in corpore,peregrinamur a domino:per
fidem enim ambulamus,non per speciem.Ipse
C itaq; Apostolus qui dicit,Tunc apprehendam 2 Cor.5
sicut apprehensus sum:aperte se non apprehen- Phil.3
disse confitetur.Fratres,inquit,ego me non ar-
bitror apprehendisse.Sed tamen quia ipsa spes
ex promissione ueritatis certa nobis est,cum di
ceret,Consepulti igitur sumus illi per baptismū
in mortem,subiūxit & ait,Vt quemadmodum
surrexit Christus ex mortuis per gloriam pa-
tris,ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Am
bulamus ergo in re laboris,sed in spe quietis:in
carne uetustatis,sed in fide nouitatis.Dicit enī,
Corpus quidem mortuum est propter peccatū,
spiritus autem uiuit propter iusticiam.Si autem
spiritus eius,qui suscitauit Iesum Christū à mor
tuis,uiuificabit & mortalia corpora uestra per
inhabitantem spiritum eius in uobis.Hoc ex au
toritate diuinarum scripturarum & uniuersæ ec
clesiæ quæ toto orbe diffunditur,consensione,
per anniuersarium Pascha celebratur. In ma- Cap.XV
gno utiq;,sicut iam intelligis,sacramento,& in
scripturis quidem ueteribus ad agendū Pascha
non est præceptum tempus,nisi ex mense nouo
rum,à luna quarta decima usq; ad uicesimampri
mam: ex Euangelio tamen, quia iam manife-
stum est quo etiam die dominus crucifixus sit,
& in sepultura fuerit, & resurrexerit, adiun-
cta est etiam ipsorum dierum obseruatio per pa
trum concilia,& orbi uniuerso Christiano per-
suasum est eo modo Pascha celebrari oportere.
Quadragesima sanè ieiuniorum habet autorita

tem,& in ueteribus libris ex ieiunio Moysi & A
Heliæ:& ex Euāgelio,quia totidem diebus do-
minus ieiunauit, demōstrans Euangelium non
dissentire à lege & prophetis.In persona quip-
pe Moysi lex,in persona Heliæ prophetæ acci-
piuntur,inter quos & in monte gloriosus appa-
ruit:ut euidētius emineret quod de illo dicit A-
postolus, testimonium habens à lege & à pro-
phetis.In qua ergo parte anni cōgruentius ob-
seruatio quadragesimæ constitueretur, nisi con
fini atq; contigua dominicæ passioni? Quia in
ea significat hæc uita laboriosa,cui opus est cō-
tinentia,ut ab ipsius mundi amicitia ieiunetur,
quę utiq; fallaciter blandiri,& illecebrarum su-
cos circunspergere atq; iactare non cessat. Nu-
mero autē quadragenario uitā istam propterea B
figurari arbitror,quia denarius in quo est perfe
ctio beatitudinis nostrę,sicut in octonario,quia
redit ad primum:ita in hoc mihi uidetur expri-
mi,quia creatura quę septenario figuratur,adhę
ret creatori, in quo declaratur unitas trinitatis
per uniuersum mundū temporaliter annūcian-
da:quia mūdus & à quatuor uentis delimatur,
& quatuor elementis erigitur, & quatuor anni
temporum uicibus uariatur. Decem autē qua-
terni in quadraginta cōsumuntur:quadragena-
rius autē partibus suis cōputatus,addit ipsum
denarium,& fiūt quinquaginta tanquā merces
laboris & cōtinentię. Neq; enim frustra ipse do
minus & quadraginta dies post resurrectionem
in hac uita & terra cum discipulis conuersatus C
est,& postea quàm ascendit in cœlū,decem die
bus interpositis promissum misit spiritum san-
ctum,completo die Pentecostes:qui dies quin-
quagesimus habet aliud sacramentum,quod se
pties septem quadragintanouem fiunt:& cum
reditur ad initium,quod est octauus,qui & pri-
mus dies,quinquaginta complentur:qui cele-
brantur post domini resurrectionē,iam in figu-
Orare stantes ra nō laboris,sed quietis & lætitiæ:propter hoc
& ieiunia relaxantur,& stantes oramus,quod
est signū resurrectionis. Vnde etiam omnibus
diebus dominicis id ad altare obseruatur,& hal
lelu ia canitur,quod significat actionē nostram
Psal.83 futurā nō esse nisi laudare deum,sicut scriptum
Cap.XVI est:Beati qui habitant in domo tua domine,in D
secula seculorum laudabunt te. Sed dies quin
quagesimus & in Scripturis commēdatur,non
tantum in Euangelio,quia tunc spiritus sanctus
aduenit,sed etiā in ueteribus libris.Nam & ibi
postea quàm pascha occiso agno celebrauerūt,
dies quinquaginta numerantur usq; ad diē quo
lex data est in monte Sina famulo dei Moysi,
digito dei scripta:in libris autē Euangelij aper-
tissime declaratur digitum dei significare spiri-
tum sanctum. Cum enim unus Euangelista di-
Luc.11 xisset, In digito dei eiicio dæmonia:alius hoc
Mat.12 idem ita dixit, In spiritu Dei eiicio dæmonia.
Quis hanc lætitiam diuinorum sacramentorū,
cum sanæ doctrinæ luce clarescunt,non præfe-

rat uniuersi mundi huius imperijs,etiam inusi-
tata felicitate pacatis:Nónne tanquam duo Se
raphin clamant adinuicem concinētiam laudis
altissimo: Sanctus,sanctus,sanctus,dominus Esa.6
deus Sabaoth:ita duo testamenta fideliter con-
cordantia sacratam concinunt ueritatem deo:
Occiditur ouis,celebratur pascha,& interposi-
tis quinquaginta diebus datur lex ad timorem
scripta digito dei. Occiditur Christus,qui tan-
quam ouis ad immolandum ductus est,sicut E-
saias testatur:celebratur uerum pascha,& inter-
positis quinquaginta diebus datur ad charitatē
spiritus sanctus,qui est digitus dei,cōtrarius ho
minibus sua quærentibus,& ideo iugum aspe-
rum & sarcinam grauem portantibus,nec inue
nietibus requiem animabus suis,quia charitas 1 Cor.13
non quærit quæ sua sunt. Ideo animositas hære
ticorum semper inquieta est,quos magorū Pha
raonis habere conatum,declarat Apostolus,di
cens: Sicut enim Iamnes & Mambres restite- 2 Tim.3
runt Moysi,sic & isti resistunt ueritati,homines
mēte corrupti,reprobi circa fidem,sed ultra nō
proficient. Dementia uero eorum erit manife-
sta omnibus,sicut & illorū fuit. Quia enim per
ipsam corruptionem mentis inquietissimi fue-
runt,in signo tertio defecerunt,fatentes sibi ad-
uersum esse spiritum sanctum qui erat in Moy-
se. Nam deficientes dixerunt: Digitus dei est
hic. Sicut autem cōciliatus & placatus spiritus
sanctus requiem præstat mitibus & humilibus
corde,ita contrarius & aduersus immites ac su-
perbos inquietudine exagitat. Quam inquietu Exo.8
dinem muscæ illæ grauissimæ significauerunt,
sub quibus magi Pharaonis defecerunt,dicen-
tes:Digitus dei est hic.Exodū lege,& uide ubi
Pascha celebrauerūt,post quot dies data sit lex.
Loquitur deus ad Moysen in mōte Sina die ter
tio mēsis tertij.Nota ergo unum diem egressus
ipsius tertij mensis,& uide quid dicat inter cę-
tera.Descende,inquit,testare populo & purifi-
ca illos hodie & cras,& lauent uestimenta sua
& sint parati in diem tertium. Tertia enim die
descendit dominus in montē Sina coram omni
populo,tunc data est lex tertio scilicet die tertij
mensis.Numera itaque à quartodecimo primi
mensis die quo factum est Pascha usq; ad diem
tertium tertij mēsis,& inuenies decē & septem
dies primi mensis,triginta secundi,tres tertij,
qui fiunt quinquaginta.Lex in arca est sanctifi-
catio in corpore domini,per cuius resurrectio-
nem nobis requies futura promittitur,ad quam
percipiēdam spiritu sancto charitas inspiratur.
Spiritus autem nondū erat datus,cū Iesus non- Io.7
dum erat clarificatus. Vnde prophetia illa can-
tata est:Exurge domine in requiem tuam, tu & Psal.131
arca sanctificationis tuæ. Vbi requies,ibi san-
ctificatio. Vnde nunc ut amemus & desidere-
mus,pignus accepimus, Vocātur autem ad re-
quiem alterius uitę quò ab ista trāsitur,quod Pa
scha significat, omnes in nomine patris & filij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.XVII & spiritussancti. Propterea quinquagenarius numerus ter multiplicatus, addito ad eminentiam ipsius sacramenti ipso ternario, in illis magnis piscibus inuenit, quos iam dominus post resurrectionē nouā uitā demonstrans, à dextera parte leuari imperauit, nec retia rupta sunt, quia tunc hæreticorū inquietudo nō erit. Tūc homo perfectus & quietus, purificatus in animo & in
Psal.11 corpore per eloquia domini casta, argentū igne examinatum terræ purgatum septuplum, accipiet mercedem denariū ut sint decem & septē. Nam et in hoc numero sicut in alijs multiplices figuras exhibentibus, sacramentū mirabile reperitur. Nec immerito etiam psalmus septimus
2 Reg.22 decimus in Regnorum libris solus integer legitur, quia regnum illud significat ubi aduersariū non habebimus. Titulus enim eius est, In die qua eruit eum dominus de manu omniū inimicorum eius & de manu Saul. Quis enim figuratur in Dauid, nisi ille qui uenit secundū carnem ex semine Dauid? Qui utiq; in corpore suo qđ est ecclesia adhuc patit inimicos. Vnde illi persecutori quem uoce mactauit, & in suū corpus traijciens quodammodo māducauit, sonuit de
Act.9 cœlo: Saule Saule quid me persequeris? Quando autem eruetur hoc corpus de manu omniū inimicorum eius, nisi cum & illa nouissima inimica destruetur mors? Ad hoc tempus pertinet numerus ille centum quinquagintatriū piscium. Nam & ipse numerus septimusdecimus surgēs in trigonum, centum quinquagintatrium summam complet. Ab uno quippe usq; ad decem & septem surgens, omnes medios adde, & inuenies: ad unum scilicet adde duo, fiunt utiq; tria, adde tria fiunt sex, adde quatuor fiunt decē, adde quinq; fiunt quindecim, adde sex fiunt uigintiunum: adde ita cæteros & ipsum decimumseptimum, fiunt centum quinquagintatria. Hæc de scripturis firmissime tenētur, id est Pascha & Pentecoste. Nam ut quadraginta illi dies ante Pascha obseruentur, Ecclesiæ consuetudo roborauit, sic etiam ut octo dies Neophytorū distinguantur à cæteris, id est ut octauus primo con-
Hallelu ia cinat. Vt autem Hallelu ia per illos solos dies quinquaginta in Ecclesia cantetur, non usquequaq; obseruatur. Nam & in alijs diebus uarie D cantatur alibi atque alibi, ipsis autem diebus ubiq;. Vt autem stantes in illis diebus & omnibus dominicis oremus, utrum ubique seruetur ignoro, tamē quid in eo sequatur Ecclesia, dixi
Cap. XVIII ut potui, & arbitror esse manifestum. De lauandis uero pedibus, cū dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam uenerat, cōmendauerit, sicut ipse consequenter exposuit, quæsitū est quo nam tempore potissimum res tanta etiā facto doceretur, & illud tem
Lotio pedum pus occurreret, quo ipsa cōmēdatio religiosius inhæreret. Sed ne ad ipsum sacramentū baptismi uideretur pertinere, multi hoc in consuetudinem recipere noluerunt. Nonnulli etiā de con-

A suetudine auferre non dubitauerunt. Aliqui autem ut hoc sacratiore tempore commēdaretur, & à baptismi sacramento mutaretur, uel diem tertium octauarum, quia ternarius numerus in multis sacramentis maxime excellit, uel etiam ipsum octauum ut hoc facerent elegerūt. Miror De uario
sanē quid ita uolueris, ut de ijs quæ uarie per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscribere, cum & non sit necessariū, & una in his saluberrima regula retinenda sit, ut quæ non sunt cōtra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uitæ melioris, ubicūq; institui uidemus, uel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudādo & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimētum sit. Si enim B eo modo impediat, ut maiora studiorū lucra speranda sint, quàm calumniatorū detrimenta metuenda, sine dubitatione faciēdum est, maxime illud quod etiam de scripturis defendi potest, sicut de hymnis & psalmis canendis, cū & ipsius domini & apostolorum habeamus documenta & exempla & præcepta. De hac re tam utili ad 1 Reg.
mouēdum pie animum, & accendendū diuinæ lectionis affectum, uaria consuetudo est, & pleraq; in Aphrica ecclesię membra pigriora sunt: ita ut Donatistæ nos reprehēdant quod sobrie psallimus in ecclesia diuina cantica prophetarum, cum ipsi ebrietates suas ad canticū psalmorum humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis inflamment. Quando autem C non est tempus, cum in ecclesia fratres congregantur sancta cantandi, nisi cum legitur aut disputatur, aut antistites clara uoce deprecant, aut Cap.XIX
cōmunis oratio uoce diaconi indicitur? Alijs uero particulis temporū quid melius à congregatis Christianis fiat, quid sanctius, omnino nō uideo. Quod autem instituitur præter consuetudinem, ut quasi obseruatio sacramenti sit, approbare non possum, etiam si multa huiusmodi pro
26.q.2.ij qui fortilegi pter nonnullarum uel sanctarum uel turbulenta rum personarum scandala deuitāda, liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis doleo, quia multa quæ in diuinis libris saluberrima præcepta sunt, minus curantur, & tam multis præsum
Cap.XXI ptionibus sic plena sunt omnia, ut grauius corripiatur qui per octauas suas terrā nudo pede teti gerit, quàm qui mentem uinolentia sepelierit. 12 dist.
Omnia itaq; talia quæ neq; sanctarum scriptura rum autoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine uniuersæ ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter uariantur: ita ut uix aut omnino nunquā inueniri possint causæ, quas in eis instituendis homines sequuti sunt: ubi facultas tribuit, sine ulla dubitatione resecāda existimo. Quamuis enim neq; hoc inueniri possit, quomodo cōtra fidem sint: ipsam tamē religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis miseri

misericordia dei esse liberam uoluit, seruilibus A ro & conscientia bona & fide non ficta? &, Ple-
oneribus premunt, ut tolerabilior sit cōditio Iu- nitudo legis charitas. Itaq; & tu charissime, siue Rom.13
dæorum, qui etiā si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis
Ecclesia multa tolerat præsumptionibus subijciuntur. Sed ecclesia dei inter multam paleam multaq; zizania constitu-
ta multa tolerat, & tamen quæ sunt cōtra fidem uel bonam uitam, non approbat, nec tacet, nec
Cap.XX facit. Itaq; illud quod scripsisti quosdam fratres ita temperare à carnibus edendis, ut immūdos qui comederint arbitrētur, apertissime contra fidem sanamq; doctrinam est. Sed hic ego si diutius disputare uoluero, poteris putare ante in illis obscuri aliquid hinc Apostolum præcepisse, qui inter multa, quæ de hac re dixit, sic de-
1 Tim.4 testatus est hæreticorū impiam opinionē, ut di- B
ceret: Spiritus autē manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedēt quidam à fide, intendentes spiritibus seductoribus, & doctrinæ dæmoniorum in hypocrisi mēdaciloquiorum, cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibentes nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiēdum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerūt ueritatem, quia omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum est quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei & ora-
Tit.1 tionem. Et alio loco de his rebus loquitur, Omnia, inquit, munda mundis, immūdis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum & mens & conscientia. Tu ipse lege cæ- C
tera, & recita quibus potes, ne in se irritam faciant gratiam dei, quia in libertate uocati sunt, tātum ne libertatem in occasionem carnis assumant. Et ideo iam uoluit refrenandæ carnalis concupiscentiæ causa à quibuslibet cibis temperari, quia non eis hoc permittitur superstitio-
26.q.2.ij qui fortilegi se, atq; infideliter facere. Hi uero qui de pagānis euangelicis sortes legunt, etsi optandum est ut hoc potius faciant, quàm ut ad demonia consulenda concurrant, tamen etiam ista mihi displicet consuetudo, ad negocia secularia & ad uitæ huius uanitatem propter aliam uitam loquētia oracula diuina uelle conuertere. Hæc tibi
Cap.XXI si satis esse ad ea quæ requisisti non putaueris, nimis ignoras & uires & occupatiōes meas. Tan- D
tum enim absum ab eo quod putasti nihil me latere, ut nihil in epistola tua legerim tristius, quia & apertissime falsum est: & miror quia hoc te latet, quod non solum in alijs innumerabilibus rebus multa me latent, sed etiā in ipsis sanctis scripturis multo nescia plura quàm sciam. Et ideo spem in nomine Christi non infructuosam ge-
Mat.22 ro, quia non solum credidi deo meo in illis duobus præceptis tota legem prophetasq; pendere, sed etiam expertus sum experiorq; quotidie, quandoquidem nullum mihi sacramentum, aut aliquis sermo admodum obscurior de sacris literis aperitur, ubi non eadem precepta reperiam.
1 Tim.1 Finis enim præcepti est charitas de corde pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.11 Est quædã uita hominis carnalibus sensibus implicata, gaudijs carnalibus dedita, carnalem fugitans offensionẽ, uoluptatemq; consectans. Huius uitæ felicitas temporalis est: ab hac uita incipere necessitatis est, in ea persistere uoluntatis. In hac quippe ex utero matris infans funditur, huius offensiones quantũ potest refugit, huius appetit uoluptates, nihil amplius ualet. Sed postea q̃ uenerit in ætatem, qua in eo rationis usus euigilet, poterit adiuta diuinitus uoluntate eligere alteram uitam, cuius in mente gaudium est, cuius interna atq; æterna felicitas. Ineſt quoq; homini anima rationalis, sed interest, eiusdẽ rationis usu quo nam potius uolũtatem conuertat, utrũ ad bona exterioris & inferioris, an ad bona interioris superiorisq; naturę, id est utrum ut fruatur corpore & tempore, an ut fruatur diuinitate atq; æternitate. In quadam quippe medietate posita est, infra se habens corporalẽ creaturam, supra se animi sui et corporis creatorem. Potest igitur anima rationalis etiã temporali & corporali felicitate bene uti, si nõ se dederit creaturæ creatore neglecto, sed eam potius felicitatem fecerit seruire creatori, qui & ipsam suæ bonitatis abundantissima largitate donauit. Sicut enim bona sunt omnia quę creauit deus ab ipsa rationali creatura usq; ad infimũ corpus: ita bene agit in his anima rationalis si ordinẽ seruet, & distinguendo, eligendo, pendẽdo subdat minora maioribus, corporalia spiritalibus, inferiora superioribus, tẽporalia sempiternis, ne superiorum neglectu, & appetitu inferiorũ, quoniã hinc fit ipsa deterior, & se & corpus suum mittat in peius, sed potius ordinata charitate se & corpus suum cõuertat in melius. Cum enim sint omnes substantiæ naturaliter bonæ, ordo in eis laudatus honoratur, peruersitas culpata damnatur. Nec efficit anima peruerse utens creaturis, ut ordinationem effugiat creatoris, quoniam si illa male utitur bonus, ille bene utitur etiam malis: ac per hoc illa peruerse bonis utendo fit mala, ille ordinate etiã malis utendo permanet bonus. Qui enim iniuste se ordinat in peccatis, iuste ordinatur in pœnis. Volens itaq; deus ostendere etiam terrenam temporalemq; felicitatem suum donum esse, nec aliũde nisi ab ipso sperari oportere, præ omnibus seculi tẽporibus dispensandum iudicauit Testamentũ uetus, quod pertineret ad hominem ueterem, à quo ista uita necesse est incipiat. Sed illæ felicitates patrũ, dei beneficio concessæ prædicant, quãuis ad istam uitam transitoriã pertinentes. Illa quippe terrena munera in manifesto promittebantur & tribuebãtur. In occulto autem illis omnibus rebus Nouum testamentũ figurate prænũciabatur, & capiebatur intelligẽtia paucorum, quos eadem gratia prophetico munere dignos fecerat. Dispensabant ergo illi sancti pro congruentia temporis testamentum Vetus, pertinebant uero ad testamentum Nouum. Nam & quando temporalem felicitatem agebant, æternam, ueram & præferendam intelligebant, & istam ministrabant in mysterio, ut illam consequerẽtur in præmio. Et si quando patiebãtur aduersa, ad hoc patiebantur, ut euidentissimo diuino adiutorio liberati, glorificarent deum omnium bonorũ largitorem, non solum sempiternorũ, quæ pie sperabant, uerum etiam temporalium, quæ prophetice gubernabant. Cum autem uenit plenitudo temporis, ut gratia quæ occultabatur in Veteri testamento, iam reuelaretur in Nouo, misit deus filium suum, factum ex muliere, quo nomine proprietate Hebraicæ linguæ omnis femina nuncupat, siue uiro intacta siue iam mixta. Quẽ autẽ filium miserit, fierique ex muliere uoluerit, quantus ille deus sit, qui hanc humilitatem pro salute fidelium suscipere dignatus sit ut agnoscas, nunc attende Euangeliũ: In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non cõprehenderunt. Hic ergo deus uerbũ dei, per quod facta sunt omnia, filius dei est, incõmutabiliter manens, ubiq; præsens, nullo clausus loco, nec partiliter per cuncta diffusus, tanquam minorem partem habeat in minori loco, & in maiori maiorem, sed ubiq; totus atque ita non absens etiam mentibus impiorum, quamuis eum non uideant, sicut nec ista lux uidetur oculis præsentata cęcorum. Lucet ergo & in tenebris talibus, quales Apostolus significat ubi dicit: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino, sed eam tales tenebræ non comprehẽderunt. Suscepit itaq; hominem quem uidere homines poterãt, ut sanati per fidem postea uiderent quod tunc uidere non poterãt. Sed ne homo Christus eoipso quo uisibiliter apparebat non crederetur & deus, tantũq; illi tribueretur, quantum homini excellentissimæ gratiæ atq; sapientiæ, ideo fuit homo missus à deo cui nomen erat Ioannes: Hic uenit in testimoniũ ut testimoniũ perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Tantus enim homo debuit perhibere testimoniũ de illo qui non tantum homo uerum etiam deus erat, ut de illo diceretur quòd in natis mulierũ nemo exurgeret maior Ioanne Baptista. Sic enim ille cui Ioãnes testimonium perhibebat, intelligeretur hoc esse maior, quo non tãtum homo sed etiam deus erat. Lumen ergo & Ioannes, sed tale lumen quali testimonium perhibet ipse dominus dicens, Ille erat lucerna ardens & lucens: quod & discipulis suis, dicens, Vos estis lumen mundi: atq; ut ostenderet quale lumen, sequutus adiunxit, Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrũ, ut luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lumẽ uestrum coram

coram hominibus. Istæ similitudines datæ sunt, ut quantũ possumus intelligamus, uel si hoc nõdum possumus, sine ulla dubitatione credamus animam rationalem non esse naturam Dei, illa quippe incõmutabilis est: sed tamen eam posse participãdo illuminari, lucernæ quippe accendi indigent & extingui possunt. Ideo quod dicitur de Ioãne, Non erat ille lumen: ad illud respicit lumen quod non participando illuminatur, sed eius participatione illuminãtur quæ ab illo illumĩnãtur. Deniq; sequitur, Erat lumẽ uerum: & tanquam quæreremus, quomodo discerneretur lumen uerũ à lumine illumĩnato, id est Christus à Ioanne: Erat, inquit, lumen uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si omnem hominem, ergo & Ioannem: atq; ut magis ostẽderet huius diuinitatem longe præstantiore distantia: In hoc mundo, inquit, erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Non mũdus qui per eũ factus est, eum non cognouit, Neq; enim habet uim cognoscendi eum, nisi rationalis creatura, Quãuis etiam mundus iste uisibilis per eum factus sit, hoc est cœlum & terra: sed mũdum non cognoscẽtem increpando, significauit infideles constitutos in mundo. Deinde adiungit, In sua propria uenit, & sui eum nõ receperũt: siue quia & ipsi infideles inquantum homines sunt, eius sunt per quem creati sunt: siue suos proprie ludæos intelligi uoluit, ex quibus naturam carnis assumpsit: nec tamen omnes eũ non receperũt. Sequitur enim & dicit, Quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis potestatẽ filios dei fieri credentibus in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Hæc est gratia Noui testamenti, quod in Vetere latuit, nec tamen figuris obũbrantibus prophetari prænũciarique cessauit, ut intelligat anima deum suũ, et gratia eius renascatur illi. Hæc quippe natiuitas spiritalis tantum est, ideo non ex sanguinibus, non ex uoluntate uiri, neq; ex uolũtate carnis, sed ex deo.

Cap.111 Hæc etiam adoptio uocatur. Eramus enim aliquid antea cũ essemus filij dei, & accepimus beneficium ut fieremus quod nõ eramus: sicut qui adoptatur anteq; adoptaretur nondũ erat filius eius à quo adoptatur, iam tamẽ erat qui adoptaretur: & ab hac generatione gratiæ discernitur ille filius, qui cum esset filius dei uenit ut fieret filius hominis, donaretq; nobis qui eramus filij hominum filios dei fieri. Factus est quippe ille quod non erat, sed tamen aliquid aliud erat. Et hoc ipsum aliquid uerbum dei erat, per quod facta sunt omnia, & lumen uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, & deus apud deum. Nos quoq; per eius gratiã facti sumus quod non eramus, id est filij dei: sed tamẽ aliquid eramus, & hoc ipsum aliquid multo inferius, hoc est filij hominum. Descendit ergo ille ut nos ascenderemus, & manens in natura sua factus est particeps naturæ nostræ, ut nos manentes in natura nostra efficeremur participes naturæ ipsius. Non tamen sic: nam illum naturæ nostræ participatio non fecit deteriorem: nos autem facit naturę illius participatio melio-
res. Misit itaq; deus filium suum factum ex mu- Gal.4.
liere, factũ sub lege. Nam legis sacramenta percepit, ut eos qui sub lege erant redimeret, id est quos lex reos tenebat occidente litera, dum prę-
ceptũ non impleretur, antequam uiuificaret spiritus: quia charitas dei, quæ præceptum implet, diffunditur in cordibus nostris per spiritum san- Rom.5
ctum qui datus est nobis. Proinde cum dixisset, Vt eos qui sub lege erant redimeret: continuo subiunxit, Vt adoptionem filiorum recipere-
mus: ut uidelicet huius gratiam beneficij discerneret ab illa filij natura, qui missus est filius, non per adoptionẽ factus, sed semper genitus filius, ut participata natura filiorum hominum ad participandam suam naturam adoptaret filios ho-
minum. Quapropter etiam cum dixisset: Dedit Io.1
eis potestatem filios dei fieri, modumq; adiunxisset ne carnalis intelligeretur natiuitas, quod scilicet eis præstiterat id quod credunt in nomine eius, & per gratiam renascuntur spiritalem, non ex sanguinibus, neq; ex uolũtate uiri, neq; ex uoluntate carnis, sed ex deo: mox commendauit quasi huius uicissitudinis sacramentum. Tanquam enim mirati tantum bonum non auderemus optare, statim subiũxit, Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quod unũ est ex quinq; illis, quæ tibi exponi uoluisti, tanquam diceret, O homines nolite desperare uos fieri posse filios dei: quia & ipse filius dei, hoc est uerbum dei caro factũ est, & habitauit in nobis. Reddite uicem, efficimini spiritus & habitate in illo qui caro factus est, & habitauit in uobis. Neq; enim iam desperandum est, participatione uerbi fieri posse homines filios dei, quando filius dei participatione carnis factus est filius hominis. Nos itaq; mutabiles in melius cõmutandi, participes efficimur uerbi: uerbum autem incommutabile nihil in deterius commutatum, particeps carnis effectum est rationali anima mediante. Neque enim homo Christus, ut Apollinaristæ hæretici putauerunt, aut non habuit animam, aut non habuit rationalẽ, sed more suo scriptura ut Christi humilitatem magis ostenderet, ne carnis nomen quali indignũ aliquid refugisse uideretur, carnẽ pro homine posuit. Neq; enim quia scriptum est: Videbit om- Esa.40
nis caro salutare dei: animæ ibi non sunt intelligendæ: nihilq; proinde aliud dictum est, Verbum caro factum est: quàm si diceretur, Filius dei filius hominis factus est: qui cum in forma dei factus esset, sicut dicit Apostolus, non rapi- Phil.2
nam arbitratus est esse æqualis deo. Neq; enim usurpationis erat ut rapina diceretur, sed naturæ inerat ut esset æqualis. Semetipsum tamen exinaniuit, non formam dei amittens, sed for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam ſerui ſuſcipiēs, humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Vides quemadmodum eundem hominem, quem deum cōmendat, ut perſona una ſit, etiam filium hominis proteſtetur, ne non trinitas, ſed quaternitas inducatur. Sicut enim non augetur numerus perſonarum, cum accedit caro animæ, ut ſit unus homo: ſic non augetur numerus perſonarum, cum accedit homo uerbo, ut ſit unus Chriſtus. Legitur itaq; Verbum caro factum eſt: ut intelligamus huius perſonæ ſingularitatem, non ut ſuſpicemur in carnem mutatam diuinitatem. Itaq; Chriſtus homo, ut per eum reuelaretur Noui gratia teſtamēti, quoniam non ad temporalē, ſed ad æternam uitam pertinet, non utiq; terrena felicitate commēdandus fuit. Inde ſubiectio, inde paſſio, inde flagella, ſputa, contumeliæ, crux, uulnera, & tanquam ſuperato ſubiectoq; mors ipſa, ut fideles eius diſcerēt quale pietatis præmium ab illo, cuius filij facti eſſent, petere atq; ſperare deberent: ne ad hoc pro magno ſeruirent deo, ut terrenam felicitatem adipiſci quærerēt qui ſeruirent ipſi, abijcientes & conculcantes fidem ſuam, æſtimādo eam mercede uiliſſima: unde beneficentiſſima prouidentia omnipotens deus terrenam felicitatem conceſſit & impijs, ne pro magno quæreretur à bonis. Hinc ille Pſalmus ſeptuageſimus & ſecūdus inducit hominem pœnitentē, quod aliquando corde non recto deo pro hac merce de ſeruierit, quia cum pollere atq; excellere impios uideret, turbatus cœperat cogitare quòd deus humana non curet. Et cum ab iſta cogitatione eum ſanctorum ad deum pertinentium reuocaret autoritas, ſuſcepit atq; intēdit agnoſcere tam grande ſecretum, quod ei laboranti non patefactum eſt, donec intraret ſanctuarium dei, & intelligeret in nouiſſimo: hoc eſt donec acceptо ſpiritu ſancto diſceret deſiderare potiora, & proſpiceret quæ pœna futura ſit impijs, etiā qui fœnea quadam felicitate temporaliter floruiſſent. Hunc pſalmum ſeptuageſimumſecūdum, nocte qua illuceſcebat ſolennitas beatiſſimi Cypriani per miniſterium noſtrum expoſitum lege & diligenter aduerte. Proinde homo Chriſtus idemq; deus Chriſtus, cuius miſericordiſſima humanitate, atq; in cuius forma ſeruili diſcere deberemus, quid in hac uita contemnendum & quid in alia ſperandum eſſet, in ipſa paſſione in qua ſibi eius inimici magni uictoresq; uidebantur, ſuſcepit uocem infirmitatis noſtræ qua ſimul crucifigebatur uetus homo noſter, ut euacuaret corpus peccati, et dixit, Deus meus deus meus, ut quid me dereliquiſti? Et hoc unum de quinq; propoſitis tuis. Sic incipit pſalmus uiceſimus primus, qui de paſſione ipſius & reuelatione gratiæ, quam fidelibus faciendis liberandiſq; attulit in prophetia, tanto antę cātatus eſt.

Proinde eūdem Pſalmum cuius prophetiam dominus ad ſe pertinere demonſtrans, eius primum ſeruile exclamauit cum pēderet in ligno, commemorādo exponendoq; percurram, ut ex hoc intelligas quemadmodum gratia teſtamenti Noui nec eo tempore tacebatur, quādo in uetere homine uelabatur. Dicitur enim ex perſona Chriſti, quod ad formam ſerui attinet, in qua portatur noſtra infirmitas. Dixit enim et de illo Eſaias: Ille infirmitates noſtras portat & pro nobis in doloribus eſt. Ex huius igitur infirmitatis uoce, de qua Paulus in eo quod petebat non exauditus, & ideo quodammodo derelictus, audit tamen à domino, Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur: ex uoce ergo huius infirmitatis noſtrę quam in ſe transfigurauit caput noſtrū, dicitur in hoc pſalmo, Deus meus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? In eo quippe derelinquitur deprecans, in quo non exauditur. Hanc in ſe uocem trāsfigurauit Ieſus, uocem ſcilicet corporis ſui, hoc eſt eccleſiæ ſuæ à uetere homine in nouum reformandę, uocem ſcilicet infirmitatis ſuę humanæ, cui deneganda fuerant bona Veteris teſtamēti, ut bona Noui teſtamenti optare atq; ſperare iam diſceret. In illis autem Veteris teſtamēti bonis ad ueterem hominem pertinētibus, præcipue concupiſcitur uitæ huius productio temporalis, ut aliquanto diutius teneatur, quia ſemper non poteſt. Ideo diem mortis omnes quidē affuturum ſciunt, & eū tamen omnes aut penè omnes differre conātur, etiam qui poſt mortem ſe beatius credūt eſſe uicturos. Tantam habet uim carnis & animæ dulce conſortium. Nemo enim unq; carnem ſuam odio habuit, & propterea nō uult anima uel ad tempus ab eius etiam infirmitate diſcedere, quāuis eam ſe ſine infirmitate in æternum recepturam eſſe confidāt. Proinde mente ſeruiens legi dei, carne autem trahens deſideria peccati, quibus obedire uetat Apoſtolus, mentis quidem ratione concupiſcit homo pius diſſolui & eſſe cum Chriſto, ſed id ſenſu carnis recuſat & refugit, & ſi fieri poſſit, non uult expoliari, ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur mortale à uita, id eſt ut ab infirmitate ad immortalitatem, etiam ipſum corpus ſine morte media transferatur. Sed hæc uerba quibus humanus dies & uitæ huius prolixitas cōcupiſcitur, uerba ſunt delictorum, & longe ſunt ab ea ſalute, cuius nōdum rem ſed iam ſpem gerimus, de qua ſcriptum eſt, Quia ſpe ſalui facti ſumus. Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes. Ideoq; & in iſto pſalmo cum dixiſſet, Deus meus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti: continuo ſubiungit, Longe à ſalute mea uerba delictorū meorum: id eſt, hæc uerba delictorum meorum ſunt, & lōge ab illa ſalute mea ſunt quam mihi non Veteris ſed Noui teſtamenti gratia pollicetur. Quanquam etiam ſic diſtingui poſſet, Deus meus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti longe à ſalute mea, tanquā diceret, relinquendo me, hoc eſt non me exaudiendo, longe factus es à ſalute mea,

3 ſen. diſtin. 6 cap. ne autem

Cap. V

Eſa. 53

2 Cor. 12

Rom. 8

Cap. VI

mea, præſenti ſcilicet ſalute huius uitæ: ut alius ſenſus ſit, uerba delictorum meorum, id eſt iſta quæ dixi uerba ſunt delictorum meorum, quia uerba ſunt carnalium deſideriorū. Hæc ex perſona ſui corporis Chriſtus dicit quòd eſt Eccleſia. Hęc ex perſona dicit infirmitatis carnis peccati, quam transfigurauit in eam quam ſumpſit ex uirgine ſimilitudinem carnis peccati. Hæc ſponſus ex perſona ſponſæ loquitur, quia uniuit eam ſibi: quomodo & apud Eſaiam ubi dicit, Sicut ſponſo adligauit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornauit me ornamēto: adligauit mihi & ornauit me, tanquam unius uox eſt, & tamē ſponſum & ſponſam, Chriſtum intelligimus & Eccleſiam. Sed erunt duo in carne una: ſacramētū magnum, dixit Apoſtolus, in Chriſto & in Eccleſia: igitur non iam duo, ſed una caro. Si ergo caro una, profecto competēter etiam uox una. Quid hic quæris humana infirmitas uocē uerbi, per quod facta ſunt omnia? Audi potius uocem carnis, quæ facta eſt inter omnia, quoniam uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Audi potius medicinæ uocem qua ſanaris ut uideas deum, quem tibi uidendū diſtulit, hominē autem uidendum attulit, occidendū obtulit, mirandum contulit, credēdū tranſtulit, ut iſta fide ad uidendū deum mentis oculus ſanarē. Quid ergo dedignamur audire uocē corporis ex ore capitis? Eccleſia in illo patiebatur, quando pro eccleſia patiebatur. Sicut etiam in eccleſia patiebatur ipſe, quando pro illo eccleſia patiebatur. Nam ſicut audiuimus eccleſiæ uocem in Chriſto patientis, Deus deus meus reſpice, &c. Sic etiam audiuimus Chriſti uocem in eccleſia patientis, Saule Saule quid me perſequeris? Cū itaq; non exaudimur ad temporalia bona retinenda uel adipiſcenda quando pro his deprecamur deum, in eo quo nos non exaudit, derelinquit nos: ſed ad potiora, quæ uult ut intelligamus & præferamus & cōcupiſcamus, non nos derelinquit. Vnde ſequitur pſalmiſta & dicit, Clamauí ad te per diem nec exaudies, & nocte: etiā hic ſubaudiſ, nec exaudies. Sed uide quid adiungit, Et non ad inſipientiā mihi. Hoc ergo dicit, Non me quidem exaudies clamantē per diem: id eſt, in rebus proſperis ut eas non amittam: & nocte, id eſt in rebus aduerſis ut proſpera quæ amiſſa ſunt redeant: uerum hoc mihi nō ad inſipientiam facies, ſed potius ut ſapiā, quid iam per Noui teſtamēti gratiam à te expectare, quid deſiderare, quid poſcere debeam. Clamo quippe ego ut hic mihi bona tēporalia non auferantur, Tu autem in ſanctо habitas laus Iſrael. Nolo ut derelinquas concupiſcētiā meam, qua carnalē felicitatē requiro. Verum hæc eſt in ſordibus uetuſtatis, tu aūt quæris munditiā nouitatis, non exaudiendo iſtam cupiditatē relinquis, quia charitatē in qua habites requiris. Charitas aūt dei diffunditur in cordibus noſtris, ſed per ſpiritū ſanctum qui datus eſt nobis. Ideo in ſanctо habitas laus Iſrael: laus uidentium te, quia non in ſe laudantur ſed in te. Quid enim habēt quod non acceperūt, ut qui gloriatur, in domino glorietur? Hæc eſt gratia Noui teſtamēti: nā in Veteri teſtamēto, quando cōmendabas, non niſi à te peti ſperariq; debere etiam ipſam terrenam temporalemq; felicitatē, in te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerūt & eruiſti eos, ad te clamauerunt & ſalui facti ſunt, in te ſperauerunt et non ſunt cōfuſi. Illos quippe patres inter inimicos ſuos uiuentes, & diuitijs implesti, & ab hoſtibus eruiſti, glorioſasq; uictorias reportare feciſti, & de diuerſis eos mortibus liberaſti. Pro alio, id eſt pro Iſaac, ſubieciſti ne feriretur ariete. Alium, id eſt Iob, de putredine ſanum, et ei dupla quę amiſerat reddidiſti. Alium, id eſt Daniel em inter leones eſuriētes illæſum integrūq; ſeruaſti. Aliorū, id eſt Ananiæ, Azariæ, Miſael inter flammas deambulantiū grata uoce laudatus es. Tale aliquid in Chriſto expectabāt fieri Iudæi, unde probarent ſi uere filius dei eſſet. Ex eorū perſona & in libro Sapiētiæ dicitur, Morte turpiſſima cōdēnemus illum. Erit enim reſpectus in ſermonib⁹ ipſius. Si enim uere dei filius eſt, ſuſcipiet eum & liberabit eū de manibus cōtrariorum. Hæc, inquit, cogitauerunt & errauerunt, excæcauit enim eos malicia eorū. Attendentes quippe tempus Veteris teſtamēti, & illam patrum etiam temporalē felicitatē, in qua illis exhibēda demōſtrauit deus etiam talia dona ſua eſſe, non uiderūt iam eſſe tempus quo reuelaretur in Chriſto, bona æterna proprie deū præſtare iuſtis, qui bona temporalia præſtat & impijs. Deniq; cum dixiſſet, In te ſperauerūt patres noſtri, ſperauerunt, & eruiſti eos. Ad te clamauerūt & ſalui facti ſunt, in te ſperauerūt & non ſunt confuſi, uide quid adiunxerit, Ego aūt ſum uermis & non homo. Quod uidetur quidē ad cōmēdandam humilitatē ſimpliciter dictū, ut ſe in oculis perſequentiū, abiectiſſimū quiddam & contemptiſſimū demonſtraret: ſed non eſt contemnēda altitudo ſecreti profunditasq; myſterij, præſertim in eis uerbis quæ tanto ſaluatori in prædicatione prophetiæ coaptantur. Dictus eſt hic ſenſus elegātiſſimus à prioribus, ideo ſe hoc nomine Chriſtū prænūciari uoluiſſe, quia uermis de carne ſine cōcubitu naſcitur, ſicut ille natus eſt de uirgine. Sed in libro ſuo Iob, cum de creaturis cœleſtibus loqueretur, q; in dei cōſpectu etiam uix ipſæ mundæ ſint, quāto magis, inquit, homo putredo & filius hominis uermis? Putredinē pro mortalitate poſuit, quæ iam uelut conceptā gerit moriendi neceſſitatem, in quam peccādo contruſus eſt homo, & filium hominis uermē natū de putredine quaſi putrem, hoc eſt de mortalitate mortalē. Ac per hoc in his uerbis pſalmi, alium ſenſum nos quærere admonuit: illo quidem ſaluo neq; reprobato: et non ſolum ſcrutemur quod ait, Ego autem ſum uermis: ſed etiam illud quod addidit, Et nō

Cap. VII

Rom. 5

Cap. VIII

Iob 25

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo: secundum illud quod de libro Iob cõme A autem: non enim ait sic Et ego, sed ego autem.
morauí, tanq; diceret, Ego aũt sum filius homí- Quid ergo iste qui se ita distinguit? Ego autem
nis & non homo: non q; homo nõ sit Christus, sum uermis, inqt, & non homo, tanq; illis quos
1 Tim.2 de quo dicit Apostolus, Vnus est mediator dei exaudisti & eruisti eam cõmẽdares felicitatem,
& hominũ, homo Christus Iesus. Omnis enim quæ ad Vetus pertinet testamentũ, quæ homi-
filius hominis, homo est: sed ad quendam respi ni ueteri tribuenda esset qui cœpit ab Adã. Ego
cit sensus iste, qui sic homo fuerit, ut non esset fi aũt sum uermis, hoc est filius hominis, non ho-
lius hominis, id est Adam. Forte ergo sic est di- mo, sicut ille homo qui non fuit filius hominis.
ctum, Ego autem sum uermis & nõ homo: id est Ac per hoc & quod sequitur, Opprobriũ ho Cap.IX
ego autem sum filius hominis, & nõ homo: tan minum & abiectio plebis, omnes qui conspicie
quam diceretur, Ego autẽ sum Christus, in quo bant me, subsannabãt me, & loquuti sunt labijs
omnes uiuificantur: non Adam, in quo omnes & mouerunt caput. Sperauit in deũ, eruat eum,
moriuntur. Ac per hoc homines discite per gra saluum faciat eum quoniã uult eum. Hoc in la-
tiam Noui testamenti iam uitã cõcupiscere sem bijs non in corde dixerunt, insultãdo quod non
piternam. Quid pro magno ita uos uultis à do- fieret, non credendo quod futurũ esset. Factum
mino de morte liberari, sicut liberati sũt patres B est autẽ & hoc, sed sicut fieri oportebat in filio
uestri, quando cõmendabat deus etiam terrenę hominis, in quo spes æternę uitæ fuerat reuelan
felicitatis prẽter se non esse alium largitorẽ: Illa da ad Nouũ pertinens testamentũ, non sicut illi
felicitas ad ueterem hominẽ pertinet, quæ uetu expectabant, & quia fieri non uidebant, tanquã
stas ab Adam cœpit. Ego aũt sum uermis & nõ superato insultabant, pertinẽtes ad testamẽtum
homo, Christus nõ Adam. A ueteri ueteres fui uetus & hominẽ in quo omnes moriuntur, non
stis, à nouo noui estote: ab Adã homines, à Chri ad filium hominis in quo omnes uiuificabũtur.
sto filij hominũ. Nõ enim sine causa familiarissi Mortem quippe intulit homo sibi filioq; homi-
me dominus in Euangelio se filium hominis di nis, uitam uero attulit homini moriens & resur-
cit magis q; hominẽ: nec sine causa in alio psal- gens filius hominis opprobriũ hominũ & abie
Psal.35 mo, Homines, inqt, & iumenta saluos facies do ctio plebis. Vsq; ad mortẽ enim hoc uoluit pati
mine, sicut multiplicata est misericordia tua de- in conspectu inimicorũ, quo eum tanquã dereli
us. Abs te quippe ista salus hominibus iumen- ctum putarent, ut gratia cõmendaretur Noui te
tisq; cõmunis. Sed habent aliam homines noui stamenti, qua discereмus aliam quærere felici-
propriam quandam & ab animatorũ consortio tatẽ, quæ nunc est in fide, postea uero erit in spe
separatam, quæ ad Nouum pertinet testamẽtũ. C cie. Quãdiu enim sumus in corpore, ait Aposto
Habent omnino: nam de illa ibidem sequitur et lus, peregrinamur à domino. Per fidẽ enim am-
dicit, Filij aũt hominum sub tegmine alarũ tua- bulamus, non per speciem, & ideo nunc in spe,
rum sperabũt. Inebriabũtur ab ubertate domus tunc in re. Deniq; resurrectionẽ suam, quã non
tuæ, & torrẽte uoluptatis tuæ potabis eos. Quo sicut nostram in lõgum differri oportebat, ut in
niam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo ui- exemplo carnis eius discereмus, quid in nostra
debimus lumen. Certe & hic cum superius di- sperare deberemus, noluit alienis demonstrare,
xisset, Homines, posterius dixit: filij aũt homi- sed suis: alienis dico, non natura sed uitio, quod
num, tanq; distinguens ab hominibus filios ho semper est cõtra naturam. Mortuus est ergo in
minum. In illa quippe felicitate eius salutis quæ conspectu hominum, resurrexit aũt in cõspectu
cõmunis est hominibus et iumentis, eo nomine filiorum hominum: quia mors ad hominẽ perti
illos appellare uoluit quo demõstrarẽtur ad illũ nebat, resurrectio ad filiũ hominis. Sicut enim 1 Cor.15
primũ hominẽ pertinere quo uetustas cœpit & in Adam omnes moriũtur, sic & in Christo om
mors, qui sic fuit homo ut non esset filius homi- nes uiuificabũtur. Vt igitur exẽplo suæ carnis
nis. Istis aũt posterioribus qui sperant aliam feli exhortaretur fideles suos temporalem pro æter
citatem, & fontis uitę ineffabilẽ uoluptatem, & D na felicitate contẽnere, usq; ad mortem pertulit
sempiterni luminis lumen, hoc nomẽ imposuit, persequentes atq; sequentes, & quasi uicio & op
quo se familiarius appellari uoluit dominus eo- presso superbe illudẽtes. Quod aũt carnẽ suam
rum, in quos talis gratia reuelata est, eosq; filios resuscitauit, & discipulorũ conspectibus & con
hominum potius q; homines appellauit. Non tactibus reddidit, eisq; uidentibus ascendit in
aũt existimes quasi loquutionis regulã figi per cœlum, ipsos ædificauit, & quod prædicare de
petua lege seruandam, ut ubicũq; legeris homi- berent, euidẽtissima ueritate demõstrauit. Illos
nes aut filios hominum, secundum hanc distin- aũt à quibus tanta mala usq; ad mortem pertule
ctionem semper intelligas, sed ut se habuerit cir rat, quasi de illo superato & extincto gloriãtes,
cũstantia lectiõis, unde sensus si patet hauritur, in ea opinione dereliquit, ut quisquis eorum sa
si latet eruitur. Sicut in hoc loco Psalmi huius, lute æterna saluus fieri uellet, hoc de illius mor
quem non moueat distinctionis intentio, cũ ille tui resurrectione crederet, quod ij qui uiderunt
qui dixerat, In te sperauerunt patres nostri & e signis contestantibus prædicauerunt, & pro ea
ruisti eos, ad te clamauerũt & salui facti sunt: in prædicatione similia perpeti non dubitauerũt.
te sperauerunt, & non sunt cõfusi: subiũgit, Ego Quapropter etiã Iacobus unus ex apostolis Cap.X
eius

eius in epistola suã, cum hortaretur fideles, qui A suo derelicti uiderentur ad tempus, cum eis prę
post passionem & resurrectionẽ Christi adhuc stare nollet quod uellent, illam uocem cordis e-
in ista uita tenebãtur, dispensationẽ Veteris te mitterent, illumq; adhiberẽt pietatis affectum,
stamenti Nouiq; distinguens: Sustinentiam, in- quem passione impendente ore proprio domi-
quit, Iob audistis, & finem domini uidistis: ne nus expressit, eos in se identidem transfigurãs.
ideo patienter sustinerent tẽporalia mala, ut sibi Verum non quod ego uolo, sed quod tu uis pa-
hoc restitueretur quod recepisse legimus Iob. ter. In quo enim primitus nisi in ipso capite Cap.XI
Nam & ab illo uulnere atq; putredine saluus fa nostro apparere debuit, propter quam causam
ctus est, & ei cũcta quæ amiserat duplicata sunt Christiani sumus? Propterea non ait, Deꝰ meus
restituta, ubi etiam cõmendata est resurrectiõis deus meus dereliquisti me: sed causam commo
fides. Nam filij non dupli sed totidem redditi, nuit requirendam cum addidit, Vt quid dereli
etiam illos quos amiserat resurrecturos signifi- quisti me: id est quare, propter quid, quã ob cau
cauerunt. Sic ipsi quoq; illis prioribus iũcti, à re sam? Profecto enim erat aliqua causa, eaq; non
stitutione dupli non inuenientur alieni. Vt er- parua, ut Noe liberaret de diluuio, Loth de cœ-
go non talem remunerationẽ speraremus, quan lesti incendio, Isaac de imminẽti gladio, Ioseph
do mala temporalia pateremur, non ait, Sustinẽ B de calumnia mulieris et custodia carceris, Moy
tiam & finem Iob audistis, sed ait Sustinentiam sen ab Aegyptijs, Raab ab excidio ciuitatis, Su
Iob audistis, & finem domini uidistis: tanquam sannam à testibus falsis, Danielẽ de lacu leonũ,
diceret, Mala temporalia sicut Iob sustinete, sed tres uiros ab ignibus, aliosq; patres qui excla-
pro hac sustinentia non tẽporalia bona sperate, mauerunt & salui facti sunt, & Christũ de mani
quæ illi aucta redierunt, sed æterna potius quæ bus Iudæorum non liberaret, eumq; in potesta-
in domino præcesserunt. Iob ergo de illis patri- te sæuientiũ usq; ad mortis exitum derelinque-
bus erat qui exclamauerunt & salui facti sunt. ret. Vt quid hoc? propter quid hoc? nisi propter
Cum enim dicit, Ego autẽ: satis insinuat qua sa illud quod paulopost in eodẽ Psalmo dicit, Nõ
lute illos saluos esse factos uelit intelligi, in qua ad insipientiã mihi, hoc est corpori meo, eccle-
ipse utiq; derelictus est, non quod illi à salute æ siæ meæ, minimis meis. Nam & in Euangelio,
terna fuerint alieni, sed in occulto tũc erat quod quod uni ex minimis meis fecistis, inquit, mihi Mat.25
in eis fuerat reuelãdum. In Veteri quippe testa fecistis. Sic itaq; dictum est, Et non ad insipien-
mento uelamen est, quod tũc auferetur, cum ad tiam mihi: quomodo dictũ est, Mihi fecistis. Et
Christum quisq; inde transierit. Quo crucifixo sic dictũ est, Quare me dereliquisti? quomodo
uelũ etiã tẽpli scissum est, ut significaretur quod C dictũ est, Qui uos recipit, me recipit: & qui uos
Apostolus de uelamine Veteris testamenti di- spernit, me spernit. Non ergo ad insipientiã no
xit, quomodo in Christo euacuatur. Nam & in bis, sed ut sapiamus: non propter istam uitam in
illis patribus quãuis rarissima, tamen fuerunt & qua nos deus aliquando usq; ad mortem perse-
usq; ad mortem exempla patientiæ, à sanguine quentium manibus derelinquit, sed propter illã
Luc.11 Abel usq; ad sanguinem Zachariæ, quorũ san sempiternam nos debere esse Christianos, quia
guinem dicit dominus Iesus & ab eis exigẽdũ, hoc in illo præcessisse intuemur, ex cuius nomi-
qui in patrũ suorum à quibus illi occisi sunt ini ne sic uocamur. Ecce ita factum est, tamen mul
quitate persisterent: et in Nouo testamento nec tí non ob aliud uolunt esse Christiani, nisi ut hu
defuit nec deest bonorum fidelium multitudo, ius uitæ felicitate perfruãtur, ideoq; illa deficiẽ
qui etiam in ista tẽporali felicitate præpolleant, te deficiũt. Quid si nõ in ipso nostro capite tam
& in ea largitoris dei bonitatẽ misericordiãq; insigne cõstitueretur exemplũ, quo discereмus
experiantur, tenentes tamen quod dispensator pro cœlestibus terrena contẽnere, non respiciẽ
Noui testamenti, diuitibus huius seculi Aposto tes quæ uidentur, sed quæ non uidentur? Quæ
1 Tim.6 lus præcepit, nõ superbe sapere, neq; sperare in enim uidentur tẽporalia sunt, quæ aũt non uidẽ 2 Cor.4
incerto diuitiarum, sed in deo uiuo qui præstat D tur æterna. Quos in se uocibus ille trãsfigurare
nobis omnia abundanter ad fruendum, ut bene dignatus est. Nam quãtũ ad ipsum attinet, quo-
faciant diuites, sint in operibus bonis, facile tri modo uellet liberari ab illa hora, qui propterea
buant, cõmunicent, thesaurizent sibi fundamẽ uenerat in illã horam? Aut quomodo sic loque-
tum bonum in futurum, ut apprehẽdant ueram batur quasi quod nollet ei accideret, cum pote-
uitam: qualis in Christi non tantum spiritu, ue statẽ habuerit ponẽdi animã suã, & iterũ sumẽdi
rum etiam carne manifestata est cum resurrexit eam; nec eam quisq; tolleret ab illo, sed eã ipse Io.10
à mortuis, non qualem Iudæi in illo peremerũt, poneret & resumeret, sicut in Euangelio dicit?
quando eum de manibus eorum deus nõ eruit, Sed, peculdubio nos in illis uocib. eramus, & ca
eumq; dereliquisse uisus est exclamantẽ, Deus put pro suo corpore loquebaꝰ, non disiuncta si
meus deus meus ut quid me dereliquisti? ut eo gnificatiõe uocis, ubi conexio nõ disiũgit unita
modo in se transfiguraret martyres suos, qui et tis. Deniq; in psalmo sequit, & orans aduerte Cap.XII
si mori nollent, quod etiam Petro dixit, Alter te gd dicat, Et tu, inqt, extraxisti me de uẽtre, spes
cinget & feret quo tu non uis, significans qua mea ab uberibus matris meæ, in te iactatus sum
morte clarificaturus erat deum, & ob hoc à deo ex utero, de uẽtre matris meæ deus meus es tu:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam diceret, de alia re & ab alia re in aliam rem me traiecisti, ut tu sis mihi bonum pro terrenis bonis mortalitatis huius, quã in matris uentre sortitus sum, cuius ubera suxi. Hęc enim uerus est de qua me tu extraxisti, & illa carnalis natiuitatis bona sunt, à quibus tu spes mea es. Inde enim ad te conuersus sum ex utero, id est ex ijs quæ in utero inchoaui, In te iactatus sum, ad te scilicet transiens, totum me tibi committens. Ideoq; de uentre matris meæ, id est de bonis carnis quam sumpsi in uentre matris meæ, deus meus es tu, ut de his tu sis bonum meum: ea locutione dictũ est, ac si diceret, uerbi gratia, de terra cœlum habito, hoc est hinc illò emigraui: & ista nostra in illũ trãsfiguratio est, qui per gratiam testamẽti noui mutamus uitam, transeuntes de uetere ad nouam. Nam ille hanc rem sacramento suæ passionis resurrectionisq; significans, carnẽ mutauit de mortalitate ad immortalitatem, uitam uero non mutauit de uetustate in nouitatẽ, quæ nunquam fuit in impietate unde transiret ad pietatem. Quanquam nõ defuerunt qui hoc quod dictum est, De uentre matris meæ deus meus es tu, ideo ad ipsum caput nostrum pertinere sentirent, quoniam pater intantum est deus eius, inquantum homo est in forma serui, non inquantum illi æqualis in forma dei est, Ideo de uentre matris meę deus meus es tu, ac si diceret, ex eo quod homo factus sum, deus meus es tu. Sed quid est, tu extraxisti me de uentre, si ad ipsum Iesum de uirgine procreatum refertur? quasi alios deus nõ extrahat, in cuius prouidentia est omnis ordo nascendi: an inde significare uoluit partum uirginis seruata uirginis integritate mirabili, cum ait, Tu extraxisti me de uentre matris meæ: ut quod illic mirabiliter factũ est, cum deus fecisse dicitur, nemini incredibile uideatur. Quid ergo est & illud, Spes mea ab uberibus matris meæ? Quomodo & hoc ad ipsum caput ecclesiæ referri potest, quasi spes eius quę in deo est, à matris uberibus ei cœperit, non et ante in ipso utero? Neq; enim spes alia intelligenda est, nisi quia futurum erat ut deus eũ exaltaret à mortuis. Totũ hoc quippe secundũ id quod homo factus est dicit. An forte quia ubera fœminarũ ab ipso conceptu in ubertatem promoueri perhibentur, sic intelligi uoluit, ab uberibus, tanquã diceret, ex quo carnem sumpsi, cui carni fuerat speranda immortalitas: ut nõ ante spes ei esset cum in forma dei esset, in qua nihil in melius mutandum esset, sed ab uberibus matris, id est ab ipsa susceptiõe carnis quæ concipiebatur in spe, cuius spei res futura erat, cum ad immortalitatẽ de morte transiret. Sed quod dictum est, In te iactatus sum ex utero, quomodo coaptari capiti possit, ignoro, quasi in utero cum esset nõ in deo fuerit, in quo uiuimus, mouemur & sumus, aut illius infantis anima rationalis, ex quo caro processit ex utero, deũ sperare cœperit. Nisi forte credendũ est, iam nato animam rationalem accessisse, quę intra uiscera matris adhuc ei defuisset. Et quoniã eadem anima quę carni iam natę addita est deo inhærebat, ideo secundum eandem carnem dictum esse existimãdum est, In te iactatus sum ex utero, tanquam diceret, eam sortitus sum animã ex utero quæ tibi cohæret. Sed quis audeat in hanc se temere præcipitare sententiam, cũ ratio de aduentu uel exortu animæ in tanto naturæ profundo sic lateat, ut satius sit eam semper quę rere quandiu in hac uita sumus, quàm aliquando inuenisse præsumere? Ex illa uero in seipsum transfiguratione nostra quemadmodum possent hæc accipi, dictum est. Si quid autem dici potuit conuenientius uel poterit, nullius præsumamus ingenio, doctrinæ nullius inuidemus.

Iam illud quod sequitur, Ne discedas à me, quoniam tribulatio proxima est, inde iam eminet, quemadmodum dictum est, Quare me dereliquisti. Quomodo enim dereliquit, cui dicitur, Ne discedas à me, nisi quia dereliquit uitæ ueteris temporalem fœlicitatem? Rogatur autem ne discedat & deserat spem uitæ æternę. Sed quid est, quoniã tribulatio proxima est, quasi ei passio adhuc immineret, cũ ipse media passione ista dicere intelligat, quę de illo in hoc psalmo prophetata sunt, Hic enim dicturus est etiam, quæ in euãgelio apertissime scripta sunt, Diuiserũt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserũt sortẽ: quod factũ est cũ iam penderet in ligno. Quid est ergo tribulatio proxima est, in qua media loquebatur? Sed nimirum illud uult intelligi, quia cũ caro in doloribus est & in pœnis, profecto anima tunc habet magnũ agonem patientiæ, in quo ne deficiat, laborandum & orandũ est. Nihil est autẽ animæ sua carne propinquius, Ideo mũdi huius quãlibet magnus perfectusq; contẽptor, cũ alibi patitur nihil patitur. Potest enim adhibere uigilem rationem cũ amittit bona quę extrinsecus sunt, et ab animo sapientis, qui ex cupiditate non hæret, sine dubio longe sunt, et non curare quod patiſ, quia nec patitur, Cũ uero amittit præcipua corporis bona, id est corporis uitam ac salutẽ, iam tribulatio proxima est animi bonis, quibus ipse intus tanquã corporis est dominus, quid faciet qualibet ratione, ut non doleat cum corpus uulneraſ aut uritur, cui tãto implicatur cõsortio? ut pati possit, dolere non possit? Ideo & diabolus hunc nocendi ordinẽ tenens, illius magni uiri quem postulauerat tentandũ prius externa bona accepit in potestatẽ, quibus ablatis & perditis, cũ illum incõcussum uideret, dixerat enim, Dominus dedit, dominꝰ abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomẽ domini benedictum: etiam carnem cruciandam uulnere postulauit, tali cum eo confligens certamine, ut bona proxima inuaderet, hoc est corporis bona, quibus ille perditis si forte succumberet, atq; ad impietatem cor inclinaret, etiam bona animi deperirent

rirent, quibus perdẽdis iam in corpore sæuiens uicinius tentator instabat. Deniq; ille uir qui in tanta animi tẽtatione erat, ubi erat animi bonis proxima tribulatio, quamuis multa prophetice loquatur, longe tamen loquit aliter, quàm cum illa externa bona deperissent in qbus filios non amiserat sed præmiserat. Clamat ergo martyris anima transfigurata in Christũ, cum iam in carne tribulari cœperit, & dicit deo à quo derelicta est in terrena felicitate, sed quæ cũ illo est in spe uitæ æternæ, Ne discedas à me, quoniam tribulatio proxima est, non est in agro meo, non in auro, non in pecore, non in tectis atq; parietibus, nõ in meorũ orbitatibus, sed in carne mea est cui copulor, cui cõnector, cuius sensum non habere nõ possum, unde me de proximo urget, ut à patientię uirtute non deficiam: ne discedas à me, quoniam non est qui adiuuet, neque amicus, neq; propinquus, neq; humana laus, neque præteritę recordatio uoluptatis, neq; aliquid eorum quo terrenæ felicitatis ruina fulcitur, neq; ipsa quæ in animo est meo humana uirtus, quia si tu deseris, quæ hominis uirtus? Quid est em homo, nisi quòd memor es eius? Circundederunt me uituli multi, hoc est minores in plebe. Tauri pingues obsederunt me: hoc est superbi ac diuites principes plebis aperuerunt in me os suum clamantes, Crucifige crucifige. Quasi leo rapiens & rugiens rapuerunt eum, comprehensum adducentes ad præsidem, & rugierunt perendo eius mortem. Sicut aqua effusus sum, tanquam in me lapsi caderent persequutores mei: Dispersa sunt omnia ossa mea. Quid sunt ossa, nisi corporis firmamẽta, corpus autem Christi ecclesia? Firmamẽta ergo ecclesiæ qui, nisi apostoli, qui etiam columnæ alibi nuncupantur. Hi utiq; dispersi sunt cum ad passionem ipse duceretur, uel cum esset passus & mortuus. Factum est ergo cor meum tanquam cera liquescens in medio uentris mei. Hoc sanè quemadmodũ capiti nostro ipsius corporis saluatori coaptetur, inuenire difficile est. Neq; enim nisi magno pauore cõtingit, ut cor uelut cera liquescat humanum: quod unde in illo fieri posset, qui potestatem habebat ponendi & recipiendi animã suã? Sed profecto aut infirmorũ suorum in se transtulit causam, siue illorum qui metu mortis pauescunt, sicut ipse Petrus ex egregio præsumptore tam creber negator effectus, siue illorum qui tristitia salubri contabescunt, sicut idem ipse Petrus cum amarè fleuit. Nam & tristitia quasi soluit cor: unde dicitur etiam Græce λύπη, quod hinc appellata sit λύπη. Aut certe profundum sacramẽtum nos intelligere uoluit, ut cordis sui nomine significaret scripturas suas, ubi eius utique latebat consilium, quod tunc apertum est, cum ea quæ de illo prophetata fuerũt, passus impleuit. Solutæ sunt ergo scripturæ eius in ijs quæ perfecta sunt aduentu eius, natiuitate, passione, resurrectione, glorificatione. Quis enim iam ea non intelligit in prophetis? quando usq; ad intellectum etiam carnalis multitudinis peruenerunt: quam fortasse significauit in medio uentris sui, ut in eius corpore quod est ecclesia, quasi uẽtris locum habeat carnalis & infirmior multitudo. Aut si uentris nomen magis interioribus competit, ad eos potius qui perfectiores sunt scripturarum intellectum pertinere mõstratum est, cum cor eius, id est scripturæ eius quæ continent consilium eius, in medio eorum, hoc est in cogitatione eorum tanquam cera dissolui tur, hoc est feruore spiritus aperitur, disputatur, exponitur. Exaruit uelut testa uirtus mea. Testa igne firmata est, sic & uirtus corporis Christi non sicut fœnum igne consumitur, sed sicut testa passione uelut igne firmatur. Vasa enim figuli probat fornax, sicut alio loco scriptura dicit, Et homines iustos tentatio tribulationis. Et lingua mea adhæsit faucibus meis. Potest quidẽ silentium eius significatũ uideri, quod alius Propheta cõmendat cum dicit, Sicut agnus coram tondẽte fuit sine uoce. Sed si linguã eius, eos in eius corpore quod est ecclesia intelligamus, per quos suum loquitur Euangelium: tunc eius faucibus adhærent, cum à præceptis eius non recedunt. Quod uero sequitur, Et in puluerem mortis deduxisti me: quomodo capiti coaptabitur, quandoquidem corpus eius, quod tertia die resurrexit, non est utiq; in puluerem dissolutum? Nec aliter exposuerunt apostoli, quod in alio Psalmo positum est, Neq; dabis sanctum tuum uidere corruptionem: nisi quia eius caro nõ est corrupta, quę tam celeriter resurrexit. Vnde itẽ in alio Psalmo dicit, Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nũquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatem tuam? Hoc scilicet dicens, quòd si eo modo quo & cæteri mortuus dimitteretur in puluerẽ, & caro eius resurrectioni ultimæ seruaretur, nulla esset utilitas in sanguine eius: quia nihil prodesset mors eius, nec annunciaretur ueritas dei, quæ illum continuo resurrecturum esse prædixerat. Quid sibi uult ergo quod hoc loco ait: Et in puluerem mortis deduxisti me? Nisi corpus eius accipiamus ecclesiã, in qua illi qui pro eius nomine passi sunt uel patiuntur, non ita ut ipse cito resurgũt, sed in mortis puluerem deducuntur, tunc resurrecturi, cum illud tempus uenerit, de quo in Euangelio dicit, Veniet hora quãdo omnes qui in monumẽtis sunt, audient uocem eius & procedent. Aut certe tropice puluerem mortis ipsos ludæos intelligi uoluit, in quorum manus deductus est. Scriptum est enim: Nõ sic impij, non sic, sed tãquam puluis quem proiicit uentus à facie terræ. Deniq; sequitur, Quoniã circũdederũt me canes multi: concilium malignãtium obsedit me: tanq; ipsos dixerit puluerem mortis in quem deductus est, quos dixit canes multos & concilium malignantium, canes eos uidelicet appellans, qui plerunq; contra innocentes

Cap. XIII

Cap. XIIII

Cap. XV

Esa. 53

Act. 2

Psal. 15

Psal. 29

Psal. 2

Cap. XVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

centes latrant,cum quibus non habent consue- A
tudinem.Iam uero in ijs quæ subiungit tãquam
Euangelium recitatur. Crucifixio quippe eius
exprimitur in eo quod dicit, Foderunt manus
meas & pedes meos,dinumerauerũt omnia os-
sa mea.Ipsi uero considerauerunt & conspexe-
runt me. Fossę sunt enim clauis manus & pedes
eius,& cum extenderetur in ligno,quodammo
do numerata sunt ossa eius. Consideratus est au
tem atque conspectus quid illi futurum esset,&
utrũ ueniret Helias & liberaret eum. Iam illud
quod sequitur,nullius expositionis indiget:Di
uiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem
meam miserunt sortem. Verba deinde quæ sub
texuntur,orãtis sunt,tam in persona capitis,id
est hominis mediatoris,quam ex persona cor- B
poris quod est ecclesia,quam dicit etiam unicã
suam. Tu autem domine,inquit,ne lõge facias
auxilium tuum:hoc ad eius carnem pertinet,cu
ius resurrectio non in longum est missa ut alio-
rum. In defensionem meam aspice:ne quid no-
ceant inimici,qui sibi uidentur aliquid potuisse
carnem perimendo mortalem. Non autem no-
cent,si defendente gratia dei,non eis ad malum
anima superata cõsentiat. Sic enim & alibi pro-
phetatum est, Terra tradita est in manus impij:
hoc est,caro terrena. Erue à framea animã me-
am. Framea,gladius est:nec utiq; tali ferro Chri
stus occisus est,sed cruce:nec latus eius gladio,
sed lancea percusserunt. Translato ergo uerbo,
frameam linguam dixit persequentium:sicut in C
Psal.56 alio Psalmo dicitur,Et lingua eorum gladius a-
cutus:unde quia in eius carne lingua præualuit
malignorum,orat ut animæ nihil noceat,cum
dicit, Erue à framea animam meam:ut hæc in
prophetia oratio si ad caput corporis referas,
non uideatur uelut indigẽtis petitio,sed potius
rei futuræ figurata prædictio. Aut certe, quia
Mat.10 corpus eius,hoc est ecclesia graues persequutio
nes fuerat perpessura:frameam dixit,qua maxi
me trucidati sunt martyres,unde uult eorum a-
nimas erui,ne timeant eos qui corpus occidũt,
animam autem occidere nõ possunt,& consen-
tiant ad illicita. Aut etiam in ipsorum passioni-
bus,inimicorum linguam frameam dicit,unde
animam suam,hoc est animam corporis sui,ani D
mam sanctorum suorum uult erui. Quod autem
sequitur,Et de manu canis unicam meam:nihil
aptius quàm unica ecclesia mihi uidetur intelli
gi. Canem uero appellauit mundum,non ratio
ne sed consuetudine cõtra insolitam ueritatem
latrantem. Hæc est enim canum natura,ut cum
quibus habent cõsuetudinem,siue illi boni siue
mali sint,non ad eos latrent,insolitorum autem
personis uisis,etiam innocẽtibus,iritentur. Ma
nũ autem canis potestatem mundi significauit.
Cuius etiam regnum infestum futurum corpo-
ri suo,id est ecclesiæ suæ,leonis nomine figura-
Prouer.19 uit in eo quod adiunxit, Saluũ me fac de ore leo
nis. Vnde est scriptũ, Nihil interest inter minas

regis & iram leonis:quanq; & diabolum Apo- 1 Pet.5
stolus Petrus leoni cõparet rugienti & quæren-
ti circũeundo quem deuoret. Superbosq; huius
mũdi,Christianis humilibus aduersaturos ostẽ
dens,consequenter dicit,Et à cornibus unicor-
nium humilitatẽ meam. Ideo quippe in unicor-
nibus superbi intelliguntur,quia superbia odit
consortium,& quantum in ipso est,solus cupit Cap.XV
eminere omnis superbus. Iam nunc attende
ubi sit fructus,uel quod derelictus est,ne exau-
diretur pro terrena felicitate,non ad insipiẽtiã,
sed ut saperemus quid Noui gratia testamenti
desiderare debeamus:uel quod non est derelic-
tus,sed exauditus in eo quod ait,Ne discedas
à me:qui dixerat,Quare me dereliquisti:quod
utiq; contrarium est,nisi illud ad aliud,hoc ad
aliud referatur. Attende & audi quãtum sapis,
hauri quantum capis,quantumq; ipse rem tan-
tam eloqui ualeo,imò quantum tribuit ille qui
nos exaudit,& in Christo inquantũ homo me-
diator est inter nos & deum,& cum Christo in-
quantum deus est æqualis deo,& potens est fa-
cere,ut ait Apostolus,supra quàm petimus aut
intelligimus:uide in hoc Psalmo testamẽti No-
ui gratiam,uide illius derelictionis,tribulatiõis,
deprecationis fructum,quid agatur,quid insi-
nuetur,quid mundetur,quid illustretur. Intuere
quid legamus tanto ante prophetatũ,quid iam
cernamus impletum. Narrabo nomẽ tuum,in-
quit,fratribus meis,in medio ecclesiæ cantabo
te. Fratres illius sunt de quibus in Euãgelio ait, Io.20
Vade & dic fratribus meis:ecclesia illa est quã
modo dixit unicam suam:hæc est unica catholi
ca quæ toto orbe copiosa diffunditur,quæ usq;
ad ultimas gentes crescendo porrigitur. Vnde Matth.24
in Euangelio dicit,Et prędicabitur hoc euange
lium in uniuerso orbe in testimonium omnibus
gentibus,& tunc ueniet filius hominis. Quod
autem ait,Cantabo:hoc est illud canticum no- Psal.95
uum,de quo in alio Psalmo dicitur, Cantate do
mino canticum nouum,cantate domino omnis
terra. Habes hic utraq;,ex quo cantico cantatu-
tum se dixerit,& in cuius ecclesiæ medio:illud
pertinet ad nouum canticum,hoc ad omnẽ ter- 2 Cor.1
ram. Ipse quippe cãtat in nobis cuius gratia can
tamus,sicut dicit Apostolus,An uultis experi-
mentum eius accipere qui in me loquitur Chri-
stus? Medium uero ecclesiæ ad eminentiã licet
referas & ad ipsam manifestationẽ,quia omnia
quanto clarius nota sunt,tanto magis in medio
esse dicunt:uel certe ad interiores ecclesię,quia
interiora sunt media. Neq; enim omnis qui la-
bijs personat,cantat canticũ nouum,sed qui eo Ephes.5
modo cãtat,ut Apostolus admonet dicẽs, Can-
tantes & psallẽtes in cordibus uestris domino.
Intus enim est hoc gaudiũ,ubi uox laudis & ca-
nitur & auditur,quia uoce laudatur qui gratis
amandus est toto corde,tota anima,tota mẽte,
amatoremq; suum accendit in se gratia spiritus
sui sancti. Quid enim aliud est cãticum nouum,
quàm

Cap.XVIII quàm laus dei? Deniq; sequitur,& hoc eui- A
dentius demonstrat. Cum enim dixisset, Narra
bo nomen tuum fratribus meis:quia deum ne-
mo uidit unquã,sed unigenitus filius qui est in
sinu patris ipse enarrauit,atq; adiũxisset,In me-
dio ecclesiæ cantabo te:quomodo cantauit,id
est quia in nobis cãtauit cum proficimus in no-
mine quod narrauit fratribus suis:& quia laudẽ
dei cantauit in nobis,continuò manifestauit,di
cens,Qui timetis dominũ,laudate eum. Quis
autẽ ueraciter laudat,nisi qui synceriter amat?
Tantundẽ est ergo ac si diceret,Qui timetis do
minũ,amate eum. Dixit enim homini sicut scri
ptum est,Ecce pietas est sapientia. Porrò pietas
cultus dei est,nec colitur ille nisi amando. Sum
1 Io.4 ma igitur & uera sapientia est in præcepto illo B
primo, Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo,& ex tota anima tua. Ac per hoc sa-
Rom.5 pientia est charitas dei,nec diffunditur in cordi
bus nostris,nisi per spiritum sanctum qui datus
Eccli.1 est nobis. Initium autem sapientiæ timor domi
1 Io.4 ni:& timor nõ est in charitate,sed perfecta cha-
ritas foras mittit timorem. Proinde præmissus
timor in cor nostrum,pellit inde cõsuetudinem
malorum operum et seruat charitati locum,qua
tanquam domina ueniẽte,ut illa insideat,absce
dit. Ergo qui timetis dominum laudate eum,ut
deum non seruiliter sed libere colatis,eum ama
re discite quẽ timetis,& poteritis laudare quod
amatis. Timentes enim deum homines ueteris
Testamenti,propter literam terrentem & occi C
dentem,nondum habentes spiritum uiuifican-
tem,currebant cum sacrificijs ad templum. Et
quãuis in figuram futuri sanguinis quo redem-
pti sumus,tamen nescientes quid per eas præfi
guraretur,cruentas uictimas immolabãt. Nunc
uero in gratia Noui testamenti,qui timetis do-
minũ laudate eum. Ipse quippe in alio Psalmo,
illa mutanda prænuncians,quæ tunc in umbra
Psal.49 futuri offerebantur, Non accipiã,inquit,de ma-
nu tua uitulos,neq; de gregibus tuis hircos. Et
paulo post ut ostenderet sacrificium Noui testa
menti,quando illo illa fuerant cessatura:Immo
la,inquit,deo sacrificium laudis,& redde altissi
mo uota tua. Et in fine eiusdem Psalmi: Sacrifi-
cium,inquit,laudis glorificabit me:& illic uia D
est qua ostẽdam illi salutare meum. Salutare dei
Christus est,quem infantem Simeõ senex cum
agnouisset in spiritu,eũq; sumpsisset in manus:
Nunc dimittis,inquit,domine seruum tuum se
cundum uerbum tuum in pace,quoniam uide-
Cap.XIX runt oculi mei salutare tuum. Qui timetis er-
go dominum laudate eum,uniuersum semen la
cob magnificate eum. Non uacat quod ei non
sufficit dicere Semẽ Iacob,nisi adderet Vniuer
sum:ne in solis eis intelligeretur,qui ex Israeli-
tis fuerant crediturí. Semen Iacob ipsum est se-
men Abrahæ:omnibus autem in Christum cre
dentibus,non solis qui ex Israel fuerant fideles
Apostolus dicit,Ergo Abrahæ semen estis se-

cundum promissionẽ hæredes. Ibi nãq; comme
morauit præfigurationẽ Noui testamenti,in eo
quod scriptũ est,In Isaac uocabitur tibi semen:
non utiq; in Ismahel ancillæ filio. In quibus duo
bus filijs Abrahæ seruo & libero,& duabus mu
lieribus,ancilla & libera,scribens ad Galatas, Gal.4
duo testamenta dicit in allegoria præfigurata.
Vnde dicit:Non qui filij carnis,ij sunt filij dei, Rom.9
sed filij promissionis deputantur in semine. Pro
missionis enim uerbũ hoc est,Ad hoc tempus
ueniam,& erit Sarę filius. Multum est & nimis
longum,diligenter enucleare cur filij promissio
nis pertinentes ad Isaac,Noui testamẽti gratiæ
deputentur. Breuiter tamen attingam,unde tan
to fructuosius cogitabis,quanto magis pie cogi
taueris. Non omnia deus quæ prædicit,promit
tit:prædicit enim etiam illa quæ non ipse facit,
quia est omnium præscius futurorum. Prædicit
ergo & peccata hominum,quæ potuit præscire
non facere. Promittit autem quæ ipse faciurus
est,nec ea mala sed bona. Quis enim promittit
malaꝰ Quãuis itaq; mala inferat,mala non pec-
cata sed supplicia,minatur tamen ea potius q̃
promittit. Omnia largitur & præscit,sed pecca
ta prędicit,supplicia minatur,beneficia pollice
tur. Filij ergo promissionis,filij sunt beneficij.
Hæc est gratia quæ gratis datur,nõ meritis ope
rantis sed miseratione donãtis. Hinc gratias agi
mus domino deo nostro,quod est magnũ sacra
mentũ in sacrificio Noui testamẽti,quod ubi &
quãdo & quomodo offeratur cum fueris bapti-
zatus,inuenies. Deinde sequitur & dicit, Ti Cap.XX
meat eum omne semen Israel,qui Iacob ipse &
Israel unus homo erat habens duo nomina,non
in paruo sacramento:sed uno libro non possunt
dici omnia,in quo iam multũ progressi sumus,
& nondum de alijs tribus quæstionibus aliquid
diximus,hoc est de tenebris exterioribus,& la-
titudine & lõgitudine,altitudine & profundo,
& de quinq; & quinq; uirginibus. Quod ergo
dixit supra, Vniuersum semen Iacob:hic conse
quenter ait,Omne semen Israel. Sed quare supe
rius,Magnificate eum:& posterius,Timeat eũ.
Magnificatio laudi congruit: de qua dixerat,
Qui timetis dominum,laudate eum:unde iam
multa disserui. Ibi quippe amor uel charitas dei 1 Io.4.
perfecta foras mittit timorem,Cur ergo iterum
timeat eum omnis Israel? Non enim accepistis, Rom.8
inquit Apostolus,spiritum seruitutis iterum in
timorem. Sed idem Apostolus oleastro inserto Rom.11
in oliuam timorẽ præcipit,hoc est gentibus ad-
ditis radici Abraham,Isaac,Iacob,ut & ipli fie-
rent Israel,id est pertinerent ad semen Abrahæ.
Quã insertionẽ oleastri amputatis propter infi-
delitatis superbiã naturalibus ramis,etiam ipse
dominus in Euãgelio prædixit occasione illius
Centurionis qui in eum ex Gentibus credidit.
Tunc enim ait: Amẽ dico uobis,nõ inueni tan- Mat.8
tam fidem in Israel. Et adiũxit,Ideo dico uobis,
quia multi ab oriẽte & occidẽte uenient & recũ
bent

Universidad de Deusto
Biblioteca

bent cum Abrahã, Isaac & Iacob in regno cœ/
lorum, filij autem regni ibunt in tenebras exte/
riores, illic erit ploratio & stridor dentium: ita
significans inseri oleastrum propter humilita/
tem. Dixerat quippe ille centurio: Non sum di/
gnus ut sub tectum meum intres, sed tãtum dic
uerbo & sanabitur puer meus. Confractionem
autem ramorum naturalium propter superbiã,
scilicet eorum qui ignorantes dei iusticiam, &
suam uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt
subiecti. De ijs quippe uana elatione tumenti/
bus dictum est, quòd ibunt in tenebras exterio/
res, quia iactantes se de semine Abrahæ, semen
Abrahæ fieri noluerunt, ut essent filij promissio
nis, quia fidem Noui testamẽti non receperũt,
ubi iusticiam dei contempserunt: & suam con/
stituere uolentes, id est tanquam de suis meritis
& operibus præfidentes spreuerũt esse filij pro
missionis, hoc est filij gratiæ, filij misericordiæ,
ut qui gloriatur, in domino glorietur, credẽs in
eum qui iustificat impiũ: hoc est, qui ex impio
facit pium, ut deputetur fides eius ad iusticiam,
& impleatur in eo: nõ quod postulabat eius me
ritum, sed quod à domino promissum est bene/
ficium. Cum ijs igitur agens Apostolus qui oli/
Rom.11 uæ per gratiam inserebantur: dicis, inquit, Fra/
cti sunt rami, ut ego inserar. Bene. propter incre
dulitatem fracti sunt. Tu autem fide sta, noli al/
tum sapere, sed time. Dei est enim beneficium
Eph.2 non meritum tuum: quod & alibi dicit, Gratia
salui facti estis per fidem, & hoc non ex uobis,
sed dei donũ est, non ex operibus, ne forte quis
extollatur. Ipsius enim sumus figmentum crea/
ti in Iesu Christo in operibus bonis, quæ præpa
rauit deus ut in illis ambulemus. In hoc itaq; in/
tellectu gratiæ inest timor, de quo dicitur, Noli
altum sapere, sed time. Timor autem iste alius
est, non est ille seruilis quem charitas foras mit/
tit. Illo enim timetur ne iudicetur in tormẽtum
Cap.XXI cij. Quapropter quãuis fidelibus ad Nouum
testamentũ pertinẽtibus dicat Apostolus quod
Rom.8 paulo ante cõmemoraui, Non enim accepistis
spiritum seruitutis iterum in timorem, sed acce/
pistis spiritum adoptionis filiorum in quo cla/
mamus, Abba pater: id est ut fides in nobis sit
quæ per dilectionem operatur, non tam timen/
do pœnam quàm amãdo iusticiam: tamen quia
non fit anima iusta nisi participatione melioris
qui iustificat impiũ, quid enim habet quod non
accepit: non debet sibi tribuendo quod dei est,
ita gloriari tanquã non acceperit. Ob hoc enim
dictum est, Noli altũ sapere, sed time. Et timor
iste præcipitur ijs etiam qui ex fide uiuentes hæ
redes sunt Noui testamenti, atq; in libertatẽ uo/
cati. Altum enim sapere, dictum est superbire.
Quod alio loco ecõtrario satis ostendit, ubi ait:
Non alta sapientes, sed humilibus consentien/
tes. Ex hoc quod ait, humilibus consentientes:
utiq; aperuit nihil aliud se dixisse, alta sapiẽtes,

A quàm superbientes. Timor ergo non est in cha
ritate, quia perfecta charitas foras mittit timo/
rem, sed illum seruilẽ quo cum se quisq; ab ope
re malo abstinet, pœna terretur, non iusticia de
lectatur. Hunc charitas foras mittit, quam non
delectat iniquitas, etiam si proponatur impuni/
tas. Non illũ quo timet anima, ne amittat ipsam
gratiam, qua in illa factum est, ut eam non pec/
care delectet, quo timet ne deus eã deserat, etiã
si nullis dolorum cruciatibus puniat. Hic timor
castus est, non eum charitas eijcit, sed ascisci:
de illo quoq; scriptũ est, Timor domini castus Psal.18
permanẽs in seculum seculi: nequaquam istum
diceret permanentem, nisi sciret alium qui non
permaneret. Et bene istum castum dixit: hoc e/
B nim non caret amor quo anima inhæret Deo,
quæ dicit in alio psalmo, Perdidisti omnem qui De uerbis
fornicatur abs te, mihi autem adhærere deo bo psalmi
num est. Nam & coniunx quæ adulterinum ani cxvi
mum gerit, etiam si timore uiri non adulterium
perpetrat, tamen quod deest operi, inest uolun/
tati. Casta uero aliter timet: nam & ipsa timet ui 3 sen. ad
rum, sed caste. Deniq; timet illa ne uir infestus non pau.
adueniat, ista ne offensus abscedat. Non aman/
ti enim præsentia uiri molesta est, amanti autem
absentia. Timore itaq; casto permanẽti in secu/
lum seculi, timeat deum omne semen Israel. Ti/
meant quem diligunt, non alta sapiendo, sed hu
milibus consentiendo, cum timore & tremore
suam ipsorum salutem operãdo. Deus est enim
qui operatur in eis & uelle & operari pro bona
uoluntate. Hæc est iusticia dei, hoc est quod Cap.XXX
deus donat homini, cum iustificat impiũ. Hanc
dei iusticiam ignorantes superbi Iudei, & suam
uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt subie
cti, hac superbia deijciũtur ut humilis inseratur Tertio ser
oleaster: & illi ibunt in tenebras exteriores, de tertio
quibus inter alia requisisti, ueniẽtibus ab Orien
te & Occidente multis qui recumbãt cum Ab/
raham, Isaac & Iacob in regno cœlorum. Sunt
enim modo in exteris tenebris, unde correctio
desperãda non est, quam si contẽpserint, ibunt
in tenebras exteriores, ubi correctiõis locus nõ
erit, quoniam deus lux est, & tenebræ in eo non 1 Ioh.
sunt ullæ: sed lux cordis non istorum qui in car/
ne sunt oculorũ, nec omnino talis qualis huius
D lucis uisibilis phantasia cogitatur, quãquam &
ibi est uidere, sed longe aliter lõge dissimiliter.
Qualis enim lux est ipsa charitas, quis uerbis
explicet? Quis earum rerum quæ sensibus car/
nis subiacent ullo demonstret exemplo? An for
te lux non est charitas? Audi apostolum Ioan/
nem: ipse quippe dixit, quod modo commemo
rauí, Quoniam deus lux est, & tenebræ nõ sunt 1 Ioh.4
in eo ullæ. Qui rursum dicit, Deus charitas est,
Ac per hoc si deus lux est, & deus charitas est,
profecto charitas lux ipsa est quę diffunditur in
cordibus nostris, per spiritum sanctum qui da/
tus est nobis. Item dicit, Qui odit fratrẽ suum,
in tenebris est usq; adhuc, Istæ sunt tenebræ in
quas

quas diabolus & angeli eius multum superbien
do progressi sunt. Charitas enim nõ æmulatur,
non inflatur. Ideo non æmulatur, quia non infla
tur. Vbi enim præcedit inflatio, continuo sequi
tur æmulatio, quoniam superbia mater est inui/
dentiæ. Diabolus igitur & angeli eius à luce at/
q; feruore charitatis auersi, & nimis in superbiã
inuidentiamq; progressi, uelut glaciali duritia
torpuerunt. Et ideo per figuram tanquã in aqui
lone ponuntur. Vnde cum generi humano dia/
bolus incubaret, uentura gratia Saluatoris, dici
Cant.4 tur in Cantico canticorum: Exurge Aquilo &
ueni Auster, perfla ortum meum & fluent aro/
mata. Exurge qui irruisti, qui subditis incũbis,
qui possessos premis. Exurge ut à tuo pondere
releuati erigantur, quorum animas premendo
curuasti. Et ueni Auster, inquit, spiritum inuo/
cans gratiæ flantem de meridie, uelut à parte fer
2 Cor.2 uida & luminosa, ut fluant aromata. Vnde apo/
Psal.125 stolus dicit: Christi bonus odor sumus in omni
loco. Hinc etiam dicitur in quodã Psalmo: Con
uerte domine captiuitatẽ nostram sicut torrens
in Austro: captiuitatem scilicet qua sub diabolo
tanquam sub Aquilone tenebantur, ubi abun/
Mat.24 dante iniquitate friguerãt, & quodãmodo con/
gelauerãt. Hinc enim & Euangeliũ dicit: Quo/
niam abundabit iniquitas refrigescet charitas
multorum. At uero flante austro glacies resolui
Eccl.3 tur & torrẽtes fluunt, id est peccatis remissis, po
puli ad Christum charitate cõcurrunt. Hinc &
Cap.XXIII alibi scriptum est: Sicut glacies in sereno, ita sol
uentur peccata tua. Proinde rationalis crea/
tura, siue in angelico spiritu, siue in anima hu/
mana, ita facta est, ut sibi ipsa bonum quo beata
fiat esse non possit, sed mutabilitas eius si cõuer
tatur ad incommutabile bonum, fiat beata: un/
de si auertatur, misera est: auersio eius uitiũ eius,
& cõuersio eius uirtus eius est. Natura ergo nõ
est mala, quia creatura spiritus uita est rationa/
lis, quæ etiam priuata bono cuius participatio/
ne beatificatur, id est etiam uitiosa, melior est
eo corpore quod summum est in corporibus, id
est hac luce quæ sentitur oculis carnis, quia &
ipsa est corpus: omni autem corpore quælibet
incorporea natura præstantior, non mole, quia
nõ nisi corporum est moles, sed ui quadam qua
supergreditur omnem phantasiam quam uolu/
tat animus hausta de sensibus corporis. Sed
quemadmodum in ipsis corporibus ea quæ in/
feriora sunt, sicut terra & aqua & ipse aer, me/
liora fiunt participatione melioris, id est cum lu
ce illuminantur & feruore uegetantur: sic incor
poreæ creaturæ rationales ipsius creatoris fiunt
participatione meliores, cum ei cohærent pu/
rissima et sanctissima charitate, qua omnimodo
si caruerint, tenebrescunt & obdurescunt quo/
dãmodo. Proinde infideles homines tenebræ
sunt, qui per fidem conuersi ad deum quadam
præmissa illuminatione lux fiunt. In qua profi/
ciendo si ex fide ad speciem peruenerint, ut id
quod credunt etiam conspicere, sicut tãtum bo/
num potest conspici, mereantur, perfectam reci
pient imaginem dei. Talibus enim dicit Apo/
stolus: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem
lux in domino. Porrò diabolus & angeli eius, te Eph.5
nebræ sunt infidelibus hominibus deteriores.
Plus enim ab illa charitate auersi, in suũ fastum
obstinationemq; progressi sunt. Et quoniam ex
tremo iudicio Christus dicturus est eis quos ad Mat.25
sinistram discernet: Ite in ignem æternũ, qui pa
ratus est diabolo & angelis eius: his malignis
spiritibus coniungendos simulq; damnandos,
dicet ituros in tenebras exteriores, id est in so/
cietatem pœnalem diaboli & angelorum eius.
Huic pœnæ contrarium est quod bono seruo di
B citur: Intra in gaudium domini tui: ut quanto
sunt istæ tenebræ exteriores, tanto sit lumen il/
lud interius. Non hæc per locorũ interualla in/
ani phantasmate cogitanda sunt: localia spacia
non occupant, nisi corporũ moles. Non est hoc
spiritus uitæ, non est hoc anima rationalis, mul/
tominus deus omnium benignissimus cõditor,
& iustissimus ordinator. Voluntatibus & affe/
ctibus ista uel propinquare uel lõge fieri, uel in/
trare, uel exire dicũtur. Sed quia malo opere, id
est tenebroso delectãtur facientes, sequutura est
autem pœna quæ torqueat, ideo dñs ubi dixit,
Tenebras exteriores, addidit etiam: Ibi erit fle/
tus & stridor dentium, ne talibus oblectationi/
bus qualibus hic iniqui perfruuntur, quãdo in/
C fidelitate atq; iniusticia tenebrescunt, etiam in
illo supplicio se usuros clementer existiment:
quia enim uolentes iniuste utuntur bonis, iuste
nolentes cruciabũtur malis. Vnde possunt etiã
tenebræ exteriores intelligi pœnæ corporales:
corpus quippe est anima exterius: ut sint ani/
mæ mala quibus à charitatis luce auersa mens
in peccatis oblectatur, exteræ tenebræ: corpo/
ris autem mala quibus æternis in finem torque
bitur, exteriores tenebræ, quas solas timent qui
seruili adhuc timore detinentur. Nam si eis lice
ret, in illis exteris quæ sunt in peccatis impune
semper uolui & inuolui, profecto nunquam uel
lent accedere ad deum & illuminari & inhære/
re illi per charitatem, ubi est timor castus per/
D manens in seculum seculi: qui timor nõ cruciat,
sed tenaciorem facit animam boni illius, quod
si dimiserit, cadet. Timeat eum omne semen
Israel. Et uide causam quam coniungit: Quoniã Ca. XXIIII
nõ spreuit, inquit, neq; despexit precem paupe/
ris. Pauperem humilẽ dicit: Hinc est noli altum
sapere, sed time: timeat ergo eum omne semen
Israel, quoniam non despexit eius precem, qui
non altum sapuit sed timuit. Potest hoc & capi
ti coaptari, quia ipse saluator corporis propter
nos pauper factus est cũ dines esset, ut eius pau/
pertate ditaremur. Ex forma enim serui pauper
factus est, ex qua & precem fudit: in ea quippe
humiliauit factus obediens usq; ad mortem. Vi
de ergo quid dicat: Quoniam non spreuit neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

despexit precẽ pauperis, neq; auertit faciẽ suam
à me. Vbi est illud: Quare me dereliquisti, si nõ
auertit faciem suam ab eo: nisi quia & derelin-
quens non derelinquit, quãdo in bonis tempo-
ralibus non exaudit, & non ad insipientiam no
bis, sed ut sapiamus quid auferat & quid offerat
nobis. Non, inquit, spreuit neq; despexit precẽ
pauperis, neq; auertit faciem suam à me: & cum
clamarẽ ad eum exaudiuit me. Fecit ergo quod
pauloante rogatus est, ubi eum deprecãs dixit,
Ne discedas à me. Si enim exaudiuit, profecto
fecit, non utiq; discessit: nõ ergo dereliquit hoc
modo qui alio modo dereliquit, ut saperemus,
quomodo magis non ab eo derelinqui uelle de-
bemus. Apud te laus mea. Quid ergo nocẽt qui
tanquam uicto insultant quod me in temporali-
bus dereliqueris: In ecclesia magna confitebor
tibi, nõ quãta ista synagoga est quæ irridet mor
tem derelicti, sed in ecclesia magna diffusa per
omnes gentes quæ credit in resurrectionẽ non
derelicti. Hęc est unica illa quam petit de manu
canis erui, de qua etiam pauloante dixit, In me-
dio ecclesiæ cantabo tibi. Et nũc quod ait, Con
fitebor tibi. In eis utiq; qui cõfitebuntur, in qui-
bus & loquitur. Cõfessio autem non tantũ pec-
catorum est, sed & laudis dei, sicut ipse in Euan
Mat.11 gelio: Confitebor tibi, inquit, pater domine cœ
li & terræ, quia abscõdisti hæc à sapientibus &
prudentibus & reuelasti ea paruulis. Ideo sequi
tur, & dicit, Vota mea reddã coram timentibus
eum. Edent pauperes & saturabuntur & lauda-
bunt dominum qui requirunt eum. Ipsi sunt par
uuli de quibus dixit, Et reuelasti ea paruulis, ti-
mẽtes eum: & pauperes, id est humiles qui non
alta sapiũt, sed timent timore illo casto, nõ quo
pœna formidatur, sed quo gratia commẽdatur.
Vota uero sua, sacrificium uult intelligi corpo-
ris sui, quod est fidelium sacramẽtum. Ideo cum
dixisset, Vota mea reddam coram timentibus
eum: continuo subiunxit, Edent pauperes & sa-
turabuntur: ipsi enim saturabuntur pane qui de
cœlo descendit, qui ei cohærẽtes & eius pacem
dilectionemq; seruantes imitantur eius humili-
tatem. Ideo pauperes in hac paupertate & satu-
ritate præcipue apostoli claruerũt. Et laudabũt
dominum, inquit, qui requirũt eum: intelligen-
tes non meritorũ suorum, sed illius esse gratiæ
quod saturati sunt. Requirunt enim eum, quia
non sunt ex eis qui sua quærunt non quæ Iesu
Christi. Deniq; & si caro eorum qui eum laudãt
patitur temporalem tribulationẽ uel mortem,
uiuent corda eorum in seculum seculi. Hæc uita
cordis nõ est in sensibus corporis, secreta est in
luce quæ intus est, nõ in tenebris quę foris sunt,
1 Tim.1 in finem præcepti, non in initio peccati. Finis
autẽ præcepti charitas est de corde puro & con
1 Cor.13 scientia bona & fide non ficta. Charitas quę non
æmulatur, non inflatur, quia nõ altum sapit, sed
timet, & ideo cohæret timore casto permanẽte
in seculum seculi. Initium autem omnis peccati
superbia, qua diabolus irreuocabiliter in exte-
riora progressus est, hominemq; inuidendo &
ei simile aliquid suadendo deiecit. Cui homini Eccli.10
in quadam scriptura dicitur, Quid superbit ter-
ra & cinis? Quoniam in uita sua proiecit intima
sua. In uita sua dictum est, tanquã in propria sua,
et quasi priuata, qua delectatur omnis superbia.

Vnde charitas in commune magis quàm in Cap.XX
priuatum consulens, dicitur non quærere quæ
sua sunt. Hac uiuunt corda in seculum seculi, tan
quã saturata pane cœlesti. De qua saturitate ipse
dicit, Nisi mãducaueritis carnem meam & san- Io.6
guinem meum biberitis, non habebitis uitam
in uobis. Merito ergo istorum qui saturantur, ui
uent corda eorum in seculum seculi. Vita enim
Christus est qui habitat in cordibus eorum, in- 1 Cor.13
terim per fidem, pòst etiam per speciem. Videt
enim nunc in ænigmate per speculum, tunc au-
tem facie ad faciem. Vnde ipsa charitas nunc
in bonis operibus dilectionis exercetur, qua se
ad subueniendum quaqua uersum potest, porri
git, & hæc latitudo est: nunc longanimitate ad
uersa tolerat, & in eo quod ueraciter tenuit, per
seuerat, & hæc est longitudo: hoc autem totum
propter adipiscẽdam uitam facit æternam quæ
illi promittitur in excelso, & hæc altitudo est.
Existit uero ex occulto ista charitas, ubi funda-
ti & radicati quodãmodo sumus, ubi causæ uo-
luntatis dei non inuestigantur, cuius gratia su-
mus salui facti, non ex operibus iusticiæ quæ fe
cimus nos, sed secũdum eius misericordiã. Vo-
luntarie quippe genuit nos uerbo ueritatis, &
hæc uoluntas eius in abdito est. Cuius secreti
profunditatem quodãmodo expauescens Apo
stolus clamat, O altitudo diuitiarum sapientiæ Rom.11
& scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia
eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim co-
gnouit sensum domini? Et hoc est profundum.
Altitudo quippe commune nomen est excelso
& profundo. Sed cum in excelso dicitur, subli-
mitatis eminentia commẽdatur: cum autem in
profundo, difficultas inuestigationis & cogni-
tionis. Vnde & illud de deo dicitur, Quàm ma Psal.91
gnificata sunt opera tua domine, nimis profun- Psal.38
dæ factæ sunt cogitationes tuæ. Et iterum: Iudi Ephe.3
cia tua uelut abyssus multa. Hinc igitur est illud
apostoli quod requirendum inter cætera posui-
sti. Huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad
patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo om-
nis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut
det uobis secundũ diuitias gloriæ suæ uirtutem
corroborari per spiritum eius, in interiori homi
ne habitare Christum per fidem in cordibus ue
stris, ut in charitate radicati & fundati per fidẽ
prævaleatis comprehendere cum omnibus san
ctis, quę sit lõgitudo & latitudo, altitudo & pro
fundum: scire etiam supereminẽtem scientiam
charitatis Christi, ut impleamini in omnem ple
nitudinẽ dei. Attende omnia diligenter. Hu Cap. XI
ius rei, inquit, gratia flecto genua mea ad patrẽ
domini

domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis pater
nitas in cœlis & in terra nominatur. Quæris, cu
ius rei gratia: hoc supra dixerat, Propter quod
peto non infirmari in tribulationibus meis pro
uobis. Hoc ergo eis optat ut non infirmẽtur in
tribulationibus apostoli, quas pro illis sustine-
bat, & propter hoc genua flectebat ad patrem.
Proinde non infirmari unde illis sit, sequitur &
dicit, Vt det uobis secundũ diuitias gloriæ suæ
uirtutem corroborari per spiritũ eius. Hæ sunt
diuitiæ de quibus dicit, O altitudo diuitiarum.
Abditas enim habet causas, ubi nullis meritis
præcedentibus quid habemus quod non acce-
pimus. Deinde sequitur, & quid optet adiũgit:
In interiori, inquit, homine habitare Christum
per fidem in cordibus uestris. Hæc est uita cor- B
dium qua uiuimus in seculum seculi, ab initio fi
dei usq; ad finem speciei: ut in charitate, inquit,
radicati & fundati prævaleatis comprehẽdere
cum omnibus sanctis. Ista est communio cuius-
dam diuinæ cœlestisq; reipublicæ, hinc saturan
tur pauperes, non sua quærentes, sed quæ Iesu
Christi, id est non commoda priuata sectantes,
sed in commune ubi salus omnium est consulẽ-
1 Cor.10 tes. Nam de ipso pane quo tales saturantur, quo
dam loco Apostolus dicit, Vnus panis unũ cor
pus multi sumus. Quid ergo comprehenderet
quæ sit, inquit, latitudo, sicut iam dixi, in bonis
operibus, quibus beneuolentia porrigitur usq;
ad diligendos inimicos: & longitudo, ut longa
nimitate pro hac latitudine molestiæ tolerẽtur: C
& altitudo ut pro his æternũ quod in supernis
est præmium, non uanum aliquid aut tempora-
le speretur: & profundum unde gratuita gratia
dei secundum secretum & abditum uoluntatis
eius existit. Ibi enim radicati, ibi sumus funda-
ti: radicati propter agriculturã, fundati propter
ædificationem, quæ quoniam non est ab homi-
1 Cor.3 ne, dicit alio loco idem Apostolus, Dei agricul-
tura estis, dei ædificatio estis. Hoc totum agitur
cum in hac nostra peregrinatione fides per dile
ctionem operatur. In futuro autem seculo perfe
cta & plena charitas sine ulla malorum toleran
tia, non fide credit quod non uidet, nec spe desi
derat quod non tenet, sed in æternum ueritatis
incommutabilem speciem contemplabitur, cu- D
ius sine fine quietum opus erit, laudare quod a-
mat, & amare quod laudat. De hac sequenter di
cit, Scire etiam supereminentem scientiam cha
ritatis Christi, ut impleamini in omnem pleni-
tudinẽ dei. In hoc mysterio figura crucis osten-
ditur: qui enim quia uoluit mortuus est: quomo
do uoluit mortuus est. Nõ frustra igitur tale ge-
nus mortis elegit, nisi in eo quoq; latitudinis hu
ius & longitudinis & altitudinis & profundita
tis magister existeret. Nam latitudo est in eo li-
gno quod transuersum desuper figitur. Hoc ad
bona opera pertinet, quia ibi extenduntur ma-
nus. Lõgitudo in eo quod ab ipso ligno usq; ad
terram cõspicuum est: ibi enim quodammodo
statur, id est persistitur & perseueratur, quod lõ-
ganimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni par
te, quæ ab illo quod transuersum figitur, sursum
uersus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, qa
bene sperantium superna expectatio est. Iam ue
ro illud ex ligno quod nõ apparet quod fixum
occultatur, unde totum illud exurgit, profundi-
tatem significat gratuitæ gratiæ: in quo multo-
rum ingenia conterũtur id uestigare conantia,
ut ad extremum eis dicatur, O homo tu quis es Rom.9
qui respondeas deo: Viuent ergo corda satura-
torum pauperum in seculũ seculi, hoc est humi-
lium charitate flagrantium, non sua quærentiũ,
sed sanctorum societate gaudentium. Hoc pri-
mitus in Apostolis factũ est, Sed laudãdo deũ,
id est prædicãdo gratiam dei, quoniam dictum
est: Laudabunt dominũ qui requirũt eum: quid
populorũ acqsierint, in eo quod sequitur uide.

Cõmemorabuntur, inquit, & conuertent ad Ca. XXVII
dominum uniuersi fines terræ: & adorabunt in
conspectu eius uniuersæ patriæ gentium. Quo-
niam domini est regnum, & ipse dominabitur
gentiũ. Ille irrisus, ille crucifixus, ille derelictus
hoc regnum acquirit: & tradet in fine deo & pa
tri, non ut ipse amittat, sed quod in fide semina-
uit cum uenit minor patre, hoc perducat ad spe
ciem in qua æqualis non recessit à patre. Man-
ducauerunt & adorauerunt omnes diuites ter-
ræ: diuites terrę superbos intelligere debemus,
si recte superius pauperes humiles intelligeba-
mus, de quibus in Euãgelio dominus dicit, Bea Mat.5
ti pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ
cœlorum. Ipsi enim sunt mites, lugentes, esuriẽ-
tes, & sitientes iusticiam, misericordes, mundi-
cordes, pacifici, & qui persequutionem patiun
tur propter iusticiam, quibus prædicationibus
singillatim beatitudinem adiũxit. Contrà ergo
diuites terræ hoc loco superbi intelligẽdi sunt.
Neq; enim frustra ita distincti sunt, ut de paupe
ribus suprà diceretur, Edent pauperes & satura
buntur: hic uero, Manducauerũt & adorauerũt Psal.21
omnes diuites terrę: & ipsi quippe adducti sunt
ad mensam Christi, & accipiunt de corpore &
sanguine eius, sed adorant tantum non etiam sa
turantur, quoniã non imitantur. Manducantes
enim pauperẽ, dedignantur esse pauperes: quia 1 Pet.2
Christus pro nobis passus est, relinquens nobis
exemplum ut sequamur uestigia eius. Verunta
mẽ quod humiliauit semetipsum factus est obe
diens usq; ad mortem, mortem autem crucis, a-
spernantur diuites, & similia perpeti respuunt,
timore non magnitudine, infirmitate ergo non
sanitate. Sed quia Deus excitauit eum a mor- Phil.2
tuis, & donauit ei nomen quod est super omne
nomen, ut in nomine Iesu flectatur omne genu,
cœlestium, terrestrium & infernorum: fama cel
situdinis eius, & gloria nominis eius in ecclesia
usq; quaq; diffusa, permoti & ipsi ueniũt ad men
sam, manducant & adorant, non tamen saturan
tur, quia non esuriũt & sitiunt iusticiam. Tales

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim saturabuntur, quãquam perfecta saturitas in illa uita æterna erit, cũ ex ista peregrinatione uenerimus ex fide ad speciem, ab speculo ad faciem, ab ænigmate ad perspicuam ueritatẽ: non tamen inconuenienter saturatus dicitur pauper tate Christi, qui pro iustitia eius, hoc est pro participatione uerbi æterni quã incohauit interim fide, omnia temporalia non solum temperanter contemnit bona, uerum etiam patiẽter sustinet mala. Tales fuerũt piscatores & publicani, quia abiecta huius mundi elegit, ut confunderet fortia. De his dictum est: Edent pauperes & saturabuntur. Sed quia istam saturitatem non apud se ipsos tenuerunt, quodammodo enim ructantes dominũ laudauerunt, id est prædicauerũt quærentes eum non sua quærentes, sed in eum charitate flagrantes, eorum prædicatione commotus est mundus ut commemorarentur & conuerterentur ad dominum uniuersi fines terræ: & adorabunt in cõspectu eius uniuersæ patriæ gentiũ. Qm̃ dñi est regnũ & ipse dominabitur gẽtium. Hac ecclesiæ dilatatione etiam superbi, id est diuites terræ adducti sunt & manducauerunt, & quãuis non saturati tamẽ adorant. Hunc quoq; ordinẽ prophetia Psalmi hoc loco tenuit quem uidemus impleri. Adiungit autem, In cõspectu eius procident omnes qui descendunt in terrã, id est omnes bona amando terrena, non in cœ-
Col.3 lum ascendunt. Non enim faciũt quod ait Apostolus: Si resurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quærite: ubi Christus est in dextera dei se- C dens, quæ sursum sunt sapite, non quę super terram: sed potius quanto sibi bonis terrenis feliciores uidentur, tanto magis in terram descendunt, hoc est in terrena deprimuntur. Et ideo in conspectu eius procident, id est ubi ipse uidet,
Ca.XXVIII non ubi homines uident qui eos excelsos sublimesq; arbitrantur. Et anima, inquit, mea ipsi uiuet. Ipsi utiq; non sibi, sicut superborũ priuato bono suo lętantium, & à communi omnium bono, quod deus est, inani elatione resiliẽtiũ. Hoc utiq; deuitemus, & cõmuni potius uero omniũ bonorum perfrui, quàm priuato nostro gaudere quæramus: ut qui uiuit, iam non sibi uiuat, si-
2 Cor.5 cut ait Apostolus: sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit: pro hoc em̃ mediator effectus D est, ut nos recõciliet deo per humilitatem, à quo per impiam superbiã longe recesseramus. Neq; enim tantũ illud scriptum est quod suprà posui,
Eccl.10 Initium omnis peccati superbia: sed etiã hoc ibi legitur, Initium omnis superbiæ, homines apostatare à deo. Nõ ergo sibi uiuat quisq;, sed Christo, faciens non suam sed ipsius uoluntatem, & manens in eius charitate, sicut & ipse fecit uolũtatẽ patris, & manet in eius charitate. Hæc q; pe nos admonẽs & exemplo suo exhortans, in Euãgelio suo loquutus est. Si autem ipse cum in forma dei æqualis esset patri, tamẽ per formam serui quam propter nos accepit, non suam uolũtatem, sed patris se facere commẽdauit: quanto magis nos propria priuataq; nostra uolũtate cõ-
tempta qua tenebrati sumus, ad illud cõmune lumen ut illuminentur uultus nostri, & non erubescãt, debemus accedere, qđ illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundũ, ut anima nostra ipsi uiuat. Hoc enim de nobis cõsequenter adiungit cum dicit, Et semen meum seruiet illi: quoniam qui seminat bonum semẽ, filius est hominis, bonum autem semẽ hi sunt filij regni.

Hæc porrò omnia quæ in Psalmo isto dicta Cap.XXX
sunt, quia non ad præsens tempus sed ad futurorum prophetiam pertinebant: sicut etiam ipsis rebus apparet, sic eũ concludere uoluit, ut ostenderet se non præsentia demonstrare, uel narrare
B præterita, sed futura prophetare. Annunciabit, inquit, domino generatio uentura, & annunciabunt cœli iustitiã eius populo qui nascetur, quẽ fecit dominus. Non ait, Annunciabit̃ dominus generationi uenturæ, sed annunciabitur domino generatio uentura. Quod non sic accipiẽdũ est, tanquam nescienti aliquid annuncietur ut sciat, sed sicut annunciant angeli, non solum nobis beneficia dei, uerũ etiam illi preces nostras. Nam scriptũ est ubi angelus hominibus dicit, Ego obtuli memoriam orationis uestræ: non ut tũc deus nouerit quid uelimus, uel quo indigeamus, Nouit em̃ pater uester, ait dominus, quid uobis necessarium sit prius quàm petatis ab eo: sed quia necesse habet rationalis creatura obtẽperans deo, temporales causas ad æternam ueritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulẽdo quod faciat, qui pius mentis affectus est, ut ipsa construatur, non ut Deus instruatur. Nam & hæc quædã contestatio rationalis creaturę est, quod non sibi ipsa sit bonum quo beata fiat, sed illud incommutabile cuius participatione etiam sapiens efficitur. Siue ita dictũ est, Annunciabitur domino generatio uentura: ac si diceretur, domino placebunt qui annunciabunt non sibi, ut ita sit domino annũciare, sicut est domino uiuere. Sic dictum est, Qui manducat, do- Rom.14
mino manducat: & qui non mãducat, domino non mandueat. Ad hoc quippe addidit, Et gratias agit deo, ut ostẽderetur quid esset, domino facit, id est in eius laudem facit. Tunc enim recte, tunc iuste, tunc pie fit, cum opus bonum in eius laudem fit, cuius gratia donatur ut fiat. Ac per hoc etiam si eo modo quispiã hæc uerba intelligere uelit, ut eorum iste ordo sit, Annunciabitur domino generatio uẽtura: id est generatio annunciabitur quæ domino uentura est, generatio scilicet piorum atq; sanctorum, quia impiorum & sceleratorum generatio nõ domino, sed sibi uentura est: ab eadem significatione non receditur, qua intelligatur animæ participatio in idipsum, id est rationalem creaturã, cum sit mutabilis, non fieri beatam nisi à proprio suo mutabili ad immutabile bonum, idemq; commune quod deus est, à quo superba impietate abstitit, humili pietate conuersa subsistat. In quo affectu pro-

proficiens, quicquid boni facit domino facit, A hoc est in eius laudem, cuius gratiam percepit
Cap.XXX ut faciat, unde est actio gratiarum, quæ intimo fidelium mysterio celebratur. Illud aũt quod sequitur, Et annunciabunt iusticiam eius populo qui nascitur, quem fecit dominus: superioris sensus confirmatio est. Nam quod ibi dictũ est, Annunciabitur domino generatio uentura: hic est dictum, hæc annunciabit iusticiam eius. Ipsa quippe generatio quæ uentura prophetata est
Rom.10 piorum atq; sanctorum, iustitia dei est, non ipsorum: ne sint ex illis qui ignorantes dei iustitiã, & suam uolentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Illa nanq; iustitia dei commendatur in eo quod dicitur, Ignorãtes dei iusticiam, qua nos ex eius gratia iusti sumus: ut ipsa dei iu- B sticia nos simus cum iuste uiuimus, credẽtes in eum qui iustificat impium: non illa qua ipse iustus est æterna sua & incõmutabili iustitia. Hęc itaq; iustitia qua nos dei munere iusti sumus, si-
Psal.35 gnificatur in Psalmo illo ubi scriptum est: Iustitia tua sicut montes dei. Mõtes quippe dei, san-
Psal.71 cti eius sunt: de quibus alibi dicitur, Suscipiant montes pacẽ populo tuo. Et multa de his montibus scripta sunt figurata loquutione, quæ commemorare nunc lõgum est. Sed quia hoc ipsum
Rom.11 quod deus iustificat homines, nimis occulto iudicio facit, quoniam gratuita gratia, Si autẽ gratia, non ex operibus, alioquin gratia iam nõ esset gratia: ex hoc quippe incipiunt opera bona ex quo iustificamur, non quia præcesserunt iusti C ficamur: & hoc est profundum, de quo superius iam multa diximus: continuo in eodem psalmo cum dixisset, Iustitia tua uelut montes dei: subiunxit, Iudicia tua uelut abyssus multa. Inde uenit ad salutem hominibus iumentisq; cõmunẽ, quia & ipsa ex misericordia dei est: & dicit, Homines & iumenta saluos facies Domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Vt hinc intelligamus etiam illam salutem sempiternam
Rom.8 & immortalẽ, de qua dicit apostolus, Spe enim salui facti sumus: similiter ut istam quæ hominibus iumẽtisq; communis est, gratis nos accipere non ex operibus, ne forte quis extollat̃, quia opera sua ex ipsius iustificatione operamur. Ip-
Eph.2 sius enim sumus figmẽtum creati in Christo Ie- D su in operibus bonis quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Et illa salus ergo gratuita est, de qua in alio Psalmo dicitur, Domini est salus, & super populũ tuum benedictio tua. Sicut er-
Psal.3 go quod legitur, Domini est salus: non ea salus intelligitur qua dominus saluus est, sed qua salui sunt quos ipse saluos facit: sic cum legitur dei iustitia, in eo quod scriptum est, Ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes constituere: non est illa intelligenda qua deus iustus est, sed qua iusti sunt homines quos gratia sua iustificat. Inde
Mat.9 enim salui unde iusti, quoniam quod ait, Nõ est opus sanis medicus, sed male habentibus: expo suit in consequentibus, dicens: Non uenì uoca-
re iustos, sed peccatores. Non igitur secundum Tit.3
opera iusticiæ quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. In qua gratia spe salui facti sumus. Vnde in illo Psalmo subiungitur, Filij autem hominum sub tegmine alarũ tuarum sperabunt, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrẽte uoluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen, Prętende misericordiam tuam sciẽtibus te, & iusticiam tuam ijs qui recto sunt corde. Huic igitur iusticiæ dei contraria superbia est, qua fiditur tanquã de operibus propriis: ideoq; ibi sequitur, Non ueniat mihi pes superbiæ. Hæc iustitia dei, qua eius fide iusti sunt interim uiuentes ex fide, donec perfecta iustitia perducantur ad speciem, sicut salute perfecta, etiam ad ipsius corporis immortalitatem, gratia Noui testamenti. Vnde alio loco dicit Apostolus: Pro Christo legatione fungimur, tanquã 2 Cor.5
deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliari deo: ac inde subiungit, Eum qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit: id est, sacrificium pro peccatis. Nam & ipsa in lege peccata appellabantur, quæ pro peccatis offerebantur, Vt nos simus iustitia dei in ipso: id est, in eius corpore, quod est Ecclesia, cui caput est. Nos sumus iustitia dei, quam ignorãtes illi & suam uolentes constituere: id est, tanquam de suis operibus gloriantes, iusticiæ Dei non sunt subiecti. Inde & in hoc Psalmo cum dixisset, Annunciabunt iustitiam eius: sequitur et adiungit, Populo qui nascetur quem fecit dominus. Quis est enim iste populus quem non fecit dominus, secundum id quod homines sunt, qui etiam pecora creauit, à quo est omnis uita, omnisq; facta & creata natura? Sed ita intelligendum est, Quem fecit dominus: ut non solum q homines sunt, uerum etiam quòd iusti sunt ab illo facti intelligantur, secũdum illud quod iam non semel commemorauí ab apostolo dictum, Ipsius enim figmentum sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Animæ igitur rationalis Cap.XXXI
mutabilitas admonetur, quo nouerit nisi participatione incõmutabilis boni, iustam, saluam, sapientem, beatam se esse nõ posse, nec sibi eam bonum esse posse propria uolũtate sed malum. Propria quippe uoluntate auertitur à bono incommutabili, eaq; auersione uitiatur, nec sanari per seipsam potest, sed gratuita misericordia sui creatoris, quæ in hac uita eam ex fide uiuentem in spe constituit salutis æternæ: Vnde non altũ sapiat, sed timeat: eoq; timore casto, inhæreat deo, qui eam à propria immundicia qua inordinate bona inferiora dilexit, uelut à quadam fornicatione spiritali mundauit: nec humanis laudibus extollatur, nec sit in uirginibus stultis a- Virgines
liena laude lætantibus (hoc enim de quæstioni- fatuæ
bus tuis restat extremum) & propter ipsam ina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem laudem,non propter conscientiam suam, ubi illis testis est deus,bona operantibus:sed sit in uirginibus sapientibus, ubi dicat quod ait
2 Cor.1 Apostolus,Nam gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ.Hoc enim est oleum ferre secum,non à uendentibus emere,hoc est ab adulantibus. Adulatores nanq; laudem suam tanquam oleum uenditant stultis.De hoc
Psal.140 oleo dicitur in Psalmo:Emendabit me iustus in misericordia & arguet me,oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum.Elegit à iusto misericorditer reprehendi,& quodammodo colaphizari,quàm ut ei caput in superbiam crescat peccatoris adulatione laudari.Irridentium quippe responsio mihi uidetur,cum eis à sapiētibus uirginibus dicitur,Ite potius aduen-
B dentes & emite uobis: sicut in quodam libro Sapientiæ scriptum est,ubi contemptoribus di-
Prouer.1 cit,Et ego perditioni uestræ superridebo.Illa autem responsione qua petentibus oleum dictum est,Ne forte non sufficiat nobis:non desperanter,sed humiliter dictum est.Quis enim sic præsumat de conscientia sua,ut certus sit eam sibi in iudicio dei posse sufficere,nisi misericors mi-
Iac.2 sericorditer iudicet?Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam.Ipsæ autem sunt lampades accensæ,opera scilicet bo-
Mat.5 na,de quibus dominus dicit,Luceant bona opera uestra,& glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.Hucusq; pertendit intentio uirginum sapientium,ut ideo uelint uideri ab hominibus
C opera sua bona,non quo ab eis laudentur ipsæ, sed ut glorificetur Deus à quo illis est quod bene operantur:ac per hoc interiori bono gaudēt, quod est coram deo,ubi eleemosynam in occulto pater qui uidet in occulto reddat.Et ideo nō deficiunt lampades, quia interiori oleo uegetantur,id est intentione bonæ conscientiæ,qua coram deo fit in eius gloriam,quicquid coram hominibus in bonis operibus lucet. At uero stultarum uirginum hoc oleum non secum portantium deficiunt lampades,id est non perseueranter bona opera lucent,cum laus humana fuerit subtracta,propter quam illa faciebant,hucusque intentionem suam perducentes ut uiderentur ab hominibus,non ut glorificaretur pa-
D ter qui in cœlis est: quæ intentio perēnis est gloriæ,qua nouit anima deo se debere quod iustificata est ad facienda bona opera,& ideo in illo
Psal.33 non se laudari amat. Vnde alibi homo Dei cantat,In domino laudabitur anima mea,ut qui
C4.XXXII gloriatur,in domino glorietur. Sed quid est quod in eadem Euangelij lectione scriptum est, Omnes sponso tardante dormisse? somnum istum si intellexerimus,quod uelut tardante iudicio,ad quod faciendū uenturus est Christus, abundante iniquitate charitas refrigescit,quomodo ibi ponemus uirgines sapientes,cum po-
Mat.24. tius in illis sint de quibus dicitur,Qui autē perseuerauerit usque in finem,hic saluus erit? Di-
A ctum est ergo,Dormierūt omnes:quia non tantum stulti,qui propter humanam laudem bona operantur coram hominibus,uerum etiam sapientes,qui hoc propterea faciunt ut laudetur deus,experiūtur istam mortem.Ex utroq; enim genere moriuntur.Et ista mors sæpe in scripturis dormientium dicitur,propter futuram resurrectionem uelut euigilationem.Hinc Apostolus dicit,De dormientibus autem nolo uos ignorare fratres:& alio loco,Ex quibus plures manent usq; adhuc,quidam autem dormierūt. Et alia innumerabilia in hoc testimonia aperte per scripturas Vtriusque testamenti reperiuntur. Vnde & ille ait,
Consanguineus lethi sopor. Et si aduer- Xtus
B tas,multa inuenies etiam in secularibus literis ubi mors somno comparatur. Significauit ergo dominus futurum esse tempus,quo inter tribulationes & tentationes seculi huius iam iamq; eius expectaretur aduentus,tanquam propinquus atq; imminens,ad quem se præparent qui in eius familia uidentur.Hoc est enim quod ait, exisse obuiam sponso & sponsæ. Sponso quidem filio dei:sponsæ autem,siue quia in eo corpore uenturus est quod sumpsit ex uirgine,siue quia ipsa Ecclesia tunc clarior apparebit,ut ad
C.XXX uniuersi corporis congregationē membra concurrant,quibus concurrentibus,eius magnitudo monstrabitur. Virgines propter continentiam nuncupauit.Decem uero,id est quinq;
C & quinq;,propter numerum quo censentur corporis sensus,in quibus habitat continentia cum a uoluptatibus turpibus & illicitis abstinetur. Lampades sicut dictū est,bona sunt opera,maximeq; ad misericordiā pertinentia,& ipsa quę etiam coram hominibus lucet laudabilis conuersatio.Sed magni interest,qua mentis intentione fiat:ideo dicit alias sapiētes,stultas alias. Sed hinc eas discernit quòd stultæ non sumpserunt oleum secum,sapientes autem acceperunt oleum secum in uasis suis,hoc est in cordibus suis,ubi fit ipsa participatio intimi ac superni
Psal.4 boni. Vnde in Psalmo quodam, cum dictum esset,Sacrificate sacrificium iustitiæ,& sperate in domino,multi(inquit)dicunt quis ostendit
D nobis bona?Deinde ut manifestaret cuius boni amore debeamus operari iustitiam,hoc est,sacrificare sacrificium iustitiæ & sperare:Signatum est,inquit,in nobis lumen uultus tui domine,dedisti lætitiam in corde meo. Cuius boni aliquantum participati,& plenius perfectiusq; participandi intentione qui bene operatur,& laudabiliter etiam in conspectu hominum conuersatur,habet oleum secum,quo bona opera eius etiam in conspectu hominum lucentia non extinguantur:quia non in eo charitas refrigescit abundante iniquitate,sed perseuerat usque in finem.Hoc oleum stultæ uirgines non habēt secum,quoniam sibi tribuendo si quid boni operis faciunt,necesse est inflentur superbia, & propter

propter hoc uitium sic laude delectentur humana,ut eius gaudio si quid boni agunt feruere &
C.XXXIIII lucere uideantur. Tardante autem sponso dormierūt omnes,Non enim tunc uenret cum speratur,sed media nocte cum ualde obscurū, id est occultum erit,an ueniat. Vnde dicit,media nocte clamorem factum, Ecce sponsus uenit,exite obuiam ei.Nimirum clamor iste ipse
1 Cor.15 est tuba illa quam commemorans Apostolus dicit,Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti:tubæ nomine aliquod euidentissimum &
1 Thes.4. præclarissimum signum uult intelligi,Quam uocem archangeli & tubam Dei alio loco dicit,
Io.5 Quæ etiam uox ipsius domini Iesu Christi in Euangelio dicitur,quam audient ij qui in monumentis sunt & procedent. Surgunt ergo om-
B nes uirgines illæ & sapiētes & stultæ,& aptant lampades suas,id est rationem præparant reddere de operibus suis.Sed tunc in illius clamoris euidentia & resurrectione mortuorum,quia nulla erit dubitatio iam instantis præsentisq; iudicij,subtrahetur omne solatium laudis humanæ.Neque enim uacabit de alio disceptare,uel de alio iudicare,aut gratificari atq; suffragari alteri quando unusquisq; proprium onus portabit,& de suorum factorum reddēda ratione cogitabit:ac per hoc feretur animus quidem uirginum stultarum cōsuetudine propria,sed non
Psal.21 inuentis laudibus humanis deficiet.Neq; enim
Psal.33 germanitus dixerunt,Apud te laus mea:uel,In
Rom.10 domino laudabitur anima mea:aut,In domino
C gloriatæ sunt,cum ignorantes dei iusticiam,suam iusticiam constituerent:ac per hoc petunt à sapientibus oleum,hoc est aliquam consolationem nec inueniunt nec accipiunt,illis respondentibus se nescire,utrum sibi sufficiat ipsa conscientia qua expectāt misericordiam sub illo iudice,qui cum in throno sederit, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato,nisi superexultet misericordia iudicio:quæ super eos erit,qui misericordiæ opera illa intentione fecerunt,ut eorum misereretur à quo se sciebāt accepisse quod habebant:nec gloriabantur quasi non accepe-
D rint,sed per ipsos habuerint quod placebant,sicut stulti qui & sibi placent tanquam de bono à se sibi parato,& ab adulantibus uel errantibus ita laudantur ac si ipsi sint aliquid. Qui autem putat se esse aliquid,cum nihil sit,sicut dicit apostolus,seipsum seducit. Opus autem suum probet unusquisq;,& tunc in seipso tātum gloriam habebit,& non in altero:hoc est portare oleum secum,non ex aliena laude dependere. Sed quā gloriam in se habebit,nisi eam cui dicitur,Gloria mea & exaltans caput meum:ut quod sæpe dicendum est,qui gloriatur,in domino glorietur. Proinde sapientia quæ in sapientibus uirginibus habitat,secundum illud quod ante prædixit,cum ait contemptoribus & sanam doctrinam accipere recusantibus;& ego uestræ perditioni superridebo, dicit stultis uirginibus, Ite potius ad uendentes,& emite uobis:tanquam diceret, Vbi sunt qui uos fallebant mendosissimis laudibus,quando & à uobis fallebamini, quia in uobis non in deo gloriabamini? Quod autem dicit,Et dum eunt emere,uenit sponsus, & quæ paratæ erant,intrauerunt cum eo:hoc mihi uidetur intelligendum,quod uitioso cordis affectu inhiabant inani gloriæ,quam uana mentis elatione sectatæ sunt.Et ipse appetitus significatus est in eo quod dictum est, Dum eunt emere,uenit sponsus, & introierunt cum eo ad nuptias, quæ paratæ erant:hoc est,quæ ueram fidem,uerámque pietatem corde gestabant,qua possent contemperari numero societatiq; sanctorum,non in seipsis,sed in Domino
B gloriantium,ut intrarent cum eis in illud gaudium,de quo dicitur,Intra in gaudium Domini tui:ubi erit perfecta participatio incommutabilis boni,cuius modo uelut arrha quædam per fidem tenetur,ut secundum hanc gratiam uiuamus,inquantum Deo non nobis uiuimus.

Proinde quod sequitur,Nouissime ueniunt
C4.XXXV & reliquæ uirgines, dicentes:Domine,domine,aperi nobis:non dictum est eas emisse oleum,& sic uenisse,neq; enim iam erat unde:sed misericordiam sero quæsisse,cum iam tempus iudicandi esset,& probos & reprobos separandi. Recte autem illis respondetur: Amen dico uobis, Nescio uos. Ille quippe hoc dicit, quem non latet aliquid. Sed Nescio uos:nihil aliud est,quàm noscitis me: quando de uobis potius eligitis considerari,quàm de me. Cum enim dicitur quòd nos cognoscit Deus,cognitionem sui nobis præstat,ut per hoc intelligamus, ne hoc quidem nobis esse tribuendum, quod nos scimus Deum,sed eam quoq; scientiam illius misericordiæ tribuamus. Vnde cum quodam loco Apostolus diceret:Nunc autem cognoscentes Deum:correxit,& ait, Imò cogniti à deo:quid aliud uolēs intelligi,nisi quòd eos ipse fecerit cognitores suos? Nemo autem cognoscit Deum, nisi qui intelligit illum esse summum atque incommutabile bonum,cuius participatione sit bonus. Quod in huius Psal-
D mi conclusione positum est,Annunciabunt iusticiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus. Inde est illud quod in alio Psalmo:Ipse fecit nos,& non ipsi nos. Hoc enim nō ad eam Psal.99
naturam qua homines sumus, cuius naturæ idem ipse creator est qui cœli & terræ,siderum omniumq; animantium:sed ad illud potius referendum est quod Apostolus ait, Ipsius enim sumus figmentum creati in Iesu Christo in operibus bonis quæ præparauit deus,ut in illis ambulemus. Arbitror tibi satis esse solutas
C.XXXVI tuas quinque quæstiones,dum in ista mea ueluti sexta immorarer, quam mihi proposui de gratia Noui testamenti,propter quam uerbum caro factum est,id est qui filius Dei erat,homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

factus est,naturam suscipiendo nostrã,non mutando suam:per quod & nobis suam recipientibus ea potestas daretur, ut qui eramus homines,filij dei fieremus participatione incommutabilis boni in melius commutati,non ad temporalem felicitatem, sed ad uitæ æternæ,quæ sola beata est,adoptionem. Vnde placuit etiam propheticum Psalmum percurrere: cuius primum uersum in passione commemorauit,ostendes quomodo nos deus derelinquat,et quo alio modo non recedat à nobis,ad bona æterna nos colligens,temporalia uero aliquãdo utiliter tribuens,& aliquãdo utiliter subtrahẽs,ut eis non hærere discamus,ne contempta luce interiore quæ ad nouam pertinet uitam,unde etiam psalmus iste ipse pro susceptione matutina tãquam pro luce noua nomen accepit, in exteris tenebris libenter habitemus:unde in exteriores mittunt,qui ex istis exteris,non se ad interiora conuertunt:ne diabolo & angelis eius sociati extrema damnatione puniamur. Intelligentes igitur peregrinationẽ nostram in hac uita,mundo crucifigamur,extendentes manus in latitudinẽ bonorum operum,& longanimitate usq; in finem perseuerantes,atque habentes cor sursum,ubi Christus est in dextera dei sedens,totumq; hoc non nobis,sed illius misericordiæ tribuẽtes,cuius profunda iudicia omnem scrutatorem fatigant. Hæc est enim non inaniter fabulosa,sed utiliter uerax latitudo,longitudo,altitudo profundum,unde perueniamus ad eam superemi-
c.XXXVII nentem scientiam charitatis Christi,& implea mur in omnem plenitudinem dei. Scio autem quàm non superuacua solicitudine,per hanc occasionem quæstionum mihi à te propositarum, Noui testamenti gratiam tibi uoluerim copiosius commendare. Habet enim aduersarios qui eius profunditate turbati,non deo tribuere,sed potius sibi uolũt arrogare quòd boni sunt. Nec tales sunt quos facile contemnas,sed continenter uiuentes,atq; in bonis operibus laudabiles: nec falsum Christum sicut Manichæi,alijq; plurimi hæretici,sed eundem uerum æqualemq; patri & coæternum ueraciterq; hominem factum, & uenisse credentes,& uenturum expectantes, sed tamen ignorãtes dei iusticiam,& suam constituere uolentes. Neq; enim frustra dominus,
Mat.25 cum & illas commemoraret quę secum intrauerunt ad nuptias,& illas contra quas ianuas clausit,& quibus respondit,Nescio uos:utrasq; uirgines dixit,propter continentiã:& quinq; propter concupiscentiam carnis edomitam,quinario prędictam sensu:ornatas utrasq; lampadibus propter bonorum operum bonarq; cõuersationis in conspectu hominum luculẽtissimam laudem,utrasq; obuiam sponso euntes propter expectationem qua Christi speratur aduẽtus:sed tamen alias sapientes,alias stultas,quod sapientes oleũ acceperunt in uasis suis,stultæ hoc non ferebãt secum:in tam multis pares,hoc solo eas

Epilogus

A dispares demõstrat,hoc solo diuersa eis & contraria nomina imponit. Quid enim tam coniunctum quàm uirgines & uirgines,& quinque & quinq;,& lampadibus ornatæ obuiam sponso euntes,& istæ & illæ? Et quid tam contrarium quàm sapientes & stultæ? uidelicet quòd istæ oleum in uasis,hoc est intelligẽtiam gratiæ dei portant in cordibus suis,scientes quòd nemo Sap.8
posit esse continens nisi deus det,& hoc ipsum sapientiæ deputantes,scire cuius hoc donũ sit: illæ autem largitori omnium bonorum gratias non agentes,euanuerũt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor earum,dicentes se esse sapientes stultæ factæ sunt: De quibus sa Rom.1
nè nullo modo nunc desperandũ est antequàm
B dormiamus. Sed si ita dormierint, cum factus fuerit clamor ille quo adesse iam nunciabitur sponsus,& euigilantes,hoc est resurgentes remanserint foris:non quia uirgines nõ sunt,sed quia nescientes unde habeant quod sunt,stultæ uirgines sunt,merito foris erunt,quia intranea non sequutæ fuerunt. Quando tales ergo reperis,non tibi persuadeant inanitatem uasorum suorum,sed tu eis potius plenitudinem. Vnde ait Apostolus: Quisquis se putat aliquid scire, 1 Cor.8
nondum scit quemadmodum oportet scire. Et mox ostendens quid dixerit,Quisquis autem, inquit,diligit deũ,hic cognitus est ab illo. Nec sic dicere uoluit Cognouit eum,sed dicendo cognitus est ab illo;expressius uoluit commenda-
C re,etiã hoc ab illo nobis esse ut eum diligamus. Rom.5
Charitas enim dei diffunditur in cordibus nostris:non per nos ipsos,sed per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Necesse est autẽ ut parum diligat eum,qui non ab illo,sed à seipso bonum se arbitratur effectum:unde autem fieri potest ut talis non in seipso,sed in domino glorietur? Qui enim gloriatur quòd sit bonus,in illo debet gloriari à quo factus est bonus:ac per hoc qui se à semetipso factum bonũ arbitratur,consequens est,ut in seipso non in domino glorietur. Omnis autem intentio gratiæ Noui testamenti,qua sursum cor habemus,quia omne datum optimum,& omne donum perfectum desursum est,id agit ne simus ingrati:atque in ipsa
D gratiarumactione nihil aliud agitur,nisi ut qui gloriatur,in domino glorietur. Habes librum, etsi prolixum,tamen quantum existimo non superfluum. Sed ama etiam ecclesiasticas legere literas,& non multa inuenies quæ requiras extra me,sed legendo & ruminando,si etiam pure dominum largitorem bonorum omnium deprecaris,omnia quæ cognitione digna sunt,aut certe plurima,ipso magis inspirãte,quàm hominum aliquo commonente perdisces: quanquam eo ipso quo forinsecus bene admonentem iudicio non errante approbamus,quid aliud quàm internum lumẽ,magistrum nos habere testamur.

Augustinus Probæ uiduæ diuiti,præscribit quo modo sit orandus deus. Epistola CXXI

Augustinus episcopus seruus Christi seruorũq; Christi,religiosæ famulæ dei Probæ, in Domino dominorum Salutem.

Cap.1 T petisse te & promisisse me recolens,ut de orando Deo,ad te aliquid
E scriberem,ubi tribuente ipso quem oramus,tempus facultasq; concessa est,oportuit ut debitum meũ iam iamq; persoluerem,& pio studio tuo in Christi charitate seruirem. Quàm me autem lætificauerit ipsa petitio tua,in qua cognoui quãtam rei tantæ curam geris,uerbis explicare nõ possum. Quod enim maius oportuit esse negocium uiduitatis tuę,q; perstere in oratione nocte ac die,secundũ apostoli admonitionẽ? Ille quippe ait, Quæ autem uere uidua est & desolata,sperauit in domino, B
& perstitit in oratione nocte ac die. Vnde mirũ uideri potest,cum sis secundum hoc seculũ,nobilis,diues,tantæq; familiæ mater:& ideo licet uidua,non tamẽ desolata:quomodo occupauerit cor tuum præcipueq; sibi uendicauerit oran
di cura:nisi quia prudenter intelligis,quòd in hoc mũdo & in hac uita,nulla anima possit esse
secura. Proinde qui tibi eam cogitationẽ dedit, profecto facit quod discipulis suis,non proseipsis,sed pro humano genere cõtristatis,& desperantibus quenquam posse saluari,postea quàm
Mat.19 ab illo audierunt:Facilius esse camelum intrare per foramen acus,quàm diuitem in regnum cœlorum:mirifica & misericordissima pollicitatione respondit,Deo esse facile quod hominibus C
impossibile est. Cui ergo facile est,ut etiã diues intret in regnum cœlorum,inspirauit tibi piam solicitudinem,de qua me consulẽdum putasti, quo nam modo esset tibi orandum. Ille nanque cum etiam hic adhuc esset in carne,Zachæum diuitem in regnum cœlorũ misit,& resurrectione atq; ascẽsione glorificatus,multos postea diuites impartito spiritu sancto fecit huius seculi contemptores,& finita diuitiarũ cupiditate diores. Quomodo emi tu sic studeres orare deũ, nisi sperares in eo? Quomodo autẽ sperares in
1 Tim.6 eo,si sperares in incerto diuitiarum,& contemneres præceptum saluberrimũ,quo Apostolus D
ait,Præcipe diuitibus huius mũdi non superbe sapere,neq; sperare in incerto diuitiarũ,sed in deo uiuo qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum,ut diuites sint in operibus bonis, facile tribuant,communicent,thesaurizent sibi
Cap.11 fundamentum bonum in futurum ut apprehendant ueram uitam. Debes itaq; præ amore huius ueræ uitæ,etiam desolatam te putare in hoc seculo,in quãtalibet eius felicitate uerseris. Nã sicut est illa uera uita,in cuius cõparatione utiq; ista quæ multum amatur quãlibet iucunda atq; producta sit,nec uita dicenda est:sic est etiam solatium uerum,quod per Prophetam dominus promittit,dicens: Dabo illis solatiũ uerum,pacem super pacem,sine quo solatio quęcũq; sunt terrena solatia,magis in eis desolatio quàm con-

A solatio reperitur. Diuitiæ quippe atq; fastigia dignitatum,cæteraq; huiusmodi quibus se felices esse putant mortales ueræ illius felicitatis expertes,quid afferunt consolationis,cum sit eis non indigere quàm eminere præstantius,quæ plus excruciant adeptæ timore amissionis,q; concupitę adeptionis ardore? Talibus bonis non fiũt homines boni,sed aliunde boni facti bene utendo faciunt ut ista sint bona. Non sunt ergo in ijs uera solatia,sed ibi potius ubi uera uita. Nã inde necesse est ut fiat homo beatus,unde fit bonus. Homines autem boni uidẽtur etiam in hac uita præstare nõ parua solatia. Nam si paupertas angit,si luctus mœstificat,si dolor corporis inquietat,si contristat exilium,si nulla calamitas alia uexat,adsint boni homines,qui non solum gaudere cum gaudẽtibus,uerum etiam flere cum flentibus norunt,& salubriter alloqui & colloqui sciunt,plurimum illa aspera leniuntur,releuantur grauia,superãtur aduersa. Sed ille hoc in eis & per eos agit,qui spiritu suo bonos facit. Ecõtra si diuitiæ circunfluant,nulla orbitas accidat, adsit sanitas carnis,incolumi habitetur in patria,& cohabitent mali homines,in quibus nemo sit cui fides adhibeatur,à quo non dolus, fraus,iræ,discordiæ,insidiæ timeantur atq; sustineantur:nónne illa omnia fiunt amara & dura,nec aliquid lætum uel dulce est in eis? Ita in quibuslibet rebus humanis nihil est homini amicum sine homine amico. Sed quotusquisq; talis inuenit de cuius animo & moribus sit in hac uita certa securitas? Nam sicut sibi quisq; nemo alter alteri notus est,& tamen nec sibi quisq; ita notus est,ut sit de sua crastina conuersatione securus. Proinde quamuis ex fructibus suis multi cognoscantur,& alij quidem bene uiuẽdo proximos lætificent,alij male uiuendo contristent, tamen propter humanorum animorum ignota & incerta,recũssime apostolus admonet,ut nõ 1 Cor.4.
ante tempus quicquam iudicemus, donec ueniat dominus,& illuminet abscondita tenebrarum,& manifestet cogitationes cordis,& tunc laus erit unicuiq; à deo. In ijs igitur uitæ huius tenebris,in quibus peregrinamur à domino q;diu per fidem ambulamus,non per speciem,de solatã debet se Christiana anima putare,ne desistat orare: & scripturarũ diuinarum sanctarũq; fermoni discat tanquam lucernæ in obscuro lo 2 Cor.5
co positę,fidei oculum intendere,donec dies lucescat,et lucifer oriatur in cordibus nostris. Huius enim lucernæ quidam fons ineffabilis lumẽ illud est,quòd sic lucet in tenebris,ut non comprehendatur à tenebris,cui uidendo,fide corda mundanda sunt. Beati enim mundo corde,quo Mat.5
niam ipsi deum uidebunt:&,Scimus quoniam 1 Io.3
cum apparuerit,similes ei erimus,quoniã uidebimus eũ sicuti est. Tũc erit uera uita post mortem,uerumq; solatiũ post desolationẽ. Illa uita eximet animam nostram de morte,& illud solatium oculos nostros à lachrymis. Et quoniam Psal.114.

ibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi iam non erit ulla tentatio, ideo sequitur in eodẽ Psalmo: Pedes meos à lapsu. Porrò si nulla tentatio, iam nulla oratio: non enim ibi adhuc erit promissi boni expectatio, sed redditi cõtemplatio: unde, Placebo, inquit, domino in regiõe uiuorum: ubi tunc erimus, non in deserto mortuorum, ubi nunc sumus. Mortui enim estis, ait Apostolus, & uita uestra absc̃dita est cũ Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Hæc est enim uera uita, quam iubentur bonis operibus apprehendere diuites: & ibi est uerum solatium, quo solatio nunc uidua desolata, etiam quæ filios & nepotes habet, & domũ suã pie tractat, agens cum omnibus suis ut ponãt in deo spem suam, dicit tamen in oratione: Sitiuit in te anima mea, c̃p̃ multipliciter tibi caro mea, in terra deserta & sine uia et sine aqua: quod ista moribũda uita, quibuslibet mortalibus solatijs frequentetur, quibuslibet itinerantibus comitetur, quãtalibet rerũ copia cumuletur, nosti quippe ista omnia c̃p̃ incerta sint. Et in illius promissæ felicitatis comparatione quid essent, etiam si incerta non essent: Hęc dixi quoniã sermonem meum uidua dives & nobilis, & tantæ familiæ mater, de oratione quæsisti, ut etiam tecũ in hac uita permanentibus & obsequẽtibus tuis, te sentias desolatam, nondum utiq; apprehensa illa uita, ubi est uerum certumq; solatium, ubi implebitur quod in Prophetia dictũ est: Satiati sumus mane misericordia tua, & exultauimus & iocũdati sumus in omnibus diebus nostris. Iocunda ti sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala. Antequã ergo ista consolatio ueniat, quantacũq; temporalium bonorum felicitate circũfluas, ut persistas in orationibus die ac nocte, desolatã te esse memineris. Non enim Apostolus qualicũq; uiduæ hoc munus tribuit, sed quæ uere, inquit, uidua est et desolata, sperauit in domino, & persistit in orationibus die ac nocte. Quod uero sequitur, uigilantissime caue: Quæ aũt in delicijs agit, uiuens mortua est. Agit enim homo in ijs quæ diligit, quæ pro magno appetit, quibus beatum se esse credit. Quapropter quod scriptura dixit de diuitijs: Diuitiæ si adfluant ne apponas cor: hoc etiã de delicijs tibi dico, Deliciæ si adfluant, ne apponas cor. Non ideo te magnipẽdas, quod non desunt, quod affatim suppetunt, quod uelut ex fonte largissimo terrenæ felicitatis fluunt. Omnino hæc in te despice atq; contemne, ne in ijs quicquam requiras præter integrã corporis ualetudinem. Hæc enim contẽnenda non est propter necessarios usus huius uitę, antequam mortale hoc induatur immortalitate, hoc est uera & perfecta & perpetua sanitate, quæ non tẽporali deficiens infirmitate, corruptibili uoluntate regitur, sed cœlesti firmitate persistẽs, æterna incorruptione uegetatur. Nam & ipse apostolus: Carnis, inquit, prouidẽtiam ne feceritis in concupiscentijs: quia gerimus curam carnis, sed ad necessitatem salutis. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sicut itẽ ipse dicit. Hinc est enim quod Timotheum, nimium, sicut apparet, corporis castigatorem admonet, ut modico uino utatur, propter stomachum & frequentes suas infirmitates. Has ergo delicias, in quibus uidua si agit, hoc est, si in delectatione carnis hęret atq; habitat, uiuens mortua est, multi sancti & sanctæ omnimodo cauentes, ipsas uelut maires deliciarũ diuitias dispergendo pauperibus abiecerũt, & tali modo in cœlestibus thesauros tutius condiderunt. Quod si tu deuincta aliquo pietatis officio nõ facis, tu scis quomodo de ijs rationem reddas deo. Nemo enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Nos non debemus ante tempus quicq̃ iudicare, donec ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuiq; à deo. Pertinet tamen ad uidualem curam tuã, delicias si adfluant ne apponas cor, ne in eis putrescẽdo moriatur, quod sursum esse debet ut uiuat. Te in illorum numero deputo, de quibus scriptum est, Viuent corda eorum in seculũ seculi. Audisti qualiter ores, nunc audi & quid ores, unde me maxime consulendum putasti, quoniam te permouet quod ait Apostolus, Quid enim oremus sicut oportet nescimus: & timuisti ne magis tibi obsit, nõ sicut oportet orare, quàm non orare. Quod sic itaq; dici breuiter potest, Ora beatam uitam. Hanc enim habere omnes homines uolunt. Nam & qui pessime & perdite uiuunt, nullo modo ita uiuerẽt, nisi eodem modo se esse uel posse fieri beatos putarẽt. Quid ergo aliud oportet te orare, nisi id quod cupiunt & mali & boni, sed ad quod peruenirũt non nisi boni? Hic fortasse iam quæras, quid sit ipsa beata uita. In qua quæstione multorum philosopho rum ingenia ociaq; contrita sunt, qui tamẽ eam tanto minus inuenire potuerunt, quãto minus eius fontem honorauerunt, eiq; gratias egerũt. Prius itaq; attende, utrum acquiescendũ sit eis qui dicunt eum beatum esse, qui secundũ suam uiuit uoluntatem. Sed absit ut hoc uerũ esse credamus. Quid si enim nequiter uelit uiuere? Nõne tanto miserior esse conuincitur, quanto facilius mala eius uoluntas impletur? Merito hanc sententiam etiam ipsi, qui sine cultu dei philosophati sunt, respuerunt. Nam quidam eorum uir eloquentissimus ait: Ecce autem alij non philosophi quidem, sed prompti tamen ad disputandum, omnes aiunt esse beatos qui uiuunt ut ipsi uelint. Falsum id quidem, Velle enim quod nõ deceat, idem ipsum miserrimum: nec tam miserum est non adipisci quod uelis, quàm adipisci uelle quod non oporteat. Quid tibi uidentur hæc uerba? Nónne ab ipsa ueritate per quẽlibet hominem dicta sunt? Possumus ergo hic dicere quod apostolus ait de quodã propheta Cretẽsi, cum

cum eius illi sententia placuisset, Testimonium hoc uerum est. Ille igitur beatus est, qui omnia quæ uult habet, nec aliquid uult quod non decet. Quod si ita est, uide iam quæ homines non indecenter uelint. Alius uult cõiugari, alius coniugio uiduatus deinceps continenter eligit uiuere, alius nullum concubitum nec in ipsis nuptijs experiri. Et si aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen istorum possumus dicere indecẽter aliquid uelle: sic & optare filios, nuptias rum scilicet fructum, & eis qui susceptí fuerint uitam ac salutem, quo uoto plerunq; occupatur etiam cõtinẽtia uidualis. Nam etsi spreto coniugio iam non optant etiam filios procreare, optant tamen quos procreauerũt incolumes uiuere. Ab hac omni cura immunis est uirginalis integritas. Habent tamen omnes charos & charas, quibus non indecẽter optant etiam temporalem salutem. Sed cum istam salutem in seipsis & in eis quos diligunt adepti homines fuerint, non poterimus eos dicere iam beatos: Habent enim aliquid quod nõ dedecet uelle. Sed si alia non habent maiora atq; meliora & utilitatis decorisq; pleniora, adhuc à beata uita longe absunt. Placetne igitur ut per salutẽ istam temporalem optent sibi ac suis honores & potestates: Sane, si ut per hoc consulant eis qui uiuunt sub eis, non propter hæc ipsa, sed propter aliud quod inde fit bonum, decet ea uelle: si autẽ propter inanem fastum elationis pompamq; superfluam uel etiam noxiam uanitatis, non decet. Quocirca si optãt sibi ac suis etiam sufficiẽtiam rerum necessariarum, de qua sic Apostolus loquitur: Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundũ, sed nec auferre hinc aliquid possumus: Victum & tegumentum habentes his contenti sumus. Nam qui uolũt diuites fieri, incidũt in tentationem & laqueũ & desideria multa stulta & noxia, quæ mergunt homines in interitũ & perditionem: radix enim omnium malorum auaricia, quam quidam appetentes à fide errauerũt, & inseruerunt se doloribus multis. Hanc ergo sufficientiam non indecẽter uult quisquis uult, nec amplius uult, alioquin non ipsam uult, & ideo nec decẽter uult. Hanc optabat & pro hac orabat qui dicebat, Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: constitue autem mihi quę necessaria sunt sufficienter, ut ne satiatus mendax efficiar, & dicam quis me uidet, aut pauper factus furer & periurem nomen dei mei. Vides certe & istam sufficientiam non appeti propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personę hominis, quo habitu non sit incõueniens eis cum quibus honeste officio, seq; uiuendum est. In his itaq; omnibus incolumitas hominis & amicitia propter seipsa appetuntur: sufficiẽtia uero rerum necessariarũ non propter seipsam, sed propter duo superiora quę ri solet, cum decẽter quæritur. Incolumitas porro in ipsa uita ac salute atq; integritate animi & corporis constituta est. Itemq; amicitia non angustis finibus terminanda est. Omnes enim quibus amor & dilectio debetur, amplectitur, quãuis in alios propensius, in alios suspensius inclinetur. Peruenit autẽ usq; ad inimicos, pro quibus etiam orare præcipimur. Ita nemo est in genere humano, cui non dilectio, etsi non pro mutua charitate, pro ipsa tamen communis naturę societate debeatur. Sed ij nos multum iustęq; delectant, à quibus uicissim sancte casteq; diligimur. Ista cum habentur ut teneãtur, cum autem non habentur ut habeantur, orandum est. Hoc cine totũ & hæc sunt omnia quibus beatæ summa uitæ colligitur, an aliquid aliud ueritas docet quod his omnibus præferatur? Nam & illa sufficientia, & ipsa incolumitas, uel propria uel amicorum, quamdiu temporalis est, pro æternę uitæ adeptione abijcienda est: quanquã fortasse corpus, animus uero nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus æterna præponit. Neq; enim in tẽpore utiliter uiuitur, nisi ad comparãdum meritum quo in æternitate uiuatur. Ad illam ergo unam uitam, qua cum deo & de deo uiuitur, cætera quæ utiliter & decẽter optantur, sine dubio referenda sunt. In eo quippe nosmetipsos diligimus, si deum diligimus: & ex alio præcepto proximos nostros sicut nosmetipsos ita uere diligimus, si eos ad dei similẽ dilectionem quãtum in nobis est perducamus. Deum igitur diligimus propter seipsum, & nos ac proximos propter ipsum: nec cum ita uiuimus, iam nos in ipsa beata uita constitutos existimemus, quasi nihil sit amplius quod oremus. Quomodo enim iam beate uiuimus, cum illud adhuc desit propter quod unũ bene uiuimus?

Vt quid ergo per multa dispergimur, & quę rimus quid oremus, timentes ne forte sicut non oportet oremus, ac non potius cum Psalmo dicimus: Vnam petij à domino, hanc requiram, ut habitẽ in domo domini omnibus diebus uitę meæ: ut contempler delectationẽ dei, et uisitem templũ sanctũ eius: Ibi nãq; omnes dies non ueniendo & transeundo fiunt omnes, nec initium alterius est finis alterius, omnes sine fine simul sunt, ubi nec ipsa uita habet finẽ, cuius illi dies sunt. Propter hãc adipiscendã uitã beatã ipsa uera uita beata nos orare docuit, nõ in multiloquo, tanc̃p̃ eo fiat ut exaudiamur, quo loquaciores sumus, cũ eum oremus qui nouit, sicut ipse dominus ait, qd nobis necessariũ sit, prius c̃p̃ petam⁹ ab eo. Vnde mirũ uideri potest, quãuis multiloquiũ prohibuerit, cur nos sic orare adhortatus sit, qui nouit quid nobis necessarium sit prius c̃p̃ petamus ab eo, ut diceret, Oportet semper orare & non deficere, uiduæ cuiusdã proposito exẽplo, quæ de suo aduersario cupiens uindicari, iudicem iniquum sæpe interpellando flexit ad audiendum, non iustitia nec misericordia permotum, sed tædio superatũ: ut hinc admoneremur quanto

Universidad de Deusto
Biblioteca

quãto certius nos exaudiat misericors & iustus dominus deus sine intermissione orantes, quando illa nec ab iniquo & impio iudice potuit assi-
dua interpellatione contemni: & quàm libens atq; placatus bona desideria impleat eorũ, à quibus aliena peccata nouit ignosci, si quò cupiebat illa peruenit, quæ uoluit uindicari. Ille quo-
Luc.11 cũq; cui amicus de uia uenerat, nec quod ei apponeret habebat, ab amico sibi tres panes cupiens commodari, quibus fortasse ipsa trinitas unius substantiæ figurata est, iam cum suis seruis dormientẽ petitor instantissimus & molestissimus excitauit, ut daret ei quantos uolebat, magis & ipse uitando tædium quàm beneuolentiam cogitando: ut hinc intelligeremus si dare cogitur qui cum dormiat, à petente excitatur inuitus, quanto det benignius qui nec dormire nouit, et dormientes nos excitat ut petamus. Hinc est et illud: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, & quærens inuenit, & pulsanti aperietur: aut quis est ex uobis homo, à quo filius suus panem petit, nũquid lapidem porrigit ei? aut si piscem petit, nunquid serpentem porrigit illi? aut si ouum petit, nunquid porrigit ei scorpium? Si ergo uos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis dabit bona petentibus se? Cum ergo secũdum tria illa quæ commendat Apostolus, fides significetur in pisce, uel propter aquam baptismi, uel quod in huius seculi fluctib. integra est: cui contrarius est ille serpens, qui ut non crederetur deo uenenosa fraude psuasit: Spes in ouo, quia uita pulli nondũ est, sed futura est, nec iam uidetur, sed adhuc speratur: spes enim quæ uidetur, non est spes: cui cõtrarius est scorpius, quo-
Rom.8 niam qui sperat æternam uitam, quæ retro sunt obliuiscitur, & in anteriora se extendit: cui noxium est retro respicere, scorpius autẽ ex ea parte cauendus est, qua uenenatam & aculeatã caudam retrorsum habet: Charitas, in pane: maior
1 Cor.13 enim horum charitas, & in cibis utiq; uincit cætera panis utilitas: cui contrarius est lapis, quoniam dura corda respuũt charitatem: siue aliud aliquid congruẽtius ista significent, tamen qui nouit bona data dare filijs suis, petere nos & quærere & pulsare compellit. Quod quare faciat qui nouit quid nobis necessarium sit prius quàm petamus ab eo, mouere animum potest, nisi intelligamus quod dominus & deus noster non uoluntatem nostram sibi uelit innotescere, quam non potest ignorare, sed exerceri in orationibus desiderium nostrum, quo possimus capere quod præparat dare. Illud enim ualde magnum est, sed nos ad capiendum parui & an-
2 Cor.6 gusti sumus. Ideo nobis dicitur: Dilatamini, ne sitis iugũ ducẽtes cum infidelibus. Tanto quippe illud quod ualde magnum est, quod nec oculus uidit, quia non est color, nec auris audiuit, quia non est sonus, nec in cor hominis ascẽdit, A quia cor hominis illuc debet ascendere, sumemus capacius, quanto id & fidelius credimus, & sperамus firmius, & desideramus ardentius.

Cap.IX. In ipsa ergo fide & spe & charitate continua to desiderio semper oramus. Sed ideo per certa interualla horarum & temporum etiam uerbis rogamus deum, ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumq; in hoc desiderio profecerimus nobis ipsis innotescamus, & ad hoc agendum nos ipsos acrius excitemus. Dignior enim sequetur effectus, quem feruentior præcedit affectus. Ac per hoc & quod ait Apostolus:
1 Thes.5 Sine intermissione orate, quid est aliud q̃ beatam uitam, quæ nulla nisi æterna est, ab eo qui eam solus dare potest, sine intermissione desiderate. Semper ergo hanc à domino deo desideremus & oremus semper. Sed ideo ab alijs curis atq; negocijs, quibus ipsum desiderium quodã modo tepescit, certis horis ad negocium oràndi mentem reuocamus, uerbis orationis nos ipsos admonentes in id quod desideramus intendere, ne quod tepescere cœperat, omnino frigescat, & penitus extinguatur, nisi crebrius inflãmetur. Vnde & illud quod idem apostolus ait:
Col.4 Postulationes uestræ innotescant apud deum: non sic accipiendum est tanquam deo innotescant, qui eas & antequàm essent utiq; nouerat, sed nobis innotescant apud deum per toleran-
tiam, non apud homines per iactãtiam. Aut forte etiam innotescant angelis qui sunt apud deũ, ut quodammodo eas offerãt deo, & de his consulant, & quod eo iubente implendum esse cognouerint, sicut oportere ibi cognouerint, hoc nobis uel euidenter uel latenter apportent. Di-
Tobia xit enim angelus homini: Et nunc quando orabas tu & Sara, ego obtuli orationem uestram in
Cap.X conspectu claritatis dei. Quæ cum ita sint, etiam cum diu orare uacat, id est cum alia bona rum & necessariarum actionum non impedium tur officia, quãuis & in eis, ut dixi, desiderio illo semper orandum sit, non est improbum nec inutile. Neq; enim ut nonnulli putant, hoc est orare in multiloquio, si diutius oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de
Luc.6 ipso domino scriptum est, quòd pernoctauerit in orando, & quòd prolixius orauerit: ubi quid aliud quàm nobis præbebat exemplum, in tempore precator opportunus, cum patre exaudi-
Bruno tor æternus? Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidẽ habere orationes, sed eas tamen breuissimas & raptim quodammodo iaculatas, ne illa uigilanter erecta, quæ oranti plurimum necessaria est, per productiores moras euanescat atq; hebetetur intentio. Ac per hoc etiam ipsis tis ostendunt, hanc intentionem, sicut non est obtundenda, si perdurare non potest, ita si perduerit, non cito esse rumpẽdam. Absit enim ab oratione multa loquutio, sed non desit multa precatio, si feruens perseuerat intentio. Nã multum loqui, est in orando rem necessariam superfluis

fluis agere uerbis. Multum autẽ precari, est ad A eum quẽ precamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Nam plerunq; hoc negocium plus gemitibus quàm sermonibus agitur, plus fletu quàm affatu. Ponit autem lachrymas nostras in cõspectu suo, & gemitus noster non est
Cap.XI absconditus ab eo qui omnia per uerbum condidit, & humana uerba non quærit. Nobis ergo uerba necessaria sunt, quibus commonea-
Expositio orationis dominicæ mur & inspiciamus quid petamus, non quibus dominum seu docendum seu flectendũ esse credamus. Cũ ergo dicimus, Sanctificetur nomen tuum: nos ipsos admonemus desiderare, ut nomen eius quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est non cõtemnatur, quod non deo sed hominibus prodest. Et B in eo quod dicimus, Adueniat regnum tuum: quod seu uelimus seu nolimus, utiq; ueniet, desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut nobis ueniat, atq; nos in eo regnare mereamur. Cum dicimus, Fiat uolũtas tua sicut in cœlo & in terra: nobis ab illo precamur ipsam obedientiam, ut sic in nobis fiat uoluntas eius, quemadmodum fit in cœlestibus ab angelis eius. Cum dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: per id quod dicitur Hodie, significatur hoc tempore, ubi uel illam sufficientiam petimus, à parte quæ excellit, id est nomine panis totam significantes, uel sacramẽtum fidelium, quod in hoc tempore necessariũ est, non tamen ad huius temporis, sed ad illam æternam felici-
C tatem assequendam. Cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris: nos admonemus & quid petamus, & quid faciamus, ut accipere mereamur. Cum dicimus, Ne nos inferas in tẽtationem: nos admonemus hoc petere, ne deserti eius adiutorio, alicui tentationi uel consentiamus decepti, uel cedamus afflicti. Cũ dicimus, Libera nos à malo: nos admonemus cogitare nondum nos esse in eo bono, ubi nullum patiemur malum. Et hoc quidem ultimũ quod in dominica oratione positum est, tam late, tamq; euidenter & manifeste patet, ut homo Christianus in qualibet tribulatione constitutus, in hoc gemitus ẽdat, in hoc lachrymas fundat, hinc exordiatur, in hoc immo
D retur, ad hoc terminet orationem. His enim uerbis res ipsas memoriæ nostræ cõmendari oportebat.
Cap.XII Nam quamlibet alia uerba dicamus, quæ affectus orantis uel præcedendo format ut clareat, uel consequendo attendit ut crescat, nihil aliud dicimus quàm quod in ista dominica oratione positum est, si rectè & congruẽter oramus. Quisquis autẽ id dicit quod ad istam euangelicam precẽ pertinere non possit, etiam si non illicite orat, carnaliter orat: quod nescio quem admodum non dicatur illicite, quandoquidem
Eccli.36 spiritu renatos non nisi spiritaliter decet orare. Qui enim dicit uerbi gratia: Clarificare in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis. Et prophetæ tui fideles inueniantur: quid aliud dicit, quàm Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit, Deus uirtutum conuerte nos, & ostende fa-
Psal.79 ciem tuã & salui erimus: quid aliud dicit, quàm
Psal.118 Veniat regnũ tuum? Qui dicit, Itinera mea dirige secũdum uerbũ tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas: quid aliud dicit, q̃ Fiat uolun-
Prouer.30 tas tua sicut in cœlo & in terra? Qui dicit, Panem tẽ & diuitias ne dederis mihi: quid aliud dicit q̃ Panem nostrum quotidianum da nobis
Psal.131 hodie? Qui dicit, Memento domine Dauid & omnis mansuetudinis eius: aut, Domine si feci
Psal.7 istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuẽtibus mihi mala: quid aliud dicit, quàm Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Qui dicit: Aufer à
Eccli.23 me concupiscentias uentris, & desiderium concubitus ne apprehendat me: quid aliud dicit, quàm Ne nos inferas in tentationem? Qui di-
Psal.58 cit, Erue me de inimicis meis deus, & ab insurgentibus super me, libera me: quid aliud dicit, quàm Libera nos à malo? Et si per omnia precationum sanctarum uerba discurras, quantũ existimo, nihil inuenies quod nõ ista dominica cõtineat & concludat oratio. Vnde liberum est alijs atq; alijs uerbis, eadem tamen in orando dicere, sed nõ debet esse liberum alia dicere. Hæc & pro nobis, & pro nostris, & pro alienis, atq; pro ipsis inimicis sine fluctu dubitationis oranda sunt: quamuis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habent propinquitates uel longinquitates necessitudinum in corde orantis oriatur aut extollat affectus. Qui autem dicit in oratione, uerbi gratia, Domine multiplica diuitias meas, aut da mihi tantas quantas illi uel illi dedisti, aut honores meos auge, aut fac me in hoc seculo præpotentem atq; clarentem, uel si quid huiusmodi est: & hæc dicit, eorum habens concupiscentiam, non id attendens, ut ex his secundum deum prosit hominibus: puto eum non inuenire in oratione dominica, quò possit hęc uota coaptare. Quamobrem pudeat saltem petere quæ non pudet cupere: aut si & hoc pudet, sed cupiditas uincit, quãto melius hoc petitur, ut etiam ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicimus Li-
D bera nos à malo. Habes quantum arbitror, Cap.XIII non solum quales ores, uerum etiam quid ores: non me docente, sed illo qui omnes nos docere dignatus est. Beata uita quærenda est, hæc à domino deo petenda est. Quid sit beatum esse, à multis multa sunt disputata, sed nos ad multos & ad multa ut quid dicimus: Breuiter in scriptu-
Psal.143 ra dei ueraciterq; dictum est: Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. In ipso populo ut simus, atq; ad eum contemplandum, & cum eo sine fine uiuendũ peruenire possimus, finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia
1 Tim.1 bona, & fide non ficta. In eisdem tribus, pro cõscientia bona spes posita est. Fides ergo & spes & charitas ad Deum perducunt orantem, hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

est credentem,sperantem,desiderantem,& quę petat à domino in dominica oratione considerantem. Ieiunia & ab alijs uoluptatibus sine salutis neglectu carnalis concupiscentiæ refrenatio,maximeq; eleemosynæ multũ adiuuant orationem,ut possimus dicere, In die tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis,nocte corã eo,& non sum deceptus. Quomodo enim deus incorporalis & impalpabilis manibus exquiritur,nisi operibus exquiratur? Adhuc est fortasse quod queras,cur Apostolus dixerit: Quid enim oremus sicut oportet nescimus. Neq; em̃ illo modo credendum est uel ipsum,uel quibus ista dicebat,dominicã nescisse orationem. Cur ergo putamus hoc eum dixisse,quod nec temere potuit nec mendaciter dicere,nisi quia molestiæ tribulationesq; tẽporales plerunq; prosunt, uel ad sanandum tumorem superbiæ,uel ad probandam,exercendam ue patientiam,cui probatæ & exercitatæ clarior merces uberiorq; seruatur,uel ad quæcunq; flagellanda & abolẽda peccata: tamen nos nescientes quid ista prosint,ab omni tribulatione optamus liberari. Ab hac ignorantia nec seipsum Apostolus ostendit alienum,nisi forte quid oraret sicut oportet sciebat, quando in reuelationum magnitudine ne extolleretur datus est illi stimulus carnis angelus Satanæ qui eũ colaphizaret,propter quod ter dominum rogauit ut eum auferret ab eo,utiq; sicut oportet nescíens quid oraret. Denicq; dei responsum cur non fieret quod uir tãtus orabat,& quare fieri non expediret,audiuit: Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. In his ergo tribulationibus quę possunt & prodesse & nocere,quid oremus sicut oportet nescimus: & tamen quia dura,quia molesta,quia contra sensum nostræ infirmitatis sunt, uniuersali humana uoluntate ut à nobis hæc auferãtur oramus. Sed hoc deuotiõis debemus domino deo nostro,ut si ea non abstulerit,nõ ideo nos ab eo negligi existimemus, sed potius pia patientia malorũ,bona speremus ampliora: sic enim uirtus in infirmitate perficitur. Nonnullis quippe impatientibus dominus deus quod petebãt cõcessit iratus,sicut contra Apostolo negauit propitius. Nam legimus Israelitæ quid & quomodo rogauerint & acceperint,sed expleta concupiscentia,impatientia est grauiter castigata. Dedit & regem petentibus secundum cor eorum, sicut scriptum est,non secundum cor suum. Dedit etiam quod diabolus postulauit,ut probandus eius famulus tentaretur. Exaudiuit rogãtes & immũdos spiritus,ut in multos sues legio dæmonum mitteretur. Hęc scripta sunt,ne forte se quisq; magnipendat si fuerit exauditus,cum aliquid impatiẽter petit,quod non impetrare plus prosit: aut se abijciat,& de diuina erga se miseratione desperet,si non exaudiatur cum forte aliquid petit,quo accipiendo affligatur atrocius, uel à prosperitate corruptus penitus euertatur.

Psal.76
Cap. XIIII Rom.8
1 Cor.12
Num.11
1 Reg.8
Iob 1 & 2
Luc.8

In talibus ergo quid oremus sicut oportet nescimus. Vnde si aliquid contra quàm oramus acciderit,patienter ferendo & in omnibus gratias agendo,hoc potius oportuisse quod Dei, non quod nostra uoluntas habuit,minime dubitare debemus. Nam & huiusmodi exemplum præbuit nobis ille mediator,qui cum dixisset: Pater,si fieri potest,transeat à me calix iste,humanam in se uoluntatem ex hominis susceptione transformans, continuo subiecit: Verum non quod ego uolo,sed quod tu uis pater. Vnde nõ immerito per unius obedientiam iusti constituuntur multi. Quisquis autem illam unam petit à domino,& hanc requirit,certus ac securus petit,nec timet ne forte obsit cum acceperit,sine qua nihil prodest quicquid aliud sicut oportet acceperit. Ipsa est enim una uera & sola beata uita,ut contemplemur domini delectationem in æternum,immortales atq; incorruptibiles corpore & spiritu. Propter hanc unam cętera requiruntur,& non indecenter petuntur. Istam quisquis habuerit,omnia quæ uult habebit,nec aliquid ibi uelle est,qui nec habere poterit quod non decebit. Ibi quippe est fons uitæ,quem sitire nunc oportet in oratione,quamdiu in spe uiuimus,& quod speramus nondum uidemus: in protectione alarũ eius,ante quem est omne desiderium nostrũ,ut inebriemur ab ubertate domus eius,& torrente uoluptatis eius potemur: quoniam apud eum est fons uitæ,& in lumine eius uidebimus lumen: quando satiabitur in bonis desiderium nostrum: & nihil erit ultra quod gemendo quæramus,sed quod gaudẽdo tenemus. Veruntamen quia ipsa est pax quæ præcellit omnem intellectum,etiam ipsam in oratione poscendo,quid oremus sicut oportet nescimus. Quod enim sicuti est cogitare nõ possumus,uti quę nescimus,sed quicquid cogitanti occurrerit,abijcimus,respuimus,improbamus,nõ hoc esse quod quærimus nouimus,quãuis illud non dum quale sit nouerimus. Est ergo in nobis quædam,ut ita dicam,docta ignorantia,sed docta spiritu dei,qui adiuuat infirmitatẽ nostram. Nam cum dixisset Apostolus: Si aũt quod non uidemus speramus,per patiẽtiam expectamus. Ibi subiecit, Similiter & spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram. Quid enim oremus sicut oportet nescimus,sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui autem scrutatur corda,scit quid spiritus sapiat,quia secundum deum interpellat pro sanctis. Quod nõ sic est intelligendum,ut existemus sanctum spiritũ dei,qui in Trinitate incommutabilis deus est, & cum patre & filio unus deus,tanquã aliquem qui non sit quod deus est interpellare pro sanctis. Dictum quippe est: Interpellat pro sanctis, quia interpellare sanctos facit,sicut dictum est: Tentat uos dominus deus uester,ut sciat si diligatis eum: hoc est ut scire uos faciat. Interpellare utiq; sanctos facit gemitib⁹ inenarrabilibus, inspirans

Psal.35
Cap.XV
Rom.8
Deut.13

inspirans eis desiderium etiam adhuc incognitæ tantę rei,quam per patientiam expectamus. Quomodo enim narratur,quando desideratur quod ignoratur: Nam utiq; si omnimodo ignoraretur,nõ desideraretur: & rursus,si uideretur, non desideraretur,nec gemitibus quæreretur.

Cap.XVI Hæc omnia considerans,& si quid aliud de hac re tibi dominus insinuauerit,quod uel mihi non occurrit,uel dici à me longum fuit,cõcerta in oratione uincere hoc seculum,ora in spe,ora fideliter & amanter,ora instanter atq; patiẽter, ora sicut uidua Christi. Quãuis enim ad omnia membra eius,hoc est ad omnes qui in eum credunt,& eius corpori sociantur,sicut docuit,ora re pertineat,specialiter tamen diligentior cura orationũ in scripturis eius uiduis inuenitur iuncta. Nam duæ fuerunt Annæ honorabiliter nominatæ,una coniugata quæ sanctum Samuelem peperit,alia uidua quæ sanctum sanctorum cum adhuc infans esset agnouit. Orauit & coniugata in dolore animi & afflictiõe cordis,quia filios non habebat: tũc ipsum Samuelem impetrauit,& acceptum deo reddidit,quia cum posceret uouit. Sed oratio eius quomodo ad orationem illam dominicam pertineat,non facile reperitur,nisi quia in eo quod ibi positũ est,Libera nos à malo: nõ partium malum uidebatur, & nuptam esse,et fructu carere nuptiarum,cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa uero Anna uidua uide quid scriptũ sit: Quia non discedebat de templo,ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Nec aliunde Apostolus quod & suprà commemorauit: Quæ autem uere uidua est,inquit,& desolata, sperauit in domino,& persistet in orationib.nocte ac die. Et dominus cum semper ad orãdum & non deficiendum nos hortaretur,uiduã commemorauit,quæ licet iniquum & impium iudicem,ac dei & hominum contemptorem ad audiendã causam suam assidue interpellando conuertit. Quàm ergo præ cæteris uiduæ debẽt ua care oratiõibus,satis hinc intelligi potest,quod omnibus ad suscipiẽdum orandi studium deuiduis propositum est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc operis genere in uiduis elecium est,nisi destitutio & desolatio? Quapropter si se omnis anima intelligat in hoc seculo destitutam atq; desolatam quãdiu peregrinatur à domino,profecto quandam uiduitatem suam deo defensori assidua & impensissima precatione commendat. Ora ergo ut uidua Christi,non dum habens eius cõspectum,cuius precaris auxiliũ. Et licet sis ditissima,sicut pauper ora. Nõdum enim ueras futuri seculi diuitias habes,ubi nulla damna formides. Licet habeas filios & nepotes,numerosamq; familiam,quod et suprà dicũ est,sicut desolata ora: incerta sunt enim omnia temporalia,etiam usq; in finem uitæ huius in nostram consolationem mansura. Tu autem si ea quæ sursum sunt quæris & sapis,æterna &

1 Reg.1
1 Tim.5
Luc.2
Luc.18

certa desideras,quæ quamdiu nondum habes, etiam saluis omnibus atq; obsequentibus tuis, tanquam desolatam deputare te debes. Et si tu, profecto etiam tuo exemplo religiosissima nurus tua,& aliæ sanctæ uiduæ uirgines q; sub uestra cura securius constitute; quãto enim magis domum uestram pie tractatis,tanto impensius orationibus instare debetis,rerum præsentium non occupatæ negocijs,nisi quæ flagitat causa pietatis. Sane memineritis & pro nobis non negligenter orare. Nolumus enim sic nobis honorem quẽ periculosum gerimus deferatis,ut adiutorium quod necessarium nouimus auferatis. A familia Christi oratum est pro Petro,oratum est pro Paulo,& uos in eius familia esse gaudemus,& incomparabiliter plus quàm Petrus & Paulus orationum fraternarum auxilijs indigemus. Orate certatim cõcordi sanctoq; certamine: non enim aduersus alterutrum certatis,sed aduersus diabolum sanctis omnibus inimicum. In ieiunijs & uigilijs,& omni castigatione corporis quàmplurimum adiuuatur oratio. Faciat quisq; uestrum quod poterit: quod altera minus potest,ea quæ potest faciat,si in altera diligit, quod ideo quia non potest ipsa non facit: proinde quæ minus ualet,non impediat plus ualentem,& quæ plus ualet,non urgeat minus ualentem. Conscientiam quippe uestram deo debetis. Nemini aũt uestrum aliquid debeatis,nisi ut inuicẽ diligatis. Exaudiat te dominus,qui potens est facere supra q̃ petimus aut intelligimus.

Cap.XV

Augustinus Victoriano presbytero,cõsolans eum ad toleranter accipienda mala quæ Barbari in Italiam & Hispaniam incursionem facientes,inferebant sanctis uiris & sacris uirginibus. Epistola CXXII

Domino dilectissimo & desiderantissimo fratri & cõpresbytero Victoriano, Augustin⁹ in d.S.

Iteræ tuæ impleuerunt grandi dolore cor nostrum,quibus petisti,ut prolixo opere aliqua responderem,cum talibus malis magis prolixi gemitus & fletus,q̃ prolixi libri debeantur. Totus quippe mundus tantis affligitur cladibus, ut penè pars nulla terrarum sit,ubi non talia qualia scripsisti committantur atq; plangantur. Nam ante paruũ tempus etiã in illis solitudinibus Aegypti,ubi monasteria separata ab omni strepitu, quasi secura degebant,à Barbaris interfecti sũt fratres. Iam uero quæ modo in regionibus Italiæ,quæ in Gallijs nepharia perpetrata sint,etiã uos latere non arbitror: de Hispanis quoq; totprouincijs,quæ ab his malis diu uidebantur intactæ,cœperunt iam talia nũciari. Sed quid longe imus? Ecce in regione nostra Hipponensi, quoniam eam Barbari non attigerunt,clericorum Donatistarum,& Circuncellionum latrocinia sic uastant ecclesias,ut Barbarorũ fortasse facta mitiora sint. Quis enim Barbarus excogitare potuit quod isti,ut in oculos clericorum nostrorum calcem & acetum mitterent,quorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

membra etiam cætera plagis horrendis uulneri
busq; sauciarunt: Deprædantur etiam domos,
aliquas & incendunt, fructus aridos diripiunt,
humidos fundunt: & talia cæteris comminan/
do, multos etiam rebaptizari compellunt. Pri/
die quàm ista ad te dictarem, ex uno loco per hu
iusmodi terrores quadraginta & octo animæ
mihi rebaptizatæ nunciatę sunt. Plãgenda sunt
hæc, non miranda, & exclamãdum ad deum, ut
non secundum merita nostra, sed secundum mi
sericordiã suam à tantis malis liberet nos. Nam
quid utiq; sperandum fuit generi humano, cum
hæc & in Prophetis & in Euangelio tanto ante
prædicta sint? Non itaq; debemus tam nobis ip
sis esse contrarij, ut credamus quando legũtur,
& queramur quando complentur: sed potius &
illi qui increduli fuerant cum hæc in sanctis li/
bris conscripta legerent uel audirent, nunc saltẽ
credere debent cum compleri iam uident: ut de
his tam magnis pressuris tanquã in torculari do
mini dei nostri, sicut amurca infideliũ murmu/
rantium & blasphemantiũ fluit, ita oleum quo/
q; fidelium confitentium & orantium exprimi
1 de ciuit. dei, cap. 30 & liquari non cesset. Illis enim qui contra Chri
stianam fidem querelas impias iactare nõ quie/
scunt, dicẽtes, quòd antequàm ista doctrina per
mundum prædicaretur, tanta mala non patieba
tur genus humanum, facile est ex Euangelio re/
Luc. 12 spõdere. Dominus enim dicit, Seruus nesciens
uoluntatem domini sui & faciens digna plagis,
uapulabit paucis: seruus autem sciens uolunta/
tem domini sui & faciens digna plagis, uapula/
bit multis. Quid ergo mirum si Christianis tem
poribus iste mundus tãquam seruus iam sciens
uoluntatem domini sui & faciens digna plagis,
uapulat multis? Attendunt quanta celeritate eu
angelium prædicatur, & non attendunt quanta
peruersitate contẽnitur. Serui autẽ dei humiles
& sancti qui dupliciter mala temporalia patiun
tur, quia & ab ipsis impijs & cum ipsis patiun/
tur, habent cõsolationes suas, & spem futuri se/
culi. Vnde dicit Apostolus: Non sunt cõdignæ
Rom. 8 passiones huius temporis ad futuram gloriam
quæ reuelabitur in nobis. Proinde charissime
etiam illis quorum uerba dicis te perferre non
posse, quoniã dicunt: Si nos peccatores ista me
ruimus, quare & serui dei Barbarorũ ferro per/
empti sunt, & ancillæ dei captiuæ ductæ sunt:
humiliter & ueraciter & pie responde. Quantã
libet enim iusticiam seruemus, quantãlibet do
mino obedientiam exhibeamus, nunquid me/
liores esse possumus illis tribus uiris qui in ca
minũ ignis ardentis pro conseruanda lege Dei
proiecti sunt? Et tamẽ lege quid illic dicat Aza/
rias unus ex tribus, qui aperiens os suum, in me
dio ignis dixit: Benedictus es domine deus pa/
Dan. 3 trum nostrorum & laudabile & gloriosum no/
men tuum in secula: quoniam iustus es in omni
bus quæ fecisti nobis, & omnia opera tua uera,
& rectæ uiæ tuæ, & omnia iudicia tua ueritas,
A & iudicia ueritatis fecisti per omnia quæ intuli
sti nobis & ciuitati sanctæ patrum nostrorũ Hie
rusalem: quoniam in ueritate & iudicio intulisti
nobis omnia hæc propter peccata nostra: quo/
niam peccauimus, & legi tuæ non paruimus, et
mandatis tuis non obaudiuimus, ut bene nobis
esset; & omnia quæ intulisti nobis, iudicio uero
intulisti, & tradidisti nos in manus iniquorũ ini
micissimorum transfugarum, & regi iniusto &
pessimo ultra uniuersam terram. Et nũc non est
ut possimus aperire os. Vere confusio & oppro
briũ facti sumus seruis tuis, & eis qui te colunt:
Ne tradideris nos in perpetuum propter nomẽ
tuum domine, & ne despexeris testamentũ tuũ
domine, & ne abstuleris misericordiam tuam à
B nobis, propter Abraham qui à te dilectus est, et
propter Isaac seruum tuum, & Israel sanctũ tuũ,
quibus loquutus es, multiplicaturũ te semen eo/
rum ut astra cœli & arenam maris: quoniam do
mine minimi facti sumus præ omnibus nationi
bus, & sumus humiles hodie in terra, ppter pec
cata nostra. Vides certe frater, quales uiri q̃ san
cti q̃ fortes in medio tribulationis, ubi tamẽ eis
parcebatur, et eos urere ipsa flamma uerebatur,
peccata sua confitebantur, pro quibus se digne
& iuste humiliari nouerant nec tacebant. Nun/
quid etiam meliores esse possumus ipso Danie/
le, de quo per Ezechielem prophetã dicit deus Ezec. 28
ad principẽ Tyri: Nunquid tu sapientior quàm
Daniel? Et qui ponitur unus in trib⁹ iustis quos
C dicit Deus solos se esse liberaturum, ostendens
utiq; in illis tres quasdam formas iustorũ, quos Ezec. 14
ita se liberaturum dicit, ut nec filios suos secum
liberent, sed ipsi soli liberentur, Noe, Daniel &
Iob? Lege tamen etiam precem Danielis, & ui/
de quemadmodũ in captiuitate positus peccata
non tantum populi sui, uerum etiam sua cõfitea
tur, & pro his dicat per iusticiam dei se ad illam
captiuitatis pœnã & opprobria peruenisse. Sic
enim scriptum est: Et dedi faciem meam ad do/ Dan. 9
minum deum ut quærerem preces & obsecra/
tiones in ieiunationibus & sacco, & precatus
sum dominum deum meum, & cõfessus sum, &
dixi: Domine deus magne & mirabilis, & qui
seruas testamentũ tuum, & misericordiam dili/
D gentibus te, & seruantibus præcepta tua, pecca
uimus, aduersus legem fecimus, impie egimus,
& recessimus & declinauimus à præceptis tuis,
& à iudicijs tuis, & non exaudiuimus seruos tu
os propheras, qui loquebãtur in nomine tuo ad
reges nostros, & ad omnem populũ terræ. Tibi
domine iusticia, nobis autem confusio faciei, si/
cut dies hic uiro Iuda & habitantibus Hieruſa/
lem & omni Israel, qui proximi sunt & qui lon/
ge sunt in omni terra, in qua eos dissemināsti
propter contumaciam eorum, quia improbaue
runt te domine. Nobis autem cõfusio faciei, re/
gibus nostris, principibus nostris, & patribus
nostris, quia peccauimus tibi domine Deo no/
stro miserationis & propiciationis, quoniam re
cessimus

cessimus & non audiuimus uocem domini Dei
nostri, ut essemus in præceptis legis huius, quã
dedit in conspectu nostro per manus seruorum
eius prophetarum omnium Israel. Peccauerunt
enim aduersus legem tuam, et declinauerunt ne
audirent uocem tuam, & superuenit nobis ma/
ledictio & iusiurandum, quod scriptum est in le
ge Moysi serui dei: quoniam peccauimus, & sta
tuit sermones suos quos loquutus est ad nos &
ad iudices nostros, qui iudicabant in nos, super
ducere mala magna, quæ nunquã facta sunt sub
omni cœlo secundum ea quæ facta sunt in Hie/
rusalem, sicut scriptum est in lege Moysi: Om/
nia mala hæc uenerunt ad nos, & non rogaui/
mus dominũ deum nostrum ut auerteret à no/
bis delicta nostra, & ut intelligeremus omnem
B ueritatem tuam. Et uigilauit dominus Deus ad
omnem sanctum suum, & perduxit ea quæ fecit
ad nos, quoniam iustus dominus deus noster in
omni mundo suo quem fecit, & non audiuimus
uocem eius. Et nunc domine Deus noster, qui
eduxisti populum tuum de terra Aegypti in ma
nu forti, & fecisti tibi nomen sicut dies hic, deli
cta aduersus legẽ tuam fecimus, domine in om/
nibus misericordia tua. Auertatur itaq; impetus
tuus, & ira tua à ciuitate tua Hierusalem, et mon
te sancto tuo. Propter peccata enim nostra & in
iquitates patrum nostrorum, Hierusalem & po/
pulus tuus in confusionem uenit omnibus qui
circum nos sunt. Et nũc exaudi deus noster pre/
C ces serui tui & orationem eius, & ostẽde nobis
faciem tuam ad sanctificationem tuam, quę de/
serta est. Propter te inclina domine deus meus
aurem tuam & exaudi, aperi oculos tuos, & ui/
de interitum nostrum, & ciuitatis tuæ Hieruſa/
lem, super quam inuocatum est nomen tuum,
quoniam non in nostra iusticia iactauimus pre/
ces nostras in conspectu tuo, sed ad misericor/
diam tuam quæ magna est: exaudi domine, pro
piciare domine, intende domine, & ne tradide
ris propter te deus meus, quoniam nomẽ tuum
inuocatum est in ciuitate tua super populũ tuũ.
Et adhuc me loquente & orante & enumerante
peccata mea et peccata populi mei, audiui uocẽ
dicentem mihi, Daniel intellige uerba quæ lo/
quor tibi, quia ego missus sum ad te: &c. Vide
D quemadmodum sua peccata prius dixit, & post
ea populi sui. Et hanc dei commẽdat iusticiam,
& hanc dei laudẽ dicit, quia non iniuste, sed pro
peccatis eorum flagellat etiam ipsos sanctos su/
os. Si ergo ista dicunt qui excellentissima sancti
tate ignes & leones circa se innoxios habuerũt,
quid nos oportet dicere in humilitate nostra, q
tam longe illis impares sumus, quantãcunq; iu/
sticiam seruare uideamur? Sed ne aliquis existi/
met illos dei seruos, quos dicis à Barbaris inter
fectos, sic illam mortem euadere debuisse, quo/
modo tres illi uiri ab ignibus, & Daniel à leoni
bus liberatus est, sciat illa propterea facta mira/
cula, ut eos uerũ deum colere crederent reges, à
A quibus in illa supplicia tradebantur. Hoc enim
erat in occulto iudicio & misericordia dei, ut il/
lis regibus eo modo consuleret ad salutem. An
tiocho autem regi, qui Maccabæos pœnis cru/ 2 Mac. 7
delibus interemit, noluit ita consulere, sed eorũ
glorioſissimis passionibus cor duri regis acriori
seueritate puniuit. Lege tamen, etiã unus illorũ
q̃ sexto loco patiebat quid dicat. Ita ẽm scriptũ
est. Et post hunc sextũ applicuerunt. Cumq; hic
tormentis excruciatus moreret, dixit: Noli te se
ducere propter nos, hæc patimur peccantes in
deum nostrum, & facta sunt hæc digna nobis.
Tu autem noli te putare impunitũ futurum, qui
aduersus deum & legẽ eius legibus tuis pugna/
re uoluisti. Vides etiam isti quàm humiliter &
ueraciter sapiant, qui pro peccatis suis se flagel/
lari à domino confitentur. De quo scriptũ est,
Quem enim diligit dominus corripit, flagellat Prou. 3
autem omnem filium quem recipit. Vnde & Heb. 12
Apostolus, Si enim nosmetipsos iudicaremus, 1 Cor. 11
à domino non utiq; iudicaremur: Cum iudica/
mur autem, à domino corripimur, ne cum hoc
mundo damnemur. Hæc fideliter lege, fideliter
prædica, & quantum potes caue, & cauendum
doce, ne aduersus deum in his tentationibus &
tribulationibus murmuretur. Bonos dicis Dei
seruos & fideles & sanctos, gladio Barbarorum
peremptos. Quid autem interest, utrum eos fe/
bris an ferrum de corpore soluerit? Non qua oc
casione exeant, sed quales ad se exeãt dominus
C attendit in seruis suis, nisi quod maiorem habet
pœnam languor diuturnus quàm citissimus exi
tus: & tamen etiam ipsum languorem diuturnũ
& horrendũ legimus, qualem passus est Iob ille,
cuius certe iusticiæ deus ipse qui falli non po/
test, tale perhibet testimonium. Grauissima sa/
ne & multum dolenda est illa captiuitas fœmi/ 1 de ciuit. dei,
narum castarum atq; sanctarum, sed non est ca/ cap. 14.
ptiuus earum deus, nec captiuas deserit suas, si
nouit suas. Nam & illi sancti quorum passiones
& confessiones de scripturis sanctis commemo
rauí, ab hostibus ducti atq; in captiuitate positi,
illa dixerunt quæ conscripta leguntur à nobis,
ut discamus captiuos dei seruos non deseri à do
mino suo. Vnde autem scimus quid etiam per
D istas omnipotens & misericors deus in ipsa ter/
ra Barbarica fieri uelit mirabiliũ suorum. Tan/
tum ne cessetis pro illis ingemiscere ad deum,
& quærere quantum potestis, & quantum ipse
permittit, cum tempus & facultatem dederit,
quid de illis factum sit, uel quę uestra possint ha
bere solatia. Nam Sitifensis ante paucos annos
Seueri episcopi neptis sanctimonialis à Barba/
ris ducta est, & per mirabilem dei misericordiã,
cum honore magno suis parẽtibus restituta est.
Domus enim illa Barbarorum ubi captiua in/
gressa est, subita cœpit dominorum infirmitate
iactari, ita ut omnes ipsi Barbari, tres nisi fallor
uel amplius fratres periculosissima infirmitate
laborarent. Quorum mater animaduertit puel/

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam deo deditam,& credidit quod eius oratio A
nibus sui filij possent ab imminētis iam mortis
periculo liberari,petiuit ut oraret pro eis,polli
cens quòd si salui facti essent,eam suis parenti
bus redderent.Ieiunauit illa & orauit,& exaudi
ta continuo est.Ad hoc enim factum erat,quan
tum exitus docuit.Ita illi tam repentino dei be
neficio salute percepta,mirantes eam & hono
rantes,quod eorum mater promiserat impleue
runt.Ora ergo deum pro eis,& roga ut etiam ip
sas doceat talia dicere,qualia supra memoratus
sanctus Azarias,inter cętera in oratione & con
fessione sua fudit ad deum.Sic enim sunt illæ in
terra captiuitatis suæ,quomodo erant illi in ea
terra ubi nec sacrificare more suo poterāt domi
no,sicut nec istæ possunt uel ferre oblationē ad B
altare dei,uel inuenire ibi sacerdotē per quem
offerant deo.Donet ergo eis dominus ut ei di
Dan.3 cant quod Azarias dixit in consequētibus pre
cum suarum.Non est in hoc tempore princeps
& propheta & dux,non holocausta,neq; obla
tio,neq; supplicationes,nec locus ad sacrifican
dum in conspectu tuo & inuenire misericordiā,
sed in anima contrita & spiritu humilitatis acci
piamur.Sicut in holocaustomatibus arietum et
taurorum,& in multitudine agnorum pinguiū,
sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo ho
die perficere subsequentes te,quoniam non erit
confusio ijs qui in te confidunt.Et nunc sequi
mur toto corde & timemus te,& quærimus fa
ciem tuā domine,ne confundas nos,sed fac no C
biscum secundum mansuetudinem tuam,& se
cundum multitudinem misericordiæ tuæ,& li
bera nos secundum mirabilia tua,& da gloriam
nomini tuo domine,& reuereantur omnes qui
ostendunt seruis tuis mala,& confundantur ab
omnipotentia tua,& uirtus eorum cōteratur,&
sciant quoniam tu es dominus deus solus,et glo
riosus in uniuerso orbe terræ.Hæc illis dicenti
32.q.5.ad deū bus & ad deum ingemiscentibus,omnino suis
aderit qui suis adesse consuevit.Et aut nihil in
earum castissimis membris libidine hostili per
petrari permittet:aut si permittet,cum earū ani
mus nulla consensionis turpitudine maculatur,
1 de ciuit.dei, etiam carnem suam defendet à crimine.Et quic
cap.16.18.& quid in ea nec commisit,nec permisit libido pa D
29 tientis,solius erit culpa facientis,omniscq; illa
uiolentia non pro corruptionis turpitudine,sed
pro passionis uulnere deputabitur.Tantū enim
in mente ualet integritas castitatis,ut illa inuio
lata,nec in corpore possit pudicitia uiolari,cu
ius membra potuerunt superari.Hæc epistola
pro tuo desiderio breuis,pro meis tamen occu
pationibus multum prolixa,& propter perlato
ris festinationem nimis accelerata sufficiat cha
ritati tuæ.Multo uberius uos dominus consola
bitur si scripturas eius intentissime legeritis.

Augustinus Orontio resalutans illum. Ep.CXXIII

Domino eximio meritoq; honorabili & suscipiendo filio Orontio, Augustinus.

A Go gratias quòd aduentum eximie
tatis tuæ literis etiam præuenire di
gnatus es,& ante contuitum missisti
colloquiū,ut tuo prius affatu quàm
aspectu frueremur,et diu desideratam notitiam
epistolari solatio quodammodo prægustantes,
expectaremus auidius & ardētius,quod iocun
dius gratiusq; caperemus,domine eximie meri
toq; honorabilis & suscipiēde fili.Reddo itaq;
meritis tuis & præcurrentibus officijs debitum
resalutationis obsequium,incolumitatem tuam
gaudens nunciatam,optansq; continuam.Et
quod rescripta exiguitatis meæ iure prærogatę
beneuolentiæ reposcendo addidisti dicens:Si
tamen id de tanta sanctitate possumus promere
ri:nullo modo audeo desperare,sanctitatis eius
dem,cuius haustu pro nostro modulo aliquid su
mus,ipsum fontem non solum laudandum,ue
rum etiam nobiscum participādum,& tuæ pru
dentiæ placiturum,ut deus incōparabiliter atq;
incommutabiliter bonus,qui per suam poten
tiam tam bonæ mentis est institutor,sit etiā per
gratiam restitutor.Incolumem te deus omnipo
tens felicioremq; tueatur domine eximie meri
toq; honorabilis ac suscipiende fili.

Augustinus Olympio ad dignitatem prouecto, ut ea recte utatur,commendans ei causam Bonifacij. Epistola CXXIIII

Dño dilectissimo & in Christi mēbris honorabiliter amplectēdo filio Olympio,Augustinus.

Q Vicquid sis secundum seculi huius
cursum,nos tamen charissimo & syn
cerissimo conseruo Olympio Chri
stiano fidelissime scribimus.Hoc eñ
tibi esse scimus omni gloria gloriosius,& omni
sublimitate sublimius.Fama quippe ad nos per
tulit,honorem te adeptum esse cessiorem,quæ
utrum uera esset,nondum apud nos fuerat con
firmatum,cum hęc scribendi prouenit occasio.
Sed quoniam nouimus te à domino didicisse,
non alta sapere,sed humilibus consentire,quoli Roma.3
bet culmine prouectus esses,non aliter quàm so
les literas nostras te accepturum esse præsumi
mus,domine dilectissime,& in Christi mēbris
honorabiliter amplectēde fili.Temporali uero
felicitate ad æterna lucra te prudenter usurū mi
nime dubitamus,ut quāto plus potes in hac ter
rena republica,tanto plus impendas cœlesti illi
quæ te in Christo peperit ciuitati,quod tibi ube
rius rependatur in regione uiuentium,& in ue
ra pace securorum ac sine fine gaudiorum.San
cti fratris & coepiscopi mei Bonifacij petitionē
tuæ rursus charitati commendo,ne forte nunc
fieri possit quòd ante non potuit.Cū enim pos
set sine ulla forsitan quæstione quod præcessor
eius,quāuis sub alieno nomine comparauerat,
& sub ecclesiæ nomine possidere iam cœperat,
consequenter etiam ipse retinere:nolumus ta
men quoniam fisci debitor fuit,hūc scrupulum
habere in conscientia.Neq; enim fraus ista,qua
fisco

fisco fiebat,ideò non fiebat:quia ille quidē Pau A
lus,postquàm episcopus factus est,renunciatu
rus suis omnibus rebus propter immensum cu
mulum fiscalium debitorum,exacta quadā cau
tione,in qua certū ei pondus debebatur argen
ti,hos exiguos agellos unde uictū sustētaret tan
quam ecclesię comparauit,sub nomine tunc po
tentissimæ domus,ut etiā ex ipsis morem suum
sequens cum fisco non solueret,nullas exactio
rum molestias pateretur.Iste autem qui eidem
ecclesiæ illo defuncto est ordinatus,timuit hos
agros susципere:& cū posset pro solis fiscalibus
debitis,quæ de memoratis possessiunculis ille
contraxerat imperiale beneficium postulare,to
tum maluit confiteri,quod eas Paulus de argēto
proprio,cū esset fisco obnoxius,de hastario eme B
rat:ut eas ecclesia si fieri potest,non occulta epi
scopi iniquitate,sed manifesta Christiani impe
ratoris liberalitate possideat.Quod si fieri non
potest,melius inopiæ laborem serui dei tolerāt,
quàm ut necessariorū facultatem cum conscien
tia fraudis obtineant.Ad hoc tuum suffragium
petimus impartiri digneris:quia id quod pri
mo impetratum est,noluit allegare,ne iterū sup
plicādi sibi intercluderet facultatem:non enim
erat ad desiderata respōsum.Nunc uero cum sis
eadem benignitate qua soles,sed amplior pote
state,non desperamus adiuuante domino,meri
tis tuis hoc facile posse concedi:cum etiam si
tuo nomine eadem loca peteres,& memoratæ C
ecclesiæ ipse donares,quis reprehenderet,aut
quis non maxime prædicaret petitionē tuam,
non terrenæ cupiditati,sed Christianæ pietati
seruientem:Domini dei nostri misericordia te
in Christo feliciorem tueatur,domine fili.

Augustinus Cornelio scortis dedito,admonēs illum ut uxoris defunctæ pudicitiam imitetur,si uelit illius impetrare laudes. Epistola CXXV

Domino dilectissimo & honorabili fratri Cornelio, Augustinus.

3 Cripsisti mihi ut ad te aliquam proli
xam epistolam consolatoriā darem,
quod grauiter optimæ uxoris morte
mouearis,sicut sanctum Paulinū ad
Macarium fecisse meministi.Et illa quidem ani
ma in societatem recepta fideliū atq; castarum, D
laudes nec curat,nec quærit humanas:sed quia
propter eos fiunt ista qui uiuunt,prius est ut tu
qui consolari eius laude desideras,ita uiuas,ut il
lic ubi ipsa est esse merearis.Neq; enim dubito
quod eam non credas ibi esse,ubi illæ sunt quæ
uel adulterijs lectulum coniugalem polluerunt,
uel nullo coniugio deligatæ fornicatione fluxe
runt.Quare de illius laude uiro longe dissimili
quasi fugare uelle mœsticiam,adulatio est,non
consolatio.Nam si eam diligeres sicut ipsa te di
lexit,seruasses ei quod tibi ipsa seruauit.Et cum
illa si prior obisses,nullo modo credenda sit cui
quam fuisse nuptura,nónne si uere obitum eius
laudibus eius consolādus doleres,ne unam qui
dem ac licitam post illam coniugem quæreres?
Hic tu dicturus es.Quid mecum aspere agis?
quid dure obiurgas?Nónne inter hęc uerba ec
ce senuimus,dum uita ducitur prius finienda q̄s
corrigenda?Vis ut ignoscam exitiabili securi
tati tuæ?quanto satius tu ignoscis si non amabi
li,certe miserabili solicitudini meę.Inimico qui
dem animo Tullius inuehebatur,& lōge aliter
erat terrenam rempublicam gubernantis inten
tio,& tamen ait:Cupio patres cōscripti me esse
clementem,cupio in tantis reipublicę periculis
non dissolutum uideri.Quāto iustius ego dico,
cum ipse noueris quàm tibi amicū animum ge
ram,in æternæ ciuitatis seruitio constitutus mi
nister uerbi sacramentiq; diuini:cupio frater
Corneli,me esse clemētem,cupio in tantis tuis
meisq; periculis non dissolutum uideri?Plebs
mulierum excubat lateribus tuis,crescit indies
pellicum numerus,eiusdem autem numeri do
minum,imò uero seruum insatiabilem per tot
scorta libidinis diffluentem,& laudes defunctæ
castæ coniugis à nobis uelut ad mitigandā mœ
sticiam suam iure amicitiæ flagitātem episcopi
patienter audimus?Qui cum esses,non dico
catechumenus,sed in errore nobiscum perni
ciosissimo cōstitutus iuuenis,iunioribus nobis
ab hoc te uitio temperatissima uoluntate corre
xeras,quò non post longū tempus sordidius es
reuolutus:deinde in extremo uitæ periculo ba
ptizatus,non dicam te sene,nobis certe iam
senibus & insuper episcopis nondum emenda
ris.Vis de bonæ uxoris morte per nos conso
lari,nos de hac tua ueriore morte quis consola
tur?An quia non possumus obliuisci tanta erga
nos merita tua,ideo cruciandi adhuc sumus mo
ribus tuis,ideo cōtēnendi,& pro nihilo habēdi
quando gemimus ad te de te?Sed fatemur nos
non esse aliquid ad te corrigēdū ac sanādū,deus
attēdatur,Christus cogitet,Apostolus audiatur
dicens:Tollens ergo mēbra Christi,faciā mem 1 Cor.6
bra meretricis?Si qualiscūq; episcopi amici tui
uerba spernis in corde tuo,corpus domini tui
cogita in corpore tuo.Postremo quomodo de
die in diem differēdo peccas,cum extremū diē
tuum nescias?Nunc probabo quas tu ab ore no
stro laudes Cyprianæ desideres.Certe si adhuc
in schola rhetorum uerba discipulis uenderem,
prius ab eis mercedem sumerem.Vendere tibi Verba uēdere
uolo laudē pudicissimæ cōiugis tuæ,prius mihi
mercedē da,pudicitiā tuā:Da,inquā,& accipe.
Humanū dico propter infirmitatē tuā,puto q̄
non sit apud te digna Cypriana cuius laudibus
anteponis amorem concubinarū tuarum,quod
utiq; facies,si p manere in illo amore,q̄s ad istas
laudes peruenire malueris.Quid mihi uis ex
torquere poscēdo,cum pro te uideas esse quod
posco?Quid precaris subiectus,quod potes iu
bere correcti?Mittamus munera spiritalia cōiu
gi tuę,tu imitationē,ego laudem:quanquā sicut
supra dixi,laudem ab hominibus iam illa non

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærat,imitationem uero tuam tantum quærit etiam defuncta,quantum te dilexit etiam dissimilem uiua. Faciam de illa quod uis,cum tu feceris quod & ego uolo & illa. Si enim diues ille Luc.16 superbus atq; impius,sicut in Euangelio dominus loquitur,qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie splẽdide,cum malorum meritorum pœnas apud inferos lueret,neq; digito cõtempti ante ianuã suam pauperis aquę stillam impetrare ualuisset,recordatus est quinq; fratres suos,& rogauit ad eos eundem paupe rem mitti,cuius requiem in sinu Abrahæ longe prospiciebat,ne & ipsi uenirent in illum locum tormentorum:quantomagis tua coniunx te recordatur? quantomagis te casta non uult ad pœ nas uenire mœchorũ,si fratres suos nec superbus ad pœnas uenire uoluit superborũ? & cum frater nollet fratribus in malis se esse cõiunctũ, quantominus uult in bonis constituta coniunx uirum in malis habere separatũ? Lege ipsum locũ in Euangelio: Christi est uox pia, Crede deo. Doles uidelicet coniugem mortuam,& putas si eam laudauero,quod meis affatibus consolaberis,disce quod doleas si cũ illa non eris. An magis tibi dolendum est,quod à me nondum laudatur,quàm mihi quod à te non amatur? Nam utiq; si amares,cum illa esse post mortem desiderares,quod profecto non eris,si qualis es talis eris. Ama ergo cuius exigis laudẽ,ne quod mendaciter exigis,iuste denegem. Et alia manu. Dominus nobis præstet de tua salute gaudere domine dilectissime & honorabilis frater.

Augustinꝰ Antonino gratias agit pro laudibus, collaudans quòd ingenue professus sit dogma catholicum. Epistola CXXVI

Augustinus Antonino.

Vm à duobus tibi scripta deberentur,cumulatissime maior pars reddita est,quod unum nostrum præsentẽ uides,cuius ex ore cũ me quoq; accipis,poteram non rescribere,nisi ipso iubente fecissem,quo proficiscente superuacaneum uidebatur esse quod feci. Quapropter fertilius fortasse tecum colloquor,quàm si coràm adessem, cum & epistolam meam legis,& eum audis,in cuius pectore me habitare optime nosti. Cum magno gaudio literas sanctitatis tuæ considerai atq; digessi,quod & Christianũ animũ tuum sine ullo fuco iniqui temporis & in nos amicissimum præ se gerũt. Gratulor tibi,& gratias ago deo & domino nostro de spe & fide & charitate tuа,tibiq; apud eum,quod de nobis tam bene existimas,ut fideles dei seruos esse credas, idq; ipsum in nobis corde purissimo diligas: quanquam hinc etiam gratulandum beneuolentiæ tuæ potius,q; gratiæ tibi agendæ sunt. Tibi enim prodest ipsam diligere bonitatem,quam profecto diligit qui eum diligit quem credit bonum,siue ille se ita,siue aliter quàm creditur habeat. Vnus tantum in hac re cauẽdus est error, ne quisque non de homine,sed de ipso hominis bono aliter sentiat, quàm ueritas postulat. Tu uero frater dilectissime,q; nullo modo erras credendo uel sciendo,magnum bonum esse libenter deo casteq; seruire,cum quẽlibet hominum propterea diligis,quod huius boni participem credis,tecum est fructus tuus,etiam si ille nõ ita sit. Quapropter tibi de hac re gratulandum est, illi autem non si propterea diligitur, sed si talis est,qualem esse existimat à quo propterea diligitur. Quales itaq; nos simus,quãtumq; in deum promouerimus,ipse uiderit,cuius nõ solum de hominis bono,sed de homine ipso nõ potest errare iudicium. Tibi ad mercedẽ beatitudinis, quod ad hanc rem attinet,satis est,quod nos tales credens quales oportet esse seruos dei,toto sinu cordis amplecteris. Gratias uero tibi ubere s agimus,quod nos cum laudas,tãquam tales simus,mirabiliter hortaris, ut tales esse cupiamus: uberiores etiam,si non solum te commendes orationibus nostris,sed etiam non prætermittas orare pro nobis. Gratior est eñ deo pro fratre deprecatio,ubi sacrificium charitatis offertur. Paruulum tuum plurimũ saluto,& secundum præcepta domini salutaria opto grandescere. Domui quoq; tuæ unam fidem & deuotionẽ ueram,quæ sola catholica est,prouenire desidero & precor: in quam rem,si quam fortè aliã nostram operam necessariã existimas,ne tibi uendicare dubites & cõmuni domino fretus & iure charitatis. Illud sanè admonuerim religiosissimam prudentiam tuam,ut timorem dei non irrationabilem uel inseras infirmiori uasi tuo,uel nutrias,diuina lectione grauiq; colloquio. Nemo enim solicitus de statu animæ suæ atque ob hoc sine pertinacia inquirendæ uoluntati domini intentus est,qui bono demõstratore usus nõ dinoscat,quid inter schisma quodlibet atq; unã catholicam intersit.

Augustinus Donato proconsuli Aphricæ,ut Donatistas coerceat non occidat. Epistola CXXVII

Dño eximio meritoq; honorabili insigniterq; laudabili filio Donato, Augustinus in dño S.

Ollem quidem in his afflictionibus esse Aphricanam ecclesiam constitutam,ut terrenæ ullius potestatis indigeret auxilio. Sed quia sicut Apostolus dicit,Non est potestas nisi à deo: proculdubio cũ per uos syncerissimos catholicæ matris filios eidẽ subueniri,Auxiliũ nostrũ in nomine dñi est,qui fecit cœlũ & terram. Quis enim nõ sentiat in tantis malis non paruã nobis consolationẽ diuinitus missam,cũ tu uir talis & Christi nominis amãtissimus, Proconsularibus es sublimatus insignib⁹,ut ab sceleratis & sacrilegis ausibus inimicos ecclesiæ bonæ tuæ uolũtati potestas societa cohiberet,domine eximie meritoq; honorabilis insigniterq; laudabilis fili? Deniq; unum solum est quod in tua iusticia pertimescimus, ne forte quoniam quicquid mali contra Rom.13 Psal.144

Christianam societatem ab hominibus impijs ingratisq; committitur,profecto grauius est & atrocius,quàm si in alios talia committantur: tu quoq; pro immanitate facinorum,ac nõ potius pro lenitatis Christianę considerationе censeas coercẽdum: quod te per Iesum Christum ne facias obsecramus. Neq; enim uindictam de inimicis in hac terra requirimus,aut uero ad eas angustias animi nos debent coarctare quæ patimur, ut obliuiscamur quid nobis præceperit, pro cuius ueritate ac nomine patimur,qui dili- Hereticos corrigi uult gimus inimicos nostros & oramus pro eis. Vn de ex occasione terribiliũ iudicum ac legum ne in æterni iudicij pœnas incidãt,corrigi eos cupimus,non necari,nec disciplinam circa eos negligi uolumus,nec supplicijs quibus digni sunt exerceri. Sic igitur eorum peccata compesce, ut sint quos pœniteat peccasse. Quæsumus igitur ut cum ecclesiæ causas audis,quamlibet nefarijs iniurijs appetitam uel afflictã esse cognoueris,potestatem occidendi te habere obliuiscaris,& petitionẽ nostram non obliuiscaris. Non tibi uile sit neq; cõtemptibile filii honorabiliter dilectissime,quod uos rogamus ne occidantur, pro quibus dominum rogamus ut corrigantur, excepto etiam quòd à perpetuo proposito recedere non debemus uincendi in bono malum. Illud quoq; prudentia tua cogitet,quòd causas ecclesiasticas insinuare uobis nemo præter ecclesiasticos curat. Proinde si occidendos in his sceleribus homines putaueritis, deterrebitis nos ne per operam nostram ad uestrũ iudicium aliquid tale perueniat: quo cõperto illi in nostram perniciem licentiore audacia grassabuntur,necessitate nobis impacta & indicta,ut etiam occidi ab eis eligamus,quàm eos occidẽdos uestris iudicijs ingeramus. Hanc admonitionem,petitionem,obsecrationem meam,ne quæso aspernanter accipias. Neq; enim te arbitror nõ recolere,magnam me ad te & multo quàm nunc es altius sublimatum,etiam si episcopus nõ essem, fiduciam tamen habere potuisse. Cito interim per edictum excellentiæ tuæ nouerint hæretici Donatistæ,manere leges contra errorem suum latas,quas iam nihil ualere arbitrantẽ & iactant, ne uel sic nobis parcere aliquatenus possint. Primum autẽ labores & pericula nostra quo fructuosa sint adiuuabis,si eorum uanissimã & impiæ superbiæ plenissimam sectam non ita cures imperialibus legibus comprimi,ut sibi uel suis uideantur qualescũq; molestias pro ueritate atq; iusticia sustinere: sed eos cum hoc abs te petitur,rerum certarum manifestissimis documentis apud acta uel præstãtiæ tuæ uel minorũ iudicum conuinci atq; instrui patiaris,ut & ipsi qui te iubente attinẽtur,durã si fieri potest,flectãt in melius uoluntatẽ,& ea cæteris salubriter legãt. Onerosior est quippe cũ utilior diligẽtia,quam uis magnũ deferatur malum,& magnum teneatur bonum,cogi tantum homines non docẽri.

Augustinus eidem Donato,blande extimulans ad uitam uere Christianam. Epistola CXXVIII

Domino eximio & syncerissima dilectione honorabili fratri Donato, Augustinus in dn. S.

Vod te administrantẽ multum desiderans,etiam cum Tibilim uenisses, uidere non potui,credo propterea factum esse,ut animo tuo curis publicis expedito potius fruerer,quàm ut illa salutatio,me apud te ocioso,& te negocioso,neutri nostrũ quãtum satis esset,desiderio temperaret: recolens quippe honestatẽ ab ineunte ætate indolis tuæ,abũdanter idoneũ tuum pectus existimo cui se Christus largissime infũdat,ut fructus ei afferas in æterna & cœlesti gloria cũ tẽporali & terreno præconio digniores. A multis enim imò prorsus ab omnibus,quos uel percontari uel ultro etiam prædicantes audire potui,castitatem uirtutemq; administrationis tuæ constanter omnino laudantibus atq; præferentibus,& sine ullo scrupulo dissonæ uarietatis accepi,& eo certius q; ignorabant necessitudinẽ nostrã,et utrum te uel tenuiter nossem penitus nesciebãt prædicatores tui,ne magis eos auribus meis se dedisse cũ uera de te spargere crederẽ. Ibi enim est à uanitate remota laudatio,ubi etiã uitupe ratio ab offensione secura est. Verũtamen ò frater eximie & syncerissima dilectione honorabilis, non nunc docẽdus es,sed fortasse admonẽdus, omnẽ istam gloriã famamq; populare nõ in ore uulgi esse lætabilẽ,sed in rebus ipsis: quæ etiã si uulgo displiceãt,proprio tamẽ fulgore ac põdere non imperitorũ cõmẽdatione preciosæ sunt: magisq; miserãdus est qui talia improbat,cũ ille qui de talibus improbat iudicãdus miser. Cum uero placẽt & sibi debita laude populariter quoq; prædicãtur,nec sic quidẽ ipsæ maiores melioresq; fiunt alieno iudicio,quoniã integrãtur intima ueritate,& solius cõscientiæ robore solidãtur. Vnde magis hominib. recte existimãtibus, cũ ei de quo uulgus bene existimat,aliqd ex eo felicitatis accidit. Quæ cum optime noueris uir bone,intuere ut cœpisti fortissima cordis acie dñm nostrũ Iesum Christũ,& ab omni inani fastu omnino detumescẽs,assurge in illũ,qui non uẽtose alleuat cõuersos ad se,sed certis fidei passibus innitẽtes atq; ascẽdentes collocat in sempiterno fastigio cœlestis atq; angelicæ dignitatis. Per quẽ te obsecro ut rescribas mihi,tuosq; omnes quos in Sinitensi uel Hipponẽsi habes, ad catholicæ ecclesiæ communionẽ cõmuniter & benigne adhorteris. In cuius gremio etiã patrem tuum laudabilẽ & egregium uirum abs te genitum esse cognoui,quem ut debito meritis eius à me officio salutes peto,& nos uisere non graueris. Quod etiam propter rem tuam quam hic habes meliorem apud deum faciẽdam,non imprudenter exposco. Dei misericordia te circumplectatur,& ab omni iniquitate conseruet.

Augustinus Olympio comiti,ut leges Cæsaris aduersus Donatistas euulget. Epistola CXXIX

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domino eximio & merito præstantissimo multumq; in Christi charitate honorãdo filio Olympio, Augustinus in dn.S.

Vamuis mox ut audiuimus te meri-
to sublimatum, cum ipsa fama nondum nobis certissima esset, nihil aliud de animo tuo credidimus erga ecclesiam dei, cuius te ueraciter filium esse gaudemus, quàm quòd tuis literis mox aperuisti: tamen etiam illis lectis, quibus ultrò dignatus es etiam si pigri & cunctates essemus, exhortationem beneuolentissimã mittere, ut instruente humilitate nostra per religiosam obediẽtiam tuã, dominus cuius munere talis es, ecclesię suę iam iamq; subueniat, maiore fiducia tibi scribimus domine eximie & merito præstantissime multumq; in Christi charitate honorãde fili. Et fratres quidem multi sancti collegæ mei, grauiter ecclesia perturbata profecti sunt pene fugiẽtes ad gloriosissimum comitatum, quos siue iam uideris, siue literas eorum ab urbe Roma opportunitatis cuiusquam occasiõe acceperis: ego tamen licet nullum consilium cum eis communicare potuerim, non potui prętermittere per hũc fratrem & compresbyterum meum, qui urgente necessitate pro salute ciuis sui, etiã media hieme quomodocunq; ad illas partes uenire compulsus est, & salutare & admonere charitatem tuam quam habes in Christo Iesu domino nostro, ut opus tuum bonum diligentissima accelere tur instantia, quo nouerint inimici ecclesiæ, leges illas quæ de idolis confringendis & hæreticis corrigendis uiuo Stilichone in Aphricam missæ sunt, ex uoluntate Imperatoris pijssimi et fidelissimi constitutas: quo nesciente uel nolente factũ siue dolose iactant, siue libenter putant, atq; hinc animos imperatorum turbulẽtissimos reddunt, nobisq; periculose ac uehemẽter infestos. Hoc autem quod petendo uel suggerendo admoneo præstãtiam tuam, non dubito omniũ per Aphricam collegarum meorum fieri uoluntate. Arbitrorq; quacũq; primitus exorta occasione facillime posse ac debere maturari, ut nouerint sicut dixi homines uani, quorum & auersantium salutem requirimus, leges quæ pro Christi ecclesia missæ sunt, magis Theodosij filium q; Stilichonem curasse mittẽdas. Propterea quippe memoratus presbyter harũ perlator, cum de regione sit Mileuitana, ab episcopo suo uenerabili fratre meo Seuero, qui tuam mecum syncerissimam dilectionem multum salutat, per Hipponem regium, ubi ego sum, transire iussus est: quia cum forte simul essemus in magnis ecclesiæ tribulationibus & perturbationibus, quę rebamus occasionem scribẽdi ad eximietatem tuam & non inueniebamus. Iam quidem unam epistolam miseram in negocio sancti fratris & collegæ mei Bonifacij episcopi Cataquẽsis, sed nondum ad nos peruenerant grauiora quæ nos uehementius agitarent: quibus comprimendis uel corrigẽdis quemadmodũ melius secũdum Christi misericordiã consilio consulatur, cõmodius episcopi qui propterea nauigauerunt, cum tanta benignitate tui cordis acturi sunt, qui potuerunt communi consilio diligentius deliberatum aliquid ferre, quantum temporis permittebat angustia. Illud tamen quo animum clementissimi & religiosissimi principis erga ecclesiam prouincia nouerit, nullo modo esse differẽdum, sed etiam anteq; episcopos qui profecti sunt uideas, q; primum tua præstantissima pro Christi mẽbris in tribulatione maxima constitutis uigilantia potuerit, accelerandũ suggero, peto, obsecro, flagito. Neq; enim paruum in his malis solatiũ dominus obtulit, q; te uoluit multo amplius posse q; poteras, quando iã de tuis multis ac magnis operibus bonis gaudebamus. Multum sanè de quorũdã neq; paucorum fide firma & stabili gratulamur, qui ex occasione legũ ipsarum ad Christianam religionẽ uel catholicã pacem cõuersi sunt, pro quorum salute sempiterna nos in hac temporali etiam periclitari delectat. Propterea enim maxime ab hominibus nimium dulcedo pacis unitatisq; charitas, & non iam reuerberat oculos saucios, sed sanos illustrat ac uegetat, non sunt hæc opera nostra, sed Dei: non hæc humanis operibus omnino tribuerem, nec si cum apud uos essemus tanta conuersio multitudinis nobis loquentibus & hortantibus proueniret. Hoc agit ille & efficit, qui per ministros suos rerum signis extrinsecus admonet, rebus autem ipsis per seipsum intrinsecus docet. Nec ideo pigrius moueri nos oportet ad uisendos uos, quoniam quicquid in uobis laudabile est factum, nõ à nobis, sed ab illo factum est, qui facit mirabilia solus. Multo enim alacrius

crius debemus accurrere ad spectanda opera diuina quàm nostra, quia & nos si quid boni sumus, opus illius non hominũ sumus: unde Apostolus dixit, Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Xenocrates Xenocrates Polemonem, ut scribitis, & nos ex illius literis recordamur, de fruge temperantiæ disputando, non solum ebriosum, uerum etiam tunc ebrium ad mores alios repente cõuertit. Quanquam ergo ille sicut prudenter & ueraciter intelexistis, non deo fuerit acquisitus, sed tantum à dominatu luxuriæ liberatus: tamen ne idipsum quidem quod melius in eo factum est humano operi tribuerim, sed diuino. Ipsius nanq; corporis quod est infimum nostrum, si qua bona sunt, sicut forma & uires & salus, & siquid eiusmodi est, non sunt nisi ex deo creatore ac perfectore naturæ, quãtomagis animi bona donare nullus alius potest? Quid enim superbius uel ingratius cogitare potest humana uecordia, si putauerit cum carne pulchrum faciat deus hominem, animo castum ab homine fieri? Hoc in libro Sap.8 Christianæ sapientiæ sic scriptũ est: Cum scirem, inquit, quia nemo esse potest continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum. Polemo ergo si ex luxurioso continens factus ita sciret cuius esset hoc donum, ut eum abiectis superstitionibus gentium pie coleret, non solum continens, sed etiam ueraciter sapiens & salubriter religiosus existeret: quod ei non tantum ad præsentis uitæ honestatem, uerum & ad futuræ immortalitatẽ ualeret. Quantominus igitur mihi arrogare debeo conuersionem istam uestram uel populi uestri, quam modo nobis nunciastis, quæ me nec loquente, nec saltem presente proculdubio diuinitus facta est in quibus ueraciter facta est. Hoc itaq; precipue cognoscite, hoc pie humiliterq; cogitate, Deo fratres, deo gratias agite, deum timete ne desiciatis, amate ut proficiatis. Si autẽ adhuc quosdam amor hominis occulte segregat, & timor hominis fallaciter congregat, obseruent qui tales sunt, quoniã deum cui nuda est humana conscientia, nec testem fallunt, nec iudicẽ fugiunt. Si quid autẽ illos de quæstione ipsius unitatis, pro suæ salutis solicitudine permouet, hoc sibi quantum existimo iustissimum extorqueant, ut de catholica ecclesia, id est toto orbe diffusa potius id credant quod diuinæ scripturæ dicunt, non quod linguæ humanę maledicunt. De ipsa uero dissensiõe quæ inter homines orta est, qui quales libet fuerint non utiq; præiudicant promissis dei, qui dixit ad Abraham, In semine tuo Gen.12 benedicẽtur omnes gentes: quod creditum est cum audiretur prędictum, & negatur cum uidetur impletum: hoc tantum interim breuissimũ, & nisi fallor inuictissimum cogitent, aut actam esse istam causam in ecclesiastico trãsmarino iudicio, aut non esse actam. Si acta ibi non est, innocens est Christi societas per omnes transmarinas gentes, cuius societatis nos communione gaudemus, & ideo ab eis innocentibus utiq; sacrilega direptione separãtur. Si uero acta est ibi ista causa, quis non intelligat, quis non sentiat, quis non uideat, eos in ea uictos, quorum inde communio separata est? Eligãt ergo utrum malint credere, quod pronunciauerunt ecclesiastici cognitores, aut quod murmurant uicti litigatores. Aduersus istam complexionẽ dictu breuissimam, intellectu facillimam, attẽdite pro uestra prudentia diligenter, quàm nihil sobriũ responderi possit, & tamen malus Polemo magis ebrietate inueterati erroris uertitur. Date ueniã prolixiori fortassis epistolæ quàm iucundiori, uerum tamen ut arbitror, utiliori quàm blandiori, domini honorabiles & merito suscipiendi, charissimi ac desiderantissimi fratres. De aduentu autem nostro ad uos, utrorumq; desiderium Deus impleat. Quanto enim charitatis ardore accendamur ad uisendos uos, uerbis explicare non possumus, sed uos benigne credere minime dubitamus.

Augustinus Memorio episcopo commendat Posidium, damnans disciplinas liberales, nisi adsit studiũ pietatis. Multa de libris quos scripsit de musica: item de uersibus Dauidicis. CXXXI

Domino beatissimo & uenerabiliter charissimo & synceriter desiderantissimo fratri & coepiscopo Memorio, Augustinus in domino S.

Vllas iam reddere debui literas sanctæ charitati tuæ sine his libris quos à me sancti amoris iure uiolẽtissimo flagitasti, ut hac saltem obediẽtia responderem epistolis tuis, quibus me magis onerare quàm honorare dignatus es. Quanquã ubi succumbo, quia oneror, ibi etiam quia diligor, subleuor. Neq; enim à quolibet diligor, subleuor, & eligor, sed ab eo uiro & domini sacerdote quem sic acceptum Deo sentio, ut cum animam tuam tam bonam leuas ad dominum, quoniam in illa me habes, leues & me. Debui ergo nunc libros mittere, quos emendaturum me esse promiseram: & ideo non misi, quia nõ emendaui: non quia nolui, sed quia non potui, curis uidelicet multis & multum prævalentibus occupatus. Nimis autem ingratum ac ferreum fuit, ut te qui nos sic amas, hic sanctus frater & collega noster Posidius, in quo nostram nõ paruam præsentiam reperies, uel non disceret, uel sine literis nostris disceret. Est enim per nostrũ ministerium, non literis illis, quas uariarum serui libidinum, liberales uocant, sed dominico pane nutritus, quantus ei potuit per nostras angustias dispensari. Quid enim aliud dicendum est eis, qui cũ sint iniqui & impij, liberaliter sibi uidentur eruditi, nisi quòd in literis uere liberalibus legimus: Si uos filius liberauerit, tunc uere Io.8 liberi eritis. Per eum nanque præstatur, ut ipsæ etiam quæ liberales disciplinæ ab eis qui in libertatem uocati non sunt appellãtur, quid in se habeant

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeant liberale noſcatur. Neque enim habent congruum libertati, niſi quod habent cõgruum ueritati. Vnde ille ipſe filius: Et ueritas, inquit, liberabit uos. Non ergo illæ innumerabiles & impiæ fabulæ, quibus uanorum plena ſunt carmina poetarum, ullo modo noſtræ conſonant libertati: non oratorum inflata & expolita mendacia: non denique ipſorum philoſophorum garrulæ argutiæ, qui uel deum prorſus non cognouerunt, uel cum cognouiſſent Deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, & dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: & immutauerunt gloriam incorrupti dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum atq; quadrupedum & ſerpentiũ: uel qui iſtis ſimulacris non dediti, aut non nimis dediti, coluerũt tamen & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori. Abſit omnino ut iſtorum uanitates & inſaniæ mendaces, uentoſæ nugæ ac ſuperbus error, recte liberales literæ nominẽtur, hominum ſcilicet infelicium, qui dei gratiam per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum qua ſola liberamur de corpore mortis huius non cognouerunt, nec in eis ipſis quę uera ſunt ſenſerunt. Hiſtoria ſanè, cuius ſcriptores fidem ſe præcipue narrationibus ſuis debere profitentur, fortaſſis habeat aliquid cognitione dignum liberis, cum ſiue bona ſiue mala hominum, tamen uera narrãtur. Quamuis in eis cognoſcẽdis qui ſpiritu ſancto non adiuti ſunt, rumoresq; colligere ipſa humanæ infirmitatis cõditione compulſi ſunt, quemadmodum non fallerentur in plurimis omnino non uideo: eſt tamẽ in eis aliqua propinquitas libertatis, ſi uoluntatem mentiendi non habent, nec homines fallunt, niſi cum ab hominibus humana infirmitate falluntur. Verum quia in omnibus rerũ motibus qui numeri ualeant, facilius conſideratur in uocibus, eaq; conſideratio quibuſdam quaſi gradatis itineribus nititur ad ſuperna intima ueritatis, in quibus uiſ oſtendit ſe ſapientia hilariter, & in omni prouidentia occurrit amãtibus: initio noſtri otij cum à curis maioribus magisq; neceſſarijs uacabat animus, uolui per iſta quæ a nobis deſideraſti ſcripta proludere, quãdo conſcripſi de ſolo rhythmo ſex libros, & de melo ſcribere alios forſitan ſex, fateor, diſponebam, cum mihi otium futurum ſperabam. Sed poſtea quàm mihi curarum eccleſiaſticarum ſarcina impoſita eſt, omnes illæ delicíæ fugere de manibus, ita ut uix nunc ipſum codicem inueniam, quoniam tuam uoluntatem, nec petitionem ſed iuſſionem, contẽnere nequeo. Quod ſanè opuſculum ſi potuero mittere, non quidem me tibi obtemperaſſe, uerum tamen te hoc à me tanto/pere flagitaſſe pœnitebit. Difficillime quippe intelliguntur in eo quinq; libri, ſi non adſit qui non ſolum diſputantium poſſit ſeparare perſonas, uerum etiam pronunciando ita ſonare mo/

Contra liberales diſciplinas

Hiſtoria

1 Retract. 10

rulas ſyllabarum, ut eis exprimantur, ſenſumq; aurium ferant genera numerorũ: maxime quia in quibuſdã etiam ſilentiorũ dimenſa interualla miſcẽtur, quæ omnino ſentiri nequeunt, niſi auditorem pronũciator informet. Sextum ſanè librum quem emendatum repperi, ubi eſt omnis fructus cæterorum, non diſtuli mittere charitati tuæ, fortaſſis ipſe tuam non multum refugiet grauitatem. Nam ſuperiores quinq; uix filio noſtro & cõdiacono Iuliano, quoniam & ipſe iam nobiſcum cõmilitat, lectione & cognitione digni uidebuntur. Quem quidem non audeo dicere plus amo quàm te, quia nec ueraciter dico, ſed tamen audeo dicere, plus deſidero quàm te. Mirum uideri poteſt, quemadmodũ quem pariter amo, amplius deſiderem, ſed hoc mihi facit ſpes amplior uidẽdi eum: puto enim quòd ſi ad nos te iubente uel mittente uenerit, & hoc faciet quod adoleſcentẽ decet, maxime quia nondum curis maioribus detinetur, & teipſum mihi expeditius apportabit. Quibus numeris conſiſtant uerſus Dauidici non ſcripſi, quia neſcio. Neq; enim ex Hebræa lingua quam ignoro, potuit etiam numeros interpres exprimere, ne metri neceſſitate ab interpretãdi ueritate amplius quàm ratio ſententiarum ſinebat digredi cogeretur: certis tamen eos conſtare numeris, credo illis qui eam linguam probe callent. Amauit enim uir ille ſanctus Muſicam piam, & in ea ſtudia nos magis ipſe quàm ullus alius autor accendit. Habetis omnes in æternum in adiutorio altiſſimi, qui habitatis unanimes in domo, pater materq; fratres filiorum, & cuncti unius patris filij, memores noſtri.

Auguſtinus Florentinæ puellæ ſtudioſæ offerens ſuam docendi operam, ſi proferat quid uelit exponi. Epiſtola CXXXII

Dominæ eximiæ meritoq; honorabili in Chriſto ac ſuſcipiendæ filiæ Florentinæ, Auguſtinus epiſcopus in domino ſalutem.

Anctum propoſitum tuum & inuiſceratus cordi tuo timor domini caſtus permanens in ſeculum ſeculi, cu
S ram pro te noſtram nõ ſolum in preſibus apud deum, uerum etiam in admonitioni bus ad te ipſam nõ mediocriter ſuſcitat. Quod quidem in epiſtolis meis quas ad matrem reuerentiæ tuæ, debito mihi cum honore nominandam, dedi, non ſemel feci. Sed quia hoc mihi re ſcribere dignata eſt, prius te uelle accipere literas meas: tunc demum ſi quid fortè opus eſſet tibi ex miniſterio meo, quod uenerando ſtudio tuo omniumq; talium quantũ poſſum libera ſeruitute debere me noui, non te eſſe tacituram & reſcribendo inſinuaturam: ecce feci quod te uoluiſſe, quamuis non per te, comperi, ne uiderer tibi oſtiũ fiduciæ inhumaniter claudere: ſupereſt ut promas ipſa, ſi quid ex me quærendum putas. Aut enim ſcio quod inquiſieris & non negabo: aut ita neſcio ut nullo fidei ſalutiſq; detri/
mento

mento neſciam, & de hoc etiam teipſam ſi po/ A
tuero faciam reddita ratione ſecuram. Aut certe ſi & neſcio & tamen ſciendum eſt, uel impetrabo à domino ne tibi deſim: nam ſæpe officiũ impertiendi meritum eſt accipiendi: uel ita tibi reſpõdebo, ut noueris pro hac ipſa re quam pariter neſcimus ad quem pulſare debeamus. Hęc ideo præloquutus ſum, ne te pro certo ſperes quicquid à me quæſieris auditurã, & cum hoc non prouenerit, audacter potius quàm prudenter me feciſſe arbitreris, quod tibi quærendi ſi quid uoles facultatem dedi. Hoc enim feci non doctior perfectus, ſed cum docendis perficiendus, domina eximia meritoq; honorabilis in Chriſto ac ſuſcipienda filia. Equidem etiam in
B iſs rebus quas utcunq; ſcio, magis te cupio eſſe ſcientem, quàm ſcientiæ noſtræ indigentẽ. Neq; enim ut quod ſcimus doceamus, aliorum ignorantiam optare debemus. Multo quippe melius omnes ſumus dociles deo, quod utiq; in illa ſuperna patria, cum in nobis completum fuerit quod promiſſum eſt, perficietur, ut nõ dicat homo proximo ſuo, Cognoſce dominum. Omnes enim cognoſcent eum, ſicut ſcriptum eſt, à minore uſq; ad maiorem eorum. Et ſolicitiſſime cauendum eſt in docendo ſuperbiæ uitium, quod in diſcendo non ita eſt. Vnde & ſancta ſcriptura nos admonet, dicens: Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et ille in Pſalmo ait: Auditui meo dabis gaudium & exultationem & lætitiam: continuoq; ſubiecit, Et exultabunt oſſa humiliata. Vidit enim in audiendo facillime ſeruari humilitatẽ, quæ difficilis eſt in docendo, quoniam neceſſe eſt ut doctior habeat ſuperiorem locum, ubi laborioſum eſt obtinere ne ſubrepat elatio. Vides ne quem admodum periclitemur à quibus hoc expectatur, ut non ſolum doctores ſimus, uerum etiam cum ſimus homines diuina doceamus? Sed laborum periculorumq; noſtrorum ſingulare eſt ſolatium, cum ita proficitis, ut illo perueniatis, ubi nullius hominis doctoris egeatis. Iſto autẽ periculo non tantum nos, nam ad illum de quo dicturus ſum, quid ſumus nos? nõ ergo nos tantum periculo iſto, ſed etiam ille doctor gentium periclitatum ſe eſſe teſtatur cum dicit, Ne in magnitudine reuelationum mearum extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis, &c. Vnde & ipſe dominus timoris huius admirabilis medicus: Nolite, inquit, ab hominibus uocari Rabbi, unus eſt enim magiſter ueſter Chriſtus. Quod retinens idem ipſe doctor gentium dicit: Neque qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incremẽtum dat deus. Hoc & ille meminit qui in natis mulierum, quãto magnus erat, tanto ſe in omnibus humiliabat, indignum ſe affirmãs qui Chriſti calciamenta portaret. Quid enim aliud oſtẽdit ubi ait: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi ſtat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem ſpõſi? Hic eſt ille au/

1 Cor. 12

Mat. 23

1 Cor. 3

Luc. 3

Io. 1

Io. 5

ditus de quo pauloante cõmemorauí in Pſalmo poſitum, Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. Proinde tanto me certius, tanto ſolidius, tãto ſanius gaudere ſcias de fide & ſpe & dilectione tua, quanto minus indigueris, non tãtum à me quicquam diſcere, ſed ab ullo prorſus hominum. Verum tamen quia cum illic eſſem, te quidem per ætatem uerecundante, boni parentes & amantiſſimi bonorum ſtudiorum tuorum, quanto pietatis ueræq; ſapientiæ ardore flagrares mihi intimare dignati ſunt, & beneuolentiſſime petierunt ne tibi inſtruendæ in quo opus eſſet meam operulam denegarem, admonendam te his literis credidi, ſecundum ſupradictas optiones, ut
D quæras quod uis, ne ſim ſuperfluus ſi conatus fuero docere quod ſcis: dum tamen firmiſſime teneas, quod etſi aliquid ſalubriter per me ſcire poteris, ille te docebit qui eſt interioris hominis magiſter interior, qui in corde tuo tibi oſtendit uerum eſſe quod dicitur: quia neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat deus.

Auguſtinus Italicæ cuidam, de clade Romanorum à Barbaris illata, de perpetiendis malis ſpe uitæ cœleſtis. Epiſtola CXXXIII

Religioſiſſimæ atq; in Chriſti membris merito ſanctęq; laudabili famulæ dei Italicæ, Auguſtinus in Domino Salutem.

Res epiſtolas tuæ benignitatis acce
T peram cum iſta reſcripſi. Vnam quę adhuc meas literas exigebat, alterã quæ ad te iã perueniſſe indicabat, ter
tiam quæ beneuolentiſſimam pro nobis curam tuam etiam de domo clariſſimi & egregij iuuenis Iuliani, quæ noſtris adhæret parietibus, continebat. Qua accepta continuo reſpondere non diſtuli, quia procurator eximietatis tuæ cito ſe Romam poſſe mittere ſcripſit: cuius literis graviter contriſtati ſumus, quòd ea quæ illic in urbe uel circa urbem geruntur, non nobis inſinuare curauit, ut certum apud nos fieret quod incertæ famę credere nolebamus. Fratrum quippe literis ante tranſmiſſis, quamuis moleſta & dura, multo tamen leuiora nunciata ſunt. Plus ſanè
D quàm dici poteſt miratus ſum, quòd nec tanta occaſione hominum tuorum fratres ſancti epiſcopi ſcripſerint, nec epiſtola tua quicquam nobis de tantis tribulationibus ueſtris inſinuauerit, quæ utiq; per uiſcera charitatis noſtræ ſunt, niſi forte faciendum non putaſti quod nihil prodeſſe duxiſti, aut nos tuis literis mœſtificari noluiſti. Prodeſt aliquid, quantum ego arbitror, etiam iſta cognoſcere. Primo quia iniuſtum eſt gaudere uelle cum gaudẽtibus, & flere non uelle cum flentibus. Deinde quia tribulatio patientiam operatur, patiẽtia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Abſit itaq; ut recu/

Rom. 12

Rom. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

semus audire etiam quæ amara & tristia sunt erga charissimos nostros. Nescio quo enim modo minus fit, quod patitur unũ membrũ, si com
1 Cor.12 patiuntur alia mẽbra. Nec ipsa mali releuatio fit per communionẽ cladis, sed per solatium charitatis, ut quamuis alij ferendo patiuntur, alij cognoscendo compatiuntur, communis sit tamen tribulatio, quibus probatio, spes, dilectio, spiritusq; communis est. Omnes autẽ nos dominus consolatur, qui & hæc temporalia mala prædixit, & post hæc bona æterna promisit: nec debet cum præliatur infringi, qui uult post prælium coronari, uires illo subministrante certantibus, qui præparat ineffabilia dona uictoribus. Rescripta illa nostra non tibi ad nos auferant scribendi fiduciam, præsertim quia timorem nostrũ B non improbabili defensione leniisti. Paruulos tuos resalutamus, & in Christo tibi grãdescere optamus, qui iam in hac ætate cernunt quàm sit amor huius seculi periculosus & noxius, atq; utinam cum magna & dura patiuntur, parua & flexibilia corrigantur. De domo illa quid dicam, nisi benignissimę tuæ curæ gratias agam? Nam eam quam dare possumus nolunt, quam uolunt autem dare non possumus. Neq; enim sicut falso audierũt, à decessore meo relicta est ecclesiæ, sed inter antiqua eius prædia possidetur, & anti quæ alteri ecclesiæ sic coheret quemadmodum ista de qua agitur alteri.

Augustinus Pammachio uiro senatori, gratulatur quòd eam Numidiæ partem cui præerat adhortatus sit literis, ut à Donatistis conferrent se ad ecclesiæ communionem. Ep. CXXXIIII

Domino eximio & merito suscipiendo, atq; in Christi uisceribus dilectissimo filio Pammachio, Augustinus in domino salutem.

Ona opera tua Christi gratia germi
B nantia, te nobis in membris eius honorandum, & plane notissimum dilectissimumq; fecerunt. Neq; enim si quotidie faciẽ tuam uiderem, notior mihi esses, quàm cum interiorẽ tuum pacis decorem, pulchrum ac ueritatis luce radiantem, in unius tui facti candore conspexi, conspexi & agnoui, agnoui & amaui: huic nunc loquor, huic scribo, dilecto amico meo, qui mihi corpore absenti ab
D E sens innotuit. Verum tamen iam simul eramus, & coniũcti sub uno capite uiuebamus, in cuius charitate nisi radicatus esses, nõ tibi tã dilecta catholica unitas foret, nec colonos tuos Aphros, eò terrarum, unde Donatistarum furor exortus est, hoc est in media consulari Numidia constitutos, tali admoneres alloquio, tãto feruore spiritus animares, ut deuotiõe promptissima ad sequendum eligerent, quod te talem ac tantum uirum, non nisi agnita ueritate sequi cogitarẽt: & tam longe à te locorum interuallis remoti irent sub idem caput, atq; in eius mẽbris in æternum tecum deputarẽtur, cuius præcepto tibi temporaliter seruiunt. In hoc ergo tuo facto te cognitũ A amplectens, exultaui ut gratularer tibi in Christo Iesu domino nostro, tibiq; has gratulatorias literas mitterem, qualecũq; specimen cordis & amoris erga te mei: neque enim amplius potui. Sed quæso ne tu hactenus quicquid te diligo metiaris, perlectã transi hanc epistolam transitu inuisibili qui intus fit, & perge cogitando in pectus meum, & cerne quid illic de te agatur. Patebit enim oculo charitatis cubiculum charitatis, quod claudim⁹ aduersus nugas tumultuosas seculi, cum illic deũ adoramus: & uidebis ibi delicias lætitiæ meæ de tam bono opere tuo, quas nec lingua effari, nec stylo exprimere ualeo, ca
B lentes atque flagrantes in sacrificio laudis eius, quo inspirante hoc uoluisti, & quo adiuuãte potuisti. Gratias deo super inenarrabili dono eius. O quàm multorum tecum pariter senatorũ, pariterq; sanctæ ecclesię filiorum, tale opus desideramus in Aphrica, de quali tuo lætamur. Sed illos periculosum est exhortari, tibi securum est gratulari. Illi enim forte non facient, & tãquam nos in animo eorum uicerint inimici ecclesiæ, decipiendis insidiabũtur infirmis. Tu uero iam fecisti, unde inimici ecclesiæ, liberatis confundantur infirmis. Proinde sufficere uisum est, ut ipse quibus Christiano iure potueris, amica fiducia istam epistolam legas. Sic enim ex tuo facto fieri posse in Aphrica credent, quod forte dum putant fieri non posse, pigrescunt. Insidias autem quas ipsi hæretici distorto corde molium
C tur, quoniã nisi eos arbitratos ualere aliquid in possessiõe Christi, animo tuo, nec rescribere uoluit. Audies tamẽ hæc à fratribus meis, quos plurimum cõmendo eximietati tuæ, ne in tam magna tamq; inopinata salute hominum, de quibus per te catholica mater exultat, asperneris etiam superflua metuentes.

Augustinus Seuero abbati, blãdissime monens ne mutuis laudibus certet, sed potius ea tractet quæ propius pertinent ad pietatem. CXXXV

Domino beatissimo atq; dulcissimo, uenerabili nimiumq; desiderabili fratri & consacerdoti Seuero, & qui tecum sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres in domino salutem.

Pistola mea quam peruexit charissi
D E mus filius & condiaconus noster Timotheus iã parata erat profecturo, quando filij nostri Quoduultdeus et Gaudentius ad nos uenerũt cum literis tuis. Inde factum est ut continuo proficiscens, non afferret resp̃sionem meam, quoniã post illorum aduẽtum quantulũcunq; apud nos immoratus est, & profecturus per horas singulas uidebat. Sed etsi per eum resp̃dissem, adhuc debitor forem. Nam & tunc quod uideor respondisse debitor sum, non dico charitatis, quam tãto magis debemus, quanto amplius impẽderimus, cuius nos perpetuos debitores ostendit Apostolus dicens: Nemini quicquã debeatis, nisi ut inuicem diligatis: sed ipsius epistolæ tuæ. quando enim sufficiam

sufficiam tuæ suauitati, tantæq; auiditati animi tui quam mihi lecta nũciauit? Rem quidẽ mihi in te notissimã insinuauit, uerumtamen etsi non mihi rei nouę insinuatrix, noua tamen rescripto tum exactrix fuit. Miraris fortasse, cur me huius debiti persolutorẽ imparem dicam, cum tu de me tam multum sentias; qui me tanquam animã mea noueris: sed hoc ipsum est quod mihi magnam difficultatem facit respõdendi literis tuis, quia & quantus mihi uidearis parco dicere propter uerecũdiam tuam, & utiq; minus dicendo cum tu in me tantam laudem contuleris, quid nisi debitor remanebo? Quod nõ curarem si ea quæ de me ad me loquutus es, non ex charitate synceriſſima dicta scirem, sed adulatione inimica amicitiæ. Hoc quippe modo nec debitor
B fierem, quia talia rependere non deberem: sed quanto magis noui quàm fideli animo loqueris, tantomagis uideo quãto debito grauer. Vide autem quid mihi cõtigit, ut me quodammodo ipse laudauerim, qui me à te fideliter laudatum dixerim. Sed quid aliud dicerem, quàm id quod de te admonui quem nosti. Ecce mihi noua feci quæstionem, quam tu nõ proposuisti, & eam fortassis expectas ut soluam: ita mihi parum erat quòd debitor eram, nisi etiam me amplíore debito ipse cumularem: quanquam hoc facile sit ostendere, & si non ostẽdam facile tibi uidere, & uera infideliter dici posse, & non uera fideliter. Qui enim sic credit ut loquitur, etsi nõ uera loquitur, fideliter loquitur: qui autem non
C credit quæ loquitur, & si uera loquitur, infideliter loquitur. Nunquid ergo dubito quòd ea de me credas quæ scripsisti? Quæ cum in me non agnosco, potuisti fideliter de me non uera dicere: sed nolo te uel beneuolentia sic falli cui bene uolẽtię debitor sum, quia & tam fideliter & tam beneuole ea quæ uera sunt possem de te dicere, nisi ut suprà dixi, uerecũdiæ tuæ parcerem. Ego autem quando laudor à germanissimo & familiarissimo animę meæ, uelut à meipso lauder, sic habeo. Quod cernis quàm molestum sit etiam uera si dicantur. Quanto potius quia etiam cum sis altera anima mea, imò una sit anima tua & mea, sic in me falleris putando mihi adesse quæ
D desunt, quomodo & de se ipse unus homo falli potest? Quod nõ tam ideo nolo ne quem diligo tu fallaris, uerũetiam ne minus ores ut sim quod iam me esse credis: nec in eo sum tibi debitor, ut eodem progressu beneuolentiæ credam & loquar de te bona, quæ adhuc & tu tibi deesse cognoscis, sed ut animo tam quidem beneuolo ea tantum dicam bona tua, dona dei, de quibus in te certus sum. Quod non ideo non facio ne falsa in eis, sed ne tu à me laudatus, ipse te laudasse uidearis: & propter illam iusticiæ regulam, quia mihi fieri nolo. Quod si fieri debet, eligo esse debitor quam diu puto non esse faciendum. Si autem fieri non debet, nec debitor sum. Sed nouí quid mihi ad hæc respõdere possis: ita ista
A loqueris quasi prolixam epistolam tuam de laudib. meis desiderauerim. Absit ut hoc de te credam: sed epistola tua, nolo dicere q̃ ueris uel q̃ non ueris, plena tamẽ laudibus meis, hoc de me ut reprehenderẽ etiam te nolẽte flagitauit. Nam si quid aliud uolebas ut scriberem, largitorẽ me desiderabas, non redditorem. Porrò iusticiæ ordo sic se habet, ut debitum prius reddamus, tum deinde cui reddimus si hoc placet aliquid & donemus: quãquam etiam talia qualia desiderasti ut scriberem, si diligentius præcepta dominica cogitemus, reddimus potius q̃ donamus, si nemini quicquam debendũ est nisi ut inuicem diligamus. Ipsa quippe dilectio exigit debitum ut fraternæ charitati seruiẽtes eum qui se adiuuari
B recte uelit, in quo possumus adiuuemus. Sed mi frater & tu credo quòd noueris, quanta sint in manibus meis, quibus ob diuersas curas quas nostræ seruitutis necessitas habet, uix mihi paucissimæ guttæ temporis stillantur, quas alijs rebus si impendero cõtra officium meum mihi facere uideor. Quod enim uis ut ad te prolixã epistolam scribam, & hoc quidẽ debeo fateor, debeo prorsus hoc tam dulci, tam syncerę, tam meræ uoluntati tuæ. Sed quia bonus es amator iusticiæ, inde te admoneo, ut de illa quam diligis hoc à me libẽtius audias. Cernis prius esse quod tibi & alijs quàm quod tibi tãtummodo debeo, & tempus ad omnia mihi non sufficit, quando nec ad illa quæ priora sunt. Vnde omnes charissimi & familiarissimi mei, quorũ in nomine
C Christi inter primos mihi es, rem facient officij sui, si non solum alia mihi scribenda ipsi non imponant, uerum etiam cæteros quãta possunt autoritate & sancta benignitate prohibeant: ne uidear ego durus cum à singulis petita non dedero, dum ea uolo magis reddere quæ omnibus debeo. Deniq; cũ sicut speramus & promissum tenemus, ad nos uenerit uenerabilitas tua, scies quibus operibus literarum & quantum occupatus sim, & instantius facies quod rogaui, ut & alios quos potueris mihi aliquid aliud scribendum uolentes iniungere à me demoliaris. Dominus deus noster impleat cordis tui tam grandem, & tam sanctum sinum quem ipse fecit, do
D mine beatissime.

Augustinus Felici & Hilarino episcopis, adhortãs ut afflictiones patienter ferant, Bonifacium presbyterũ liberans inuidia, quod diceretur ab ipso submotus ex ordine presbyterij. Epistola CXXXVI

Dominis dilectissimis meritoq; honorãdis fratribus Felici & Hilarino, Augustinus in dn. S.

On miror satanam fidelium animos
N perturbãtem, cui resistite permanentes in spe promissorum dei, qui fallere non potest: qui nõ solum nobis in se credentibus & sperantibus, & in eius charitate usq; in finem perseuerantibus pollíceri præmia æterna dignatus est, uerũ etiam temporalia scandala non defutura prædixit, quibus fidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostrã exerceri & probari oporteret. Ait enim, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum: sed continuo subiecit, Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Quid ergo mirum si homines seruis dei detrahunt, & qui eorum uitam peruertere non possunt, famam decolorare conantur, cum ipsum deum & dominum eorum quotidie blasphemare non cessent, cum eis displicet quicquid cõtra eorum uoluntatem iusto & occulto iudicio facit? Vnde exhortor prudentiam uestram domini dilectissimi meritoq; honorãdi fratres, ut scripturam dei qui nobis hæc omnia futura prænũciauit, et aduersus ea nos firmos esse debere prænouit, contra hominum maledica uaniloquia suspiciõesq; temerarias corde Christianissimo cogitetis. Breuiter itaque dico charitati uestræ, Bonifacium presbyterũ in nullo crimine apud me fuisse detectum, nequaquam me de illo tale aliquid credidisse uel credere. Quomodo ergo
Mat.7 iuberem de numero presbyterorum nomẽ eius auferri, uehementer terrente euangelio ubi dominus ait: In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini? Cum enim causa quæ inter illũ & Spem exorta est, sub diuino examine pendeat secundum placitum eorum, quod uobis si uolueritis poterit recitari, quis ego sum ut audeam dei preuenire sententiam in delendo uel supprimendo eius nomine, de quo nec suspicari temere mali aliquid episcopus debui, nec dilucide iudicare homo de occultis hominum potui, cum in ipsis causis secularibus quando ad maiorem potestatem refertur arbitrium iudicandi, manentibus
2.q.1. nomen sicuti erant omnibus rebus, expectetur illa sententia, unde iam non liceat prouocari, ne superiori cognitori fiat iniuria, si eius pendente iudicio aliquid fuerit cõmutatum? Et utiq; multum interest inter diuinam & humanam quamlibet excellissimam potestatem. Domini dei nostri misericordia nunquam uos deserat domini dilectissimi & honorandi fratres.

Apparet quẽdam è sodalitio Augustini parum sequundæ famæ iuuenem intendisse crimen Bonifacio presbytero Augustini, quòd ab eo fuerit de stupro interpellatus. Quum res euidentibus argumentis nec refelli nec coargui posset, iussus est uterq; adire sepulchrum martyris, ut miraculo transigeretur iudicium. Id ut clàm fieret, curarat Augustinus. Verum quoniam res eruperat in notitiam hominum, hortatur omnes, ne temere iudicent, nẽ ue ob paucorum delicta, uel ipsi deficiant à pietate, uel de omnibus male suspicentur: declarans, nullam fuisse tam felicem sodalitatem, in qua non aliquod flagitium exiterit. Epistola CXXXVII

Dilectissimis fratribus, clero, senioribus, & uniuersæ plebi ecclesiæ Hipponensis, cui seruio in dilectione Christi, Augustinus in Domino S.

Tinam scripturæ dei solicita mente intẽdentes, in quibusq; scandalis adV iutorio nostri sermonis nõ egeretis, & ille uos potius consolaret qui consolatur & nos: qui non solum bona quæ sanctis & fidelibus suis est redditurus, uerum etiam mala quibus erat hic mundus abũdaturus antè prædixit, antè conscribẽda curauit, ut bona post seculi finem sequutura certiores expectaremus, cq; mala similiter prænunciata ante seculi finem præcedẽtia sentiremus. Vnde & Apostolus dicit: Quæcũq; enim antè scripta sunt, ut nos doRom.15 ceremur scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarũ spem habeamus ad deũ. Quid autẽ opus erat ut ipse dominus Iesus non solum diceret, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in Mat.13 regno patris sui: quod post seculi finem futurũ est, uerũ etiam exclamaret, Væ mundo ab scanMat.18 dalis: nisi ut nobis non blandiremur uenire nos posse ad sedes felicitatis æternæ, nisi temporalibus malis exerciti nõ defecerimus? Quid opus fuit ut diceret, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, nisi ut illi de quibus continuo loquutus adiunxit, Qui perseueMat.24 rauerit usq; in finem, hic saluus erit: cum hac iniquitatis abundantia refrigescentem charitatem uiderent, non perturbarentur, non expauescerent, non quasi rebus insperatis & inopinatis cõtristati deficerent: sed potius uidentes accidere quæ futura prædicta sunt ante finem, patienter perseuerarent usq; in finem, ut securi mererẽtur regnare post finem, in ea uita quæ non habet finem. Proinde charissimi in isto scandalo quo de Bonifacio presbytero nõnulli perturbãtur, non uobis dico ut non doleatis. Qui enim ista non dolẽt, non est in eis charitas Christi: qui autem etiam de talibus gaudent, abũdat in eis malignitas diaboli. Non quia in memorato presbytero apparuit aliquid quod dignum damnatione iudicaretur, sed quia duo de domo nostra talem habent causam, ut unus eorum sine dubio perditus habeaꝰ, & sit alterius fama apud quosdam mala, apud quosdam dubia, etiam si nõ sit maculata conscientia. Dolete ista, quoniam dolenda sunt. Non tamen sic ut eo dolore uestra charitas à bene uiuendo refrigescat, sed potius ad dominum deprecandum inardescat, ut si innocẽs est presbyter noster, quod magis credo, quia cum sensisset alterius motum impudicum D & immundum, nec consentire uoluit nec tacere, cito eum sua diuina sententia manifestatũ ministerio proprio repræsentet. Si autem male sibi conscius, quod suspicari non audeo, uoluit alterius existimationem lædere, cum eius pudicitiã cõtaminare non posset, sicut dicit ipse cum quo habet causam, non eum permittat suam occultare nequitiam, ut quod homines inuenire non possunt, de quolibet eorum diuino iudicio proferatur. Cum enim ista me causa diu cruciasset, nec inuenirem quomodo unus è duobus cõuinceretur, quãuis magis presbytero credidissem: cogitaueram primò sic ambos deo relinquere, donec in uno eorum qui mihi suspectus erat aliquid existeret, unde non sine iusta & manifesta causa

causa de nostro habitaculo proijceretur. Sed cũ promoueri in clericatu, siue illic per me, siue alibi per literas meas uehementissime conaretur, ego autem nullo modo adducerer ei homini de quo tãtum mali existimarem manus ordinationis imponere, aut per commẽdationem meam alicui fratri meo eum subintroducere, turbulentius agere cœpit, ut si ipse in clericatu non promoueretur, nec presbyter Bonifacius in suo gradu esse permitteretur. In qua eius prouocatione cum uiderem Bonifacium nolle quibuslibet infirmis & ad suspicionem propensis de suæ uitæ dubitatione scandalum fieri, paratumq; esse honoris sui apud homines damnũ perpeti potius, quàm in ea contentione, in qua non posset ignorantibus & dubitantibus uel ad male suspicandum procliuioribus suam demõstrare conscientiam, usq; ad ecclesiæ perturbationem inaniter progredi: elegi aliquid medium, ut certo placito se ambo constringerent ad locum sanctum se peregrinaturos, ubi terribiliora opera dei nõ sanam cuiusq; conscientiam multo facilius aperirent, & ad confessionem uel pœna uel timore compellerent. Vbiq; quidem deus est, & nullo continetur uel includitur loco qui condidit omnia, & eum à ueris adoratoribus in spiritu & ueritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Verum tamen ad ista quæ hominibus uisibiliter nota sunt, quis potest eius cõsilium perscrutari, quare in alijs locis hæc miracula fiant, in alijs non fiant? Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolensis corpus cõditum est, quò uolui ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusq; scribi potest quicquid in eorũ aliquo diuinitus fuerit propalatum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam sanctorũ, ubi mirabiliter & terribiliter dæmones confitẽtur, furem quendam quia ad eum locum uenerat ut falsum iurando deciperet, cõpulsum fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat reddere: nunquid non & Aphrica sanctorum martyrum coporibus plena est? Et tamẽ nusquam hic scimus talia fieri. Sicut eñ quod Apostolus dicit, Non
1 Cor.12 omnes sancti habent dona curationum, nec omnes habẽt dijudicationem spirituum, ita nec in D omnibus memorijs sanctorũ ista fieri uoluit ille qui diuidit propria unicuique prout uult. Quapropter cum ego noluissem hunc grauissimum dolorem cordis mei uobis perferri in notitiam, ne uos atrociter & inaniter contristando turbarem, fortassis ideo deus noluit uos latere, ut nobiscum orationibus incumbatis, ut quod ipse in
1.q.1. nomen hac causa nouit, nos autem nosse nõ possumus, etiam nobis manifestare dignetur. Nomen autem presbyteri propterea non ausus sum de numero collegarum eius uel supprimere uel delere, ne diuinæ potestati sub cuius examine causa adhuc pẽdet facere uiderer iniuriã, si illius iudicium meo uellẽ prꝑiudicio prꝑuenire: quod nec in negocijs secularibus iudices faciunt, quando causæ dubitatio ad maiorem potestatem refertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in episcoporum concilio cõstitutum est, nullum clericum qui nondum conuictus sit, suspendi à communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentauerit. Bonifacius tamẽ hanc humilitatem suscepit, ut nec literas acciperet quibus in peregrinatione hoc nomen suum quæreret, ut in eo loco ubi ambo ignoti sunt, circa ambos æqualitas seruaretur. Et nunc si uobis placet ut nomen eius non recitetur, ne ijs qui ad ecclesiam accedere nolunt, si
2 Cor.11 cut ait Apostolus, demus occasionem quærentibus occasionem, nõ erit nostrum hoc factum,
11.q.3. quid obest sed eorum quorum causa fuerit factum. Quid enim obest homini, quod ex illa tabula nõ uult eum recitari humana ignorantia, si de libro uiuorum non eum delet iniqua conscientia? Proinde fratres mei qui timetis deum, mementote
1 Pet.5 quod ait apostolus Petrus: Quoniam aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quẽ deuoret. Quem non potest deuorare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, ut si fieri potest opprobrijs hominum & malarum linguarum detractione deficiat, & sic in eius fauces ruat. Si autem nec famã innocentis maculare potuerit, hoc ei persuadere tentat, ut per maleuolas suspiciones de fratre suo iudicet, & sic ab illo implicatus absorC beatur. Et quis omnes eius captiones & circumuentiones uel cõprehendere uel enumerare sufficiat? Aduersus tamen hæc tria quæ ad causam præsentem pertinẽt propius, ne mala exempla imitando ad nequitiam seducamini, ita uos per
2 Cor.6 Apostolum adloquitur deus: Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Item alio loco, Nolite, inquit, seduci: Corrumpunt mores bonos colloquia mala, Sobrij estote iusti, & nolite peccare. Vt autem linguis detrahentium non deficiatis, sic per pro
Esa.51 phetam dominus dicit: Audite me qui scitis iudicium, populus meus in quorũ corde lex mea est, Opprobria hominum nolite metuere, & detractione eorum ne superemini, nec quod uos spernant magniduxeritis: sicut enim uestimentum ita per tempus absumentur, & sicut lana à tinea comedentur, iusticia autem mea in æternũ manet. Iam uero ne maleuolo animo de seruis dei falsa suspicando pereatis, illud Apostoli cum recordamini ubi ait, Nolite ante tempus
1 Cor.4 iudicare quicquam, donec ueniat dominus, & illuminet abscõdita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuiq; à deo. Et item illud quod scriptum est, Quę manifesta sunt uobis, quæ autem occulta sunt, domino deo uestro. Manifestum est quidẽ, quia ista in ecclesia non accidunt sine graui tristitia sanctorum atq; fidelium, uerum tamen consolet

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos qui cuncta prædixit. atq; ut abundantia iniquitatis non refrigescamus, sed usque in finem perseueremus, ut salui esse possimus admonuit. Nam quantū ad me attinet, & si est in me quantulacūq; charitas Christi, quis uestrūm infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non uror? Nolite itaq; augere cruciatus meos deficiendo uel in suspicionibus falsis, uel in peccatis alienis. Nolite obsecro uos, ne dicam de uobis: Et super dolores uulnerū meorum addiderūt: nam illi qui gaudent de istis doloribus Psal.68 nostris, de quibus in persona corporis Christi tanto ante prædictum est, Aduersus me insultabant qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebāt uinum: multo tolerabilius sustinentur, pro quibus tamē etiam ipsi orare & bonum B eis uelle didicimus. Ad quid em̄ aliud sedēt isti, et quid aliud captant, nisi ut quisquis episcopus uel clericus uel monachus uel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed nō omnes posse manifestari? Et tamen etiam ipsi cum aliqua maritata inuenitur adultera, nec proijciunt uxores suas, nec accusant matres suas. Cum autem de aliquibus qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis uel falsi sonuerit uel ueri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur. Hos ergo de nostris doloribus suauitatem suæ malæ linguæ captantes, facile est ut illis canibus comparemus, si forte in Luc.16 malo intelligendi sunt, qui lingebant uulnera pauperis illius, qui ante ianuam diuitis iacebat, C & quousq; ueniret ad requiem sinus Abrahæ, laboriosa et indigna omnia tolerabat. Vos me nolite amplius cruciare, qui aliquam spem habetis ad deū: uos nolite illa uulnera quę illi lingebant multiplicare: uos pro quibus periclitamur, omni hora habētes foris pugnas, intus timores, periculum in ciuitate, periculum in deserto, periculum ex gētibus, periculum ex falsis fratribus. Scio quia doletis, sed nūquid acrius quàm ego? Scio quia conturbati estis, & timeo ne inter linguas maledicorum deficiat, & pereat infirmus, propter quem Christus mortuus est. Non ex uobis increscat dolor noster, quia nō culpa nostra factus est uester. Nam hoc est quod præcauere conatus sum, ut si fieri posset, hoc malum nec uitandum negligeretur, nec in uestram notitiam perferrētur, ubi infructuose cruciarentur firmi, & periculose turbarentur infirmi. Sed qui hoc cognito permisit uos tentari, det uobis uires sustinendi, & erudiat uos ex lege sua: doceat uos & mitiget à diebus malignis, donec fodiat pec Psal.93 catoris fouea. Audio nōnullos uestrūm hoc amplius cōtristari, quòd de lapsu duorum illorum diaconorum, qui ex parte Donati uenerant, tanquam disciplinæ Proculiani insultauerint, uelut gloriantes de nobis, quod ex nostra disciplina nihil tale in clericis extitisset. Quod quicūq; fecistis, fateor uobis, non bene fecistis. Ecce docuit uos deus, ut qui gloriatur in domino glorietur: nec obijciatis hæreticis, nisi quia nō sunt catholici: ne similes eis sitis, qui nō habēdo quod in causa suæ diuisionis defendant, non nisi hominum crimina colligere affectāt, & ea ipsa plura falsissime iactāt: ut quia ipsam diuinæ scripturæ ueritatem, qua ubiq; diffusa Christi ecclesia commendatur, criminari & obscurare non possunt, homines per quos prędicatur adducant in odiū, de quibus & fingere quicquid in mentem uenerit possunt. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in illo docti estis. Ipse quippe fideles suos securos facit etiam de dispensatoribus malis, mala sua facientibus, & bona eius loquentibus, ubi ait, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Orate quidē pro me, ne forte alijs prædicans ipse reprobus inueniar. Verum tamen cum gloriamini, nō in me, sed in domino gloriemini: quantumlibet enim uigilet disciplina domus meæ, homo sum & inter homines uiuo, nec mihi arrogare audeo ut domus mea melior sit quàm arca Noe, ubi tamen inter octo homines reprobus unus inuentus est: aut melior sit q̄ domus Abrahæ ubi dictū est, Eijce ancillam & filium eius: aut melior sit q̄ domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: aut melior sit q̄ domus ipsius Iacob, ubi lectum patris filius inCestauit: aut melior sit q̄ domus ipsius Dauid, cuius filius cum sorore concubuit, cuius alter filius contra patris tam sanctam mansuetudinem rebellauit: aut melior q̄ cohabitatio Pauli apostoli, qui tamen si inter omnes bonos habitaret, non diceret quod superius commemorauí, Foris pugnę, intus timores: nec diceret cum de sanctitate & fide Timothei loqueretur, Neminem habeo qui germane de uobis solicitus sit, Omnes enim sua quærunt, non quæ sunt Iesu Christi: aut melior q̄ cohabitatio ipsi? domini Christi, in qua undecim boni perfidum & furem Iudam tolerauerūt: aut melior sit postremo q̄ cœlum, unde angeli ceciderunt. Simpliciter aūt fateor charitati uestræ corā domino deo nostro, qui testis est super animā meā, ex quo deo seruire cœpi, quomodo difficile sim expertus melio D res q̄ qui in monasterijs profecerūt, ita nō sum expertus peiores q̄ qui in monasterijs ceciderūt, ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum, Apocal. Iustus iustior fiat, & sordidus sordescat adhuc. Quapropter etsi contristamur de aliquibus purgamentis, consolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcam qua oculi uestri offenduntur, torcularia detestari, un de apothecæ dominicæ fructu olei luminosioris implentur. Domini dei nostri misericordia uos aduersus omnes insidias inimici in sua pace custodiat dilectissimi fratres.

Augustinus clero & populo Hipponēsi excusat absentiā suā, adhortans ut in subleuādis pauperibus solito sint alacriores, ob afflictiones tparias. CXXXVIII

Dilectissimis fratribus conclericis & uniuersæ A plebi, Augustinus in Domino Salutem.

I N primis peto charitatem uestram, et per Christum obsecro, ne uos mea contristet absentia corporalis. Nam spiritu & cordis affectu puto uos nō dubitare ullo modo me à uobis posse discedere, quamuis me amplius contristet quàm forte uos ipsos, quod infirmitas mea sufficere nō potest omnibus curis quas de me exigūt membra Christi, quibus me & timor eius & charitas seruire compellit. Illud enim nouerit dilectio uestra, nunquam me absentem fuisse licentiosa libertate, sed necessaria seruitute, quæ sæpe sanctos fratres & collegas meos, etiam labores marinos & transmarinos compulit sustinere, à quiB bus me semper non indeuotio mentis, sed minus idonea ualetudo corporis excusauit. Proin de dilectissimi fratres sic agite, ut quod ait Apo Phil.1 stolus, siue aduenientes & uidentes uos, siue absentes audiam de uobis, quia statis in uno spiritu, uno animo collaborātes fidei euangelicæ. Si uos aliqua molestia temporalis exagitat, ipsa uos magis admonere debet, quemadmodum de illa uita cogitare debeatis, ubi sine aliquo labore uiuatis, euadentes non molestas angustias temporis paruí, sed horrendas pœnas ignis æterni. Nam si modo tanta cura, tanta intentione, tanto labore agitis ne in aliquos cruciatus transitorios incidatis, quantum uos oportet esse solicitos, ut sempiternas miserias fugiatis? Et si mors sic timetur quæ finit temporalem laborem, quomodo timēda est quæ mittit in æternum dolorem? Et si deliciæ seculi huius breues & sordidæ sic amantur, quanto uehementius futuri seculi gaudia pura & infinita quærenda sunt? Ista cogitantes nolite esse pigri in operibus bonis, ut ad uestri seminis messem suo tempore ueniatis. Nunciatum enim est mihi quòd morem uestrum de uestiendis pauperibus fueritis obliti, ad quā misericordiam cum præsens essem uos exhortatus sum, & nunc exhortor, ne uos uincat & pigros faciat contritio huius mundi, cui talia uidetis accidere, qualia dominus et redemptor noster qui mentiri non potest, uentura prædixit. Non solum ergo non debetis minus facere opera misericordiæ, sed etiā debetis amplius quàm soletis. Sicut enim ad loca munitiora festinantius migrant qui ruinam domus uident contritis paribus imminere: sic corda Christiana quātomagis sentiunt mundi huius ruinam crebrescentibus tribulationibus propinquare, tātomagis debent bona quæ in terra recondere disponebāt, in thesaurum cœlestem impigra celeritate trāsferre: ut si aliquis humanus casus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoso emigrauit: si autem nihil tale fuerit subsequutum, non cōtristetur qui quādoq; moriturus, immortali domino ad quē uenturus est bona propria commendauit. Itaq; fratres mei dilectissimi ex eo quod quisque habet, secundum suas uices quas ipse nouit, facite quod soletis, alacriore animo quàm soletis, & inter omnes seculi huius molestias, apostolicā exhortationē corde retinete, ubi ait: Dominus Phil.4. in proximo est, nihil soliciti fueritis. Talia mihi de uobis nuncientur, quibus nouerim, non propter meam præsentiam, sed propter dei præceptum qui nunquam est absens, uos solere facere, quod multis annis me præsente, & aliquādo etiam me absente fecistis. Dominus uos in pace cōseruet, & dilectissimi fratres orate pro nobis.

Audax Augustino, flagitās illi⁹ scripta. CXXXIX

Domino uere prædicabili ac nimium suscipiendo, omniq; laudum genere prosequendo patri Augustino, Audax in Domino Salutem.

H Abeo gratiam beatitudini tuę, quod libenter mei sumpseris tentamēta seremonis. Tunc enim bonæ fidei filijs datur audacia, cū paterni fontis hymbribus fuerit irrorata. Prouocaui itaq; te dulcis antistes, non ut prælargi pectoris pusillum libamen acciperē, sed ut ingens diuitis ubertim flumen haurirem. Thesaurum sapientiæ desideraui, sed minus accepi quàm uolui, licet minus nō debet dici, sed munus, quod oraculum legis cō tulerit Augustinus, sacrator iusticię, instaurator spiritalis gloriæ, dispēsator salutis ęternæ. Tam tibi mundanus orbis notus est, quàm notatus: tam tu ei cognitus, quàm probatus. Opto itaq; sapiētiæ floribus pasci, & uiui fontis haustibus irrigari. Præsta cupienti quod utriq; prosit. Potest enim seminudi roboris uelamen genitale uiridari, si meruerit tuis sensim fluentis augeri. Ita quę humilitatis meæ præsentiam spondeo non tam stylo q̄ uoto, si uenerabilitatis tuæ scripta prouisu relegero. Diuina te clemētia tueatur annis innumeris domine uenerabilis.

Cur mihi fons orbis paruo sermone meauit?
An minus apta suis sperauit corda fluentis?
Cū pateat mens omnis aquis, spectetq; loquacē
Religionis opem, gratos da sensibus hymbres,
Expectat q̄s plena fides christi de stipite pēdēs.

Augustinus Audaci, excusat occupatiōes suas, admonens ut uel intendat euoluendis ipsius libris, uel præsens audiat ipsum loquentem. Epistola CXL

Domino dilectissimo & in Christo prædicando nimiumq; desiderabili fratri Audaci, Augustinus in Domino Salutem.

B Reuem epistolam tuam sed plane uehemētem flagitatricem prolixæ epistolæ meę, non inuitus, imò etiam lætus accepi. Non quòd facile sufficerem auditati, sed quòd gratularer charitati tuę, quia etsi non de idoneo expetis, bonū est tamē quod expetis. Et ad longā quidem epistolā conscribēdam magis mihi ocium q̄ facultas deest, occupatissimo scilicet ecclesiasticis curis, à quibus pauculæ temporū stillæ uix recreant, uel cogitantē aliquid, uel ea quæ magis urgēt & mihi uidentur pluribus profuturа dictantem, uel re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficientem corporis uires nostræ necessarias ser-
uituti. Nam uerba nō desunt, quibus possit mul
ta charta compleri, sed quod à nobis in eadem
sermonis prolixitate desideras, ad hoc me ido-
neum non esse respondeo. Thesaurum enim sa-
pientiæ te desiderasse dixisti, sed minus accepis-
se quàm uoluisti, cum ego ex illo thesauro men
dicabunda prece quotidianam stipem rogem,
uixq; impetrem. Oraculum aūt legis quomodo
sum, de cuius latis atq; abditis penetralibus ne-
scio longe plura quàm scio, eiusq; multiplices
sinus opacosq; recessus adire ac penetrare non
ualeo sicut uolo, & me nō aliud quàm minus di
gnū esse cognoscor. Porrò sacrator iusticiæ quis
ego, cui me sacratum esse permagnum est: Iam
uero quod instauratorē spiritalis gloriæ me ap- B
pellas, da ueniam, multū cui loquaris ignoras.
Ipse quippe adhuc in hac gloria sic instauror, ut
de die in diem non solum quantū accedam, sed
utrum omnino aliquid accedā latere me fatear.
Dispensator plane salutis æternæ, cum cæteris
1 Cor. 9 innumerabilibus conseruis meis sum. Quòd si
uolens facio, mercedem habeo. Si autem inui-
tus, tantū dispēsatio mihi credita est: neq; enim
esse salutis illius dispensatorem per uerbum ac
sacramentū, iam hoc est etiam esse participem.
Nam si per bonos non dispensaretur, non recte
1 Cor. 4 Apostolus diceret, Imitatores mei estote sicut
& ego Christi. Rursus si per malos non dispen-
saretur, non de quibusdam Dominus diceret,
Mat. 23 Quæ dicūt facite, quæ aūt faciūt, facere nolite: C
dicunt enim & non faciunt. Multi ergo dispen-
satores sunt, per quorum ministerium perueni-
tur ad æternam salutem. Sed quæritur inter dis-
Rom. 12 pensatores ut fidelis quis inueniatur, & inter ip
sos fideles, in quorum me numero ille qui non
fallitur computet, alius est sic, alius autem sic, si-
cut unicuiq; Deus partitus est mensuram fidei.
Itaq; frater charissime atq; dulcissime pascat te
dominus potius sapientiæ floribus, & uiui fon-
tis haustibus irriget. Si quid autē per operulam
meam religiosissimo studio tuo cōferri posse ar-
bitraris, quia & capacem te esse intelligo, & aui
dum sentio, magis in alia nostra opuscula, quæ
multis uoluminibus comprehēduntur, tibi ani-
mus intendēdus est, quàm per epistolas aliquid D
sperādum, quod tuum desiderium possit exple-
re. Aut certe in præsentia sume quod potero,
quam te puto tuam nobis ideo non exhibere,
quia non uis. Quid enim magnum est adiuuan-
te domino, ut homo liber à cuiusquam loci mu-
nere uenias ad nos, siue nobiscum diu futurus,
siue peracto saltem pauxillo tēporis rediturus?
Ecce penè factum est, quod in quinq; uersuum
tuorum tertio posuisti, ut magis loquacē quàm
eloquētem haberes epistolam meam. Quod au
tem in quinto atque ultimo uersu septem pedes
sunt, nescio utrum numerus tuum fefellit audi-
tum, an experiri uoluisti, utrum ego adhuc ista
dijudicare meminerim, quæ forte iā obliti sunt,

qui talium aliquando studiosi postea plurimum A
in ecclesiasticis literis profecerunt. Psalterium
à sancto Hieronymo translatū ex Hebræo non
habeo. Nos autem non interpretati sumus, sed
codicum Latinorum nonnullas mēdositates ex
Græcis exemplaribus emēdauimus. Vnde for
tassis fecerimus aliquid cōmodius quàm erat,
non tamen tale quale esse debebat. Nam etiam
nunc, quæ fortè nos tunc præterierunt, si le-
gentes monuerint, collatis codicibus emenda-
mus. Ita illud quod perfectum est, tecum nos
quoq; requirimus.

Augustinus Maximæ studiosæ fœminæ, consolans illam super afflictione Barbarorum & Donatistarum. Epistola CXLI

Honorabili & eximiæ atq; in membris Christi B
laudabili famulæ dei Maximæ, Augu-
stinus in Domino Salutem.

Vantum nos studium sanctum læti-
Q ficat, tantum rursus contristat quod
per errores noxios & pernicioſissi-
mos prouinciā uestram nimium peri
clitari significas. Sed quia ista futura prædicta
sunt, mirandum non est quod exurgant, sed ui-
gilandum est ne noceant. Hæc autem deus libe
rator noster exurgere non permitteret, nisi san-
ctis eius etiam per huiusmodi tentationes erudi
ri expediret. Comparant sibi quidem illi sua uo
luntate peruersa, & præsentis meritum cæcita-
tis & futuri æterni supplicij, si per cōtumaciam
indociles fuerint, seq; cum in hac uita sunt corri C
gere atq; emendare neglexerint. Veruntamen Mat. 5
sicut ipsi male utuntur bonis dei, qui facit solem
suum oriri super bonos & malos, & pluit super Rom. 2
iustos & iniustos, qui eos per patientiā suam ad
pœnitentiam uocat, cum thesaurizant sibi iram
in die iræ, & reuelationis iusti iudicis dei. Sicut
ergo ipsi benignitate & patiētia, id est bonis dei
male utuntur dum non corriguntur: sic contrà,
deus etiam malis eorum bene utitur, non solum
ad iusticiā suam qua eis digna in fine retribuet,
sed etiam ad exercitationem & profectum san-
ctorum suorum, ut ex ipsa etiam malorum per-
uersitate boni proficiant, & probentur & mani
festentur, sicut Apostolus ait: Oportet hæreses 1 Cor. 11
esse, ut probati manifesti fiant inter uos. Nam si D
nullus etiam malorum bonus usus esset deo ad
utilitatem electorum suorum, qui etiam de ma-
lo Iudæ tantum bonum nobis præstitit, ut Chri
sti sanguine redimeremur: poterat eos aut na-
sci non permittere, quos malos futuros esse
præsciebat, aut in ipso eorum initio malignī-
tatis extinguere. Sed tantum eos permittit es-
se, quantum nouit expedire atque sufficere ad-
monendæ atq; exercendæ sanctæ domui suæ.
Ideo nostram de illis tristitiam consolatur: quia
& ipsa tristitia quam pro illis habemus nos rele
uat, illos autem in sua peruersitate perseuerātes
grauat. Gaudium uero quod percipimus, quan
do aliqui ex eis correcti in melius cōmutant, &

sancto

sanctorum societati copulantur, nulli gaudio in A
hac uita comparari potest. Propterea scriptum
Proverb. 9 est: Fili, si sapiens fueris, tibi sapiens eris & pro-
ximis tuis: si autem malus euaseris, solus hauri-
es mala. Quia cum gaudemus de fidelibus & iu
stis, & illis & nobis prodest bonū eorum. Cum
autem contristamur de infidelibus & iniquis, il
lis solis nocet & eorum malicia & nostra tristi-
tia. Nos autem etiam hoc plurimum adiuuat a-
pud deum, quod pro eis misericorditer contri-
stamur, & pro ipsa tristitia cōgemiscimus et ora
mus. Vnde honorabilis & in Christo laudabi-
lis famula dei, & mœsticiam tuam de talibus, &
uigilantiam atq; cautelam contra tales quā tuis
literis expressisti, multum approbo & laudo, at
q; ut in hac uia perseueranter ambules, pro meis B
uiribus quia hoc exigis, & hortor & moneo, ut
miserearis eorum tanquam simplex ut colum-
ba, caueas autem illos tanquam astuta sicut ser-
pens: desq; operam quantum potes, ut qui tibi
adhærent tecum in recta fide permaneant, aut
ad fidem rectam, si fortè in aliquo aliqui depra-
uati sunt, corrigantur. De homine autem quem
suscepit uerbum dei, cum caro factum est & ha-
bitauit in nobis, emendarem aliquid, si in eo qđ
credis falsum aut peruersum inuenirē. Hoc er-
go crede quod credis, quia in illo homine totā
naturam nostram suscepit filius dei, id est & ani
mam rationalem & carnem mortalem sine pec
cato: infirmitatis enim nostræ particeps factus
est non iniquitatis, ut per infirmitatem commu C
nem, solueret iniquitatem nostram, & adduce-
ret nos ad iusticiam suam, bibens mortem de
nostro, & propinans uitam de suo. Sed si habes
aliquam scripturam eorum, in qua asserūt quod
huic fidei sit contrarium, dignare eam mittere,
ut non solum fidem nostram dicamus, sed eo-
rum quoq; perfidiam quantum possumus refel-
lamus. Sine dubio enim hoc ipsum, quod per-
uerse & impie sentiunt, aliquibus testimonijs di
uinarum scripturarum conātur astruere. In qui-
bus eis ostendendum est, quàm non recte intel-
ligant literas sacras conscriptas ad fidelium salu
tem: tanquam si quisquam se medicinalibus fer
ramentis grauiter uexet, quæ utiq; non ad uul-
nerandum, sed ad sanandum sunt instituta. Mul D
tum autem laborauimus & laboramus, quātum
dominus donat contra diuersos errores arguen
dos. Sed laborum nostrorum opuscula, si forte
habere desideras, mitte qui tibi describant. Vo
luit enim deus ut hoc facillime possis, qui tibi
dedit unde possis.

Censura epistolæ centesimæ quadragesimæ secundæ.

¶ Hoc loco sequebatur Epistola prolixa ad Deme-
triadem uirginem, quam quidam putant Iuliani Pe-
lagiani. Certe nec Augustini nec Hieronymi constat
esse: eam hoc loco summouimus, cuius amore si quis
tenetur, reperiet inter Epistolas eruditas, sed falsō
Hieronymo inscriptas. Quorsum enim attinet ijsdem
singula onerare uoluminа? Numerum tantum prio-
rem manere passi sumus.

Augustinus & Alipius Iulianæ uiduæ matri De-
metriadis uirginis, ne fallatur epistola quam elo
quens quidam ad illam scripsit. Quidam suspi-
cantur esse Iuliani, sed non alienam ab errore Pe
lagianorum. Epistola CXLIII

Dominæ debitis in Christo officijs honorandę
& merito illustri, filiæ Iulianæ, Alipius &
Augustinus in Domino Salutem.

Rate admodum nobis iocundęq; ac
G cidit, ut simul nos constitutos apud
Hipponem tuæ reuerentię literæ re-
perirēt, quibus hæc rescripta pariter
redderemus, cognita uestra incolumitate gau-
dentes, uicissimq; nostram quam uobis charam
esse cōfidimus mutua dilectione nūciantes do-
mina debitis in Christo officijs honoranda & B
merito illustris filia. Scire autem uos optime sci
mus, quantum uobis debeamus religionis affe-
ctum, quantaq; nobis & apud deum & inter ho
mines sit cura de uobis. Licet enim uos per lite-
ras primum, deinde etiam præsentia corporali
pia & catholica, hoc est uera mēbra Christi exi
guitas nostra cognouerit: tamē etiam per mini-
sterium nostrum, cum accepissetis uerbum audi
tus dei, sicut dicit Apostolus, Accepistis non ut 1 Thes. 2
uerbum hominū, sed sicut est uere uerbum dei.
Cuius ministerij nostri adiuuante gratia & mise
ricordia saluatoris in domo uestra tātus fructus
exortus est, ut humanis nuptijs iam paratis, san
cta Demetrias spiritalem sponsi illius præfer-
ret amplexum, cui speciosо præ filijs hominum
ad habendam spiritus uberiorem fœcunditatē,
nec ad amittēdam carnis integritatem uirgines
nubunt. Nesciremus autem quemadmodū no-
stra illa tunc exhortatio à fideli & nobili uirgi-
ne fuisset accepta, nisi nobis profectis, cum post
paululum professa fuisset sanctimoniam uirgi-
nalem, hoc ingens dei donum quod per seruos
quidem suos plātat & rigat, sed per seipsum dat
incrementū, nobis operarijs prouenisse, uestra-
rum literarum lætissimo nuncio & ueraci testi-
monio disceremus. Quę cum ita sint, nemo nos
improbos dixerit, si in uobis admonēdis ut con
traria gratiæ dei dogmata deuitetis, necessitudi
ne sumus propensiore soliciti. Nam licet nos a-
postolus nō solum opportune, uerum etiam im D
portune prædicando uerbo instare præcipiat:
non tamen in eorum hominum numero uos ha
bemus quibus sermo uel pagina nostra impor-
tuna uideatur, quando id quod ad sanam doctri
nam non pertinet, uos ut uigilanter euitetis allo
quimur. Hinc ergo est quod admonitionem no
stram tam grato animo suscepistis, ut in epistola
tua ad quā nunc rescribimus diceres: sane quòd
me hortatur reuerētia uestra, ne aures indulgeā
his hominibus qui prauis tractatibus ueneran-
dam fidem sæpe corrūpunt, gratias uberes ago
tam piæ admonitioni. Quod itaq; adiungis &
dicis: Sed nouerit sacerdotium uestrum longe
me ac domunculam meam ab huiusmodi perso

nis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis esse discretam: omnisq; familia nostra adeo catholicam sequitur fidem, ut in nullam hæresim aliquando deuiauerit, nec unquam lapsa sit: non dico in eas sectas quæ uix expiãtur, sed nec in eas quæ paruos habere uidentur errores: hoc est quod nos magis magisq; compellit non tacere apud uos de iis qui etiam illa quæ sana sunt uitiare conantur. Domũ enim uestram non paruam Christi ecclesiã deputamus. Nec sane paruus est error illorum, qui putant ex nobis ipsis nos habere, si quid iusticiæ, continentiæ, pietatis, castitatis in nobis est: eo quòd ita nos condiderit deus, ut ultra, præter quod nobis reuelet scientiam, nihil nos adiuuet, ut ea quæ facienda discendo nouimus, etiam diligendo faciamus, naturam scilicet atq; doctrinam definientes tantummodo esse gratiam dei & adiutorium, ut recte iusteq; uiuamus. Ad habendam uero bonam uolũtatem, ubi est hoc ipsum quod iuste uiuimus, & ipsa charitas quæ in omnibus dei donis ita excellit, ut etiã deus dicta sit, qua una adimpletur in nobis si quid diuinæ legis & admonitionis implemus, nolunt nos diuinitus adiuuari, sed nos ipsos dicunt arbitrio proprio nobis ad ista sufficere. Non uobis uideatur error iste mediocris, profiteri uelle Christianos, nec uelle audire apostolum Christi: qui cum dixisset, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, ne quisquã eam se habere non nisi per proprium putaret arbitrium, continuò subiunxit, Per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hanc esse magnam gratiam saluatoris qui ascendens in altum, captiuauit captiuitatem & dedit dona hominibus, quisquis nondum confitetur, quantum & quàm exitiabiliter erret, intelligis. Quomodo ergo à uobis, quibus tãtam dilectionem debemus, admonẽdis ut talia caueatis, dissimulare possemus, cum legissemus librum quem ad sanctam Demetriadem quis nam scripserit, uel utrũ ad uos peruenerit, uestris potius rescriptis nosse uolumus: in quo libro, si fas est, legat uirgo Christi unde credat uirginalem suam sanctitatem, omnesq; spiritales diuitias non nisi ex se ipsa sibi esse, atq; ita prius quàm sit plenissime beata, discat deo esse, quod absit, ingrata. Verba enim ad illam scripta in eodẽ libro sunt ista: Habes ergo & hic, inquit, per quæ merito præponaris aliis, imò hinc magis: nam corporalis nobilitas atq; opulentia, tuorum intelliguntur esse non tua: spiritales uero diuitias nullus tibi præter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda, in his merito cæteris præferenda es, quę nisi ex te & in te esse non possunt. Cernis nempe quanta in his uerbis sit cauenda pernicies. Nam utiq; quod dictum est, Non possunt esse ista bona nisi in te, optime & uerissime dictum est, Iste planè cibus est. Quod uero ait, Non nisi ex te: hoc omnino uirus est. Absit ut hæc libenter audiat uirgo Christi, quæ pie intelligit propriam paupertatem cordis humani, & ideo illic nisi sponsi sui donis nescit ornari. Audiat ergo potius Apostolum dicentem, Desponsaui uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit in uersutia sua, sic & uestræ mentes corrumpantur à castitate quæ est in Christo. Et propter ea de his quoq; spiritalibus diuitijs, non istum qui dicit, Nullus tibi eas præter te conferre potest, & nisi ex te & in te esse non possunt: sed illum audiat qui dicit, Habemus thesaurũ istum in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit dei & non ex uobis. De ipsa quoq; sacra continentia uirginali, quod non sibi sit ex seipsa, sed sit Dei donum, quamuis credenti uolentiq; collatum, eundem audiat ueracem piumq; doctorem, qui cum hinc ageret ait, Vellem omnes esse sicut meipsum: sed unusquisq; proprium donum habet à deo, alius sic, alius autem sic. Audiat etiam ipsum, non tantum suum, sed uniuersæ ecclesiæ unicum sponsum de tali castitate atq; integritate dicentem, Non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est, ut intelligat ex eo quod habet tam magnum bonum atq; præclarum, se potius deo & domino nostro gratias agere debere, quàm cuiusquam uerba, quod uelut ex seipsa id habeat, ut non dicamus assentantis adulatoris, ne de occultis hominum temere iudicare uideamur, certe errantis laudatoris audire. Omne quippe datum optimũ & omne donum perfectum, sicut dicit etiam apostolus Iacobus, desursum est descẽdens à patre luminum. Hinc ergo & sancta uirginitas, qua te filia uolentem gaudentemq; uicit, natu posterior, actu prior, genere ex te, honore ante te, ætate subsequens, sanctitate præcedens: in qua etiam tuum esse cœpit quod in te esse non potuit. Illa quippe carnaliter non nupsit, ut non tantum sibi, sed etiam tibi ultra te spiritaliter augeretur: quoniam & tu ea compensatione maior illa es, quod ita nupsisti ut nascereꝛ. Hæc dei dona sunt, & uestra quidem sunt, sed nõ ex uobis. Habetis enim thesaurum istum in terrenis corporibus, & adhuc fragilibus tanq; in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit dei & nõ ex uobis. Nec miremini, quia dicimus & uestra esse, & ex uobis nõ esse. Nam & panem quotidianum dicimus nostrũ, sed tamen addimus Da nobis, ne putetur esse ex nobis. Proinde sicut scriptũ est: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite: oratis ut per seueranter & proficienter habeatis: gratias agitis, quia nõ ex uobis habetis. Quis enim uos ab illa ex Adam massa mortis perditionisq; discernit? Nõne ille qui uenit quærere & saluare quod perierat? An uero quãdo apostolo dicẽte audierit homo, Quis eñ te discernit? respõsurus est, Bona uolũtas mea, fides mea, iustitia mea, et nõ cõtinuo quod sequitur auditurus, Quid eñ habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Nolumus ergo ut uirgo sacra, quum audit uel legit, Spiritales

tales diuitias nullus tibi præter te conferre poterit: in iis iure laudanda, in iis merito cæteris præferẽda es, quę nisi ex te & in te esse non possunt: nolumus prorsus ita glorietur quasi non acceperit. Dicat quidem, In me sunt deus uota tua quæ reddam laudes tibi. Sed quia in illa, non etiam ex illa, meminerit etiam dicere, Domine in uolũtate tua præstitisti decori meo uirtutem: quia etsi etiam ex illa propter arbitriũ proprium, sine quo non operamur bonum, non tamẽ sicut iste dixit, non nisi ex illa. Proprium quippe arbitrium nisi dei gratia iuuetur, nec ipsa bona uolũtas esse in homine potest. Deus est enim, inquit Apostolus, qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uolũtate: non sicut isti sentiunt tantũmodo scientiam reuelando ut nouerimus quid facere debeamus, sed etiam inspirãdo charitatem, ut ea quæ discendo nouimus etiam diligendo faciamus. Nam utiq; nouerat ille cũ magnum bonum esset continentia qui dicebat: Et cum scirem quia nemo potest esse cõtinens nisi deus det: non solum ergo sciebat quantum esset hoc bonum, & quàm desiderabiliter esset concupiscendum, uerumetiam quod nisi dante deo esse non posset: docuerat enim eum sapientia. Nam hoc dicit, Et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum. Nec tamen ei scientia suffecit: sed ait, Adij dominum & deprecatus sum illum. Non igitur tantummodo in hoc nos adiuuat deus, ut sciamus quid agendum sit, uerum etiam ut amando agamus quod discendo iam scimus. Nemo itaq; potest esse non solum sciens, uerum etiam cõtinens, nisi deus det. Vnde cum iam ille haberet sciẽtiam, precabatur ut haberet & continentiã, ut esset in illo, quod sciebat quia non esset ex illo: aut si propter liberum arbitrium proprium aliquantum & ex illo, non tamen nisi ex illo, quia nemo potest esse continens nisi deus det. Iste autem de spiritalibus diuitijs, in quibus est utiq; etiam ipsa luminosa & speciosa continentia, non ait, In te & ex te esse possunt, sed ait, Nisi ex te & in te esse non possunt: ut quemadmodum non ei sunt alibi nisi in illa, sic ei non aliunde nisi ex illa esse posse credantur, & ob hoc (quod miserator dominus à corde eius auertat) sic glorietur quasi non acceperit. Et nos quidem de sanctæ uirginis disciplina & humilitate Christiana, in qua nutrita & educata est, hoc existimamus, quod illa uerba cũ legeret, si tamen legit, ingemuit, & pectus humiliter tutudit, ac fortassis & fleuit, dominũq; cui dicata & à quo sanctificata est fidẽter orauit: ut quomodo illa nõ sunt uerba ipsius sed alterius, ita non sit talis & fides eius, qua se aliquid habere credat, de quo in se non in domino glorietur. Nam gloria quidem eius in ipsa est, non in uerbis alienis, sicut Apostolus dicit, Opus aũt suũ probet unusquisq;, & tũc in semetipso gloriam habebit, & non in altero. Sed absit ut gloria sua ipsa sit, & non ille cui dicitur, Gloria mea, & exaltans caput meum. Ita quippe est in ea salubriter gloria eius, cum deus qui in illa est, ipse est gloria eius, à quo habet omnia bona quibus est bona, & habebit omnia quibus melior erit, inquantum in hac uita melior esse poterit, & quibus perfecta erit, quãdo fuerit diuina gratia non humana laude perfecta. In domino enim laudabitur anima eius, qui satiauit in bonis desideriũ eius: quia & hoc desiderium ipse inspirauit, ne uirgo eius sic in aliquo bono glorietur quasi nõ acceperit. De hoc ergo eius affectu utrum nam fallamur, inde nos fac potius rescribendo certiores. Nam illud optime nouimus, cum omnibus uestris cultores uos esse & fuisse indiuiduæ Trinitatis. Sed non hinc solum error humanus obrepit, ut aliquid secus sentiatur de indiuidua Trinitate. Sunt enim & alia in quibus pernicio sissime erraꝛ, sicuti hoc est, unde diutius fortasse quàm satis esset uestræ fideli castæq; prudentiæ in hac epistola loquuti sumus: quãquam qui bonum quod ex deo est negat esse ex Deo, nescimus cui faciat iniuriam nisi deo, ac per hoc illi utiq; Trinitati: quod malum absit à uobis, sicut abesse credimus. Absit omnino ut tale aliquid in animo non dicimus tuo, uel sacræ uirginis filiæ tuæ, sed in cuiusq; extremi meriti famuli uel famulæ uestræ liber iste fecerit, ex quo nonnulla uerba quæ facilius intelligi possent ponenda credidimus. Si autem diligẽtius intendatis, etiã illa quæ ibi uidentur uelut pro gratia siue adiutorio dei dicere, sic inuenietis ambigua, ut possint referri uel ad naturam uel ad doctrinam uel ad remissionem peccatorum. Nam & quod coguntur confiteri, orare nos debere ne intremus in tentationem: possunt ad hoc referre, ut hactenus nos ad id respondeant adiuuari, quatenus orãtibus atq; pulsantibus nobis aperiatur intelligentia ueritatis, ubi discamus quid facere debeamus, non ut uires accipiat uoluntas nostra, quibus id quod discimus faciamus. Et quod nobis in gratia uel adiutorio dei dicunt dominum Christum bene uiuẽdi propositum exemplum, ad eandem doctrinam reuocant, quia scilicet in eius exemplo discimus quemadmodum uiuere debeamus: non autem uolunt ad hoc nos iuuari, ut quod discẽdo cognoscimus, etiam diligendo faciamus. Aut certe in eodem libro inuenire aliquid si potestis, ubi excepta natura, excepto quod ad eandem naturam pertinet arbitrio uoluntatis, excepta remissione peccatorum & reuelatione doctrinæ, tale dei adiutorium confiteatur, quale confitetur ille qui dixit, Cum scirem quia nemo potest esse continens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adij Dominum & deprecatus sum illum. Neque enim iste aut naturam prærando uolebat accipere in qua conditus erat, aut de naturali uoluntatis arbitrio fatagebat cum quo conditus erat, aut remissionem peccatorum desiderabat: quin potius continentiam

ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne peccaret optabat,uel quid faciendum esset sci A
re cupiebat,cum iam se scire fateretur cuius esset
hoc donū. Sed utiq; tantas uoluntatis uires,tan
tum dilectionis ardorem uolebat accipere spiri
tu sapientiæ,qui sufficeret ad implendam magni
tudinem continētiæ. Si ergo tale aliquid illic in
uenire potueritis, uberrimas gratias agimus, si
rescribendo insinuare dignemini. Satis enim di
ci non potest quātum cupiamus in eorum homi
num scriptis,qui propter acrimoniā atq; facun
diam leguntur à plurimis,apertam cōfessionem
illius gratiæ reperiri, quam uehemēter commen
Heb.11 dat Apostolus,qui etiam ipsius mēsuram fidei,
Abac.2 sine qua impossibile est deo placere, ex qua iu
stus uiuit, quæ per dilectionem operatur, ante
quam & sine qua omnino nulla cuiusquā bona B
opera existimanda sunt,quoniā omne quod non
est ex fide peccatum est,deum dicit unicuiq; par
titum, Nec sola reuelatione sciētię nos diuinitus
adiuuari,ut pie iusteq; uiuamus,quæ sine chari
tate inflat,uerumetiam inspiratione charitatis ip
sius,quę plenitudo legis est,& quæ cor nostrum
ut scientia non inflet, ædificat. Sed adhuc nus
quam tale aliquid in eorum literis potuimus in
uenire. Maxime autem hoc in isto libro esse uel
lemus,ex quo descripta illa uerba posuimus,ubi
uirginem Christi ita laudans tanquam spiritales
diuitias nullus ei prēter ipsam conferre possit,&
tanquam nisi ex ipsa esse non possint, non uult
eam in domino gloriari, sed sic gloriari quasi nō
acceperit. In quo libro quāuis nec ipsius nec tuæ C
reuerentiæ nomē expresserit,tamen à matre uir
ginis ut ad eam scriberet,à se postulatū esse com
memorat. In quadam uero epistola sua idem Pe
lagius,ubi & nomē suum apertissime ponit, nec
nomen sacræ uirginis tacet, dicit ad eam se scri
psisse,& eiusdem sui operis testimonio probare
nititur se gratiam dei quam uel tacere uel negare
asseritur, apertissime confiteri. Sed utrum ipse
sit liber, in quo de spiritalibus diuitijs illa uerba
posuit, uel utrum ad uestram peruenerit sancti
tatem, rescriptis uestris petimus nos digneminī
facere certiores.

Augustinus Anastasio, exhortans ad amorem charitatis,quæ nobis non contingit,nisi ex do no dei. Epistola CXLIIII D

Domino fratri sancto & desiderabili Anasta
sio, Augustinus in Domino Salutem.

Alutandi syncēritatē tuam fidissima
s occurrit occasio,honorabilitū seruo
rum dei,fratrum nostrorum Lupici
ni & Concordialis,per quos etiam si
non scriberem,posset charitas tua omnia quæ
apud nos aguntur addiscere. Scio enim quātum
nos in Christo diligas, quia & tu scis quantum
in illo uicissim diligaris à nobis,Et ideo non dubi
taui te contristari potuisse,si eos uidisses sine lite
ris meis, quos à nobis profectos & tanta nobis
familiaritate coniunctos ignorare non possis,Si
mul etiam quia rescriptorum debitor sui. Nam

ex quo sumpsi epistolam tuā, nisi nunc primum
rescripsisse me nescio. Tantis enim curis obstri
cti & distenti sumus, ut etiam hoc nesciam. Vo
bis autem quemadmodum sit,& utrū uobis ali
quam requiem,quantum in hac terra potest, do
minus præstiterit,ualde nosse cupimus: quoniā
si glorificatur unum membrum,congaudent o
mnia membra: atque ita plerunque contingit,ut
dum aliquos fratres nostros in quantulacunq;
requie cōstitutos in medijs nostris anxietatibus
cogitamus, non parua ex parte recreemur, tan
quam et nos in ipsis quietius tranquilliusq; uiua
mus,quamuis etiam cum molestię in huius uitæ
fragilitate crebrescunt,æternā requiem nos desi
derare compellunt. Mundus quippe iste pericu
losior est blandus quàm molestus, & magis ea
uendus cum se illicit diligi, quàm cum admonet
cogitq; contemni. Nam cum omnia quæ in illo
sunt,concupiscentia sint carnis & concupiscen
tia oculorum & ambitio sæculi, sæpe etiā ijs qui
talibus spiritalia,inuisibilia,æterna præponunt,
inserit se terrenæ suauitatis affectus, & delecta
tionibus suis nostra comitatur officia. Quanto
enim sunt charitati futura meliora,tanto sunt in
firmitati uiolentiora præsentia. Et utinam ij qui
ea uidere & gemere nouerunt,uincere & euade
re mereantur. Quod sine dei gratia nullo modo
uoluntas implet humana, quia nec libera dicen
da est quandiu est uincentibus & uincientibus
cupiditatib. subdita. A quo enim quis deuictus
est,huic & seruus addictus est. Et si uos filius libe
rauerit, ait ipse dei filius, tunc uere liberi eritis.
Lex itaq; docendo & iubendo quod sine gratia
impleri non potest,homini demonstrat suam in
firmitatem,ut quærat demōstrata infirmitas sal
uatorem, à quo sanata uoluntas possit quod in
firma non posset. Lex igitur adducit ad fidem,
fides impetrat spiritum largiorem,diffundit spi
ritus charitatem,implet charitas legem. Ideo lex
pædagogus uocatur, sub cuius minacissima se
ueritate qui inuocauerit nomen domini saluus
erit. Quomodo autem inuocabunt in quem non
crediderunt? Proinde ne litera sine spiritu occi
dat,spiritus uiuificans credentibus & inuocanti
bus datur,charitas uero dei diffunditur in cordi
bus nostris per spiritum sanctū qui datus est no
bis,ut fiat quod idem Apostolus dicit: Plenitu
do legis charitas. Ita bona est lex illi qui ea legiti
me utitur, utitur autem legitime qui intelligens
quare sit data, per eius comminationem confu
git ad gratiam liberantem. Huic gratiæ qua iusti
ficatur impius quisquis ingratus uelut ad legem
implendam de suis uiribus fidit,ignorans dei iu
stitiam & suam uolens constituere, iustitiæ dei
non est subiectus, Ac per hoc fit ei lex non absо
lutionis adiutoriū, sed uinculum criminis. Non
quia lex malum est,sed quia peccatum sicut scri
ptum est per bonum talibus operatur mortem.
Per mandatum enim grauius delinquit, qui per
mandatum scit quàm malum sit quod admittit.

Inaniter

Inaniter autem putat uictorē se esse peccati, qui A
pœnæ timore non peccat,quia etsi non imple
tur foris negocium malæ cupiditatis, ipsa tamē
mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram
deo innocens inuenitur,qui uult fieri quod ue
tatur,si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in
ipsa uolūtate reus est qui uult facere quod non
licet fieri,sed ideo non facit quia impune non
potest fieri. Nam quātum in ipso est,mallet non
esse iusticiam peccata prohibētem atq; punien
tem. Et utiq; si mallet non esse iusticiam, quis du
bitauerit quod eā si posset auferret? Ac per hoc
quomodo iustus est,iusticiæ talis inimicus, ut
eam si potestas detur præcipientem auferat,ne
comminantem uel iudicantem ferat? Inimicus
ergo iusticiæ est qui pœnæ timore non peccat: B
amicus aūt erit,si eius amore non peccet. Tunc
enim uere timebit peccare. Nam qui gehennas
metuit,non peccare metuit,sed ardere. Ille autē
peccare metuit,qui peccatū ipsum sicut gehen
Psal.18 nas odit. Ipse est timor domini castus perma
1Io.4. nens in sæculū sæculi. Nam ille timor pœnæ tor
mentum habet,& non est in charitate, eumq;
perfecta charitas foras mittit. Tantum porro
quisq; peccatum odit,quantū iusticiam diligit,
quod non poterit lege terrente per literam,sed
Rom.6 spiritu sonante per gratiā. Tunc fit quod Apo
stolus admonet, Humanum dico propter infir
mitatē carnis uestræ,sicut enim exhibuistis mē
bra uestra deseruire immūditiæ & iniquitati ad
iniusticiam, sic nunc exhibete membra uestra C
deseruire iusticiæ in sanctificationem. Quid e
nim est,sicut illud,ita & hoc,nisi quemadmo
dum ad peccandum nullus uos cogebat timor,
sed ipsius libido uoluptasq; peccati,sic ad iuste
uiuendū non uos supplicij metus urgeat,sed du
cat delectatio charitasq; iusticiæ? Et hæc quidē
quantum mihi uidetur nōdum est perfecta,sed
quodāmodo adulta iusticia. Neq; enim frustra
præmitteret: humanum dico,propter infirmita
tem carnis uestræ,nisi quia plus aliquid dicen
dum fuit,si iam illi ferre potuissent. Plus quippe
seruitutis debetur iusticię,quàm peccato solent
homines exhibere. Nam pœna corporis etsi nō
a uoluntate, tamen reuocat ab opere peccati.
Nec facile quisquam est qui palàm committat D
quod per illicitam & immundam percipiat uo
luptatem,si cruciatus uindictæ certum est conti
nuo sequuturos. Iusticia uero sic amanda est,ut
Mat.5 ab eius operibus etiam pœnæ corporis nos co
hibere non debeāt,atq; inter manus crudelium
inimicorum luceant opera nostra coram homi
nibus,ut quibus placere possunt,glorificent pa
trem nostrum qui in cœlis est. Hinc est quod il
Rom.8 le fortissimus iusticiæ dilector exclamat,Quis
nos separabit à charitate Christi? Tribulatio an
angustia,an persequutio,an fames,an nuditas,
an periculum,an gladius? Sicut scriptum est,
Psal.43 Quoniam propter te mortificamur tota die,de
putati sumus ut oues occisionis. Sed in his om

nibus superuincimus per eum qui dilexit nos.
Certus sum enim quia neq; mors,neq; uita,ne
q; angelus,neq; principatus,neq; præsentia,ne
q; futura,neq; uirtus,neq; altitudo,neq; profun
dū,neq; creatura alia poterit nos separare à cha
ritate dei,quæ est in Christo Iesu domino no
stro. Vide quemadmodū non utcunq; ait, Quis
nos separabit à Christo: sed ostendens unde co
hæreamus Christo,Quis nos,inquit,separabit
à charitate Christi? Charitate igit̄ Christo,non
pœnæ timore cohæremus. Deinde commemo
ratis eis quæ uidentur habere uiolētiam,nec ta
men habent ualentiam separandi,ita conclusit,
ut eādem diceret charitatem dei quam dixerat
Christi. Et quid est à charitate Christi,nisi à cha
ritate iusticiæ? De illo quippe dictum est, Qui 1 Cor.1
factus est nobis sapientia à deo & iusticia & san
ctificatio & redemptio,ut quemadmodum scri
ptū est: Qui gloriatur,in domino glorietur. Si Hier.9
cut ergo ille est iniquissimus, quem nec pœnæ
corporales deterrent ab immūdis operibus sor
didæ uoluptatis: ita ille iustissimus qui nec pœ
narum corporalium terrore reuocatur à sanctis
operibus luminosissimæ charitatis, Quæ chari Rom.5
tas dei quod perpetua cogitatione tenendū est,
diffunditur in cordibus nostris per spiritum san
ctum qui datus est nobis,ut qui gloriatur,in do
mino glorietur. Cum ergo nos huius charitatis
qua lex uerissime impletur,pauperes egentesq;
sentimus,non de inopia nostra diuitias eius exi
gere,sed orando petere,quærere & pulsare de
bemus,ut ille apud quem est fons uitæ,det no Psal.35
bis inebriari ab ubertate domus suæ,& uolupta
tis suæ potari torrente: quo inundati atq; uege
tati,non solum tristitia nō absorbeamur,uerum
etiam gloriemur in tribulationibus,sciētes quia
tribulatio patientiam operatur, patientia proba
tionem, probatio spem, spes uero non confun
dit: non quia per nos ipsos hoc possumus,sed
quoniam charitas dei diffusa est in cordibus no
stris per spiritum sanctum qui datus est nobis.
Delectauit me ista saltē per literas loqui tecum,
quæ cum præsente non potui: & hoc non pro
pter te,qui non alta sapiens consentis humili
bus,sed propter quosdam qui nimium arrogāt
humanæ uoluntati, quam lege data putant ad
eam implendam sibi posse sufficere, nulla super
doctrinam legis gratia sanctæ inspirationis ad
iutam: per quorum disputationem infirmitati
hominum miseræ atq; indigæ suadetur,ut nec
orare debeamus ne intremus in tentationem.
Non quia hoc audent aperte dicere,sed eorum
sentētiam uelint nolint hoc utiq; sequitur. Nam
ut quid nobis dicitur: Vigilate & orate ne intre
tis in tentationem? Vt quid etiam secundum Mat.26
hanc exhortationem cum doceret orare, præce
pit ut dicamus, Ne nos inferas in tentationem,
si hoc non impletur ex adiutorio gratiæ diuinę,
sed id totum est in arbitrio uoluntatis humanæ?
Quid plura? Saluta fratres qui tecum sunt,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

orate pro nobis ut salui simus secũdum illam sa-
lutem de qua dicitur, Non est opus sanis medi-
Mat.9 cus, sed male habentibus: non ueni uocare iu-
stos, sed peccatores. Orate ergo pro nobis ut iu-
sti simus, quod quidem homo nõ potest nisi no-
rit & uelit, & erit continuo qui plene uoluerit,
sed hoc ipsum in eo non erit, nisi gratia spiritus
sanetur & adiuuetur, ut possit.

Augustinus Sebastiano, de pia tristitia quam bo
ni ferunt ex impietate malorum. Huic epistolæ
subscripsit Alipius. Epistola CXLV

Domino sancto desiderabili & in Christi hono
re suauissimo fratri Sebastiano, Au
gustinus in domino salutem.

Vamuis ab animo nostro nullo mo-
do te separatum esse permittat dulce
uinculum charitatis, & indesinenter
tuos sanctos mores atq; colloquia re
colamus: tamen bene feci sti & gratias agimus
quod nobis etiam corporalis salutis tuæ nun-
cios apices mittendo, nos plurimum exhilara-
sti. Sensi autem in epistola tua, quod tædium te
detinuerit à peccatoribus relinquẽtibus legem
dei. Illo enim spiritu uiuis quo dictum est: Vidi
Psal.118 insensatos & tabescebam. Pia est ista tristitia, &
si dici potest, beata miseria, uitijs alienis tribula
ri non implicari, mœrere non hærere, dolore
contrahi non amore attrahi. Hæc est persequu-
tio quam patiuntur omnes qui uolunt in Chri-
sto pie uiuere, secundum apostolicam morda-
cem ueramq; sententiam. Quid enim sic perse-
quitur uitam bonorum, quàm uita iniquorum,
non cum cogit imitari quod displicet, sed cum
cogit dolere quod uidet? Quoniam coram pio
uiuens impie, etsi non obligat consentientem,
cruciat sentientem. Nam sæpe & diu impiorum
corporibus à secularibus potestatibus, & quo-
rumlibet uexationibus parcitur, piorum autem
cordibus à malis hominum moribus nunquam
usque ad huius seculi finem. Sic ergo potius im
pletur quod commemorauí dixisse apostolum:
2 Tim.3 Quia omnes qui uolunt in Christo Iesu pie uiue
re, persequutionem patientur, & tanto amarius
quanto interius, donec diluuium transeat ubi ar
ca continet coruum & columbam. Sed inhære
Mat.24 frater illi à quo audisti, Qui perseuerauerit usq;
in finem, hic saluus erit. Coniũgere domino, ut
crescat in nouissimis uita tua. Scio enim non de
esse recreationẽ cordis de fratribus bonis. Huic
adiunge promissiones dei fideles, magnas, cer-
tas, sempiternas, ipsiusq; tolerantię imperturba
bilem ineffabilemq; mercedem. Et uide quàm
Psal.93 uerum domino cantes: Secundũ multitudinem
dolorum meorum in corde meo, consolationes
tuæ iocundauerunt animam meam. Mitte fra-
tri Firmo literas nostras. Sanctitatem tuam &
familiam Dei quæ tuo ministerio gubernatur,
fratres & sorores quæ apud nos sunt nobiscum
in domino resalutant. Et alia manu. Incolumes
pro nobis oretis dilectissimi & sanctissimi fra-
tres. Ego Alipius impensissime saluto synce-
ritatem tuam, omnesq; tibi in domino coniun-
ctos. Atque ut hanc tanquam meam epistolam
deputes peto. Etsi enim aliam propriam mit-
tere potuissem, tamen malui huic subscribere,
ut unanimitatem nostram una etiam pagina te
staretur.

Augustinus Consentio, respondens illius quæ-
stionibus, de corpore Christi & nostris corpori-
bus, qualia futura sint in resurrectiõe. CXLVI

Dilectissimo fratri Consentio, Augustinus.

Vantum ad oculos attinet corpora-
les, quosdam uidemus nec nouimus
quorum à nobis studia uitaq; nesci-
untur: quosdam nouimus nec uide-
mus, quorũ nobis charitas & affectus innotuit,
in quibus & te annumeramus, & ideo te magis
uidere desideramus, ut in ijs sis quos & uide-
mus & nouimus. Nam illi qui ignoti nostris o-
culis ingeruntur, non solum desiderabiles non
sunt, sed uix tolerabiles sunt, nisi aliquibus si-
gnis pulchritudo in his hominis interioris ap-
pareat. Quorum autem sicut tuus nobis prius
animus intelligendo quàm uidendo corpus ap
paruit, iam quidẽ nouimus eos, sed ideo etiam
uidere desideramus, ut per illud quod conspici-
tur oculis, multo iucundius & familiarius eo
quẽ iam nouimus amico interiore perfruamur.
Verum & hoc de te nobis deus fortasse dona-
bit, quietioribus & tranquillioribus sicut opta-
mus rebus humanis, ut id honestæ charitatis sit
potius quàm molestæ necessitatis. Nunc ad ea
respondeam sicut domino adiuuante potuero,
quæ præter epistolam in alia chartula à me quæ
renda misisti. Quæris utrum nunc corpus do
mini ossa & sanguinem habeat, aut reliqua car-
nis liniamẽta. Quid si adderes, utrum etiam ue-
stimenta: nónne augeretur quæstio? qua causa,
nisi quia ea quæ in usu uitæ huius nostræ corru-
ptibilia nouimus, sine corruptione cogitare uix
possumus, cum diuinorum miraculorum quæ-
dam documenta iam data sint, ex quibus liceat
coniectare maiora? Nam si uestis Israelitarum
per tot annos in eremo sine tritura esse potuit, si
morticina pellis calciamentorum tam diu sine
labe duravit, potest ubique Deus quorumlibet
corporum, per quantum uoluerit tempus incor-
ruptam protẽdere qualitatem. Ego proinde do-
mini corpus ita in cœlo esse credo, ut erat in ter-
ra quando ascendit in cœlum. Dixerat enim di-
scipulis, ut in Euangelio legimus, de sua resurre
ctione dubitãtibus, & illud quod uidebant, non
corpus sed spiritum esse putantibus, Videte ma
nus meas & pedes, palpate & uidete, quia spiri-
tus ossa & carnem non habet, sicut me uidetis
habere. Sic eorum cum esset in terra contrecta-
tus est manibus, sic eorũ est cum iret in cœlum
deductus aspectibus. Ibi uox angelica sonuit,
Sic ueniet quẽadmodum eum uidetis euntem
in cœlum. Fides adsit, & nulla quæstio remane-
bit

Deus nullo modo est ubi non est.

Luc.24

bit: nisi forte de sanguine requirendum est, quia
cum dixisset, Palpate & uidete, quia spiritus car
nem & ossa non habet: nõ addidit, sanguinem.
Non ergo & nos addamus inquirere, quod ille
non addidit dicere, Et de compendio, si placet,
finita sit quæstio. Fortassis enim, accepta occa-
sione sanguinis, urgebit nos molestior perscru-
tator, & dicet, Si sanguis, cur non & pituita, cur
non & fel flauum et fel nigrum, quibus quatuor
humoribus naturã carnis temperari etiam me-
dicinæ disciplina testatur. Sed quodlibet quisq;
addat, corruptionem addere caueat, ne suę fidei
sanitatem castitatemq; corrumpat. Ex consuetu
dine rerum expertarum, inexperta opera diui-
na, infirmitas metitur humana, & argutule se
garrire arbitratur cum dicit, Si caro est, & san-
guis est: si sanguis, & cæteri humores: si cæteri
humores, ergo & corruptio. Eo modo diceret,
Si flamma est, & ardet: si ardet, & urit: si urit, er-
go uirorum trium in fornacem ignis ab impio
rege missorum corpora incendit. Si autem hoc
in tribus uiris miraculum factum esse non dubi
tat, quisquis de diuinis operibus recte sapit, cur
nõ creditur qui fecit illa corpora non posse igni
corrumpi, fecisse illud corpus nec igne nec fa-
me nec morbo nec senio, ne ulla ui alia, qua so-
let humana corpora labefactare corruptio? Qđ
si quisquam dicit, non carni trium illorum uiro-
rum additam cõtra ignem incorruptionem, sed
ipsi igni detractam corrumpendi facultatem,
quid ueremur ne carnem facere nequiuerit non
posse corrumpi, qui fecit ignem non posse cor-
rumpere? Nam si illud non de carnis, sed de ig-
nis mutatione intelligitur, multo est mirabilius:
simul enim et hominum corpora non urebat ne
posset nocere, & ligna fornacis urebat ut posset
ardere. Sed qui etiam ista non credunt, nimium
de diuina potestate diffidunt, nec cum eis uel
ad eos nunc sermo nobis est. Qui autem ista cre
dunt, ex his etiam illa utcunque coniiciant quæ
fideliter quærunt. Valet igitur diuina potentia
de ista uisibili atque tractabili natura corporum
quibusdam manentibus auferre quas uoluerit
qualitates: ac per hoc ualet etiam membra mor
talia formæ liniamentis manentibus, corruptio
ne uero mortalitatis emortua, stabili uigore fir-
mare: ut absit labes, adsit effigies: adsit motio,
absit fatigatio: adsit uescendi potestas, absit esu-
riendi necessitas. Quod ergo legitur apud Apo
1 Cor.15 stolum, Caro & sanguis regnum dei non possi-
debunt: soluitur quidem quæstio etiam isto mo
do quem tu commemorasti, ut carnis & sangui-
nis nomine, opera carnis & sanguinis intelligã-
tur: uerum quia non de operibus, sed de modo
resurrectionis loquebatur Apostolus, & eam
quæstionem disputando uersabat, melius eo lo-
co intelligitur caro & sanguis pro corruptione
carnis & sanguinis posita. Si enim nomen car-
nis significat operationem, cur non significet
etiam corruptionem, sicut dictum est, Omnis
caro fœnum? Nam & hic ipsa corruptibilitas
significata est. Sequitur enim: Et omnis honor
carnis ut flos fœni: fœnum aruit, flos decidit.
Nunquid nam hoc etiam illi carni competit, de
qua dictum est, Palpate & uidete, quia spiritus
ossa & carnem non habet, sicut me uidetis habe
re? Nam quomodo arescat aut decidat, cũ scri-
ptum sit, quod Christus surgens à mortuis, iam
non moritur, & mors ei ultra nõ dominabitur?
Proinde ipsam apostolicam sententiam, desu-
per inspice, totamq; considera: cum resurrectio-
nem mortuorum persuadere uellet eis qui dice
bant, quod resurrectio mortuorũ non est, Chri-
sti resurrectione præmissa in exemplum, inter
cætera quæ ibi disseruit, intulit sibi quęstionem
atq; ait: Sed dicet aliquis, quomodo resurgent
1 Cor.15 mortui, quo autem corpore uenient, id est quali
corpore? Deinde adhibens documenta semi-
num. Stulte, inquit, tu quod seminas non uiui-
ficatur nisi prius moriatur, & quod seminas nõ
corpus quod futurum est seminas, sed nudum
granum fere tritici, aut alicuius cæterorum:
deus autem illi dat corpus quomodo uoluerit,
& unicuiq; seminum proprium corpus. Secun-
dum hoc ergo dixerat: Non corpus quod futu-
rum est seminas. Neque enim non triticum erit
ex tritico: sed quia nemo seminat herbam uel
stipulam, & multiplicia in palea tegumenta gra
norum, cum quibus tamen semina exurgunt:
ideo ait, Sed nudum granum: hinc uolens osten
dere, quia si deus potest addere quod non erat
in nudo semine, multo magis potest reparare
quod erat in hominis corpore. Iam uero quod
adiungit, ad differentiam pertinet resurgẽtium,
propter diuersas glorias fidelium atque sancto-
rum. Non omnis, inquit, caro eadem caro: alia
quippe hominum, alia autem caro pecorum, a-
lia uolucrum, alia piscium, & corpora cœlestia,
& corpora terrestria: sed alia est cœlestium glo-
ria, & alia terrestrium: & alia gloria solis, alia
gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella enim
a stella differt in gloria, sic & resurrectio mor-
tuorum. In his omnibus iste sensus est, Si gene-
ra carnis cum sint cuncta mortalia, differunt ta-
men inter se pro diuersitatibus animantium: &
si corpora cum sint omnia uisibilia, differunt ta-
men pro diuersitatibus locorum: unde alia est
cœlestium gloria, alia terrestrium: & si in locis
sublimibus cum sint cuncta cœlestia, differunt
etiam ipsa claritatibus luminum, nõ mirum est
quod in resurrectione mortuorum distabit glo-
ria meritorum. Hinc iam uenit ad illud, quod
communiter habet omnis caro quæ ad uitam re
surgit æternã, & dicit: Seminatur in corruptio-
ne, surget in incorruptione: seminatur in contu
melia, surget in gloria: seminatur in infirmitate,
surget in uirtute: seminatur corpus animale, sur
get corpus spiritale. In his uerbis Apostoli, nun
quid fas est putare melius corpora nostra resur-
rectura quàm Christi? cum de illo sit proposi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum exemplum, quod fideliter intendere & per eius gratiam sperare debeamus. Ac per hoc nullo modo potuit corpus Christi cum corruptione resurgere, si nostrum in incorruptione resurrecturum promittitur, nec potuit illud sine gloria, si nostrum resurget in gloria. Quæ autem ibi gloria, ubi adhuc corruptio? Nimis itaq; absurdum est, ut credamus illud corpus & in infirmitate esse seminatum, id est mortificatum, & in infirmitate resurrexisse, cum corpus nostrum seminetur in infirmitate, resurgat in uirtute: & di-
1 Cor. 13 cat idem Apostolus de Christo: Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit in uirtute Dei. Quis uero tam absurde sapiat, ut credat illud corpus animale seminatum, animale resuscitatum, si nostrum seminatur animale, resurget spiritale? Constat itaq; nec ullo modo dubitandum est, corpus Christi, quod licet corruptionem putredinis in sepulchro non uiderit, unde scriptum
Psal. 15 est, Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem, clauis tamen & lancea perrumpi potuit, nunc omnino in incorruptione consistere? & quod in contumelia passionis mortisq; seminatum est, nunc esse in gloria uitæ æternæ: & quod ex infirmitate potuit crucifigi, nunc in uirtute regnare: & quod erat corpus animale, quoniam ex Adam sumptum est, nunc esse spiritale, quoniam spiritui iam inseparabiliter copulatū est. Cum enim uellet Apostolus de corpore animali adhibere testimonium scripturarum, illud posuit quod in Genesi legitur: Si est, inquit, corpus animale, est & spiritale: sicut scriptum est, Factus est primus Adam in animam uiuentem, uel in animam uiuam, Recolis certe quemadmodum scriptum sit, Et insufflauit Deus in faciem eius flatum uitæ, & factus est homo in animam uiuam. Dictum est autem etiam de animalibus: Producat terra animam uiuam. Intelligitur ergo corpus animale dici simile cæteris animalibus propter mortis dissolutionem & corruptionem, quæ quotidie cibo reficitur, & postea superata animantis compago dissoluitur. Spiritale autē corpus, quod iam cum spiritu immor-
Origenicum tale est: quamuis nonnulli arbitrentur tunc fieri corpus spiritale, cum iam & ipsum corpus mutatur in spiritum, & quod homo erat ex corpore & spiritu, utrunq; ac totum spiritus erit: quasi dixerit Apostolus, Seminat corpus, surget spiritus. Dixit autem, Seminatur corpus animale,
Luc. 24. surget corpus spiritale. Proinde sicut animale corpus non est anima, sed corpus: ita & spiritale corpus non spiritum debemus putare sed corpus. Quis porro audeat opinari, uel Christi corpus non spiritale resurrexisse, uel si spiritale surrexit, iam non corpus fuisse sed spiritum: cum hanc opinionem discipulorū refellat, ubi cum eum uidentes existimarent se spiritum uidere, ait, Palpate & uidete, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me uidetis habere. Iam igitur illa caro spiritale erat corpus, nec tamen spiritus erat, sed corpus, nulla ulterius morte ab anima resoluendum atq; separandum sicut corpus animale, quale animatum est dei flatu, cum factus est homo in animam uiuam, etiam ipsum ex animali spiritale sine mortis interuentu futurum, nisi transgressio præcepti prius commisso peccato infligeret pœnam, quam deus seruatæ iustitiæ daret coronam. Vnde dominus Christus per nos ad nos uenit, cum peccatores iustus inuenit, per stratum quodammodo humilitatis nostræ. sed non cum morbo iniquitatis nostræ. Nam per animale nobis, hoc est per mortale corpus apparuit, qui utique si uoluisset, cum corpore immortali primitus aduenisset. Sed ga nos humilitate filij dei sanari oportebat, usque ad nostram infirmitatem descendit, & fidei nostræ meritum ac præmium, uirtute suæ resurrectionis ostendit. Ideo sequitur Apostolus & dicit, Nouissimus Adam in spiritum uiuificātem: siue intelligatur primus Adam, qui de puluere ante formatus est, nouissimus autem Adam qui de uirgine procreatus est: siue in unoquoq; homine utrunq; compleatur, ut primus Adam sit in corpore mortali, nouissimus Adam idem ipse in corpore immortali: tamen inter animam uiuentem & spiritum uiuificantem hoc interesse uoluit, ut illic sit corpus animale, hic spiritale. Anima quippe in corpore animali uiuit quidē, sed non uiuificat usq; ad auferendam corruptionem. In corpore uero spiritali quoniam perfecte adhærens domino, unus spiritus est, sic uiuificat ut spiritale corpus efficiat, absumens omnem corruptionem, nullam metuens separationem. Proinde sequitur: Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, postea quod spirituale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis: qualis terrenus, tales et terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginem eius qui de cœlo est. Quid est, Qualis terrenus, tales & terreni: nisi mortales ex mortali? Et quid est, Qualis cœlestis, tales & cœlestes: nisi immortales per immortalem: Illud per Adam, hoc per Christum. Dominus enim ad hoc terrenus factus est, cum esset cœlestis, ut
D eos qui terreni erant, faceret cœlestes: hoc est, ideo ex immortali mortalis factus est, assumendo seruī formam, non domini mutando naturam, ut eos qui mortales erant, faceret immortales, impertiendo dominicam gratiam, non seruilem iniuriam retinendo. Cum igitur de resurrectione corporis Apostolus disputans, doceret nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex contemptibilibus gloriosa, ex infirmis fortia, ex animalibus spiritalia, hoc est ex mortalibus immortalia, subiecit unde agitur atque ait, Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. Et ne quisquam putaret secūdum substantiam carnis hoc Apostolum definisse, aperuit quid dicere

ret subiungendo: neque corruptio incorruptionem possidebit. Tanquam diceret, quod dixi, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, ideo dixi, quia corruptio incorruptionem non possidebit. Hoc ergo loco nomine carnis & sanguinis corruptionem mortalitatis intelligi uoluit. Denique tanquam ei diceretur, Quomodo caro erit, & caro nō erit? Caro quippe erit, quoniam dominus post resurrectionem ait, Palpate & uidete, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me uidetis habere: caro autem non erit, quoniam caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: Exponit quid dixerit, adijciens, Ecce mysterium uobis dico, Omnes quidem resurgemus: uel sicut Græci codices habent, Omnes quidem dormiemus, non tamen omnes im-
B mutabimur. Hanc immutationem utrum in deterius an in melius intelligi uoluerit, inferiora demonstrant. In atomo, inquit, hoc est in puncto temporis, quod diuidi non potest. In ictu oculi, hoc est in summa celeritate. In nouissima tuba, hoc est in nouissimo signo quod dabitur, ut ista compleantur, Canet enim tuba, inquit, et mortui resurgent incorrupti, & nos commutabimur. Ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intelligi, quia omnes & iusti & iniusti resurrecturi sunt. Sed, sicut do-
Io. 5 minus in Euangelio loquitur, qui bene fecerunt in resurrectionem uitæ, qui male egerunt in resurrectionem iudicij: iudicium appellans pœ-
Io. 3 nam sempiternam, sicut alio loco, Qui non credit, inquit, iam iudicatus est. Proinde illi qui ad iudicium resurrecturi sunt, non commutabūtur in illam incorruptelam, quæ nec doloris corruptionem pati potest. Illa nanq; fidelium est atq; sanctorum, isti uero perpetua corruptione cru-
Esa. 66 ciabuntur, quia ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum non morietur. Quid sibi ergo uult ista distinctio: & mortui resurgent incorrupti, & nos commutabimur: nisi quia omnes incorrupti resurgent? Sed ex his etiam iusti immutabuntur in illam incorruptelam, cui omnino nulla possit nocere corruptio: ac per hoc qui in ea non commutabuntur, incorrupti quidem resurgent integritate membrorum, sed tamen corrumpēdi dolore pœnarum, cum audierint:
D Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. A quo auditu malo iustus non timebit. De illa uero commutatione iustorum cum dixisset, Nos commutabimur: tanquam quæreremus quomodo istud fiat, uel qualis illa commutatio futura sit, adiungit & dicit, Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem. Non ut opinor, dubitandum est secundum hoc dictum, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: quia non ibi erit corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Secundum has enim qualitates hoc loco carnem & sanguinem nuncupauit. Quocirca, ut aliquid exempli gratia po-
A nam quod interim occurrit, sicut scriptum est, Ne forte tentauerit uos qui tentat, & inanis sit 1 Thes. 3
labor uester: atq; hic intelligitur diabolus, tanquam deus omnino non tentet, de quo alio loco scriptura dicit, Ipse autem neminem tentat: Iac. 1
nec cōtraria est ista sententia ei qua dicitur, Tentat uos dominus deus uester: sed soluitur quæ- Deu. 13
stio, cum uocabulum tentationis diuersas intelligentias habeat, eo quòd alia sit tentatio deceptionis, alia tentatio probationis: secundum illam non intelligitur qui tentat, nisi diabolus, secundum hanc uero tentat deus: Ita cum dicitur, Caro possidebit regnum dei, & caro non possidebit regnum dei: etiam huius nominis intelligentia discernatur, & nulla erit quæstio: quoniā
B caro secundum substantiā, secundum quam dicum est, Spiritus ossa & carnem non habet, sicut me uidetis habere, possidebit regnum dei: caro autem cum secundum corruptionem intelligitur, non possidebit. Hoc enim expositum est cum diceretur, Caro & sanguis regnum dei nō possidebunt: in eo quod continuò additum est, Nec; corruptio incorruptionem possidebit: sicut satis quātum arbitror disseruimus. Quod Quæstio secū
autem quæris, utrum singillatim à creatore deo da, an subitò
corporum liniamenta formentur: non te mouebit, si quantum potest humana mens potentiam formentur
diuinæ operationis intelligas. Quomodo enim negare poterimus deum etiā nunc operari cuncta quæ creantur, quum dominus dicat: Pater Io. 5
meus usq; nunc operatur? Vnde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intelligenda est facta, non ab earum administratione qua conditæ referuntur. Cum ergo natura rerum à creatore administretur, & per ordines præfinitis locis & temporibus suis cuncta nascantur, deus usq; nunc operatur. Nam si deus nunc ista non format, quomodo legitur: Prius quam te Hier. 1
formarem in utero, noui te. Quomodo etiā accipi potest, Quod si fœnū agri, quod hodie est, Mat. 6
& cras in clibanum mittitur, deus sic uestit: nisi forte credendum est, fœnum à deo uestiri, & à deo corpora nō formari? Cum enim dixit, Vestit: non de præterita ordinatione, sed de præsenti operatiōe satis indicat. Vnde est etiam illud Apostoli de seminibus, quod suprà commemorauī: Non, inquit, corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, fere tritici, aut alicuius cæterorum: Deus autem illi dat corpus, quomodo uoluerit. Non dixit Dedit aut disposuit, sed Dat: ut creatorem intelligas efficaciam sapientiæ suæ rebus quæ quotidie suis temporibus oriuntur, condendis adhibere. De qua sapiētia dictum est: Pertendit à fine usq; in finem Sap. 8
fortiter: & nō dixit, disposuit, sed Disponit omnia suauiter. Multum est autem uel tenuiter sapere, quomodo cōmutabilia & temporalia, nō commutabilibus & tēporalibus creatoris motibus, sed æterna & stabili uirtute condantur.

De illo sane quod percontādū putasti, utrum Quæstio III

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptizati omnes,si absque pœnitentia diuersis criminibus irretiti,de corpore exierint,ueniam quolibet tempore cõsequuturi sint,librum non paruæ quantitatis iam scripsi,quem si describere curaueris,fortasse nihil ulterius hinc requires. Vis etiam per me scire,utrum Dei flatus ille in Adam,idem ipse sit anima. Breuiter respondeo: Aut ipse est,aut ipso anima facta est. Sed & si ipse est,factus est. De anima quippe loquitur per Esaiam prophetam deus, ubi dicit, Omnem flatum ego feci:quod sequentia satis indicãt. Sequitur enim,Propter peccatum modicum quid contristaui illum:id est, ipsum flatum:& cætera, quæ nisi de anima humana intelligi nequeunt. In hac enim quæstione maxime cauendum est,ne anima non à deo facta natura,sed ipsius dei substantia tanquam unigenitus filius,quod est uerbum eius,aut aliqua eius particula esse credatur,tanquam illa natura atq; substantia,qua deus est quicquid est,commutabilis esse possit: quod esse animam, nemo non sentit,qui se animam habere sentit. Cum ista dicta rem,perlator iam uentum expectans,me uehementer ut nauigaret urgebat. Itaq; si quid hic incondite atq; inculte dictum legeris,uel si totum ita esse perspexeris, doctrinæ da operam, linguæ ueniam.

Quæstio III

Esa. 42 & 57

Augustinus Proculeiano episcopo, ut apparet partis Donatianæ,inuitans illum ut mutua collatione schisma componatur. Epist. CXLVII

Domino honorabili & dilectissimo Proculeiano,Augustinus.

Ropter imperitorum hominum uanitates diutius apud te de titulo epistolæ meæ disputare nõ debeo. Cum enim nos reuocare inuicem ab errore conamur,quamuis ante plenissimam discussionem causæ quibusdam uideri possit,quis nostrum erret incertum:seruimus tamen inuicem nobis,si bono animo nobiscũ agimus,ut à peruersitate discordiæ liberemur. Quod me syncero corde agere & cum tremore Christianæ humilitatis, etiam si plerisq; hominibus apertum non est,uidet tamẽ ille cui nulla corda claudũtur. Quid autem in te honorare non dubitem, facile intelligis. Non enim errorem schismatis, unde omnes homines,quantum ad me attinet, cupio sanari,dignum honore aliquo existimo. Sed te ante omnia,quod ipsius nobis humanæ societatis uinculo astringeris,& quod nonnulla in te præminent placidioris mentis indicia, quibus nullo modo desperandum est, facile te posse ueritatem, cum fuerit demonstrata,complecti,sine ullo æstu dubitationis honorandum puto. Dilectionis autem tantũ tibi debeo,quantum nobis imperat ipse qui nos dilexit usq; ad crucis opprobrium. Sed ne mireris quòd apud beneuolẽtiam tuam diu tacui, non putabam in hac te esse sententia,quam mihi frater Euodius, cui fidem non habere non possum,gaudens indicauit. Nam cum forte contigisset,ut in unam domum conueniretis,& sermo inter uos de spe nostra,hoc est de Christi hereditate ortus esset, ait dixisse benignitatem tuam,uelle te bonis uiris sedentibus cõferre nobiscum. Quod te multum gaudeo nostræ humilitati offerre dignatũ. Neq; ullo modo possum tãtam occasionem benigni animi tui deserere,ut quantum uires dominus præbere dignabitur,quæram tecum atq; discutiam, quæ causa,quæ origo,quæ ratio in ecclesia Christi,cui dixit, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis:tam lugendæ atque plangendæ dissensionis extiterit. Audiui quidem de memorato fratre te fuisse conquestum,quod nescio quid tibi cõtumelioſe respõderit:quod quæso te,ne illam contumeliam deputes,quam certum mihi est non de superbo animo processisse:noui enim fratrem meum,sed si quid in disputando pro fide sua,& pro ecclesiæ charitate dixit fortasse feruentius,quàm tua grauitas nollet audire,non illa contumacia,sed fiducia nominãda est. Collatorem enim & disputatorem,non assentatorem & adulatorem se esse cupiebat. Nam hoc est oleum peccatoris, quo Propheta non uult impinguari caput. Ita enim dicit:Emendabit me iustus in misericordia,& arguet me,oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ. Mauult enim seuera misericordia iusti emẽdari,quàm leni adulationis unctione laudari. Vnde etiam illud prophetici cum est:Qui uos felices dicunt,in errorem uos mittunt. Ideoq; de homine,quem falsæ blanditiæ faciunt arrogantem,recte etiam uulgò dicitur:Creuit caput. Impinguatum est enim oleo peccatoris:hoc est,nõ aspera ueritate corrigentis,sed leni falsitate laudantis. Neq; hoc in eam partem peto accipias,quasi ego te à fratre Euodio tanquam à iusto,emẽdatum intelligi uelim. Vereor enim ne me quoq; aliquid contumelioſe in te dicere existimes,quod uehementer caueo quantum possum. Sed iustus est ille qui dixit:Ego sum ueritas. Itaq; de cuiuslibet hominis ore nobis uerum cum aliqua asperitate soluerit,nõ ab illo homine qui forte peccator est, sed ab ipsa ueritate,hoc est à Christo,qui iustus est emendamur:ne nostrum caput blandæ,sed perniciosæ adulationis unctio,hoc est oleũ peccatoris impinguet. Quanquam etiam si frater Euodius aliquãtum pro suæ communionis defensione turbatior,aliquid elatius animo commotiore dixisset,ætati hominis & necessitatis causa te oporteret ignoscere. Illud tamen quod promittere dignatus es,peto memineris,ut sedentibus quos ipse delegeris,dummodo uerba nostra non inaniter uentilentur,sed stylo excipiantur:ut & tranquillius & ordinatius disseramus,& si quid forte à nobis dictum de memoria lapsum fuerit,recitatiõe reuocetur:rem tam magnam,& ad salutem omnium pertinentem cum concordia requiramus. Aut si placet,nullo medio

Esa. 3

Matth. 6

medio interposito,prius nobiscum siue per epistolas,siue per colloquutionem atq; lectionem ubi placuerit conferamus:ne forte intemperantes nõnulli auditores malint quasi nostrum expectare certamen,quàm de nostra salute in nostra colloquutione cogitare:ut quod fuerit inter nos terminatum,postea per nos populus nouerit,aut si per epistolas agi placet,ipsæ plebibus recitentur, ut aliquando non plebes, sed plebs una dicatur. Prorsus sicut uolueris, sicut iusseris,sicut tibi placuerit,libenter amplector. Et de animo beatissimi & uenerabilis mihi patris Valerij nunc absentis tota securitate polliceor,hoc eum cum magna lætitia cogniturum. Noui enim quantum diligat pacem,& nulla uana fastus inanitate iactetur. Rogo te quid nobis est cum ueteribus dissensionibus,ut hucusq; uulnera illa durauerint,quæ animositas hominum superborum nostris membris inflixit: quorum uulnerum putrefactione etiam dolorem perdidimus, quo solet medicus implorari. Vides quanta & quàm miserabili fœditate Christianę domus familiæq; turbatæ sint. Mariti & uxores de suo lecto sibi consentiũt,& de Christi altari dissentiunt. Per illum sibi iurant,ut inter se pacem habeant,& in illo habere non possunt. Filij cum parẽtibus unam domũ habent suam, & domum dei non habent unam. Succedere in eorum hæreditatẽ cupiũt,cum quibus de Christi hæreditate rixantur. serui & domini communem deum diuidunt,qui formam serui accepit, ut omnes seruiendo liberaret. Honorant nos uestri,honorant uos nostri. Per coronam nostram nos adiurant uestri, per coronam uestram uos adiurant nostri. Omnium uerba suscipimus,ne minẽ offendere uolumus. Quid nos solus Christus offendit,cuius membra laniamus? Et homines quidem causas suas seculares apud nos finire cupiẽtes,quando eis necessarij fuerimus,sic nos sanctos & dei seruos appellant,ut negocia terræ suæ peragant:aliquando agamus & negocium salutis nostræ & salutis ipsorum,non de auro,non de argento,non de fundis & pecoribus,pro quibus rebus quotidie submisso capite salutamur, ut dissensiones hominum terminemus,sed de ipso capite nostro tam turpis inter nos & perniciosa dissensio est. Quãtumlibet capita submittant qui nos salutant,ut eos concordes in terra faciamus,de cœlo usque ad crucem submissum est caput nostrum,in quo cõcordes non sumus. Rogo te atq; obsecro,si est in te aliqua humanitas,quam multi prædicant,hic appareat bonitas tua,si non propter honores transitorios simulatur,ut contremiscant in te uiscera misericordiæ,& uelis aliquando rem discuti instando nobiscum orationibus,& omnia pacifice conferendo:ne miseræ plebes,quæ nostris honoribus obsequũtur,premant nos obsequijs suis in iudicio dei,sed potius nostra nõ ficta charitate nobiscũ reuocatæ ab erroribus & dissensionibus,in ueritatis & pacis itinera dirigantur. Opto te coram oculis dei beatum esse,domine honorabilis & dilectissime.

Augustinus Valerio episcopo suo, cui erat collega,præterim in dispensando uerbo dei, demõstrat quàm difficile sit sacerdotẽ pium agere,obsecrans ut patiatur ipsum in secessu precibus & studio hoc agere,ut sit idoneus imposito muneri. Epistola CXLVIII

Domino beatissimo & uenerabili, in conspectu domini syncera charitate charissimo patri Valerio, Augustinus presbyter in Domino Salutem.

40 dist. cap. ante omnia

Nte omnia peto,ut cogitet religiosa prudentia tua,nihil esse in hac uita, & maxime hoc tempore facilius & lætius, & hominibus acceptabilius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, si perfunctorie atq; adulatorie res agatur:sed nihil apud deum miserius & tristius & damnabilius. Item nihil esse in hac uita,& maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio,sed apud Deum nihil beatius,si eo modo militetur quo noster Imperator iubet. Quis autem iste sit modus,nec à pueritia,nec ab adolescentia mea didici:& eo tempore quo discere cœperam,uis mihi facta est, merito peccatorum meorum, (nam quid aliud existimem nescio)ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur,qui rem tenere non noueram. Sed arbitror dominum meum propterea me sic emendare uoluisse,quod multorum peccata nautarũ,antequàm expertus essem quid illic agatur,quasi doctior & melior reprehendere audebam:itaque postquàm missus sum in medium, tunc sentire cœpi temeritates reprehensionum mearum,quanquam & antea periculosissimum iudicarem hoc ministerium. Et hinc erant lachrymæ illæ,quas me fundere in ciuitate ordinationis meæ tempore nonnulli fratres animaduerterunt, & nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus,qui omnino ad uulnus meum non pertinerent,tamen bono animo consolati sunt. Sed multo ualde multo amplius expertus sum, quàm putabam: non quia nouos aliquos fluctus aut tempestatem uidi,quas antè non noueram,uel non audieram,uel nõ legeram,uel non cogitaueram: sed ad eas euitandas aut perferendas solertiam & uires meas omnino nõ noueram,& alicuius momenti arbitrabar. Dominus autem irrisit me,& rebus ipsis ostẽdere uoluit meipsum mihi. Quod si non damnando, sed miserando fecit, hoc enim spero: certe uel nunc cognita ægritudine mea,debeo scripturarum eius medicamẽta omnia perscrutari,& orando ac legẽdo agere, ut idonea ualetudo animæ meæ ad tam periculosa negocia tribuatur: quod ante non feci,quia & tempus non habui. Tunc enim ordinatus sum, cum de ipso actio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis tempore ad cognoscendas diuinas scriptu-
ras cogitaremus, & sic nos disponere uellemus,
ut nobis ocium ad hoc negocium posset esse. Et
quod uerum est, nondum sciebam quid mihi de
esset ad tale opus, quale me nunc torquet & con
terit. Quòd si propterea in re ipsa didici quid sit
homini necessarium, qui populo ministrat sacra
mentum & uerbum dei, ut iam non mihi liceat
assequi, quod me non habere cognoui: iubes er
go ut pereã, pater Valeri? Vbi est charitas tua?
Certe diligis me, certe diligis ipsam ecclesiam,
cui me sic ministrare uoluisti, & tamen certus
sum quòd & me & ipsam diligis. Sed putas me
idoneum, cum ego melius me nouerim, qui ta-
men nec ipse me nossem, nisi experiendo didi-
cissem. Sed dicit fortasse sanctitas tua: Vellem
scire quid desit institutioni tuæ. Tam multa au
tem sunt, ut facilius possim enumerare quæ ha-
beo, quàm quæ habere desidero. Audeo enim
dicere, scire me & plena fide retinere quid per-
tineat ad salutem nostram. Sed hocipsum quo-
modo ministrem ad salutem aliorum, non quæ-
rens quod mihi utile est, sed quod multis, ut sal-
ui fiant: Et sunt fortasse aliqua, imò non est du-
bitandum esse in sanctis libris conscripta consi-
lia, quibus cognitis & apprehensis possit homo
dei rebus ecclesiasticis ordinatioribus ministra
re, aut certe inter manus iniquorum uel uiuere
conscientia saniore uel mori, ut illa uita non a-
mittatur, cui uni Christiana corda humilia &
mansuetà suspirant. Quomodo autem hoc fieri
potest, nisi quẽadmodum ipse Dominus dicit,
petendo, quærendo, pulsando, id est orando, le-
gendo, plangendo? Ad quod negocium mihi
paruum tempus uel usque ad Pascha impetrari
uolui per fratres à tua synceriſſima & uenerabi-
li charitate, & nunc per has preces uolo. Quid
enim respondurus sum domino iudici: non po-
teram ista iam quærere, cum ecclesiasticis nego
cijs impedirer? Si ergo mihi dicat, Serue ne-
quam, si uilla ecclesiæ calumniosum aliquem pa
teretur, cuius fructibus colligendis magna ope
ra impenditur, neglecto agro quem rigaui san-
guine meo, si quid agere pro ea posses apud iu-
dicem terræ, nónne omnibus consentientibus,
nonnullis etiam iubentibus & cogentibus per-
geres, & si contra te iudicaretur, etiam trans ma
re proficiscereris: atque hoc modo uel annuam
uel amplius absentiam tuam nulla querela reuo
caret, ne alius possideret terram, non animæ sed
corpori pauperum necessariam: quorum tamen
famẽ uiuæ arbores meæ multo facilius mihiq;
gratius si diligenter colerentur explerent? Cur
ergo ad discendam agriculturã meam, uacatio-
nem temporis tibi defuisse causaris? Dic mihi
quid respondeam, rogo te: An forte uis dicam:
Senex Valerius dum me omnibus rebus instru
ctum esse credidisset, quanto amplius me dile-
xit, tanto minus ista discere permisit? Attende
omnia ista, senex Valeri, obsecro te per bonita-
tem & seueritatem Christi, per misericordiam
& iudicium eius, per eum qui tantam tibi inspi-
rauit erga nos charitatem, ut te nec pro lucro a-
nimæ nostræ audeamus offendere. Sic autem
mihi deum & Christum testem facis innocen-
tiæ & charitatis, & synceri affectus quem circa
nos habes, quasi ego nõ de his iurare omnibus
possim. Ipsam ergo charitatem & affectum im-
ploro ut miserearis mei, & concedas mihi ad
hoc quod rogaui tempus quantum rogaui, atq;
adiuues me orationibus tuis, ut nõ sit inane deli
derium meum, nec infructuosa ecclesiæ Christi
atq; utilitati fratrum & conseruorum meorum
absentia mea. Scio quòd illã charitatem pro me
orantem, maxime in tali causa, nõ despiciet do-
minus, & eam sicut sacrificium suauitatis acci-
piens, fortassis breuiore tempore quàm postula
ui, me saluberrimis cõsilijs de scripturis suis red
det instructum.

Augustinus Profuturo, de toleranda aduersa tua
letudine & cohibenda ira. Epistola CXLIX.

Fratri Profuturo Augustinus.

Ecundum spiritum quantum domi-
no placet, atq; uires ipse præbere di-
gnatur, recte sumus: corpore autem
ego in lecto sum. Nec ambulare eũ
nec stare nec sedere possum, rhagadis uel exo-
chadis dolore & tumore. Sed etiã sic, quoniam
id domino placet, quid aliud dicendum est, nisi
quia recte sumus? Potius enim si id nolumus
quod ille uult, nos culpandi sumus, quàm ille
non recte aliquid uel facere uel finere existiman
dus est. Nosti hæc omnia, sed quia mihi es alter
ego, quid libentius tecum loquerer, nisi quod
mecum loquor? Commendamus ergo sanctis
orationibus tuis & dies & noctes nostras, ut o-
retis pro nobis, ne diebus intemperanter uita-
mur, ut noctes æquo animo toleremus, ut etiam
si ambulemus in medio umbræ mortis, nobiſ-
cum sit dominus, ne timeamus mala. Quòd se-
nex Megalius defunctus sit, iam uos audisse qs
dubitet? Erant autem à depositione corporis e-
ius cum hæc scriberem, dies fermè uigintiqua-
tuor. Vtrum iam uideris, disponebas enim suc-
cessorem primatus eius, si fieri potest nosse uo-
lumus. Non desunt scãdala, sed neq; refugium:
non desunt mœrores, sed neque consolationes.
Atq; inter hæc quàm uigilandum sit, ne cuius-
quam odium cordis intima teneat, neque finat
ut oremus Deum in cubili nostro clauso ostio,
sed aduersus ipsum deum claudat ostium, nosti
optime frater: subrepit autem dum nulli irascen
ti ira sua uidetur iniusta. Ita enim inueterascens
ira fit odium, dum quasi iusti doloris admixta
dulcedo, diutius eam in uase detinet, donec to-
tum acescat, uasq; corrũpat. Quapropter mul-
to melius, nec iuste cuiquam irascimur, quàm
uelut iuste irascendo in alicuius odium iræ oc-
culta facilitate delabimur. In recipiendis enim
hospitibus ignotis, ista solemus dicere: Mul-

to esse melius malum hominem perpeti, quàm
forsitan per ignorantiam excludi bonum, dum
cauemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus
animi contrà est. Nam incomparabiliter salu-
brius est etiam iræ iuste pulsanti non aperire pe
netrale cordis, quàm admittere non facile re-
cessuram, & peruicturam de furculo ad trabem.
Audet quippe impudẽter etiam crescere citius
quàm putatur. Non enim erubescit in tenebris
cum super eam sol occiderit. Recolis certe qua
curã & quanta solicitudine ista scripserim, si re-
colis quid mecum nuper in itinere quodam lo-
quutus sis. Fratrem Seuerũ & qui cum eo sunt
salutamus. Etiam fortasse ipsis scribemus, si
per festinationẽ perlatoris liceret. Peto autem
ut apud eundem fratrem nostrum Victorem,
cui ago etiam apud tuam sanctitatem gratias,
quod Constantinam dum pergeret indicauit,
petendo adiuues propter negocium quod ipse
nouit, de quo grauissimum pondus pro ea re
multum deprecantis Nectarij maioris patior,
per Calamã remeare ne grauetur: sic enim pro-
misit mihi. Vale.

Augustinus Elpidio, qui uidebatur cum Arria-
nis nonnihil sentire, declarans de rebus ineffa-
bilibus parcissime loquendum. Epistola CL.

Domino eximio meritoq; honorabili & desi-
derabili Elpidio, Augustinus.

Vis nostrum erret in fide uel in co-
gnitione Trinitatis, aliqua quæstio
est. Gratũ sanè habeo quod me quã-
uis incognitum facie, tamen quia er
rare credidisti, reuocare ab errore conatus es.
Huius tibi beneuolentiæ mercedem retribuat
deus, & nosse te faciat quod nosse te putas. Res
enim ardua est, ut existimo, & quæso te ne in ul-
lam cõtumeliæ partem acceperis, quod tibi tan
tæ cognitionis munus optaui. Vereor enim ne
opinatæ scientiæ præiudicium, si non præcepta
uera, quæ nequaquam ad te mihi arrogauerim,
at certe bona uota nostra, quæ mihi etiam indo
cto habere de te licet; non enim perite, sed ami-
ce exhibenda sunt, repellat ab auribus tuis, po-
tiusq; mihi succenseas quod non tibi iam sapi-
enti gratulatus, quàm gratias agas quod tibi sa-
pientiam deprecatus sim. Verum tamen si ego
portans episcopalis nominis sarcinam, liben-
tissime amplector beneuolentiã tuam, quod me
Bonoso & Iasoni, ut scribis, doctissimis uiris
etiam trans mare mittere dignatus es, ad repor-
tandos ex eorũ disputationibus uberes fructus:
quod deniq; ad detegendas totius erroris cali-
gines, libellum cuiusdam episcopi uestri, inge-
nio & uiribus elaboratum, ad me perferendum
solicita benignitate curasti: quãto est æquius te
bono animo accipere, quod ea quæ nullo hu-
mano ingenio & uiribus dari possunt, à domi-
no deo tibi ut concedantur optaui? Apostolus
enim inquit: Non spiritum huius mundi acce-
pimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus
quæ à deo donata sunt nobis, quæ & loquimur
non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed do
cti spiritu, spiritalibus spiritalia comparantes.
Animalis autem homo non percipit quæ sunt
spiritus dei: stultitia est enim illi. Magis ergo te
cum, si fieri posset, mallem quærere quousq; ap-
pellandus sit animalis homo, ut si eum iam tran
scendimus, recte fortasse illa quæ supra huma-
nam mentem atq; intelligentiam incommutabi
liter manent, aliqua ex parte nos attigisse gau-
deamus. Cauendum est enim ne propterea ui-
deatur stultum, cum filium patri audimus æqua
lem, quia hominem animalem adhuc agimus,
de quo dictum est, quòd stultitia sunt illi quæ
sunt spiritus Dei: quanquam sanè maiestas illa
supra cũcta sublimis à spiritalibus cogitari pos-
sit, à nullo autẽ possit effari: uidere tamen, quan
tum arbitror, facile est, nõ esse factum per quem
facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Si
enim per seipsum factus est, erat antequàm fie-
ret, ut fieri per se posset. Quod certe tanto ab-
surdius dicitur, quanto uanius cogitatur. Si au-
tem non per se factus est, non est factus omni-
no: quoniam quicquid factum est, per ipsum fa-
ctum est. Omnia enim per ipsum facta sunt, &
sine ipso factum est nihil. Miror parum attendi
quæ tam expresse Euangelista uoluit intimare
ut neminem dissimulare permitteret. Nõ enim
satis fuit dicere, Omnia per ipsum facta sunt, ni-
si adderet, Et sine ipso factum est nihil. At ego
quãuis tardus, & nondum detersa caligine, sau-
cium mentis oculum gerens ad intuendam pa-
tris & filij incomparabilem ineffabilemq; præ-
stantiam, tamen hoc tota facilitate complector,
quod nobis in Euangelio propterea præsemi-
natum est, non ut hinc cõprehenderemus illam
diuinitatẽ, sed ut hinc admoneremur non opor-
tere nos de temeraria comprehensione iactare.
Si enim omnia per ipsum facta sunt, quicquid
non per ipsum factum est, non est factum: ipse
autẽ per se factus non est. Non est igitur factus,
& omnia per ipsum facta esse ab euãgelista cre-
dere cogimur. Ab eodem ergo cogimur eum fa
ctum esse non credere. Item si sine ipso factum
est nihil, ipse ergo nihil est: aut factum non esse,
non autem sine se factum esse. Restat ut fatea-
mur, aut non sine se factum esse, quia sine se fa-
ctus est. Quod si opinari sacrilegum est, nõ pos-
sumus dicere, Si enim ipse se fecit, iam erat an-
tequàm fieret: si autem ad se faciendum alteri, à
quo factus est, adiutorium præbuit: nihilomi-
nus ut se adiuuãte ipse fieret, iam erat antequàm
fieret. Relinquit itaq; ut sine se factus sit. Quic-
quid autem sine illo factum est, nihil est. Aut ni-
hil est igitur, aut factus non est: sed nõ est nihil,
factus igitur non est. At si factus non est, & ta-
mẽ filius est, sine dubio natus est. Quomodo, in
qs, potuit de solo patre nasci filius æqualis ei de
quo natus est: Iam hoc enarrare non possum, &
cedo prophetiæ dicenti, Generationẽ eius quis

Esa. 53

enar

Universidad de Deusto
Biblioteca

enarrabit: Quod si tu de humana generatione qua per uirginem natus est accipiendum putas, ipse te discute, & interroga animã tuam, utrum si in humana generatione defecit, audeat enarrare diuinam. Noli ergo, inquis, dicere æqualem.
Phil.2 Cur non dicam quod dixit Apostolus: Non rapinam, inquit, arbitratus est esse se æqualẽ deo. Etsi enim æqualitatem illam non explicauit humanæ menti nondum purgatæ, posuit tamen in uerbo quod in re possit inueniri purgata. Demus itaque operam mundando cordi nostro, ut inde exurgat acies, qua ista uidere ualeamus:
Mat.5 Beati enim, inquit, mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt. Ita excedentes animalis hominis caliginosas imagines, ad serenitatem illam synceritatemq; ueniemus, qua uidere possimus quod dici nõ posse uideamus. Nam libello quẽ dignatus es mittere, si mihi sit otium facultasq; tribuatur ad singula respondere, arbitror te cogniturum, tanto minus quemq; uestiri lumine ueritatis, quanto magis sibi uidetur nudam depromere ueritatem. Quis enim ferat, ut alia omittam, & hoc solum interim commemorem quod maxime ingemui, cum apostolus Paulus
1 Cor.13 dicat: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: istum iam dicere omni integumento reiecto nudam se depromere ueritatem, qui si diceret nudam uidemus ueritatem, nihil esset cæcius ista arrogantia uisionis. Non autem dixit uidemus, sed deprimus, ut non solum iam ueritas intentioni mentis patere, sed etiam potestati linguæ subiacere uideatur. Multa sunt quæ de Trinitatis ineffabilitate dicantur, non ut ipsa dicatur, alioquin non est ineffabilis, sed ut illis dictis, illa dici non posse intelligatur. Verum iam, ut arbitror, modum excessit epistola mea, cum per tuã me admoneris breuiter scribere: sed quia institutione ueterum te excusare dignatus es, nõ tibi absurdus uidebor, si modum quarundam epistolarũ Ciceronis, quia eius quoq; in literis tuis mentionem fecisti, non te pigeat recordari.

Augustinus Nebridio, quibus in rebus sita sit uera beatitudo. Epistola CLI

Nebridio Augustinus.

V Trum nescio quo, ut ita dicam, blandiloquio tuo factum putem, an uere ita se res habeat, incertum apud me est. Nam repẽte accidit, nec latis deliberatum est, quatenus debeat committi fidei. Expectas quid istud sit. Quid cẽses? Prope persuasisti mihi, non quidem beatum esse me: nam id solius sapientis prædium est, sed certe quasi beatum: ut dicimus hominem, quasi hominem in comparatione illius quem Plato nouerat, aut quasi rotunda, & quasi quadra ea quę uidemus, cum longe abeis absit quæ paucorum animus uidet. Legi enim literas tuas ad lucernam iam cœnatus, proxima erat cubitio, sed nõ ita etiam dormitio: quippe diu mecum in lecto situs cogitaui atque has loquelas habui, Augustinus ipse cum Augustino. Nónne uerum est quod Nebridio placet beatos nos esse? Non utiq;. Nam stultos adhuc esse, nec ipse audet negare. Quid si etiam stultis beata uita contingit? durum, quasi uero parua, uel alia ulla miseria sit ẽ ipsa stultitia. Vnde ergo illi uisum est, an lectis illis libellis etiam sapientem me ausus est credere? Non usq;adeo temeraria est lætitia gestiens, præsertim hominis cuius quanti ponderis consideratio sit bene nouimus. Illud igitur est. Scripsit quod nobis putauit dulcissimum fore, quia & illi dulce factum est, quicquid posuimus in illis literis: & scripsit gaudens, nec curauit, quid committendum gaudenti calamo esset. Quid si soli- 1 Reuela.
B loquia legisset? lætaretur multo exundãtius, nec tamen reperiret plus aliquid quod me appellaret quàm beatum. Cito ergo summum nomen effudit in me, nec sibi aliquid reseruauit, quod de me lætior asseueret. Vide lætitia quid faciat. Sed ubi est ista beata uita? ubi? ubi nam? O si ipsa esset, repelleret atomos Epicuri, O si ipsa esset, sciret nihil deorsum esse præter mundum. O si ipsa esset, nosset extrema sphæræ tardius rotari quàm medium, & alia similia quæ similiter nouimus. Nunc uero quomodo uel qualisq; cunque beatus sum, qui nescio cur tantus mundus sit, cum rationes figurarum per quas est, nihil prohibeant esse quanto quis uoluerit ampliorem? Aut quomodo non mihi diceretur,
C imò non cogeremur confiteri corpora in infinitum secari, ut à certa uelut basi in quantitatem certam certus corpusculorum numerus surgeret? Quare cum corpus nullũ esse minimum finitur, quo pacto finamus esse amplissimũ, quo amplius esse nõ possit: nisi forte illud quod Alipio aliquãdo dixi occultissime, habet magnam uim: ut quoniam numerus ille intelligibilis infinite crescit, non tamen infinite minuitur, nam non eum licet ultra monadem resoluere: contra sensibilis, nam quid est aliud sensibilis numerus, nisi corporeorum uel corporum quantitas, minui quidem infinite, sed infinite crescere nequeat. Et ideo fortasse merito philosophi in rebus intelligibilibus diuitias ponunt, in sensibili
D bus egestatem. Quid enim erumnosius quàm minus atq; minus semper posse fieri? Quid ditius quàm crescere quantum uelis, ire quò uelis, redire cum uelis, quousq; uelis, & hoc multum amare quod minui non potest? Quisquis namque intelligit istos numeros, nihil sic amat ut monadem, nec mirum cum per eam fiat, ut cæteri amentur. Sed tamen cur tantus est mundus? Poterat enim esse uel maior uel breuior: nescio. Tale est enim: Et, cur hoc loco potius quàm illo. Nec in ea re debet esse quæstio, ubi quicquid esset, quæstio esset: unum illud multũ mouebat, quod infinite corpora secarẽtur. Cui fortasse respõsum est, de ui contraria intelligibilis numeri. Sed expecta, uideamus quid sit hoc

nescio quid, quod suggeritur menti: certe sensibilis mundus, nescio cuius intelligibilis imago esse dicitur. Mirum autem est quod in imaginibus uidemus quæ specula referunt: nam quãuis ingentia specula sint, non reddunt maiores imagines quàm sunt corpora etiam breuissima obiecta. In paruis autem speculis sicut in pupillis oculorũ, etsi magna facies sese opponat, breuissima imago pro modo speculi formatur. Ergo & imagines corporum minui licet, si speculа minuantur, augeri si augeantur non licet. Hic profecto aliquid latet, sed nunc dormiendũ est. Neq; enim Nebridio beatus quærendo uideor, sed fortasse aliquid inueniendo. Id autem aliquid quid est? an illa ratiocinatio, cui tanquam
B unicæ meæ blandiri soleo, & ea me nimis oblectare. Vnde constamus? ex animo & corpore. Quid horum melius? uidelicet animus. Quid laudaẽ in corpore? nihil aliud uideo quàm pulchritudinem. Quid est corporis pulchritudo? congruentia partium cum quadam coloris suauitate. Hæc forma ubi uera melior, an ubi falsa? Quis dubitet ubi uera est esse meliorem? Vbi ergo uera est? in animo scilicet. Animus igitur magis amandus quàm corpus. Sed in qua parte animi est ista ueritas? in mente atq; intelligentia. Quid huic aduersatur? sensus. Resistendum ergo sensibus totis animi uiribus? liquet. Quid si sensibilia nimium delectant? Fiat ut non delectent. Vnde fit? consuetudine ijs carendi appetendiq; meliora. Quid si moritur animus? ergo
C moritur ueritas, aut non est intelligẽtia ueritas, aut intelligẽtia non est in animo, aut potest moti aliquid in quo aliquid immortale est? Nihil autem horum fieri posse soliloquia nostra iam continent, satisq; persuasum est: sed nescio qua consuetudine malorum territamur atq; tituba-
mus. Postremo etiam si moritur animus, quod nullo modo posse fieri uideo, non esse tamẽ beatam uitam in lætitia sensibilium, hoc ocio satis exploratum est. His rebus fortasse atq; talibus Nebridio meo si non beatus, at certe quasi beatus uideor, uidear & mihi: quid inde perdo, aut cur parcam bonæ opinioni? Hæc mihi dixi. De inde orauí ut solebam atque dormiui. Hæc placuit scribere tibi. Delectat enim me quod mihi
D gratias agis, si nihil te quod in buccam uenerit celem, & gaudeo, quia sic tibi placeo. Apud quem igitur libentius ineptiam, quàm cui displicere non possum? At si in potestate fortunæ est ut hominẽ amet homo, uide quàm beatus sim, qui de fortuitis tam multum gaudeo, & talia bona fateor desidero mihi ubertim accrescere. Fortunæ autem bona uerissimi sapientes, quos solos beatos fas est uocari, nec timeri uoluerunt, nec cupi an cupiri, tu uideris. Et belle accidit. Nam uolo me declinationis huius gnarum facias. Cum enim adiungo uerba similia, incertior fio. Nam ita est cupio, ut fugio, ut sapio, ut iacio, ut capio, sed utrum fugiri, an fugi, utrum sapiri, an sapi, sit modus infinitus, ignoro. Possem attendere iaci & capi, ni uererer ne me caperet & pro ludibrio faceret quò uellet, qui aliud iactum & captum, aliud fugitum, cupitum, sapitum esse conuinceret. Quæ item tria, utrum penultima longa, an inflexa, an graui breuiq; pronunciandа sint, similiter nescio. Prouocauerim te ad epistolam longiorem, peto ut paulò diutius te legam. Nam nequeo tantum differre, quantum uolupe est legere te.

Augustinus ad populum factionis Donatianæ, quomodo illorum episcopi in concilio conuicti sint, hortans ut nunc saltem redeant ad ecclesiæ communionem, ne pòst non fecisse sero pœniteat. Epistola CLII

Siluanus senex, Valẽtinus, Aurelius, Innocen- 2 Retr.46
B tius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, & cæteri episcopi de concilio Cirtensi ad Donatistas.

C Vm in auribus nostris fama crebresceret, hoc uobis uestros episcopos dicere, cognitorẽ præmio fuisse corruptum, ut contra eos sententia proferretur, uos autem ista facile credere, ac propterea multos uestrum adhuc nolle acquiescere ueritati, placuit nobis cogente domini charitate ex concilio nostro hæc ad uos scripta dirigere, quibus primitus admoneremini illos uobis uictos atq; conuictos hæc mendacia iactare: qui etiam in suo mandato quod pro illa collatione
C fecerunt, & suis hominibus atque subscriptionibus firmauerunt, nos illic traditores & persequutores suos esse dicentes, in falsitate atque mendacio manifestissimo detecti atq; conuicti sunt: ita ut uolentes gloriari de multitudine coepiscoporum suorum, inter aliquorum absentium nomina etiam mortui nomen insereret: & cum quæreretur ubi esset, subita perturbatione cæcati, ipsi eum confiterentur in itinere defecisse. Et cum interrogarentur, quomodo potuerit apud Carthaginem subscribere, qui in itinere iam defecerat, uehementius perturbati, alio mendacio se obligauerunt, respondentes eum Carthagine redeuntem fuisse defunctum. De quo mendacio exire omnino minime potuerunt. Ecce quibus creditis, uel de antiqua traditione, uel de cognitoris corruptione, qui mandatum suum ubi nobis obiecerunt crimen traditionis, non potuerunt conscribere sine crimine falsitatis. Proinde quæ maxime necessaria credidimus, his literis tanquam breuiario collecta inseruimus, ne forte ad magna gestorum uolumina uel peruenire non facile possitis, uel ea legere laboriosum putetis. Carthaginem uenimus, & nos & episcopi uestri, & quod prius nolebant & indignum esse dicebant, in unum conuenimus: electi sunt ex nobis & ex ipsis, septem hinc, & septẽ inde, qui pro causa omniũ loquerẽtur. Electi sunt alij septẽ hinc, & septem inde, cum quibus ubi opus erat cõsiliũ pertractarent.

Electi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Electi sunt quatuor hinc et quatuor inde, qui ge A stis conscribēdis custodes essent, ne infalsatum aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt etiā à nobis & ab ipsis notarij quatuor hinc & quatuor inde, ut bini cum exceptoribus iudicis alternarent, ne aliquis nostrum se dixisse aliquid causaretur quod non fuisset exceptum. Huic tantę diligētiæ etiam illud est additum, ut & nos & ipsi quemadmodum ipse iudex uerbis nostris subscriberemus, ne quisquam diceret in illis gestis aliquid uel postea fuisse corruptum. Cum enim adhuc uiuentibus eis qui subscripserunt, innotuerint eadem gesta omnibus locis in quibus oportet ut innotescāt, sic etiam ad posteros confirmata ueritas perdurauit. Nolite ergo esse ingrati tantæ misericordiæ dei quæ per istam dili B gentiam uobis ministrata est. Nulla excusatio iam remansit, nimium dura, nimium diabolica sunt hominum corda, quæ adhuc tantæ manifestationi ueritatis obsistunt. Ecce episcopi partis uestræ, quos omnes elegerūt ut pro omnibus loquerentur, conati sunt quantum potuerunt, ut omnino ipsa causa non ageretur, propter quam tantus numerus episcoporum utriusq; partis de uniuersa Aphrica, & de tam longinquis locis Carthaginem uenerat. Et cum omnis anima suspensa expectaret in tanta collectione quid ageretur, illi uehementer instabāt ut nihil ageretur. Quare hoc? nisi quia causam suam malam sciebant, & facillime se posse cōuinci si ageretur dubitare nō poterāt: Ipse ergo animus eorum quo C timebant ne causa ageretur, iam uictos eos esse monstrabat. Si enim extorquerent quod uolebant, ut iam collatio ipsa non fieret, nec disputationibus nostris ueritas appareret, redeuntes à Carthagine, quid uobis erant responsuri, quid demonstraturi? Credo prolaturi erant gesta & dicturi uobis, nos instabamus ut causa non ageretur, illi instabant ut ageretur. Vos expectatis uidere quid egerimus, Ecce legite ubi eos uicimus, ut nihil ageremus. Forte & uos respondere tis si cor haberetis: nihil ergo acturi, ut quid istis? uel potius qui nihil egistis ut quid redistis? Deniq; posteaquā non potuerunt efficere quod conati sunt, id est ut causa non ageretur, ipsa actio demōstrauit quid timuerint, quando in om D nibus uicti sunt. Confessi sunt enim contra ecclesiam catholicā, quæ toto terrarum orbe diffunditur, nihil se habere quod dicerent, quia diuinis sanctarū scripturarū testimonijs oppressi sunt, quibus ecclesia designat, incipiens ab Hierusalem creuisse per loca, in quibus apostoli prędicauerunt, et nomina eorundem locorū in suis epistolis & actis conscripserunt, & inde diffundi per cæteras gentes: contra istam ecclesiam se nō habere causam manifesta uoce professi sunt, ubi est euidentissima in nomine dei nostri uictoria. Cum enim cōfirmant ecclesiā, cui nos communicare, ipsos autem non communicare manifestum est, olim se uictos esse testantur, & uobis si sapitis, apertissime indicant quid dimittere & quid tenere debeatis, non in ea falsitate, qua uobis non cessant adhuc usq; mentiri, sed in illa ueritate quam uicti coacti sunt cōfiteri. Quisquis 23. q. 4. c. ergo ab hac catholica ecclesia fuerit separatus, à catholica quantumlibet laudabiliter se uiuere existimet, hoc solo scelere quod à Christi unitate diuīctus est, non habebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene uixerit, nihil ei prędicāt aliena peccata, quia unusquisq; in ea proprium onus portabit, sicut Apostolus dicit: Et quicūq; in ea corpus Christi mā- Gal. 6 ducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Nam etiam hoc ipse Apostolus scripsit. 1. Cor. 11 Cum autem dicit, Iudicium sibi māducat, satis ostendit, quia non alteri iudicium māducat, sed sibi. Hoc nos egimus & ostendimus & obtinuimus, quia communio malorum nō maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in factis malis nō eis quisq; consentiat, portat malus causam suam & personam suam, nec præiudicat alteri, quem in consensione mali operis, socium non habet criminis. Hoc em ipsi uoce apertissima coacti sunt confiteri, non tunc quando ista dicebamus, sed postea cum aliud ageretur. Nam cum uentum fuisset ad causam etiam Cęciliani, quam nos ab ecclesiæ causa distinguebamus, ut si forte malus esset inuentus, ipsum anathematizaremus, non tamē propter ipsum ecclesiam Christi relinquere remus, cui per malam suam causam præiudicare non posset: cum ergo etiam ad ipsam Cęciliani causam uentum fuisset, & legissent illi concilium Carthaginense, ubi recitabant septuaginta plus minus episcporū sententias contra Cæcilianum absentem prolatas: respondimus eis, sic non obesse illud episcoporum concilium absenti Cæciliano, quemadmodū non obfuit plurium episcoporum partis Donati cōcilium absenti Primiano, quādo eum in Maximiani causa plus minus centum episcopi damnauerant. Tunc illi nominata causa Maximiani, unde sciunt se etiam quos damnauerant, in honore integro suscepisse, & baptismum in sacrilego Maximiani schismate datū se confirmasse, & non destruxisse, & in sua Vagaitana sententia, qua eos damnauerunt, quibusdam qui in ipso schismate fuerunt, dilationem dedisse & dixisse, quod eos non polluerint sacrilegi furculi Maximiani plātaria: ista ergo causa postea quàm eorum aures percussit, expauescentes & perturbati & obliti unde superius contra nos contendebant, continuo dixerūt, Nec causa causæ, nec persona personæ præiudicat: & confirmauerunt uerbis suis quod nos antea de ecclesia dicebamus: quia nō solum catholicæ transmarinæ, contra quam se confessi sunt non habere quod dicerent, uerum etiam catholicæ Aphricanæ, quæ illi unitatis communione coniūgitur, causa & persona Cæciliani, qualiscūq; fuisset, præiudicare non pos-

set: si Maximianus, qui cum cæteris socijs suis A Primianum damnauit, si etiam Felicianus, qui simul Primianum damnauit, & postea in causa Primiani à Donati parte damnatus est, nō præiudicat parti Donati, cui modo episcopus sicut antea fuerat receptus adiungitur: sic etiam ipsis socijs suis Maximianus non prędicat, quibus isti dilationē dederunt, dicentes eos ab illo cum quo fuerunt non fuisse pollutos, quia nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. Quid ergo quæritis amplius? Multis quidem uerbis superfluis gesta onerauerunt, & quia non potuerunt efficere ut causa non ageretur, hoc fecerūt multum loquēdo, ut quod actum est difficile ageretur. Sed debent uobis etiam ista eorum pauca uerba sufficere, ne propter nescio quę, nescio B quorum hominū crimina, oderitis unitatem catholicæ ecclesiæ: quia sicut ipsi dixerunt, relegerunt, subscripserunt, nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. Nam & in ipsa causa Cæciliani, quam licet ad ecclesiæ causam non pertinentem tamen defendendā suscepimus, ut etiam ibi calūniæ manifestarētur ipsorum, apertissime uicti sunt, nihilq; eorum quæ in Cæcilianum intendebant, probare potuerunt. Insuper etiam de criminibus traditionis, nos episcopalia gesta protulimus, unde recitauimus aliquos eorum episcoporum qui sentētias in absentem dixerant Cæcilianū, manifestissimos fuisse traditores. Contra ipsa gesta illi quia non habebāt quod dicerent, falsa esse dixerunt, sed nullo mo C do probare potuerūt. Insuper etiā confessi sunt, uel potius pro magna gloria professi sunt, Cæcilianum apud Constātinum imperatorem à suis præcessoribus accusatum. Et addiderūt mendacium, quòd illis accusantibus fuerit ab imperatore damnatus. Ecce & hinc uicti sunt, unde uobis solent nebulas erroris offundere concitātes nobis inuidiam, & in odium uestrum nos addu centes, quia ecclesiæ causam apud imperatores agimus. Ecce maiores eorum de quorum nominibus gloriantur, ecclesię causam egerunt apud imperatorem, persequuti sunt accusando Cæcilianum, apud imperatorem damnatū dixerunt. Iam non uos inducant uanissimis & mendacissimis uerbis, redite ad cor uestrum, timete dominum, cogitate ueritatem, relinquite falsitatem. Quicquid enim iam passi fueritis imperialibus legibus, quod non pro iustitia, sed pro iniquitate patimini, nō poteritis dicere ideo nos esse iniustos, quia sic uobiscum agi non debuit, ut imperator uos ab ista iniquitate compesceret. Episcopi enim uestri confessi sunt maiores suos sic egisse cum Cæciliano quomodo uobiscum agi non uultis, & tamen quòd Cæcilianū apud imperatorem persequuti fuerint, etiam ipsis confitentibus & profitentibus satis constitit. Quod autem Cæcilianus fuerit ab imperatore damnatus, omnino non constitit: imò etiam constitit eum accusantibus & persequētibus maioribus eorum, & bis numero prius ab episcopis, & ab ipso postea imperatore fuisse purgatū. Hoc etiā ipsi confirmauerūt talia postea quasi pro causa sua proferendo, ut magis contra ipsos esse inuenirentur, & pro causa Cæciliani etiam illa quæ protulerunt reciterentur. Quoscunq; ergo accusare uoluerunt, nullis certis documētis probare potuerunt. Quicquid autem nos & pro ecclesię causa & pro Cæciliani causa diximus, & uerbis suis & lectionibus à se prolatis etiam ipsi confirmauerunt. Nam protulerūt primo codicē Optati, unde quasi probarent Cæcilianum ab imperatore damnatū: qui codex cum contra illos legeretur, & magis ostenderet Cęcilianum fuisse purgatum, ab omnibus risi sunt. Sed quia ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi, uerbis suis apud acta risos se esse testati sunt. Iterum recitauerunt & protulerunt libellum imperatori Constātino à suis maioribus datum, ubi questi sunt quòd eos memoratus imperator grauiter persequeretur, ac sic eodē libello manifestarunt se apud imperatorem à Cæciliano fuisse superatos, falsumq; esse quod dixerant eum ab imperatore dānatum. Tertio protulerūt literas eiusdem Constantini ad uicarium Verinum datas, ubi eos grauiter detestatur, & propterea dicit de exilio relaxandos & furori suo dimittendos, quia iam deus cœperat in illos uindicare. Ac sic etiam istis imperatoris literis cōfirmauerunt se falsum dixisse, quòd Cæcilianus ab imperatore damnatus sit, cum potius imperator ipsos à Cęciliano uictos esse monstrauerit, quando eos uehementer execratus, ideo iussit ut de exilio dimitterentur, ut deo iudice sicut etiam cœperant punirentur. Postea Felicis Abtungensis ordinatoris Cæciliani in medium causam miserunt, dicentes eūdem Felicem fuisse traditorem à quo Cæcilianus fuerat ordinatus: & eiusdem Constantini imperatoris pro Cæciliano contra seipsos literas protulerunt, ubi ad proconsulem scripsit, ut ad comitatū suum mitteret Vigentium. Iste autem Vigentius confessus fuerat in cognitione Heliani proconsulis, falsum se feciſſe aduersus Felicem Cęciliani ordinatorē. Dicebant ergo isti non sine causa uoluisse imperatorem ut ad se mitteretur Vigentius, nisi quia Cæciliani D adhuc causa pendebat: & conabantur immittere suspicionem uanissimam, quod postea quàm Vigentius ad comitatū directus est, tunc imperator contra Cęcilianum protulerit iudicare, & illud iudicium suum quod nos recitaueramus, ubi inter partes cognouerat Cæcilianumq; purgauerat, sententia posteriore rescindere. Sed dicebatur eis, ut hoc potius legerēt, & nihil omnino proferebant. Illæ aūt literæ imperatoris, quibus ad se mitti iussit Vigentium, quas contra se ipsos pro Cæciliano recitauerūt, hoc continent quòd Helianus procōsul in causa Felicis audiē tiam prębuerit competētem, eundemq; Felicē à crimine traditionis innocentem fuisse consti-

Optatus

Constantinus

Verinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

terit. Sed Vigentium ad cõmitatum suum proA pterea iubere transmitti, ut illis qui ibi erant & diuturnis diebus eum interpellare non desinebant, apparere & intimari posset, & frustra eos Cæciliano inuidiam cõparare, & aduersus eum uiolenter insurgere uoluisse. Quis eos crederet ista cõtra se recitasse pro nobis, nisi dei omnipotentis nutu factum esset, ut non solum uerba eorum gestis tenerentur, sed etiam manus subscribentium legerentur? Nam & ordinem consulũ & dierum qui gestis expressus est, si quis nũc diligenter aduertat, inueniet primo Cæcilianum episcopali iudicio fuisse purgatum. Deinde nõ multo post Felicis Abtungensis causa ab Helia no proconsule examinata est, ubi eum constitit innocentem. In qua causa ad comitatum mitti B iussus est Vigentius, & longe postea ipse imperator causam inter partes cognouit atq; finiuit. In qua cognitione Cęcilianum innocentẽ, illos autem calumniosissimos iudicauit. In quo ordine consulum & dierum satis ostẽditur fallaciter eos & calũniose dixisse, quòd imperator missò ad comitatum Vigentio, iudicium suum mutauit, & Cęcilianũ quem prius purgauerat postea cõdemnauit. Non solum autem nihil de hac re legere potuerunt, & contra seipsos tanta legerunt, sed etiam per ordinem consulũ euidentius conuincuntur, post causam Felicis procõsulari iudicio terminatã, in qua iussum est, ut ad comitatum Vigẽtius mitteretur, nec paruo interualC lo, sed longe postea memorati imperatoris iudicio inter partes habito, Cæcilianum fuisse purgatum. Non ergo uobis dicãt, quía præmio corrupimus iudicem. Quid enim aliud solent uicti homines dicere? Aut si aliquid dedimus iudici, ut cõtra illos pro nobis pronũciaret, ipsis quid dedimus, ut contra se pro nobis tãta non solum dicerent, uerum etiam recitarent? An forte uolunt ut eis apud uos gratias agamus, quía cũ dicant iudicem prẽmio à nobis esse corruptũ, ipsi tam multa quæ pro nobis contra seipsos dixerunt & recitauerunt, gratis nobis omnia præstiterunt? Aut certe si propterea dicunt quòd nos uicerint, quía melius egerunt causam Cęciliani ẽq; nos, hoc planè credatis illis. Nos enim duas lectiones pro illo sufficere putauẽramus: illi au- D tem quatuor protulerũt. Sed quid uos pluribus literis oneremus? Si uultis nobis credere credite, & teneamus pariter unitatem quam iubet & diligit deus. Si autem nobis nõ uultis credere, gesta ipsa legite, aut uobis ut legãtur admittite, & an uera sint quæ scripsimus uobis ipsi proba te. Si autem nihil horum facere uultis, & manifestissima ueritate conuictã partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis, mundi erimus à pœna uestra quãdo uos sero postea pœnitebit. Si uero id quod uobis præstitit deus non contẽpseritis, & post causam tam diligenter actam, et tam diligenter manifestatã, peruersam consuetudinem relinquẽtes, paci Christi & unitati cõ-

senseritis, de uestra correctione gaudebimus: et sacramenta Christi quæ in sacrilegio schismatis ad iudiciũ habetis, utilia & salubria uobis erũt, cũ in catholica pace habueritis caput Christũ, ubi charitas cooperit multitudinẽ peccatorum. 1 Pet. 4
Hęc ad uos scripsimus XVIII cal. Iulias, pñssimo Honorio Augusto VIII cos. ut quando possunt ad quosq; uestrum iste literæ peruenirent.

Publicola Augustino proponit multas quæstiones. Epistola CLIII

Dilecto & uenerabili patri Augustino episcopo, Publicola.

Criptum est, Interroga patrem tuum Deut. 32
S & indicabit tibi, seniores tuos & dicent tibi. Vnde & mihi exquirẽdam legem de ore sacerdotis iudicaui in causa tali. Quæ qualis sit, per literas expono, si mul etiam ut ego instruar in diuersis causis. Singulas autem quæstiones & diuersas per capitula signari feci, ad quas singillatim dignari respõdere. In Arzugibus, ut audiui, decurioni qui limiti præest uel tribuno solent iurare Barbari, iurantes per dæmones suos qui ad deducẽdas bastagas pacti fuerint, uel aliqui ad seruandas fruges ipsas: singuli possessores uel conductores solent ad custodiẽdas fruges suscipere, quasi iam fideles epistolam decurione mittẽte, uel singuli transeũtes per eos transire. Mihi disceptatio in corde nata est, si ille possessor qui susceperit Barbarum, cuius fides per dæmonum iurationẽ firma uisa est, nõ coinquinatur uel ipse uel illa quę custodit, uel ille qui deducitur à deductore Barbaro. Sed hoc debes scire, quía qui iurat Barbarus à possessore pro seruandis frugibus accipiat aurũ uel à uiatore deductor, sed tamen cum hac ueluti mercede quæ solet dari à possessore uel à uiatore, iuramentũ etiam illud in medio est mortale datum decurioni uel tribuno: quod perturbat me, ne polluat illum qui suscipit Barbari iuramentum, uel illa quæ custodit Barbarus. Quacunq; enim conditione etiam auro dato & obsidibus datis, ut audiui, tamen iuramentũ iniquũ medium intercessit. Dignare autem mihi definite rescribere & non suspense. Quòd si ipse scribas dubitanter, ego maiores dubitationes incidere possum quàm antequã interrogassem. Hoc etiam audiui, quía ipsi homines cõductores qui præsunt reí meæ, iuramentũ per dæmones suos iurantibus Barbaris accipiunt pro seruandis frugibus. Si ergo cum illi iurant per dæmones suos ut custodiãt fruges, non polluunt ipsas fruges, ut si inde mãducauerit Christianus sciens, uel de precio ipsarũ rerum, fuerit coinquinatus, significare dignare. Item ab alio audiui q; cõductori non iuratur à Barbaro, & alter dixit, quía iuratur conductori. Si etiã falsum mihi dixit ille qui dixit iurari conductori, si iam pro hoc quod solum audiui nõ debeo uti de ipsis frugibus, uel de precio ipsarum propter auditum solum, quia dictum est, Si aũt quis dixerit hoc immolatitiũ est

est idolis, nolite manducare propter illũ qui in- A dicauit: si tamen etiã hæc causa similis est causæ de immolatitio. Quòd si ita est, quid debeo de ipsis frugibus, uel de precio ipsarum facere? Si debeo requirere de utroq; qui mihi dixit, quía non iuratur conductori, aut qui dixit quía iuratur conductori, & dictum uniuscuiusq; probare per testes, qui uerum dixit de illis duobus, & tãdiu non contingere de ipsis frugibus, uel de precio, quãdiu mihi probatũ fuerit, si uerũ dixit ille qui dixit quia non iuratur cõductori? Si Barbarus qui per iuramẽtum suum iurat malum, fecerit illum Christianũ cõductorem uel tribunum qui limiti præest iurare sibi pro fide illi seruanda pro custodiendis frugibus, per ipsum iuramentũ mortale per quod ipse iurat, si solus ille Chri- B stianus coinquinatus sit, an non illa quorũ causa iurat. Aut si Paganus qui limiti præest iuraret Barbaro pro fide illi seruanda per mortale iuramentum, si non coinquinat pro quibus iurat. Si quem misero ad Arzuges, si licet ei iuramentum accipere à Barbaro, illud mortale, & si non coinquinatur si susceperit tale iuramentũ Christianus? Si de area triturataria tritici uel cuiuscunq; leguminis, aut torculari, de qua dæmoni oblatum est, si licet inde manducare Christianũ scientem, De luco si licet ad aliquem usum suum Christianũ scientẽ ligna tollere? Si quis uadens ad macellum ut emat carnem quæ nõ sit immolatitia, & cogitationes duas habuerit in corde, quod immolata sit, & nõ sit immolata, & illam C tenuerit cogitationem qua nõ immolata, si mandu cauerit an peccat? Si quis bonam rem de qua dubitat an bona aut mala sit faciat & putat bonam, cum tamẽ putasset & malam, si peccatum adscribatur ei? Si quis dixerit q; immolatitiũ est mentiens, & postea dixerit iterũ quía mentitus est, & ad fidem uere mẽtitus est, si licet Christianum inde manducare aut uendere, & de precio utí ex eo quod audiuit? Si Christianus aliqs ambulans passus necessitatẽ, uictus fame unius diei uel bidui, uel multorũ dierum, ut iam durare nõ possit, ita occurrerit ut in ipsa necessitate famis in qua sibi uidet iam mortem proximare, inuenerit cibum in idolio positum, ubi nullus sit hominum, & nõ possit inuenire alium cibũ, debet D mori aut exinde cibari? Si Christianus uideat se à Barbaro uel à Romano uelle interfici, debet eos ipse Christianus interficere ne ab illis interficiatur: uel si licet sine interfectione eos repelle Rom. 5 re uel impugnare, quía dictum est, Non resistere malo? Si murum possessioni debet Christianus facere propter hostem, & si ille Christianus qui fecerit murum causa nõ existit homicidij, cum inde aliqui cœperint pugnare, & interficere hostes? Si licet de fonte bibere uel de puteo ubi de sacrificio aliquid missum est? Si de puteo qui in tẽplo est & desertũ factũ est debet Christianus biberе? Si in tẽplo quod colitur idoli puteus ibi sit uel fons, et nihil ibi factũ sit in eodẽ puteo uel fonte, si debet haurire aquas inde Christianꝰ & bibere? Si Christianus debet in balneis lauare, uel in thermis in quibus sacrificatur simulacris? Si Christianus debet in balneis quibꝰ in die festo suo Pagani loti sunt, lauare, siue cũ ipsis siue sine ipsis? Si in solio ubi descenderũt Pagani ab idolis uenientes in die festo suo, et aliquid illic in solio sacrilegij sui fecerint, & scierit Christianꝰ, si debet in eodẽ solio descẽdere? Si Christianus inuitatus ab aliquo appositã habuerit carnẽ in escam, de qua dictũ fuerit illi quía immolatitia est & nõ mãducauerit eam, postea aũt ab aliquo translatã ipsam carnẽ alíquo casu inuenerit uenalem & emerit eam, aut appositã habuerit ab aliquo alio inuitatus & non cognouerit eam & mãducauerit, si peccat? Si de orto uel de possessione idolorũ uel sacerdotũ eorum debet Christianus sciens, holus emere uel aliquẽ fructũ, & inde edere? Sane de iuramẽto uel de idolis ut laborem nõ patiaris in requirẽdo, quæ ut dñs donauit, inuenimus, ante oculos tuos uolui proponere: si quíd aũt aliud apertius aut melius in scripturis inueneris, dignare mihi significare. Vn- Gen. 31
de quæ inuenimus, hæc sunt, ubi Labã dixit ad Iacob: Deus Abrahã & deus Nachor: quem autem deum, non significauit scriptura. Et iterum Abimelech quando uenit ad Isaac ubi iurauit, uel qui cum illo erant: sed quale iuramentũ, non significauit scriptura. Iterũ de idolis, ubi ad Ge- Iud. 6
deon dictũ est à domino in libro Iudicum, ut de uitulo quẽ occiderat, holocaustũ faceret. Et in Ios. 6
Iesu Naue de Hiericho, ut omne aurũ, argẽtum & æramentũ inferretur in thesauris dñi, & sanctum uocatũ est de ciuitate quæ anathema est. Et quid est illud quod in Deuteronomio positũ Deut. 7
est, Non inferes abominationẽ in domũ tuam, & anathema eris sicut hoc ipsum est? Dominus te seruet, saluto te, ora pro me.

Augustinus Publicolæ dissoluit aliquot ex propositis quæstionibus. Epistola CLIIII

Honorabili & dilectissimo filio Publicolæ, Augustinus in Domino Salutem.

Æstus animi tui posteaquàm didici literis tuis, etiã mei cõtinuo facti sunt, nõ quo me omnia talia permouerẽt qualibꝰ indicasti te esse permotũ, sed A quomodo tibi auferrẽtur hi æstus, fateor, æstuaui, maximè quia petis ut definite tibi rescriberẽ, ne in maiores dubitationes incideres quàm ante cẽ interrogasses. Hoc enim uideo non esse in mea potestate. Nã quomodolibet scripsero quę mihi uidẽtur esse certissima, si tibi non persuasero, proculdubio eris incertior. Non aũt sicut mihi adiacet suadere, eo modo adiacet etiã persuadere cuilibet. Verũtamen ne tuæ dilectioni negarem operulã meam, post aliquantã deliberationem rescribẽdũ putaui. Mouet te certe, utrũ Prima quæ-
eius fide utendũ sit, qui ut eam seruet per dæmo- stio de iure
nia iurauerit. Vbi te uolo prius cõsiderare, utrũ iurando
si quispiã per deos falsos iurauerit se fidem ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uaturũ,& eam non seruauerit,non tibi uideatur bis peccasse: Si em̃ tali iuratione promissam custodierit fidem,ideo tãtũ peccasse iudicaretur, quia per tales deos iurauit. Illud aũt nemo recte reprehẽderet quia fidẽ seruauit. Nũc uero quia & iurauit per quos nõ debuit,& cõtra pollicitã fidem fecit quod nõ debuit,bis utiq; peccauit: ac per hoc qui utitur fide illius quẽ cõstat iurasse per deos falsos,& utitur non ad malã rem sed ad licitã & bonã,non peccato eius se sociat quo per demonia iurauit,sed bono pacto eius quo fidem seruauit. Neq; hic eã fidẽ dico seruari qua fideles uocãtur qui baptizantur in Christo. Illa enim lõge alia est longeq; discreta à fide humanorũ placitorũ atq; pactorum. Verũ tamen sine
22.q.1.sed quæritur
ulla dubitatione minus malũ est per deũ falsum iurare ueraciter, q̃ per deũ uerũ fallaciter. Quã
3 sent. dist. 39 post hæc
to enim per quod iuratur magis est sanctũ,tãto magis est pœnale periurium. Alia ergo quæstio est,utrũ nõ peccet qui per falsos deos sibi iurari fecit,quia ille qui ei iurat,deos falsos colit. Cui quæstioni possunt illa testimonia suffragari,quę ipse cõmemorasti de Laban & Abimelech,si tamen Abimelech per deos suos iurauit,sicut Laban per deũ Iacob. Hæc,ut dixi,alia quæstio est, quæ mẽ merito fortassis moueret,nisi illa exempla occurrissent de Isaac & Iacob,& si qua alia
22.q.1.in nouo
possunt inueniri. Si tamẽ illud nõ adhuc mouet quod in Nouo testamẽto dictũ est,Ne omnino iuremus. Quod quidẽ mihi propterea dictũ uidetur,non quia uerũ iurare peccatũ est,sed quia peierare immane peccatũ est: à quo nos longe esse uoluit,qui omnino ne iuremus admonuit. Sed tibi aliud uideri scio,unde nũc disputandũ non est,ut illud potius agamus unde me consulẽdũ putasti. Proinde sicut nõ iuras,ita nec alitũ
22.q.1 quamuis
si hoc placet iurare cõpellas,quãuis dictũ sit ne iuremus: nusquã aũt in scripturis sanctis legi meminerim ne ab alio iurationẽ accipiamus. Alia uero quæstio est,utrũ ea pace debeamus uti,quę inter alios inuicẽ iurantes facta est. Quòd si noluerimus,ubi uiuamus in terris,nescio utrũ inuenire possimus. Neq; enim tantũmodo limiti, sed uniuersis prouinciis pax cõciliatur iuratione Barbarica. Vnde & illud sequetur,ut nõ fruges tantũ quæ ab eis custodiuntur qui per deos falsos iurauerũt,sed ubiq; inquinata sint omnia, quæ ipsa pace muniũtur quã iuratio illa confirmat. Quòd si absurdissimũ est dicere,nec illa te
26.q.2 si de area
moueãt quæ mouebãt. Item si de area uel torcular tollat aliquid ad sacrificia dæmoniorũ sciente Christiano,peccat si fieri permittit,ubi prohibendi potestas est. Quòd si factũ comperit,aut prohibẽdi potestatẽ non habuit,utitur mundis reliqs fructibus unde illa sublata sunt,sicut fontibus utimur de quibus hauriri aquã ad usum sacrificiorũ certissime scimus. Eadẽ est etiã ratio lauacrorũ. Neq; enim spiritũ deducere de aere dubitamus,in quem scimus ire fumũ ex aris omnibus & incẽsis dæmoniorũ. Vnde apparet illud esse prohibitũ,ne in honorẽ alienorũ deorũ aliqua re utamur,aut uti existimemur,sic eã accipiendo,ut quãuis animo contẽnamus,eos tamen qui nostrũ animũ ignorant ad hæc honorã da ædificemus. Et cum templa,idola,luci,& si quid huiusmodi data potestate,euertũtur,quãuis manifestũ est cum id agimus non ea nos honorare sed potius detestari, ideo tamen in usus nostros priuatos dũtaxat & proprios non debemus inde aliquid usurpare,ut appareat nos pietate ista destruere nõ auaricia. Cum uero in usus cõmunes non proprios ac priuatos uel in honorem dei ueri cõuertũtur,hoc de illis fit quod de ipsis hominibus,cum ex sacrilegis & impijs in ueram religionẽ mutãtur. Hoc deus intelligitur docuisse illis testimonijs quæ ipse posuisti,cum de luco alienorũ deorum iussit ligna ad holocausta adhiberi: & de Hiericho ut omne aurũ,argẽtum & æramentũ inferret in thesauros domini. Deut 7
Quapropter etiã illud quod in Deuteronomio scriptũ est,Non cõcupisces argentũ uel aurum illorum,nec accipies inde tibi,ne excedas propter illud,quoniã abominatio est dño deo tuo: & non cõferes execramentũ in domũ tuam,& eris anathema sicut & illud est,& offensione offendes & coinquinatione inquinaberis abominatione illa,quia anathema est: satis apparet aut ipsos priuatos usus in talib⁹ esse prohibitos,aut ne sic inde aliquid inferatur in domũ ut honoretur. Tunc em̃ est abominatio & execratio,non cũ talibus sacrilegijs honor apertissima destructione subuertit̃. De escis autẽ idolorũ nihil amplius nos debere obseruare q̃ quod præcepit apostolus,certꝰ esto. Et ideo de hac re uerba eius recole,quę si obscura essent,pro modulo nostro exponeremus. Non aũt peccat qui cibũ postea nesciens mãducauerit,quem prius tanq̃ idolothytũ respuit. Olus uel quilibet fructus in quolibet agro natus,eius est qui creauit,Quia dñi est terra & plenitudo eius. Et omnis creatura dei bona est. Sed si illud quod in agris nascitur conseratur idolo uel sacrificatur,tunc inter idolothyta deputãdũ est. Cauendũ est enim ne si putauerimus nõ uescendũ olere quod nascitur in orto tẽpli idoli,cõsequens sit ut existimemus non debuisse apostolos apud Athenas cibũ sumere,qa ciuitas erat Mineruæ eiusq; numini cõsecrata. Hoc & de puteo respõderim uel fonte qui in templo est. Plus aũt mouet re uera si aliquid sacrificiorũ in fontẽ uel puteũ proijciatur. Sed eadem ratio est aeris qui omnẽ eorum fumũ recipit,de quo suprà diximus: aut si hoc ideo putatur distare,quia illud sacrificiũ de quo fumus aeri cõsumitur,non fit ipsi aeri sed idolo alicui uel dæmonio,aliquãdo aũt sic mittũtur sacrificia in aquas ut ipsis aquis sacrificetur: nõ ideo utiq; solis huius luce nõ utimur,quia ei sacrilegi ubi possunt sacrificare non cessant. Sacrificatur etiã uentis, quibus tamen utimur ad tantas nostras cõmoditates,cum eorundẽ sacrificiorũ fumũ ipsi quodammodo

dãmodò haurire & uorare uideãtur. Si quis dubitat de aliqua carne,utrũ immolatitia sit & nõ est immolatitia,si eã cogitationẽ tenuerit q̃ immolatitia non sit & ea uescatur,nõ utiq; peccat: quia nec est,nec iam putat̃ immolatitia,etsi antea putabat̃. Neq; enim nõ licet corrigere cogitationes à falsitate in ueritatẽ. Si quis autẽ bonũ putauerit esse quod malũ est,& fecerit hoc putãdo,utiq; peccat. Et ea sunt omnia peccata ignorantiæ,quãdo quisq; bene fieri putat quod male
21.q.5.de occidendis
fit. De occidẽdis hominibus ne ab eis quisq; occidatur,nõ mihi placet consiliũ,nisi forte sit miles,aut publica functione teneatur,ut nõ pro se
Vim ui repellere
hoc faciat sed pro alijs,uel pro ciuitate,ubi etiã ipse est,accepta legitima potestate si eius congruit personę. Qui uero repellũtur aliquo terrore ne male faciãt,etiã ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc aũt dictũ est,Non resistamus malo, ne nos uindicta delectet,quæ alieno malo animum pascit,nõ ut correctionẽ hominũ negligamus. Vnde nec reus est mortis alienæ,qui suæ possessioni murũ circũduxerit,si aliqs ex ipsius ruinis percussus intereat. Neq; em̃ reus est Christianus,si bos eius aliquẽ feriẽdo,uel equus calcem iaciendo aliquẽ occidat,aut ideo nõ debẽt Christiani boues habere cornua,aut equus ungulas,aut dentes canis: aut uero quoniã apostolus Paulus satis egit ut in tribuni notitiã perferAct.21
retur,insidias sibi à quibusdã perditis præparari,& ob hoc deductores accepit armatos,si in illa arma scelerati homines incidissent,Paulus in effusione sanguinis eorũ suum crimen agnosceret. Absit ut ea quæ propter bonũ ac licitũ faciamus aut habemus,si quid per hæc præter nostrã uolũtatẽ cuiq; mali acciderit,nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica & agrestia sunt habenda,ne quis eis uel se uel alterũ interimat. Nec arbor aut restis,ne quis se inde suspendat. Nec fenestra faciẽda est,ne per hãc se q̃q; præcipitet. Quid plura cõmemorẽ,cũ ea cõmemorãda finire nõ possim? Quid enim est in usu hominũ bono ac licito,unde non possit etiã pernicies irrogari? Restat ni fallor ut dicamus aliquid de illo uiatore Christiano,quẽ cõmemorastis uicticũ famis necessitate,si nihil uspiam inuenirit nisi cibũ in idolio positũ ubi null⁹ ali⁹ est homini,utrũ ei satius sit fame emori q̃ illud in alimentũ sumere: in qua quæstione,quoniã nõ est cõsequens,ut cibus ille idolothytum sit: potuit enim uel ab eis qui ibi ab itinere diuertẽtes corpus refecerãt,obliuiõe seu uolũtate dimitti,uel illic ob aliam causam quãlibet poni: breuiter respõdeo,aut certũ est esse idolothytũ,aut certum est non esse,aut ignoratur. Si ergo certũ est esse, melius Christiana uirtute respuitur: si aũt uel nõ esse scitur uel ignoratur,sine ullo cõscientiæ scrupulo in usum necessitatis assumitur.

Augustinus Martiano ueteri amico gratulatur, q̃ catechumenus sit factus,hortans illum ut baptismum accipiat & eucharistiam. Epist. CLV

A Domino merito suscipiendo & in Christo dilectissimo ac desiderantissimo fratri Martiano, Augustinus in Domino Salutem.

A Bripui uel potius obripui,& quodãmodo furatus sum memetipsum multis occupationibus meis,ut tibi scriberem antiquissimo amico,quem tamen non habebam quãdiu in Christo non tenebam. Nosti quippe ut definierit amicitiam Romani,ut ait quidam,maximus autor Tullius elo Lucanus
quij. Dixit enim & uerissime dixit,Amicitia est rerum humanarũ & diuinarum cum beneuolẽtia & charitate consensio. Tu autem mi charissime aliquando mihi cõsentiebas in rebus humanis,cum eis more uulgi frui cuperẽ,& mihi ad ea capessenda quorum me pœnitet fauendo uelificabas,imò uero uela cupiditatũ mearũ cum cæteris tunc dilectoribus meis inter præcipuos aura laudis inflabas. Porrò in rebus diuinis quarum mihi illo tẽpore nulla eluxerat ueritas,utiq; in maiore illius definitionis parte nostra amicitia claudicabat. Erat enim rerum tantummodo humanarum,nõ etiam diuinarum,quãuis cum beneuolentia & charitate cõsensio. Et postea q̃ illa cupere destiti,perseuerante quidem beneuolentia,saluum me esse cupiebas salute mortali, & ea rerum prosperitate felicem quam mũdus optare consueuit. Etiam sic itaq; aliquãtum tibi erat mecum rerum humanarũ beneuola & chara consensio. Nunc uero quãtum de te gaudeo, C quibus explicem uerbis,quando eum quẽ quoquo modo habui diu amicũ,habeo iam uerum amicum. Accessit enim etiam rerũ consensio diuinarum,quoniã qui mecum temporalẽ uitam quondã iucundissima benignitate duxisti,nunc spe uitæ æternæ mecũ esse cœpisti. Modo uero etiam de rebus humanis inter nos nulla dissensio est,qui eas rerum diuinarum cognitiõe pensamus: ne plus eis tribuamus,q̃ modus earum iustissimus postulat: nec eas in aliquo cõtemptu abiiciendo,creatori earum domino rerum cœlestium atq; terrestrium faciamus iniuriam. Ita fit ut inter quos amicos non est rerum cõsensio diuinarũ,nec humanarũ plena esse possit ac uera. Necesse est em̃ ut aliter q̃ oportet humana æsti-
D met,qui diuina contẽnit,nec hominẽ recte diligere nouerit,quisquis eum nõ diligit qui hominem fecit. Proinde non dico nunc mihi plenius amicus es qui eras ex parte,sed quantũ ratio indicat,nec ex parte eras,quãdo nec in rebus humanis mecum amicitiã ueram tenebas. Rerum quippe diuinarum ex quibus recte humana pẽsantur,socius mihi nondũ eras,siue quando nec ipse in eis eram,siue postea quàm ego eas utcunque sapere cœpi,à quibus tu longe abhorrebas. Nolo autem succenseas,nec tibi uideatur absurdum,quòd illo tempore cum in uana huius mũdi æstuarem,quamuis me multum amare uideris,nondum eras amicus meus,quando nec ipse mihi amicus eram,sed potius inimicus. Di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligebam quippe iniquitatem, & re uera, quia di A
uina sententia est, quia scriptum est in sanctis li-
Psal.10 bris, Qui diligit iniquitatē odit animam suam.
Cum ergo odissem animam meam, uerum ami-
cum quomodo habere poteram, ea mihi optan-
tem in quibus ipse meipsum patiebar inimicū?
Cum uero benignitas & gratia saluatoris nostri
illuxit mihi, non secundū merita mea, sed secun
dum ipsius misericordiā, tu ab hac alienus, quo-
modo esse posses amicꝰ meus, qui unde beatus
esse possem penitus ignorabas, & nō in hoc me
amabas, in quo mihi ipse iam fuerā utcūq; ami-
cus effectus? Gratias itaq; deo, quòd te mihi a-
micum facere tandē aliquando dignatur. Nunc
enim nobis est rerum humanarū & diuinarum
cum beneuolentia & charitate cōsensio in Chri B
sto Iesu domino nostro uerissima pace nostra.
Qui duobus præceptis cuncta prēconia diuina
conclusit, dicens, Diliges dominum deum ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex to-
ta mente tua: & diliges proximum tuum tan-
quam teipsum: in ijs duobus præceptis tota lex
pendet & prophetæ. In illo primo rerum di-
uinarum, in hoc secūdo rerum humanarum est
cum beneuolentia & charitate consensio. Hæc
duo si mecū firmissime teneas, amicitia nostra
uera ac sempiterna erit, & non solum nos inui-
cem, sed etiā ipsi domino sociabit. Quod ut fiat,
exhortor grauitatem & prudentiā tuam, ut iam
etiam fidelium sacramēta percipias: decet enim
ætatem, & cōgruit quantū credo moribus tuis. C
Memento quid mihi dixeris profecturo, comi-
cum quidem de Terentio recolens uersum, sed
Terentius tamen aptissimum & utilissimum, Nūc hic dies
uitam aliam affert, alios mores postulat. Quod
si ueraciter dixisti, sicut de te dubitare non de-
beo, iam profecto sic uiuis ut sis dignus baptis-
mo salutari remissionem prēteritorum accipere
peccatorum. Nam omnino nō est cui alteri præ
ter dominū Christum dicat genus humanum,
Virgilius Te duce si qua manent sceleris uestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.
Quod ex Cumæo, id est, ex Sibyllino carmine
se fassus est transtulisse Virgilius, quoniam for-
tassis etiam illa uates aliquid de unico saluatore
in spiritu audierat, quod necesse habuit cōfiteri. D
Hæc tibi domine merito suscipiende & in Chri
sto dilectissime ac desiderantissime frater, siue
pauca, siue forsitan multa sint, utcūq; occupati-
simus scripsi, tua mereri scripta desidero, & te
nomen dedisse inter cōpetentes uel daturū esse,
iamiamq; cognoscere. Dominus deus noster in
quem credidisti, & hic & in futuro seculo te cō-
seruet domine merito suscipiende & in Christo
dilectissime ac desiderantissime frater.

Augustinus Probam resalutat, & gra-
tias agit quod de salute ipsius fuerit so-
licita. Epistola CLVI

Dominæ insigni & merito illustri & præstan-
tissimæ filiæ Probæ, Augustinus.

Et quidem ita ut dicis, quòd in cor-
E pore corruptibili anima cōstituta ter
rena quadam contagione constringi
tur, & tali onere quodammodo de-
pressa curuatur, ut in imo multa quàm in sum-
mo unum facilius concupiscat & cogitet. Nam
hoc etiā sancta scriptura ita dicit: Corpus enim Sap.9
quod corrumpitur aggrauat animam, & depri-
mit terrena inhabitatio sensum multa cogitan-
tem. Sed ideo uenit saluator noster, qui mulierē
illam in Euāgelio per decem & octo annos cur- Luc.13
uam, quę fortasse hoc significabat, uerbo salutis
erexit, ut anima Christiana non frustra audiat,
Sursum cor: nec frustra respōdeat, se habere ad
dominum. Quod intuēs recte facis, mala huius
B mūdi tolerabilia ducere spe futuri. Sic enim usu
quodam bono conuertuntur in bonū dum non
augent nostram concupiscentiam sed exercent
patientiā, de qua re Apostolus ait, Scimus quo- Rom.8
niam diligentibus deum omnia cooperātur in
bonum. Omnia, inquit: non solum ergo illa quę
appetuntur ut suauia, uerum etiā illa quæ ut mo
lesta uitantur, quando alia sic sumimus ne capia
mur, alia sic ferimus ne frangamur: & secūdum
præcepta diuina in omnibus gratias agimus ei
de quo dicimus, Benedicam dominum in omni Psal.33
tempore, semper laus eius in ore meo: &, Bonū
est mihi quòd humiliasti me, ut discam iustifica- Psal.118
tiones tuas. Neq; enim reuera, si fallacis prospe-
ritatis semper hic tranquillitas arrideret, anima
humana portum illum ueræ certæq; securitatis
appeteret, domina insignis & merito illustris et
præstantissima filia. Reddens itaq; debitū præ-
stantiæ tuæ salutationis obsequiū, agensq; gra-
tias quòd salutis nostræ religiosissimam curam
geris, posco tibi à domino futuræ uitæ præmia,
præsentisq; solatia, omniumq; uestrum in quo-
rum cordibus per fidem habitat Christus, me di
lectioni orationiq; commendo. Et alia manu.
Deus uerus & uerax ueraciter consoletur cor
tuum, & protegat salutē tuam, domina insignis
& merito illustris ac præstantissima filia.

Augustinus Optato demōstrat, quid de anima-
rum origine certum sit, quid adhuc salua fidei re
ctitudine quæri nesciri ue possit. Epist. CLVII

D Dño beatissimo et syncera dilectiōe desiderabili
fratri et coepiscopo Optato, Augustinꝰ in D.S.

Vamuis tuæ sanctitatis nullas ad me
Q ipsum datas acceperim literas, tamē
quia illæ quas ad Mauritaniā Cæsa-
riensem misisti, me apud Cæsaream
præsente uenerunt, quò nos iniuncta nobis à ue 2 Retract.
nerabili papa Zosimo apostolicæ sedis episco-
po ecclesiastica necessitas traxerat: factū est ut
ea quæ scripsisti etiam ipse perlegerē, tradente
mihi eādem epistolam tuam famulo dei sancto
Renato, in Christo nobis fratre charissimo: quo
petente & mihi licet alijs occupato uehemen-
ter instante, ad ea sum respondere compulsus.
Accessit huc etiam alterius sancti & cum debi-
to

to honore nominandi fratris nostri, & quātum A
ab illo cōperi necessarij tui Muressis cum in su-
pradicto oppido remoraremur aduentus. Qui
mihi retulit etiam sibi missas de hac re literas ue
nerationis tuæ: & me de hac ipsa quęstione con
suluit, ut quid inde sentirem, uel meis uel suis re
scriptis ad te faceret peruenire: utrū scilicet ani-
mæ ut corpora propagatione nascātur, sintq; ex
illa una quę primo homini creata est: an creator
omnipotens, qui utiq; usq; nunc operatur, sine
ulla ꝓpagatione nouas faciat singulis proprias.
De qua re anteq; aliquid admoneam, syncerita
tem tuā scire uolo, in tam multis opusculis meis
nunquā me fuisse ausum de hac quæstione defi-
nitam proferre sentētiam, & impudenter refer-
re in literas ad alios informandos, quod apud B
me non fuerit explicatum. Quarum autē rerum
atq; causarum consideratione permouear, ut in
neutram assertionem meus inclinetur assensus,
sed adhuc inter utranq; disceptem, nimis longū
est hac epistola exprimere: nec tam necessariū,
ut hoc omisso non possit de hac quęstione quod
satis est disputari, & si non ad auferendam cun-
ctationem, certe ad cauendā temeritatem. Illud
enim ubi uel maxime fides Christiana cōsistit,
1 Cor.15 quod per hominem mors & per hominē resur-
Rom.8 rectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes
moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabun
tur: & quod per unum hominē peccatū in hunc
mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita
in omnes homines pertrāsiit in quo omnes pec C
cauerunt: & ꝙ iudicium quidem ex uno in con-
demnationē: & ꝙ per unius delictum in omnes
homines ad condemnationē, & per unius iusti-
ficationem in omnes homines in iustificationē
uitę: & siqua alia testimonia declarāt neminem
nasci ex Adam, nisi uinculo delicti & dānatio-
nis obstrictum, neminemq; inde liberari nisi re-
nascendo per Christum: tam inconcusse tenere
debemus, ut sciamus eū qui hoc negauerit, nul-
lo modo ad Christi fidē, & ad eam quę per Chri
stum datur pusillis & magnis dei gratiam perti-
nere. Vnde si origo animæ lateat, dum tamē re-
demptio clareat, periculum non est. Neq; enim
in Christum credimus ut nascamur, sed ut rena-
scamur quomodocūq; nati fuerimus. Hactenus D
autem dicimus sine periculo latere animæ origi
nem, ut non tamē eam partē dei esse credamus,
sed creaturam. Nec de deo natam, sed ab illo fa-
ctam, atq; in eius genus adoptandā mirabili di-
gnatione gratiæ, non pari dignitate naturæ.
Nec eam corpus esse, sed spiritum: non creato-
rem utiq;, sed creatum. Nec ideo uenisse in hoc
corpus corruptibile quo grauatur, ꝙ illuc eam
uitæ in cœlestibus uel in quibuslibet alijs parti-
bus mūdi antea malæ gestæ merita cōpulerint.
Nondū enim natos Apostolus, cum de Rebec-
cę geminis loqueretur, nihil egisse dicit boni uel
mali, ut non ex operibus quibus nullis alter di-
stinguebatur ab altero, sed ex uocāte diceretur
minori seruiturū esse maiorē. His igitur firmissi
me constitutis, si tam reconditum atq; abditum
est in occultis operibus dei, ut nec scripturarū
diuinarū manifesto eloquio declaretur, utrum
propterea nihil boni uel mali nondū nati egisse
credendi sint, quia non ex alijs propagatas, sed
mox ex nihilo creatas animas singuli accipiūt:
an quia cū essent originaliter in parentibus, ad
huc ipsi nulli erāt qui suas & proprias uitas age
rent: illa tamen sit fides salua qua credimus nul- 3 sent.dist.25
lum hominū, siue maioris siue paruulæ quamli- cap.1
bet, & recentis ætatis liberari à cōtagione mor
tis antiquæ & obligatione peccati quod prima
natiuitate contraxit, nisi per unum mediatorem
dei & hominū, hominem Christum Iesum. Cu-
ius hominis eiusdemq; dei saluberrima fide, eti-
am illi iusti salui facti sunt, qui prius quàm ueni
ret in carne, crediderunt in carne uenturum. Ea
dem nāq; fides est & nostra & illorū, quoniam
hoc illi crediderunt futurū, quod nos credimus
factum. Vnde dicit apostolus Paulus, Habētes 2 Cor.4
autem eundem spiritum fidei, secundum quod Psal.115
scriptū est, Credidi propter quod locutus sum:
& nos credimus propter quod & loquimur. Si
ergo eundem spiritum fidei & illi habebāt qui
uenturū in carne Christum prænūciarūt, quem
etiam illi qui eum uenisse nunciarunt, sacramen
ta esse potuerūt pro temporum diuersitate diuer
sa, ad unitatem tamen eiusdem fidei concordis-
sime recurrentia. Scriptum est in Actibus apo- Act.15
C stolorum loquente apostolo Petro: Nunc ergo
quid tentatis deum imponere iugum supra col
lum discipulorum, quod neq; patres nostri neq;
nos portare potuimus, sed per gratiā domini Ie
su credimus nos saluos fieri quēadmodū & illi?
Si ergo & illi, id est patres portare iugum legis
ueteris non ualentes, per gratiā domini Iesu sal-
uos se fieri crediderūt, manifestū est ꝙ hæc gra-
tia etiam antiquos iustos uiuere fecit ex fide. Iu
stus enim ex fide uiuit. Lex autē subintrauit ut Rom.5
abundaret delictū, ut superabūdaret gratia per
quam sanaretur delicti abūdantia. Si enim data
esset lex quæ uiuificare posset, omnino ex lege
esset iusticia. Cui tamen bono lex data sit, conse Gal.3
quenter adiunxit dicens, Sed cōclusit scriptura
omnia sub peccato, ut ꝓmissio ex fide Iesu Chri
sti daretur credentibus. Danda itaq; fuerat lex
quæ manifestius sibijpsum ostenderet hominē,
ne supbus animus humanus à seipso se posse es-
se iustum putaret, & ignorans dei iusticiā, id est
quę homini ex deo est, & suā uolens cōstituere,
id est quasi suis uiribus partā, iusticiæ dei subie-
ctus nō fieret. Oportebat itaq; ut addito manda
to cuius uox est, Nō cōcupisces: supbo peccato
ri etiā prævaricationis crimē accederet, atq; ita
gratię medicinā non sanata per legē sed cōuicta
infirmitas quæreret. Proinde cum oēs iusti, hoc
est ueraces dei cultores, siue ante incarnationē,
siue post incarnationē Christi nec uixerint nec
uiuāt, nisi ex fide incarnatiōis Christi, in quo est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.4 gratiæ plenitudo, profecto quod scriptū est, Nō esse aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri nos: ex illo tempore ualet ad saluādum genus humanum, ex quo in Adam uitiatum est
1 Cor.16 genus humanum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Quia sicut in regno mortis nemo sine Adā, ita in regno uitæ nemo sine Christo. Sicut per Adam omnes iniusti, ita per Christū omnes iusti homines: sicut per Adam omnes mortales in pœna facti sunt filij seculi, ita & per Christū omnes immortales in gratia fiunt filij dei. Cur autē creentur etiā illi quos creator præsciuit ad damnationem non ad gratiā pertinere, beatus apo-
Rom.9 stolus tanto succinctiore breuitate, quanto maiore autoritate cōmemorat. Deū enim dicit uolentem ostendere iram, & demōstrare potētiam suā attulisse in multa patientia uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordię, quæ superius dixerat tangēs figulum ex eadem massa facere, aliud uas in honorem, aliud in cōtumeliam. Merito aūt uideretur iniustum, quod fiunt uasa iræ ad perditionem, si non esset ipsa uniuersa ex Adam massa damnata. Quod ergo fiūt inde nascendo uasa iræ, pertinet ad debitā pœnam. Qđ autem fiunt renascendo uasa misericordiæ, pertinet ad indebitam gratiam. Ostēdit ergo deus iram suam, non utiq; animi perturbationē, sicut est quæ ira hominis nuncupat, sed iustā fixamq; uindictam, quæ de stirpe inobedientiæ ducitur propago peccati atq; supplicij. Et homo natus
Iob 14. ex muliere, sicut in libro Iob scriptū est, breuis est uitæ & plenus iracundiæ. Eius enim rei uas est qua plenum est, unde irę uasa dicūtur. Ostendit & potentiā suam qua bene etiam utitur malis, multa illis naturalia & temporalia bona largiens, eorumq; malitiam ad exercēdos & comparatione admonēdos bonos accōmodans, ut in eis discant agere gratias deo, quod ab eis, nō suis meritis qui in eadem massa paria fuerūt, sed illius miseratione discreti sunt. Quod maxime apparet in paruulis, de quibus cum per Christi gratiam renascūtur, et istam uitam in illa tenera ætate finientes, in æternam trāseunt & beatam, dici non potest quod libero discernunē arbitrio ab aliis infantibus qui sine hac gratia in ipsius massæ dānatione moriuntur. Si autē hi soli crearentur ex Adam, qui essent per gratiam recreandi, & præter illos qui in dei filios adoptanē, nulli alij homines nascerentur, lateret beneficium quod donaretur indignis, quia nullis ex eadem damnabili stirpe uenientibus debitum supplicium redderetur. Cum uero attulit in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, non solum ostendit iram & demōstrauit potentiam suam redhibendo uindictā, & bene utendo non bonis, sed etiam notas fecit diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ: ita enim quid præsteē sibi discit gratis iustificatus, dū non suo merito sed gloria largissimæ dei misericordię discernitur à damnato, cum quo eadem iusticia fuerat & ipse damnādus. Tam multos aūt creando nasci uoluit, quos ad suam gratiam non pertinere prescit, ut in multitudine incōparabili plures sint illis, quos in sui regni gloriam filios promissiōis prædestinare dignatus est: ut etiā ipsa reiectorū multitudine ostenderetur, q̄ nullius mōēti sit apud deum iustū quātalibet numerositas iustissime damnatorum. Atq; ut hinc quoq; intelligāt qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massæ illi uniuersæ, quod tam magnæ parti eius redditum cernerent, non solum in eis qui originali peccato multa addunt malę uoluntatis arbitrio, uerūetiam in tam multis paruulis, qui tantūmodo uinculo peccati originalis obstricti, sine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe ista massa iustæ dānationis reciperet debitum, nisi ex ea faceret non solum iustus, sed etiam misericors figulus, alia uasa in honorem secundum gratiam, non secundum debitum: dum & paruulis subuenit, quorū nulla merita dici possunt, & maiores preuenit, ut habere aliqua merita possint. Quæ cum ita sint: si assertio tua non eò tendit, ut nouas animas dicas propter innocentiā nouitatis suæ anteq̄ ad peccandum libero utantur arbitrio dānationi originali obnoxias esse non posse, sed eas fide catholica confiteris, etiam si in illa tenera ætate de corpore exierint in dānationē perditionis ituras, nisi
C sacramēto mediatoris, qui uenit quærere & saluum facere quod perierat liberētur: quære ubi, uel unde, uel quando cœperint dānationis meritum habere, si nouæ sunt, ita sanē ut deū non fatias nec aliquam naturā quam nō cōdidit deus, uel peccati earum uel innocētium damnationis autorem. Et si inueneris quod te quærere admonui, quod ipse adhuc fateor nō inueni, defende quātum potes atq; assere animarum infantium eiusmodi esse nouitatem, ut nulla propagatiōe ducantur, et nobiscum quod inueneris fraterna dilectione communica. Si autem nō inueneris, quare uel quomodo fiant animæ infantium peccatrices, & nihil in seipsis habentes malitiæ, à quo cogantur ex Adam trahere unde damnentur, cum eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas, sed nouas atq; insontes includi
D carne peccati, nec sic iam temere in aliā sententiā tua deflectatur assensio, ut eas ex illa una credas propagando traduci: ne fortè alius inuenire possit, quod ipse non possis, aut aliquādo inuenias quod nunc nō potes. Nam & illi qui animas ex una propagari asserunt, quā deus primo homini dedit, atq; ita eas ex parentibus trahi dicunt, si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus sed corpora esse contendūt, & corpulentis seminibus exoriri. Quo peruersius quid dici potest? Neque hoc Tertullianum somniasse mirandū est, qui etiam ipsum creatorem deū non esse nisi corpus opinatur. Qua dementia

mētia repulsa à corde atq; ore Christiano, quisquis animā sicuti est, non esse corpus sed spiritū confitetur, & tamen in filios ex parētibus duci, in eo quidem nullis coarctatur angustijs, q̄ omnes animas, etiam paruulorū quos ecclesia non utiq; in falsa sed in uera peccatorū remissiōe baptizat, uera fides prędicat trahere originale peccatum propria primi hominis uoluntate cōmissum, & in omnes posteros generatione trāsmissum, sola regeneratiōe purgandū. Sed cum consideran & pertractari cœperit quid dicaē, mirū si ullus sensus cōprehendit humanus, quo nam modo tāq̄ lucerna de lucerna accēdatur, & sine detrimēto alterius alter inde ignis existat, sic anima de anima parētis fiat in prole, uel traducatur in prolem: utrum incorporeū semen animę,
B sua quadā occulta & inuisibili uia seorsum ex patre currat in matrē cum fit cōceptus in fœmina: an quod est incredibilius in semine corporis lateat. Cum aūt fluunt irrita sine ullis cōceptibus semina, utrū semen animæ non simul exeat, an summa celeritate atq; atomo tēporis unde exierat recurrat, an pereat? Et si perit, quomodo ipsa cui⁹ mortale semē est, immortalis est anima? An immortalitatē tunc accipit, quando formaē ut uiuat, sicut iusticia quādo formatur ut sapiat: & quo pacto eam deus fingat in homine, etiā si anima seminaliter trahaē ex anima, sicut fingit in homine corporis membra, quāuis corpus seminaliter trahatur ex corpore? Si enim non spiritalis creatura fingeretur à deo, nō scriptum esset,
Psal.32 Qui fingit spiritū hominis in ipso. Et in eo qđ legitur: Qui finxit singillatim corda hominū: si per corda significatæ sūt animæ, fingi eas posse quis dubitet? Sed quæriē utrū ex una anima hominis primi, sicut fingit singillatim facies hominum, ex uno tamē corpore hominis primi. Cū hæc atq; huiusmodi de hac re multa quærātur, quę nullo sensu carnis explorari possunt, & à nostra experientia longè remota sunt, atq; in abditissimis naturæ sinibus latent, non erubescendū est homini cōfiteri se nescire quod nescit, ne dū se scire mētitur, nunq̄ scire mereatur. Quis aūt negat non unius tantū, sed omnis animæ creatorem deū atq; factorē, nisi qui eius eloquijs aperBsa.42 tissime refragatur? Sine ulla quippe ambiguita-
Ioan.1 te per Prophetā dicit, Omnē flatū ego feci: animas uidelicet intelligi uolēs, quod uerba consequentia manifestant. Non itaq; unum quē facto ex terra homini primo inspirauit, sed omnē flatum ipse fecit, ipse adhuc facit. Quęritur tamen utrū omnē flatū ex illo uno flatu, sicut omne corpus homini ex uno illo corpore faciat: an uero quidē corpora faciat ex uno, animas autē nouas ex nihilo. Quis enim cōgrua suis originibus genera rerū etiā de seminibus facit, nisi qui ipsa semina sine seminibus fecit? Sed ubi res naIohan turaliter obscura nostrū modulū uincit, & apte diuina scriptura nō subuenit, temere hinc aliqđ definire humana cōiectura præsumit. Secundū uitas aūt quas, pprias habere incipiūt, nouos homines dicim⁹ nasci siue anima siue corpore. At uero secūdū originale peccatū ueteres nascunē, ideo baptismate renouātur. Aliquid ergo certū de animæ origine nōdū in scripturis canonicis cōperi. Nā ij qui nouas sine ulla ppagine asserūt animas fieri, inter testimonia quibus id nitūtur ostēdere, ponunt etiā illa duo quę pauloante cōmemorauī. Qui fingit spiritū hominis in ipso: &, Qui finxit singillatim corda hominū. de quibus uides quēadmodū possit à resistentib. respōderi. Vtrū chim cum fingit ex alio fingat, an ex nihilo, incertū est. Illud tñ inter cætera testimoniū mihi uideē esse præcipuū, quod in libro Salomonis Ecclesiaste legit: Et reuerteē puluis in Eccls.12
C terrā sicut erat, & spiritus reuertetur ad deū qui dedit eum. Sed facillime respōdetur, Corpus in terrā de qua factū est primū hominis corpus, & spirit⁹ ad deū à quo facta est prima hominis anima. Sicut enim nostrū corpus, inquiūt, q̄uis ex primo illo corpore propagatū sit, eò tamē redit unde ipsum primū corpus effectū est: sic anima nostra q̄uis ex illa anima propagata, nō ad nihilum quia immortalis est, sed ad illū redit à quo ipsa prima anima facta est. Ac per hoc illud qđ scriptū est de spiritu cuiusq; hominis, q̄ redeat ad deū qui dedit eū, non soluit istā obscurissimā quæstionē, qa siue ex illo uno siue ex nullo alio, deus utiq; dedit eū. Itēq; illi qui propaginē animarum incōsiderata temeritate defendūt, inter
C alia testimonia quæ suæ causę suffragari arbitrā tur, nullū quasi manifestius & expressius pro se possunt putare proferēdū q̄ id quod in Genesi scriptū est: Omnes aūt animæ quæ introierunt Gen.46.6
cū Iacob in Aegyptū qui exierūt de femoribus eius. Hoc enim uelut euidentissimo testimonio possunt credi animæ in filios ex parētibus propagari, qm̄ satis aperte dictū uideē, animas etiā de femoribus Iacob, nō sola exisse corpora filiorum. Vt eo modo etiā illud intelligi uelint à parte totū, quod dixit Adā, cū illi mulier eius ostenderetur, Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de Gen.2
carne mea. Non enim dixit, Et anima de anima mea: sed ita fieri potest ut carne nominata utrūq; intelligatur, sicut hic animas nominauit, & tñ
D etiā corpora in filijs intelligi uoluit. Sed hoc testimoniū certe quasi tā clarū atq; manifestū eno dādæ huic quęstioni nō sufficeret, nec si ita legeretur genere fœminino, quæ exierūt de femoribus eius, ut animas intelligerem⁹ usq; quaq; exire. Ideo aūt nō sufficeret, qm̄ & animæ nomine corpus solū posse significari, modo quodā locutionis ostēditur, quo significatur per id quod cōtinetur illud quod cōtinet: sicut ait quidā, Vina coronāt, cum coronarētur uasa uinaria. Vinum enim cōtinetur, & uas cōtinet. Sicut ergo appellamus ecclesiā, basilicā, qua cōtinetur populus, qui uere appellatur ecclesia, ut nomine ecclesię, id est populi qui cōtinetur, significemus locum qui continet: ita q̄ animæ corporibus continen-

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,intelligi corporа filiorū per nominatas ani- A
mas possunt. Sic enim melius accipitur etiam il
Num.19 lud quod lex inquinari dicit eum,qui intrauerit
super animam mortuam,hoc est super defuncti
cadauer,ut nomine animæ mortuæ,mortuum
corpus intelligatur quod animā cōtinebat,quia
& absente populo,id est ecclesia,locus tamē ille
nihilominus ecclesia nuncupatur. Hæc respon-
derentur,si (ut dixi) fœminino genere positum
esset,Quæ exierunt de femoribus Iacob:id est,
quæ animæ. Nunc uero cum masculinū genus
sit positum,id est,Qui exierūt de femoribus Ia-
cob:quis non ita intelligere malit,Omnes ani-
mæ corū qui exierunt de femoribus eius:id est,
animæ hominū:ut etiam sic possint intelligi se-
cundum corpus tantūmodo exisse homines de B
femoribus patris,quorum erant illę animæ,per
quarum numerum intelliguntur tot homines.
Vellem autem legere libellum tuum cuius men
tionē fecisti in literis tuis,ne forte aliqua ibi te-
stimonia non ambigua posuisti. A me autē cum
quæsisset amicus mihi charissimus & diuinarū
studiosissimus literarum,quid de hac quæstione
sentirē,eiq; remota uerecūdia,hinc æstus meos
& ignorantiam fassus essem,scripsit inde longe
Hieronymus trans mare ad doctissimum uirum:cui rescripsit
ille,ut potius me consuleret,nescienes quod iam
fecerat,nec aliquid à me certum ac definitū au-
dire potuerat. Significauit tamen in eadē breui
epistola sua,se potius fieri quàm propagari ani-
mas credere. Simul etiam admonēs animarum C
propaginem,quia ipse in Oriente est,Occiden
talem ecclesiam solere sentire. Hac ego maiore
occasione comperta,scripsi ad eum nō breuem
librum,cōsulens eum & petens ut prius me do-
ceat,& tunc ad me mittat quos doceam. Qui li-
ber meus non ut doctoris sed inquisitoris,& po
tius discere cupientis,apud me legi potest:mitti
uero uspiam non debet,uel cuiquam foras dari,
nisi cum rescripta domino adiuuāte percepero:
id quod ille sentit,promptissime ac libētissime
defensurus,si me docere potuerit,quomodo a-
nimæ non ex Adam ueniant,& tamē ex illo iu-
stam sortem damnationis inueniant,nisi ad re-
missionem peccatorū renascendo perueniant.
Absit enim ut credamus uel animas paruulorū D
in lauacro regenerationis falsam accipere pec-
catorum mūdationē:uel deum esse,aut aliquam
naturam quam non condidit deus,illius ex qua
mundantur inquinationis autorem. Donec er-
go aut ille rescribat,aut ego(si deus uoluerit)ali
quo modo discam,si nullā de illa peccatrice ori
ginem ducit,quæ causa sit animæ subeūdi origi
nale peccatū,quod necesse est esse in omnibus
paruulis:& ꝙ eam nec deus cogit insontē,quia
peccandi autor nō est,nec ulla mali natura,quæ
non est:nihil tale audeo prædicare. Te aūt si li
benter uel patienter admittis charissime frater,
admoneo,ne hæresim nouā minus cautus incur
ras,quæ antiquissimæ fidei stabilita molitur sun
damenta cōuellere aduersus dei gratiā disputan
do,quam dñs Christus pusillis & magnis ineffa
bili bonitate largitur:cuius uel autores uel cer-
te acerrimi notissimiq; suasores,cū Pelagius &
Cœlestius extitissent,concilio rū episcopaliū ui
gilātia in adiutorio saluatoris,qui suā tuetur ec-
clesiā,etiā à duobus uenerabilibus antistitibus
apostolicæ sedis,papa Innocētio & papa Zozi
mo,nisi correcti etiam egerint pœnitentiā,toto
Christiano orbe dānati sint. De quibus exēpla
recētiū literarū,siue quę specialiter ad Aphros,
siue quę uniuersaliter ad omes episcopos de me
morata sede manarūt,ne forte ad uestrā sancti-
tatē nondū peruenerint,uobis curauimus mitti
ab eis fratribus,quibus & has literas ut tuæ ue-
nerationi dirigerent,dedimus. Hi aūt non ideo B
sunt hęretici,quia dicunt animas originē de illa
prima peccatrice non ducere,qđ uel aliqua for
tasse ratiōe uera dici potest,uel sine fidei labe ne
sciri:sed hinc conātur efficere,unde omnino a-
pertissimi hæretici iudicātur,animas paruulorū
nihil mali ex Adā trahere,quod sit lauacro rege
nerationis expiandū. Nam Pelagij de hac re ar-
gumentatio,quæ inter alia eius dānabilia etiā li
teris apostolicæ sedis adiūcta est,ita se habet,Si
anima,inquit,ex traduce nō est,sed sola caro tā
tum habet traducem peccati,sola ergo pœnam
meretur. Iniustū est enim,ut hodie nata anima,
non ex massa Adæ,tam antiquū peccatū portet
alienum:quia nulla ratione conceditur,ut deus
qui propria peccata dimittit,unū imputet alie-
num. Si ergo ita potes animarū asserere sine ulla
propagine nouitatē,ut ratione iusta & à fide ca
tholica non aliena,etiā sic peccato primi homi-
nis ostēdātur obnoxiæ,assere quod sentis ut po
tes. Si aūt non eas aliter potes à propagatiōe fa
cere alienas,nisi ut simul facias ab omni pecca-
ti uinculo liberas,cohibe te ab huiusmodi dis-
putatiōe omnimodo. Non est enim falsa etiā in
paruulorū baptismate remissio peccatorū,nec
uerbotenus dicitur,sed ueraciter agitur. Nā ut
iā uerbis utar quæ in ipsa epistola beatissimi an
tistitis Zosimi leguntur,Fidelis dñs in uerbis
suis,eiusq; baptismus re ac uerbis,id est opere,
cōfessione & remissiōe uera peccatorū,in omni
sexu,ętate,cōditione generis humani eandē ple
nitudinē tenet. Nullus enim nisi qui peccati ser
uus est liber efficitur,nec redēptus dici potest,
nisi qui uere per peccatū fuerit ante captiuus,si
cut scriptū est,Si uos filius liberauerit,uere libe
ri eritis. Per ipsum enim renascimur spiritaliter,
ꝙ ipsum crucifigimur mūdo:ipsius morte mor-
tis ab Adā omnibus nobis introductę atq; trās-
missæ uniuersæ animæ,illud propagatione con
tractum chirographū rumpitur,in quo nullus
omnino natorū anteq; per baptismū liberetur
non tenetur obnoxius. In his uerbis apostolicæ
sedis,tā antiqua atq; fundata certa et clara est ca
tholica fides,ut nefas sit de illa dubitare Chri-
stiano. Qm ergo morte Christi,nō unius aut ali
quarum

quarum,sed uniuersæ animę propagatione con A
tractum mortis chirographum rumpitur,si po-
tes animas sic alienas à propagatione defende-
re,ut tamen hoc chirographo quod sola Christi
morte rumpendū est rectissima ratione demon-
strentur obstrictę,nec sua propagatione,sed car
nis hoc debito iuste appareant obligatæ,non so
lum nemine prohibente defende,uerū etiam id
nobis quomodo tecū defendere possimus ostē-
de. Si autem aliter nō potes quod de animarum
nouitate sentis,asserere,nisi ut eas dicas pecca-
to primi hominis non teneri:aut per propaga-
tionem non suam,sed carnis,autore deo,uel ne-
scio qua mali natura innocentissimas fieri pec-
catrices:melius origo animæ latet,dum tamen
eam non dubitemus dei esse creaturā,quàm uel B
deus peccati autor dicatur,uel cōtra deum alie-
na mali natura introducat,uel baptisma paruu-
lorum irritum ducatur. Vt autem & à me tua di
lectio de hac quæstione aliquid audiat definitū,
non parui æstimandū,imò præcipue necessariū
atq; retinēdum,quomodolibet se origo habeat
animarum,siue ex illa una,siue ex nulla alia pro
pagentur:mediatoris tamē animam nullum ex
Adam traxisse peccatum dubitare fas nō est. Si
enim nulla propagatur ex altera,ubi omnes te-
nentur propagata carne peccati:quanto minus
credēdum est ex propagine peccatricis animā
uenire potuisse,cuius caro uenit ex uirgine,non
libidine concepta,sed fide,ut esset in similitudi-
ne carnis peccati,nō in carne peccati. Si autem C
peccato primæ animæ peccatricis ideo cæteræ
tenentur obnoxiæ,quia ex illa sunt propagatæ,
profecto illa quā sibi unigenitus coaptauit,aut
peccatum inde nō traxit,aut omnino inde non
tracta est. Neq; enim non potuit animā sibi tra-
here sine peccato,qui soluit nostra peccata:aut
qui nouam creauit ei carni quam sine parēte fe-
cit ex terra,nō potuit nouam creare carni quam
sine uiro sumpsit ex fœmina. Hoc sicut potui nō
quidē ad me datis,sed tamen ad charissimos no
stros sanctitatis tuæ literis,non peritia quā desi-
derasti,sed solicita dilectione respondi. Si grate
accipis,& admonitionem fraternam & utilem,
non errando,sed prudenter considerando cum
ecclesiæ pace conseruas,deo gratias. Si autē me D
ista nondum nosse miraris,uel etiam nec mira-
ris,& me aliquid certum de origine animarum
salua ista fide quæ certissima atq; clarissima est,
mutua charitate docere non renuis,multo ube-
rius,deo gratias. Memor nostri in domino sem
per uiuas,domine beatissime & syncera dile-
ctione desiderabilis frater.

Augustinus Marcellino,ut quæ aduersus Dona
tistas in concilio episcoporū decreta sunt publi-
centur,rogans ut qui nolunt resipiscere castigen
tur,sed citra mortis pœnam. Epistola CLVIII

Domino merito insigni multumq; charissimo
ac desiderantissimo filio Marcellino,Augusti-
nus in Domino Salutem.

Esta quæ promisit præstantia tua ue-
G hementer expecto,& in ecclesia Hip
ponensi iamiam cupio recitari,ac si
fieri potest per omnes ecclesias etiā
in nostra dioceſi constitutas:ut audiant homi-
nes pleneq; agnoscant confessores iniquitatis,
non dei timore extorquente pœnitentiam,sed
iudiciaria diligentia crudelissimorū pectorum
aperiente duritiam:siue illorum qui de homici-
dio & de excæcato ac debilitato presbyteri cor
pore confessi:siue illorum qui se illa scire potu-
isse,quamuis sibi dicerent displicere,negare nō
ausi sunt,refugientes catholicā pacem,uelut ne
criminibus polluantur alienis,& in illo schisma
tis sacrilegio inter sceleratorū tam immanium
tantam multitudinem perdurātes:siue etiam il-
lorum qui se inde non recessuros etiam demon
strata sibi catholica ueritate,& Donatistarū per
uersitate dixerunt. Non est leue quod deus agi
uoluit per operam tuam. Vtinam tales eorum
causas crebras sic audias & facinora eorum at-
q; insana pertinacia sic sæpe prodatur,eademq;
publicata gesta in omnium notitiam perferan-
tur. Quod autem scripsit eximietas tua dubita-
re te,utrum in theopropia debeas eadem gesta
iubere proponi,fiat si poterit illuc frequens con
fluere multitudo. Aliogn alius locus celebrior
prouidendus est,non tamen ullo modo præter-
mittēdum. Pœna sane illorum quamuis de tan-
tis sceleribus cōfessorum,rogo te ut præter sup
plicium mortis sit,& propter conscientiam no-
strum,& propter catholicā mansuetudinē com
mendandam. Ipse enim fructus ad nos peruenit
cōfessionis illorum,quia inuenit ecclesia catho
lica ubi suam erga atrocissimos inimicos seruet
atq; exhibeat lenitatem. In tāta quippe crudeli-
tate quæcūq; præter sanguinē uindicta proces-
serit,magna lenitas apparebit. Quod et si modo
quibusdā nostris illa atrocitate cōmotis uidetur
indignū,& quasi dissolutionis & negligētiæ si-
mile,transactis tamen motibus animorū qui re-
centiorib. factis solent turbulētius excitari,egre
gie luculenta bonitas apparebit,& ob hoc ma-
gis eadem gesta legere atq; ostēdere delectabit,
domine merito insignis multūq; charissime ac
desiderantissime fili. Ibi est sanctus frater & coe
piscopus meus Bonifacius,& per diaconū Pe-
regrinum,qui cum illo perrexit cōmonitorium
direxi,quod sic habe tāquam præsentiā meam.
Et quod uobis in cōmune pro ecclesiæ utilitate
placuerit,hoc adiuuāte domino fiat,qui potens
est misericorditer opitulari in tantis malis. Mo-
do Macrobius episcopus eorū,stipatus cuneis
perditorū utriusq; sexus,hac atq; illac circūit,
aperuitq; sibi basilicas quas possessorum quātu-
luscūq; timor clauserat:Præsente aūt procurato
re uiri clarissimi Celeris Spondeo quē tuæ dile-
ctioni cōmendaui multumq; commēdo,utcūq;
eorum frāgebatur audacia:nunc uero posteaq;
Carthaginē profectus est,etiā in fundis ipsius
basilicas

Theopropia, seu theopropium, Græcis oraculum:uidetur sic appellatus locus ubi solent Cæsarum edicta promulgari

Universidad de Deusto
Biblioteca

basilicas aperuit,populos congregat. Cum ipso etiam est ille Donatus diaconus rebaptizatus, qui cum fuerit colonus ecclesiæ,uersatus est in illa cæde præcipuus. Qui tales nō cum eo sunt, quando & ille cum ipso est: Si proconsul uel simul ambo in illos estis sententiam prolaturi,& fortè ille persistit uelle gladio uindicare,quanquam sit Christianus,& quantum aduertere potuimus,non sit ad hæc cruenta procliuis,tamen si necesse fuerit etiam gestis iubete allegari epistolas meas,quas de hac re singulas uobis mittēdas putaui. Soleo enim audire in potestate esse iudicis mollire sententiā & mitius uindicare quàm iubeāt leges. Si autem nec literis meis ad hoc consenserit,hoc saltem præstet ut in custodiam recipiantur,atq; hoc de clementia imperatoris impetrare curabimus,ne passiones seruorum dei,quæ debent esse in ecclesia gloriosæ,inimicorum sanguine dehonestētur. Scio enim in causa clericorum Anaunēsium, qui occisi à gentilibus nunc martyres honorātur,imperatorem rogatum facile cōcessisse,ne illi qui eos occiderant & capti iam tenebantur, pœna simili puni-
2 Retract.33 rentur. Libros de baptismo paruulorū,cum iam codicem ipsum præstātiæ tuæ misissem,cur abs te rursus acceperim oblitus sum: nisi forte cum inspicerem,mendosos eos repperi & emēdare uolui,quod mirabiliter impeditus, adhuc usq; non feci. Epistolam quoq; ad te scribendam & his adiungendam,quam cum ibi essem iam dictare cœperam,paulo addito sic esse imperfectā scias. Si autem rationem omnium dierum & lucubrationum aliis necessitatibus impēsarum tibi possem reddere,grauiter contristatus mirareris,quanta me distendant quæ differri omnino non possunt,nec agere illa permittāt,in quę me petendo & admonendo urges uolentem,& ineffabiliter quia nō possum dolētem. Cum enim ab eorum hominum necessitatibus aliquantulū uaco,qui me sic angariant,ut eos nullo modo liceat euitare,nec contemnere oporteat: non desunt quæ dictanda præpono,sic in articulis temporum constituta,ut dilationem non ferant. Si-
2 Retract.39 cut mihi fuit breuiatio gestorum collationis nostræ satis operosa,cum uiderem neminē se uelle tanto aggeri literarum legendo cōmittere: sicut
2 Retrac.4.2 mihi fuit etiam epistola ad ipsos laicos Donatistas,de hac eadem collatione nostra,quam modo aliquot lucubratiōibus terminaui. Sicut epistolæ duæ nō breues,una ad dilectionem tuam, altera ad uirum illustrem Volusianū,quas uos
2 Retract.36 accepisse iam credo: sicut nunc in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de quæstionibus quibusdam quinq;,quas mihi proposuit, & per literas intimauit,cui non cōtinuo respondere uides cū minime oporteat. Charitas enim quæ tanquam nutrix fouet filios suos,non ordine amandi sed ordine subueniendi infirmiores fortioribus anteponit,quos tales uult esse,quales iam illi sunt,quos non contemnendo,sed de-

A his confidēdo interim præterit. Tales ergo mihi necessitates dictandi aliquid,quod me ab eis dictationibus impediat qbus magis inardesco, deesse non possunt,cum paululum spatij uix datur inter aceruos occupationū,quibus nos alienæ uel cupiditates uel necessitates angariatos trahunt. Et quid faciam prorsus nescio. Audisti unde mecum dominum depreceris,sed etiam quod tam instāter & tam crebro me admones, nolo cesses,non nihil agens. Commendo etiam egō excellentiæ tuæ ecclesiam in Numidia constitutam,propter cuius necessitates sanctius frater & coepiscopus meus Delphinus à fratribus & coepiscopis meis ibi collaborātibus & com-
B periclitantibus missus est. Nec de hac re plura scribo,cum ipsum præsentem sis auditurus. Cætera in commonitorijs inuenies,quæ ad presbyterum misi,siue modo,siue per diaconum Peregrinum, ne mihi ea totiens iterare necesse sit. Semper in Christo cor tuū uigeat,domine meritо insignis multumq; charissime ac desiderātissime fili. Filium nostrum Rufinū Cirtensem principalem commendo eximietati tuæ.

Augustinus Marcellino tribuno,ut Donatistas in quæstione confessos atrocia facinora puniat citra supplicium capitis,non quòd illi mereantur hanc clementiam,sed quòd ita congruat ecclesiæ mansuetudini. Epistola CLIX

Domino eximio & merito insigni atq; charissimo filio Marcellino,Augustinus in domino S.

C Ircuncelliones illos & clericos partis Donati,quos de Hipponēsi eccle- 23.q.5.Circuncelliones
sia ad iudicium pro factis eorum publicæ disciplinæ cura deduxerat,à tua nobilitate comperi auditos,& plurimos eorum de homicidio quod in Restitutum catholicum presbyterum commiserūt,& de cæde Innocētij alterius catholici presbyteri atq; de oculo eius effosso & de digito pręciso fuisse confessos. Unde mihi solicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum seueritate plectendos,ut qualia fecerūt,talia patiātur. Ideoq; his literis obtestor fidem tuā quā habes in Christo,per ipsius domini Christi misericordiam,ut hoc nec facias nec fieri omnino
D permittas. Quāuis enim ab eorum interitu dissimulare possemus,qui nō accusantibus nostris, Ordo prouincialis uindicta lenitas
sed illorum notoria ad quos tuēdæ publicæ pacis uigilantia pertinebat,præsentari uideantur examini,nolumus tamen passiones seruorū dei quasi uice talionis paribus supplicijs uindicari. Non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri,sed hoc magis suffi-
cere uolumus,ut uiui & nulla corporis parte trūcati,uel ab inquietudine insana ad sanitatis ociū legum coercitione dirigātur,uel à malignis operibus alicui utili operi deputētur. Vocatur quidem & ista dānatio. Sed quis non intelligat magis beneficium quàm supplicium nūcupādum, ubi nec sæuiendi relaxatur audacia,nec pœnitendi

tendi medicina subtrahit? Impie Christiane iu- A
dex pij patris officium,sic succēse iniquitati,ut consulere humanitati memineris. Nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem,sed peccatorum uulneribus curandi adhibeas uoluntatem. Noli perdere paternā diligentiam,quàm in ipsa inquisitione seruasti,quādo tantorum scelerum confessionē,non extendente eculeo,non sulcantibus ungulis,non urentibus flāmis,sed uirgarū uerberibus eruisti. Qui modus coercitionis & à magistris artium liberalium,& ab ipsis parētibus,& sæpe etiam in iudicijs solet ab episcopis adhiberi. Noli ergo atrocius uindicare,qd lenius inuenisti. Inquiren-
di quàm puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim & mitissimi homines facinus occultatum B
diligenter atq; instāter examinant,ut inueniant quibus parcāt. Vnde plerunq; necesse est,exerceat acrius inquisitio,ut manifestato scelere sit ubi appareat māsuetudo. Omnia quippe bona opera amant in luce constitui,non propter humanam gloriam,sed ut uideāt(ait dominus)bo- Mat.5
na opera uestra,& glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Et ideo non suffecit Apostolo monere,ut mansuetudinem seruaremus,sed ut Phil.4.
eam etiam notam omnibus faceremus. Mansuetudo,inquit,uestra nota sit omnibus hominib. Tit.3
Et alio loco,Mansuetudinem ostentātes ad omnes homines. Vnde nec illa sancti Dauid quando inimico sibi in manus tradito clementer pe-
percit,præclarissima lenitas emineret,nisi pote C
stas pariter appareret. Nō te ergo exasperet uindicandi potestas,cui lenitatem non excussit examinandi necessitas. Noli facinore inuento quæ rere percussorem,in quo inueniēdo noluisti adhibere tortorem. Postremo pro Ecclesiæ utilitate missus es. Hoc Ecclesiæ catholicæ,aut ut modum dispēsationis meæ non supergredi uidear, hoc Ecclesiæ ad Hipponensium regionum diocesim pertinenti prodesse,hoc expedire contestor. Si non audis amicum petētem,audi episcopum consulētem. Quamuis quoniam Christiano loquor,maxime in tali causa non arroganter dixerim,audire te Episcopum conuenit iubentem,domine eximie & merito insignis atq; charissime fili. Vnde scio quidem causas ecclesia- D
sticas excellētiæ tuæ potissimum iniunctas: sed quia credo istam curam ad uirum clarissimū atq; spectabilem proconsulem pertinere,ad eum quoq; literas dedi: quas rogo ut ipse illi tradere & allegare,si opus est,non graueris: atq; ambos obsecro,ne importunam arbitremini,uel intercessionem,uel suggestionem,uel solicitudinem nostram: & passiones catholicorum seruorū dei quæ infirmis ad ædificationem spiritalem utiles esse debent,haud reciproca inimicorū à quibus passi sunt pœna decoloretis,sed potius refracta iudiciaria seueritate,& uestrā fidem quia filij estis Ecclesiæ,& ipsius matris mansuetudinem commēdare minime negligatis. Deus omnipotens præstantiam tuam bonis omnibus augeat,domine eximie & merito insignis atq; charissime fili.

Augustinus Apringiū iudicem rogat ac monet, ut Circūcelliones atrocia confessos mitius puniat,memor ecclesiasticæ mansuetudinis. CLX

Domino insigni & merito sublimi ac præstantissimo filio Apringio,Augustinus.

On dubito in hac potestate quam tibi deus homini in homines dedit,cogitare te diuinum iudicium,ubi & iudices stabūt rationem de suo iudicio
N
reddituri. Christiana quippe fide te imbutum scio,unde mihi ad excellētiam tuam maior fiducia tribuitur,non solum petendi,uerū etiam monendi propter illum dominum in cuius familia nobiscum cœlesti iure censeris,in quo spem uitæ æternæ pariter habemus,& quem pro uobis in sacrosanctis mysterijs inuocamus. Proinde domine insignis & merito sublimis ac præstantissime fili Primum quæso,ut non tibi uidear importunus irruere actib tuis,ea solicitudine quā me præcipue gerere oportet pro Ecclesia mihi credita,cuius utilitatibus seruio,cui nō tam præesse quàm prodesse desidero. Deinde obsecro ut quod moneo uel rogo,nō dedigneris accipere, non cūcteris acquiescere. Circūcelliones quosdam & clericos Donatistas cura eorum qui disciplinæ publicæ inseruiūt præmissa notaria ad iudicia legesq; perduxit. Hi cum audirētur à uiro clarissimo & spectabili tribuno et notario fratre tuo,filio meo Marcellino,non tormentis ungularum atq; flammarum,sed uirgarum coercīti,horrenda facinora in fratres & compresbyteros meos à se perpetrata confessi sunt,quòd scilicet unum eorum exceptum insidijs trucidauerunt,alterum è domo raptum,oculo effosso digitoq; amputato truncauerunt. Hæc cum comperissem illos fuisse cōfessos,ideoq; minime dubitarem sub iura tuæ securis esse uenturos,has ad tuam nobilitatem literas acceleraui,quibus deprecor,& per misericordiam Christi obsecro, sic de tua maiore atq; certiore felicitate gaudeamus,ut eis paria non retribuantur,quāquam lapidis ictibus digitum præcidere oculumq; conuellere leges puniendo non possunt,quod isti sęuiendo potuerunt. Vnde securus sum de ijs qui hoc se fecisse confessi sunt,quod hanc uicissitudinem non reportabunt: sed ne uel ipsi uel illi, quorum homicidiū patefactum est per tuæ potestatis sententiā mulctentur,hoc timeo,hoc ne fiat & Christianus iudicem rogo,& Christianū episcopus moneo. De uobis quidē dixisse Apo- Rom.13
stolum legimus,quòd non sine causa gladiū geratis,& ministri dei sitis uindices in eos qui male agunt. Sed alia causa est prouinciæ,alia est ecclesiæ. Illius terribiliter gerenda est administratio,huius clementer commēdanda est mansuetudo. Si apud iudicem non Christianū mihi sermo esset,aliter agerem: nec tamen etiam sic Ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clesiæ causam desererem, & quantum admitte-
re dignaretur instarem, ne passiones seruorũ dei
catholicorum, quæ prodesse debẽt ad exempla
patientiæ, inimicorum suorum sanguine fœda-
rẽtur, & si nollet acquiescere, inimico animo eũ
resistere suspicarer. Nunc uero quando apud te
res agitur, alia mihi ratio est, alia cõsultatio. Re-
ctiorem te quidẽ præcelsæ potestatis uidemus,
sed etiam filiũ Christianæ pietatis agnoscimus.
Subdatur sublimitas tua, subdatur fides tua: cau
sam tecum tracto cõmunem, sed tu in ea potes,
quod ego non possum. Confer nobiscum consi
lium, & porrige auxilium. Diligẽter actum est,
ut inimici ecclesiæ qui solent uaniloquio sedu-
ctionis solicitare animos imperitos tãquam de
persequutione gloriantes, quã se perpeti iactãt,
horrẽda facinora sua in catholicos clericos per-
petrata faterentur, & suis uerbis implicarentur.
Legenda sunt gesta ad sanãdas animas, quas pe
stifera suasione uenenauerunt. Nunquid placet
tibi, ut ad finem gestorum, si cruentum istorum
supplicium cõtinebit, legendo peruenire timea
mus, ubi ponimus & ipsam conscientiã, ne ma
lum pro malo qui passi sunt reddidisse uideatur?
Si ergo nihil aliud constitueretur frenandæ ma
liciæ perditorum, extrema fortasse necessitas ut
tales occiderentur urgeret: quanquam quod ad
nos attinet, si nihil mitius eis fieri posset, malle-
mus eos liberos relaxari, quàm passiones fratrũ
nostrorum fuso eorũ sanguine uindicari. Nunc
uero quoniam aliquid fieri potest, quo & mitis
commẽdetur ecclesia, & immitium cohibeatur
audacia, cur non flectas in partem prouidentio-
rem leniorem; sentẽtiam, quod licet iudicibus
facere etiam non in causis ecclesiæ? Time ergo
nobiscum iudiciũ dei patris, & cõmenda man-
suetudinem matris. Cum enim tu facis, ecclesia
facit, propter quã facis, & cuius filius facis. Cõ
tende ergo bonitate cum malis. Illi scelere im-
mani mẽbra de corpore uiuo auulserunt: tu ope
re misericordi effice, ut illa quæ nefandis operi-
bus exercebãt, alicui utili operi integra eorum
membra deseruiant. Illi non pepercerunt corre
ctionem sibi prædicantibus dei seruis: tu parce
comprehẽsis, parce ductis, parce conuictis. Illi
impio ferro fuderunt sanguinem Christianum:
tu ab eorum sanguine etiam iudicum gladium
cohibe propter Christum. Illi ministro ecclesiæ
occiso extorserunt spacium uiuendi: tu inimicis
ecclesiæ uiuentibus relaxa spacium pœnitendi.
Talem te oportet esse in causa ecclesiæ iudicem
Christianum, petentibus, monentibus, interce
dentibus nobis. Solent homines quando cum
inimicis eorum conuictis lenius agitur, à mitio-
re sentẽtia prouocare. Sed inimicos nostros ita
diligimus, ut nisi de tua Christiana obedientia
præsumamus, à tua seuera sententia prouoce-
mus. Deus omnipotens excellentiam tuam au-
ctiorem, felicioremq; cõseruet, domine insignis
& merito sublimis ac præstantissime fili.

A Augustinus Honorato Donatianæ partis, hortatur ut
per literas placide reddat rationem, quo modo no-
men ecclesiæ ad ipsos solos recideri. Epistola CLXI

Honorato episcopo partis Donati, Augustinus
episcopus partis ecclesiæ catholicæ.

Consilium tuum nobis multũ placuit
C quod per fratrẽ Erotẽ charissimũ no-
bis, & in Christo laudabilem uirum
mandare dignatus es, ut literis inter
nos agamus, ubi nullus turbarũ tumultus per-
turbare possit dispositionem nostram, quæ cum
tota lenitate & pace animi suscipienda & agen
da est, sicut dicit Apostolus, Seruum autem do- 1 Tim.3
mini litigare non oportet, sed mitem esse ad om
nes, docibilem, patientem, in modestia corripi-
entem diuersa sentientes. Itaq; breuiter insinua-
B mus, quid à te responderi desideremus. Quo-
niam ecclesiam dei quæ catholica dicitur, sicut
de illa prophetatum est, per orbem terrarũ diffu
sam uidemus, arbitramur nos non debere dubi-
tare de tam euidentissima completione sanctæ
prophetiæ, quam dominus etiam in Euangelio
confirmauit, & apostoli per quos eadem eccle-
sia dilatata est, sicut de illa prædictum erat. Nam
& in capite sacrosancti Psalterij scriptum est de Psal.2.
filio dei: Dominus dixit ad me, Filius meus es
tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo ti-
bi gentes hæreditatẽ tuam & possessionẽ tuam
terminos terræ. Et ipse dominus Iesus Christus
dicit euangelium suum in omnibus gentibus fu
turum. Et apostolus Paulus anteq; sermo dei in
Aphricam peruenisset, in ipso capite epistolæ
quã scribit ad Romanos: Per quem accepimus,
inquit, gratiam & apostolatum ad obediẽdum
fidei in omnibus gẽtibus pro nomine eius. De-
inde ipse ab Hierusalem in circumitu per totam
Asiam usq; in Illyricum euãgelium prædicauit,
ecclesias constituit atque fundauit, non ipse sed
gratia dei cum eo, sicut ipse testatur. Quid autẽ
euidẽtius apparere potest, quàm cum in eius epi
stolis nomina etiam regionum uel ciuitatũ inue
nimus? Ad Romanos, ad Corinthios, ad Gala- Apoc.1
tas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalo-
nicẽses, ad Colossenses scribit. Iohannes etiam
scribit ad septem ecclesias, quas commemorat
in illis partibus constitutas, in quibus etiam uni
uersam ecclesiam septenario numero intelligi-
mus commẽdari, Ephesum, Smyrnam, Sardes,
Philadelphiam, Laodiciam, Pergamum, Thia-
tyram. Quibus omnibus ecclesiis nos hodie cõ
municare manifestum est, sicut manifestum est,
uos istis ecclesiis nõ communicare. Quærimus
ergo ut nobis respondere non graueris, quã cau
sam forte noueris, qua factum est ut Christus a-
mitteret hæreditatẽ suam per orbem terrarum
diffusam, & subito in solis Aphris, nec ipsis om
nibus remaneret. Etenim ecclesia catholica est
etiam in Aphrica, quia per omnes terras eam
deus esse uoluit & prædixit. Pars autem uestra
quæ Donati dicitur, non est in omnibus illis lo-
cis

eis, in quibus & literæ & sermo & facta aposto-
lica cucurrerunt. Sed ne dicatis, non uocari ec-
clesiam nostram catholicam, sed Macarianam,
sicuti eam uos appellatis, nosse debes quòd fa-
cillime põt, in illis omnibus partibus, unde istas
terras euangelium Christi perfudit, nec nomen
Donati sciri, nec nomẽ Macarij. Vestra autem
quia Donati pars dicitur, nec uos negare pote-
stis, & omnibus notũ est ubicũq; est uestra com
munio. Dignare ergo rescribere nobis, ut scia-
mus quomodo fieri possit, ut ecclesiã suã Chri-
stus de toto orbe perdiderit, & in uobis solis ha
bere cœperit: uestrum enim est hæc ostendere,
nam nobis sufficit ad causam nostrã quod com-
pleri prophetiã & scripturas sanctas per orbem
terrarum uidemus. Hoc autem ego Augustinus B
dictaui, quia olim uolo loqui inde tecum. Vide
tur enim mihi, uel propter ipsam uicinitatẽ pos-
se nos per literas de hac re colloqui sine aliquo
tumultu, adiuuante Deo quantum ipsa necessi-
tas postulat.

Augustinus ostendit episcopis Donatistarum,
quanta impudentia persistant in suo schismate,
tot iudicijs conuicti. Epistola CLXII

Dñis dilectissimis & merito prædicandis fratri
bus Glorio, Eleusio, Felicibus, Grammatico, &
cæteris omnib9 quib9 hoc gratũ est, Augustin9.

14.4.3.dixit apostolus Tit.3 D Ixit quidem apostolus Paulus, Hære
ticum hominẽ post unam correptio-
nem deuita, sciens quia subuersus est
eiusmodi, & peccat, & est à semetip- C
so damnatus. Sed qui sentẽtiam suam, quamuis
falsam atq; peruersam nulla pertinaci animosita
te defendunt, præsertim quam non audacia pre
sumptionis suę pepererunt, sed a seductis atq; in
errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt
autem cauta solicitudine ueritatẽ, corrigi parati
cum inuenerint nequaquã sunt inter hæreticos
deputandi. Tales ergo uos nisi esse credere-
las fortasse uobis literas mitterem. Quanquã &
ipsum hæreticum quãlibet odiosa superbia tu-
midum & peruicacia malæ contẽtionis insanũ,
sicut uitãdum monemus ne infirmos & paruu-
los fallat, ita non abnuimus quibuscunq; modis
possumus corrigẽdũ. Vnde factum est, ut etiam
ad nonnullos Donatistarum primarios scribere D
mus, nõ cõmunicatorias literas, quas iam olim
propter suam peruersitatẽ ab unitate catholica
quæ toto orbe diffusa est non accipiũt, sed tales
priuatas, qualibus nobis uti etiã ad Paganos li-
cet, quas illi etiã aliquando legerunt, respondere
tamen eis siue noluerunt, siue ut magis creditur
nequiuerũt. Vbi nobis satis uisum est impleuis-
se nos officium charitatis, quam non solum no-
1 Thes.5 stris sed et omnibus nos debere sanctus spiritus
docet, qui nobis ait per Apostolũ: Vos autẽ do
minus multiplicẽt, & abundare faciat in chari-
2 Tim.2 tate, in inuicem & in omnes. Monet etiam alio
loco, in modestia corripiendos diuersa sentien-
tes, ne forte, inquit, det illis deus pœnitentiã ad
A cognoscendam ueritatem, & resipiscant de dia
boli laqueis, captiuati ab ipso in ipsius uolunta-
tem. Hæc præloquutus sum, ne quis me existi-
met impudentius uobis quàm prudentius scri-
pta misisse, & hoc modo uobiscum de negocio
animę uestræ aliquid agere uoluisse, quia nostrę
cõmunionis non estis, cum tamen si de negocio
fundi, aut alicuius pecuniariæ litis dirimendæ
uobis aliquid scribere, nemo fortasse reprehen-
deret. Vsqueadeo charus est hic mundus homi
nibus, & sibimetipsi uiluerũt. Erit ergo mihi ad
defensionem testis hæc epistola in iudicio dei,
qui nouit quo animo fecerim, & qui dixit: Beati
pacifici, quia ipsi filij dei uocabuntur. Ergo ut Mat.5
meminisse dignamini, cum essemus in uestra ci
uitate, & nonnulla uobiscum de communione
Christianæ unitatis ageremus, plata sunt à par-
tibus uestris gesta quædam, quibus recitatũ est
quod septuaginta fermè episcopi Cæcilianum Cæcilianus
quondam nostræ communionis episcopũ Car-
thaginensis ecclesię cum suis collegis & ordina
toribus damnauerunt. Vbi etiam Felicis Aptũ
gitani causa multo præ ceteris inuidiosius & cri
minosius uentilata est. Quæ cum essent cuncta
perlecta: respondimus non esse mirandũ, si ho-
mines qui tunc illud schisma fecerunt, non sine
cõfectione gestorũ, eos in quos fuerant ab æmu
lis & perditis concitati, absentes causa incogni
ta temere damnandos esse putauerunt. Nos aũt
alia habere gesta ecclesiastica, in quibus Secun-
dus Tigisitanus qui tũc agebat in Numidia pri
matum, præsentes & confessos traditores reli-
quit deo iudicandos, & eos in episcopalibus se-
dibus sicuti erant manere permisit, quorũ nomi
na inter dãnatores Cæciliani numerantur, cum
etiam Secundus ipse concilij eiusdem principa
tũ teneret, ubi absentes quasi traditores per eo-
rum sentẽtias damnauit, quibus præsentibus &
cõfessis ignouit. Deinde diximus aliquãto post
Maiorini ordinationẽ, quem contra Cæcilianũ
nephario scelere leuauerũt, erigentes altare con
tra altare, & unitatem Christi discordijs furiali-
bus dissipantes, eos petisse à Constantino tunc
imperatore iudices episcopos, qui de suis quæ-
stionibus quæ in Aphrica exortę pacis uinculũ
dirimebãt, arbitro medio iudicarẽt. Quod post- D
ea quàm factum est, præsente Cæciliano & illis
qui aduersus eum nauigauerãt, iudicante Mel- Melciades
ciade tunc Romanæ urbis episcopo cum colle-
gis suis, quos ad preces Donatistarũ miserat im
perator, in Cæciliano nihil probari potuisse, ac
per hoc illo in episcopatu cõfirmato, Donatum
qui aduersus eum tunc aderat improbatũ. Qui-
bus peractis rebus, cum illi omnes in pertinacia
scelestissimi schismatis permanerent, post apud
Arelatum memoratũ imperatorẽ eandem cau-
sam diligentius examinandã terminãdamq; cu
rasse. Illos uero ab ecclesiastico iudicio prouo-
casse, ut causam Constãtinus audiret. Quò post
ea cũ uentũ est, utraq; parte assistẽte, innocẽtem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæcilianum fuisse iudicatũ, atq; illos recessisse superatos, & in eadem tamen peruersitate manssisse. Nec de Felicis Aptũgitani causa negligentiam cõsequutam, sed ad eiusdem principis iussionem proconsularibus gestis etiã ipsum fuisse purgatum. Sed quia hæc omnia dicebamus tantum, non etiam legebamus minus profecto uobis agere uidebamur, quàm de nostra expectatiõis instantia. Quod ubi sensimus, ad ea quę legenda promiseramus, non distulimus mittere. Quæ omnia dum excurrimus ad Ecclesiam Gazitanam, inde ad uestrum oppidum reuersuri bidui non pleni intermissione uenerunt, atq; ut nostis quantum tempus permisit, uno die recitata sunt uobis. Primo ubi Secũdus Tigisitanus confessos traditores à collegio suo remouere non ausus est, cũ quibus postea non confessum sed absentem Cęcilianum aliosq; suos collegas damnare ausus est. Deinde gesta proconsularia ubi Felix diligentissimo examine probatus est innocens. Hæc ante meridiem uobis lecta esse meministis. Post meridiẽ uero recitauimus preces eorum ad Constantinũ, datisq; ab eo iudicibus, gesta ecclesiastica in Romana urbe habita, quibus illi improbati sunt, Cęcilianus autem in episcopali honore firmatus. Postremo Constãtini imperatoris literas, qbus omnia multo maxime testatissima claruerunt. Quid uultis amplius homines, quid uultis amplius? Non de auro & argento uestro agitur, non terra, non prædia, non denicq; salus corporis uestri in discrimẽ uocatur, de adipiscenda uita ęterna & fugienda morte æterna compellamus animas uestras. Expergiscimini aliquando, non in aliqua obscura quæstione uersamur, non recõdita secreta rimamur, quibus penetrãdis uel nulla uel rara humana corda sufficiant, res in aperto est. Quid eminet clarius? quid cernitur citius? Dicimus temerario concilio quãlibet numerosissimo innocentes absentesq; fuisse damnatos. Probamus hoc procõsularibus gestis, quibus ab omni traditionis crimine alienus iudicatus est ille, quem maxime criminosum à uestris prolata cõcilij gesta sonuerunt. Dicimus à traditoribus confessis, in eos qui traditores dicerẽtur, dictas fuisse sententias. Probamus hoc ecclesiasticis gestis, ubi nominatim declarãtur, in quibus Secundus Tigisitanus ea quæ cognouit uelut contuitu pacis ignouit, & cũ quibus postea quàm cognouit, dissilla pace dãnauit. Vnde apparuit eum etiã primo non paci consuluisse, sed sibi timuisse. Obiecerat ei nanq; Purpurius Liniacẽsis, quod etiam ipse cũ detẽtus esset à curatore & ordine ut scripturas traderet, dimissus est, utiq; nõ fruſtra, nisi quia tradidit, aut tradi aliquid iussit. Hanc ille suspicionem satis probabilem metuẽs, accepto consilio à minore Secundo consanguineo suo, consultisq; cæteris qui cum eo erant episcopis, manifestissima crimina deo iudicanda dimisit, atque ita paci prospexisse uisus est, quod falsum erat cum sibi prospexerit. Nam si in eius corde cogitatio pacis habitaret, non apud Carthaginem postea cũ traditoribus quos præsentes atq; confessos deo dimiserat, damnaret crimine traditionis, quos absentes apud eum nemo conuincerat. Tanto magis enim timere debuit, ne pax unitatis uiolaretur, quãto erat Carthago ciuitas ampla & illustris, unde se per totũ Aphricæ corpus malum quod ibi esset exortum tanq; à uertice effunderet. Erat etiam transmarinis uicinarum regionibus & fama celeberrima nobilis: unde nõ mediocris utiq; autoritatis habebat episcopũ, qui posset non curare conspirãtem multitudinẽ inimicorũ, cum se uideret & Romanæ ecclesiæ in qua semper apostolicæ cathedræ uiguit principatus, & cæteris terris unde Euangelium ad ipsam Aphricam uenit, per cõmunicatorias literas esse coniunctum, ubi paratus esset causam suam dicere, si aduersarij eius ab eo illas ecclesias alienare conarentur. Quia ergo uenire noluit ad hospitium collegarum, quos à suis inimicis contra ueritatẽ suæ causæ peruersos esse sentiebat uel suspicabatur, uel (ut ipsi asserunt) simulabat, tanto magis Secũdus si ueræ pacis custos esse uoluisset, cauere debuit ne damnarẽtur absentes qui iudicio eorum omnino interesse noluerunt: neq; enim de presbyteris aut diaconis aut inferioris ordinis clericis, sed de collegis agebatur, qui possent aliorum collegarũ iudicio, præsertim apostolicarũ ecclesiarũ, causam suam integram reseruare: ubi contra eos sententiæ dictæ in absentes, nullo modo aliquid ualerent, quando eorum iudiciũ non primo aditum postea deseruerunt, sed suspectum semper habitum nunquam adire uoluerunt. Hæc res maxime solicitare debuit Secundũ qui tunc erat primas, si propterea concilium regebat ut paci cõsuleret: facile enim fortassis rabida in absentes ora plac ata uel frenata comprimeret, si diceret, Videtis fratres post tantã stragem persequutionis misericordia dei à principibus seculi pacẽ esse concessam, non debemus nos Christiani & episcopi unitatem dirumpere Christianam, quam iam Paganus nõ insequitur inimicus. Itaq; aut istas omnes causas, quas clades turbulentissimi temporis inflixit ecclesiæ, deo iudici dimittamus: aut si aliqui in uobis sunt, qui certa istorum criminа ita nouerint, ut ea facile ualeãt edocere, negantesq; conuincere, & talibus cõmunicare formidant, pergant ad fratres & collegas nostros transmarinarũ ecclesiarũ episcopos, & ibi prius de istorum factis & contumacia conquerantur, quod ad iudicium collegarum Aphrorum male sibi conscij uenire noluerũt: ut inde illis denuncietur ut ueniant, ibiq; obiectis respondeant. Quòd si non fecerint, ibi etiam eorum prauitas & peruersitas innotescet, missaq; tractatoria super eorum nomine per totum orbem terrarum quacũq; iam Christi ecclesia dilatata est, ab omnibus ecclesiis eorum cõmunio præcidetur, ne aliquis

aliquis error in cathedra ecclesiæ Carthaginis oriatur. Tum demũ securi episcopũ alium plebi Carthaginis ordinabimus, cũ à tota ecclesia isti fuerint seperati: ne forte cum alius modo fuerit ordinatus non ei cõmunicetur ab ecclesia trãsmarina, quia iste ab honore depositus non uidebitur quem iam ordinatũ fama celebrauit, & ad eum cõmeare cõmunicatorias literas fecit, atq; ita magnum scãdalũ schismatis in unitate Christi iam pacatis tẽporibus oriatur, dum præpropere nostras uolumus præcipitare sententias: et non contra Cæcilianũ, sed contra orbem terrarum qui ei per ignorãtiam communicat, alterum erigere audeamus. Huic tam consono rectoq; consilio quisquis infrenis obtemperare noluisset, quid esset facturus, aut quomodo aliquem absentiũ collegarũ esset dãnaturus, cum in potestate acta concilij non haberet contradicente primate? Quod si tanta et aduersus primã sedem seditio nasceretur, ut nonnulli damnare iam uellent quos uolebat ille differri, quãto melius à talibus inquieta & impacata molientibus, q; à totius orbis cõmunione dissentiretur? Sed quia non erãt quæ in Cæcilianũ & ordinatores eius transmarino iudicio probarentur, propterea nec prius q; in eum sententias dicerẽt, differre uoluerunt, nec postea q; dixerunt perseuerãter id agere, ut ecclesiæ transmarinæ in notitiã perferretur, quorum traditorũ in Aphrica damnatorum cõmunionem uitare deberet. Quia si id facere tentauissent, adessent sibi Cæcilianus & cæteri, & suam causam aduersus fallaces criminatores apud trãsmarinos ecclesiasticos iudices diligentissima discussione purgarent. Itaq; consilium illud peruersum atq; nepharium, maxime ut creditur traditorum fuit, quibus confessis Secundus Tigisitanus ignouerat: ut quoniã de traditiõe fama crebruerat, infamatis alijs à se auerterent suspicionẽ: & cum homines per Aphricã totam credentes episcopis falsa de innocẽtibus loquerẽtur, q; damnati essent apud Carthaginẽ traditores, tanq; in nebula mendacissimi rumoris, ipsi qui uere tradiderant latitarent. Vnde uidetis charissimi fieri potuisse, q; uerisimile non esse quidam uestrũ dicebant, ut qui essent de sua traditione confessi, causamq; suã impetrauissent deo dimitti oportere, ijdẽ iudices dãnatoresq; tanq; traditorũ absentium postea consedissent. Magis enim amplexi sunt occasionẽ, qua possent alios falsa criminatione perfundere, & conuersas in eos linguas hominũ ab inquisitiõe criminum suorum hoc modo declinare. Alioquin si fieri non posset, ut quisq; mala quæ ipse cõmitteret in alio iudicaret, nõ diceret quibusdã Paulus apostolus. Propterea inexcusabilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo enim alium iudicas, temetipsum condẽnas: eadẽ enim agis quæ iudicas. Quod illi omnino fecerũt, ut hęc uerba apostolica integrè in eos apteq; cõueniãt. Non ergo tunc Secundus, quando eorũ crimina deo dimisit, pací unitatiq; consuluit, alioquin magis hoc apud Carthaginẽ prouideret ne schisma fieret, ubi nullus aderat, cui confesso crimen donare cogeretur. Sed quod erat facillimũ, tota conuersatio pacis esset absentes nolle dãnare. Itaq; iniuriam facerent innocẽtibus, etiam si eis non conuictis neq; confessis, neq; omnino præsentibus ignoscere uoluissent. Ille quippe accipit uniã, cuius culpa certissima est. Quanto ergo imaniores & certiores fuerunt qui ea se putauerunt posse damnare, quæ incognito nec donare potuissent? Sed illic cognita dimissa sunt deo ne alia quęrerentur, hic incognita damnata sunt ut illa tegerẽtur. Sed dicit aliquis: Cognouerunt. Quod etsi concedam, etiam sic absentibus utiq; parci oportebat. Neq; enim iudiciũ deseruerãt, ubi nunq; omnino constiterant: nec in illis solis episcopis Aphris erat ecclesia, ut omne iudiciũ ecclesiasticũ uitasse uiderẽtur, qui se iudicio eorum præsentare noluissent. Milia quippe collegarum transmarina restabãt, ubi apparebat eos iudicari posse, qui uidebãtur Aphros uel Numidas collegas habere suspectos. Vbi est enim qd scriptura clamat: Anteq; interroges ne uitupereres quẽquam, & cum interrogaueris, corripe iuste. Si ergo nec uituperari, nec corripi nisi interrogatum spiritus sanctus uoluit, quanto sceleratius non uituperati aut correpti, sed omnino dãnati sunt, qui de suis criminibus nihil absentes interrogari potuerunt? Sed tamen isti, qui licet absentium, & nequaquã iudicium deserẽtium, quia nũquam adfuerunt, & semper sibi cuneum illum suspectum esse declarauerũt, tamen cognita crimina se damnasse dicũt, quæso uos fratres mei, quomodo cognouerunt? Respondetis: Nescimus. Quandoquidẽ ipsa cognitio in illis gestis explicata non est. Sed ego uobis ostendam quomodo cognouerũt. Attendite causam Felicis Aptungitani, & primo legite q; uehemẽtiores in eum fuerunt. Sic ergo & cęterorũ causam nouerant, sicut huius qui postea innocẽtissimus diligenti & terribili inquisitione probatus est: quanto itaq; iustius & tutius & citius innocẽtes eos existimare debemus, quorũ crimina ab istis leuius accusata sunt, & parciore reprehensione damnatã, quando ille inuentus est innocens, in quem multo immanius sæuierũt. An forte sicut quidam dixit, quod quidem cum uobis dicere, displicuit, sed tamen prætermittẽdum non est. Ait enim quidã: Non debuit episcopus pro cõsulari iudicio purgari: quasi uero ipse sibi hoc cõparauerit, ac non imperator ita quęri iusserit, ad cuius curam de qua ratione deo redditurus esset, res illa maxime pertinebat. Arbitrũ enim & iudicem causæ traditionis & schismatis, illi eum fecerant, qui ad eum etiã preces miserant, ad quem postea prouocarunt, & tamen iudicio eorum acquiescere noluerunt. Itaq; si culpãdus est quem iudex terrenus absoluit, cum ipse sibi hoc non popoſcisset: quãtomagis culpandi sunt

Rom. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui terrenum regem ſuæ cauſæ iudicem eſſe uoluerunt? Si autem criminis nō eſt prouocare ad imperatorem, non eſt criminis audiri ab imperatore. Ergo nec ab illo cui cauſam delegauerit imperator. Quendam etiam ſuſpenſum eculeo in cauſa Felicis epiſcopi amicus ille uoluit criminari ut quis etiā ungulis uexaretur. Nunquid poterat Felix contradicere, ne tanta diligentia uel ſeueritate quereretur, cum eius cauſam inuestigandā cognitor agitaret? Quid enim erat aliud nolle ſic quæri, q̄ de crimine cōfiteri? & tamen ille ipſe proconſul inter preconum terribiles uoces, & cruentas carnificum manus nunquā collegam dānaret abſentem, qui iudicio eius ſe præſentare noluiſſet, cum haberet aliud quod poſſet audiri. Aut ſi damnaret, certe etiam ipſis ſecularibus legib⁹ pœnas iuſtas & debitas lueret. Qd̄ ſi geſta proconſularia diſplicēt, eccleſiaſticis cedite. Omnia uobis ordine recitata ſunt. An forte non debuit Romanæ eccleſiæ Melciades epiſcopus cum collegis trāſmarinis epiſcopis illud ſibi uſurpare iudicium, quod ab Aphris ſeptuaginta ubi primas Tigiſitanus præſedit, fuerat terminatum? Quid quod nec ipſe uſurpauit? Rogatus q̄ppe imperator, iudices miſit epiſcopos qui cum eo ſederēt, & de tota illa cauſa quod iuſtum uideretur ſtatuerēt. Hoc probamus & Donatiſtarum precibus, & uerbis ipſius imperatoris. Vtraq; enim uobis lecta meminiſtis, & inſpiciendi ac ſcribendi licentiā nunc habetis. Legite & conſiderate omnia. Videte quanta cura pacis atq; unitatis conſeruandæ uel reſtituendę cūcta diſcuſſa ſint, quemadmodū accuſatorum perſona tractata, & quorundam eorum quibus maculis improbata ſit, præſentiumq; uocibus liquido conſtiterit: nihil eos habuiſſe quod in Cęcilianum dicerent, ſed totam cauſam in plebem de parte Maiorini, hoc eſt ſeditioſam & ab eccleſiæ pace alienatam multitudinem transferre uoluiſſe: ut ab ea uidelicet turba Cæcilianus accuſaretur, quā ſolis tumultuoſis clamoribus nulla documentorū atteſtatione, nullo ueritatis examine ad ſuam uoluntatē animos iudicum detorquere poſſe arbitrabātur: niſi forte furioſa & poculo erroris atq; corruptionis ebria multitudo uera in Cæcilianum crimina diceret, ubi ſeptuaginta epiſcopi, ſicut de Felice Aptūgitano conſtitit abſentes & innocentes collegas, tā inſana temeritate dānarunt. Quali enim turbæ illi conſenſerant, ut aduerſus innocētes non interrogatos proferrent ſententias, à tali turba etiā rurſus accuſari Cæcilianū uolebant. Sed planè non tales inuenerant iudices, quibus illam demētiam perſuaderent. Poteſtis enim pro ueſtra prudentia & illorum peruerſitatem illic attendere & iudicum grauitatem, quemadmodū ad extremū perſuaderi non poſſent, ut à plebe partis Maiorini, quæ certam perſonam non habebat, arguretur Cæcilianus, & requiſiti ab eis eſſent uel accuſatores uel teſtes uel quoquo modo cauſæ neceſſarij, qui ſimul cum eis ex Aphrica uenerant, & eos præſentes fuiſſe, atq; à Donato ſubtractos eſſe diceretur. Promiſit idē Donatus quod eos eſſet exhibiturus, quod cum ſemel ſed ſæpius promiſiſſet, amplius ad illud iudiciū accedere noluit, ubi iam erat tanta confeſſus, ut nihil aliud deinceps non accedendo niſi præſens damnari noluiſſe uideretur, cum tamen ea quæ damnanda eſſent, eo præſente atq; interrogato manifeſtata fuerint. Acceſſit & aliud, ut à quibuſdam aduerſus Cæcilianum denunciationis libellus daretur: poſt quod factum quēadmodū ſit rurſus agitata cognitio, & quę perſonæ illum libellum dederint, quoq; modo nihil in Cæcilianum probari potuerit, quid dicā, cum & audieritis omnia, & quoties uolueritis legere, poſſitis? De numero autem ſeptuaginta epiſcoporū cū quaſi grauiſſima opponeretur autoritas, quæ fuerint dicta meminiſtis: & tamen uiri grauiſſimi ab infinitis queſtionibus catena quadā inexplicabili ſeſe nectentibus ſuum temperare arbitrium maluerunt, nequaquam curantes q̄ multi eſſent illi epiſcopi, aut unde collecti, quos uidebant tanta temeritate cæcatos, ut in abſentes & non interrogatos collegas tam præcipites auderent proferre ſententias: & tamen qualis ipſius beati Melciadis ultima eſt prolata ſententia, q̄ innocens, q̄ integra, q̄ prouida atque pacifica: qua neq; collegas in quibus nihil conſtiterat, de collegio ſuo auſus eſt remouere, & Donato ſolo quem totius mali principē inuenerat maxime culpato, ſanitatis recuperādæ optionē liberam cæteris fecit, paratus communicatorias literas mittere, etiā ijs quos à Maiorino ordinatos eſſe conſtaret: ita ut quibuſcunq; locis duo eſſent epiſcopi, quos diſſenſio geminaſſet, eum confirmari uellet, qui fuiſſet ordinatus prior, alteri aūt eorum plebs alia regenda prouideretur. O uirū optimum, ò filium Chriſtianæ pacis, & patrem Chriſtianæ plebis. Conferte nunc iſtam pauci-tatem cum illa multitudine epiſcoporū, neq; numerum numero, ſed pondus ponderi comparate: hinc modeſtiam, inde temeritatem: hinc uigilantiam, inde cæcitatem. Hic nec māſuetudo integritatem corrupit, nec integritas manſuetudini repugnauit: ibi autem & furore timor tegebatur, & timore furor incitabatur. Iſti enim conuenerant cognitione uerorum criminū falſa reſpuere, illi falſorū dānatione uera celare. Illis ne ſe tandem Cæcilianus audiendum iudicandūq; committeret, cum haberet tales apud quos ſi ei cauſa moueretur, innocentiā ſuā facillime oſtenderet: non ſe illis omnino cōmitteret, nec ſi peregrinus eccleſiæ Carthaginenſis ſubito epiſcopus eſſet ordinatus, & ignoraret quid ad corrūpēdos animos uel improborū uel imperitorum poſſet tunc pecunioſiſſima mulier quædam Lucilla, quā pro diſciplina eccleſiaſtica corripiēdo idem cum eſſet diaconus læſerat: etiā hoc enim acceſſerat malum ad illam perficiendam iniquitatem

tatem. Nam in illo concilio, ubi à confeſſis traditoribus abſentes atq; innocentes dānati ſunt, pauci quidam erant qui crimina ſua infamatis alijs tegere cupiebant, ut homines à ueritatis inquiſitione auerterētur falſis rumoribus auocati. Pauci ergo erant qui hoc negocium maxime curabant, quamuis in eis eſſet maior autoritas propter ipſius Secundi ſocietatem, qui eis peperat territus. Cæteri autem Lucillæ pecunia maxime aduerſus Cæcilianū empti & inſtigati perhibentur. Extant geſta apud Zenophilum conſularem, ubi Nundinarius quidā diaconus à Syluano Cirtenſi epiſcopo, quātum ipſis geſtis intelligitur degradatus, cū eis ſatisfacere per alio-rum epiſcoporum literas fruſtra conatus eſſet, multa patefecit iratus, & in iudicium publicum protulit: inter quæ id quoq; cōmemoratum legitur, quod Lucillæ pecunia corruptis epiſcopis in Carthaginenſi eccleſia in Aphricæ capite, altare contra altare leuatum eſt. Scio q̄ hæc geſta uobis non legerimus, ſed tempus non fuiſſe meminiſtis. Inerat etiam nōnullus dolor animi de typho ſuperbiæ ueniens, quod non ipſi ordinauerant Carthaginī epiſcopū. Quibus omnibus rebus cum eos non ueros iudices ſed inimicos atq; corruptos Cæcilianus cōueniſſe cognoſceret, quando fieri poſſet, ut uel ipſe uellet uel populus cui præſidebat permitteret, ut relicta eccleſia iret in domum priuatam, non collegarum diſcutiendus examine, ſed factionis cuneo & odijs muliebribus trucidādus? cum ſibi præſertim uideret apud eccleſiam tranſmarinā à priuatis inimicitijs & ab utraq; parte diſſenſiōis alienam, incorruptū & integrum examen ſuæ cauſæ remanere. Vbi ſi nihil aduerſarij agere uellent, ipſi ſe ab orbis terrarū innocentiſſima communione præciderent. Si aūt illic eum accuſare tentaſſent, tunc ſibi adeſſet, tunc innocentiā ſuā aduerſus eorum machinamēta defenderet, ſicut poſtea factum eſſe didiciſtis: cum tamen illi nimis ſero quæſiſſent iudicium trāſmarinum iam ſchiſmatis rei, iam leuati altaris horrendo ſcelere maculati. Primo enim facerent, ſi ueritate niterentur: ſed falſis rumoribus temporis diuturnitate firmatis, quaſi uetuſta fama præiudicante ad iudicium uenire noluerunt. Aut quod magis credendum eſt, damnato prius, ſicut libuit, Cæciliano, quaſi ſecuri ſibi uidebantur præſidentes numero ſuo, nec audētes alibi commouere cauſam tam malam, ubi nulla corruptione operāte poſſet ueritas inueniri. Sed poſteaq̄ ipſis rebus experti ſunt cum Cæciliano permanere cōmunionem orbis terrarum, & ad eum à tranſmarinis eccleſijs cōmunicatorias literas mitti, nō ad illum quem ipſi ſcelerate ordinauerant, puduit eos ſemper tacere: quia poſſet eis obijci, cur paterentur ignaram per tot gentes eccleſiā cōmunicare damnatis: & cur ſeipſi ab innocentis orbis terrarū cōmunione præcederent, cum tacendo ſinerent epiſcopo quem Carthaginēſibus ordinaſſent à toto orbe non cōmunicari? elegerūt ſicut dicitur ad duas agere cauſam cum Cæciliano apud eccleſias trāſmarinas, parati ad utrūq; ut ſi eum potuiſſent quacūq; uerſutia falſę criminationis euincere, ſatiarent pleniſſime cupiditatem ſuam: ſi autē non poſſent, in eadem quidem peruerſitate durarent, ſed iam tamen quaſi habere rent quod dicerēt, malos iudices ſe eſſe perpeſſos, quę uox eſt omnium malorum litigatorum, cum fuerint etiam manifeſtiſſima ueritate ſuperati: quaſi nō eis ad hoc dici poſſet & iuſtiſſime dici, Ecce putemus illos epiſcopos qui Romæ iudicarūt, non bonos iudices fuiſſe: reſtabat adhuc plenarium eccleſiæ uniuerſæ cōcilium ubi etiam cum ipſis iudicibus cauſa poſſet agitari, ut ſi male iudicaſſe cōuicti eſſent, eorum ſententiæ ſoluerentur. Quod utrum fecerint, probent: nos enim nō factum eſſe facile probamus, ex eo quod totus orbis non eis cōmunicat: aut ſi factū eſt, etiam ibi ſunt uicti, quod ipſa eorū ſeparatio manifeſtat. Sed tamen quid poſtea fecerint, imperatoris literis ſufficiētiſſime oſtenditur. Iudices enim eccleſiaſticos tantæ autoritatis epiſcopos, quorum iudicio & Cæciliani innocētia & eorum improbitas declarata eſt, non apud alios collegas, ſed apud imperatorē accuſare auſi ſunt q̄ male iudicarint. Dedit ille aliud Arelatēſe iudicium, aliorū ſcilicet epiſcoporū, nō quia iam neceſſe erat, ſed eorum peruerſitatibus cedens, & omnimodo cupiens tantam impudentiā cohibere. Neq; enim auſus eſt Chriſtianus imperator ſic eorū tumultuoſas & fallaces querelas ſuſcipere, ut de iudicio epiſcoporū qui Romæ ſederāt ipſe iudicaret, ſed alios (ut dixi) epiſcopos dedit, à quibus tamē illi ad ipſum rurſum imperatorē prouocare maluerūt. Qua in re illos quēadmodū deteſtetur audiſtis. Atq; utinā ſaltē ipſius iudicio inſaniſſimis animoſitatib⁹ ſuis finē poſuiſſent, atque ut eis ipſe ceſſit, ut de illa cauſa poſt epiſcopos iudicaret, à ſanctis antiſtitibus poſtea ueniā petitur⁹, dū tamē illi quod ulterius dicerēt non haberēt, ſi eius ſentētiæ non obtēperarent, ad quē ipſi prouocauerūt, ſic et illi aliquādo cederent ueritati. Iuſſit enim ille ut ei partes ad agendā cauſam Romā occurrerent. Quò cū Cæcilianus neſcio qua cauſa non occurriſſet, interpellatus ab eis, præcepit ut Mediolanū ſequerētur. Tunc ſe aliqui eorū ſubtrahere cœperūt, fortaſſe indignati, quia nō eſt eos imitatus Conſtātinus, ut iam ſtatim atq; uelociter Cæcilianū dānaret abſentē. Quod ubi cognouit prouidus imperator, reliquos ab officialib⁹ cuſtoditos fecit Mediolanū peruenire. Quò cum etiam Cæcilianus peruenīſſet, ipſū quoq; ſicut ſcripſiſt exhibuit, cognitaq; cauſa, qua diligētia, qua cautela, qua prouiſione, ſicut eius indicāt literæ, Cęcilianū innocētiſſimū, illos improbiſſimos iudicauit. Et adhuc baptizāt extra eccleſiam, & ſi poſſint rebaptizāt eccleſiā, ſacrificāt in diſſenſione & ſchiſmate, et pacis nomine populos ſalutant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos à pace salutis exterminant. Conscinditur A unitas Christi, blasphematur hereditas Christi, exufflatur baptisma Christi: & nolunt in se ista per ordinarias humanas potestates flagellis temporalibus emendari, ne in æternas pœnas pro tantis sacrilegijs destinetur. Nos eis obijcimus furorem schismatis, rebaptizationis insaniã, abhereditate Christi, quæ per omnes gentes diffusa est, nefariam separationem. De codicibus nõ tantum nostris, sed etiam eorum recitamus ecclesias, quarum nomina hodie legunt, & quibus hodie non cõmunicant. Quæ cum recitantur in conuenticulis eorum, lectoribus suis dicunt, Pax tecum: & cum ipsis plebibus, quibus illæ literæ scriptæ sunt, pacẽ non habent: & ipsi nobis obijciunt uel falsa crimina mortuorũ, uel etiam si uera, tamen aliena, non intelligẽtes in ijs quæ nos eis obijcimus omnes illos teneri: in ijs uero quę nobis obijciũt, paleam uel zizaniam messis dominicæ reprehendi, ad frumẽta aũt crimen non pertinere: hęc considerantes quia quibus mali placent in unitate, ipsi cõmunicãt malis: quibus aũt displicent, et eos emẽdare non possunt, nec ante tempus messis audẽt zizania eradicare, ne simul eradicent & triticum, non factis eorũ, sed altari Christi cõmunicant: ita ut non solum non ab eis maculẽtur, sed etiam diuinis uerbis laudari prædicarię mereant, quoniã ne nomen Christi per horribilia schismata blasphemẽ, pro bono unitatis tolerant, quod pro bono æquitatis oderunt. Si habent aures, audiãt quid spiritus dicat ecclesiis. Sic enim in Apocalypsi Iohannis
Apoc.2 legitur: Angelo, inquit, ecclesiæ Ephesi scribe, Hæc dicit qui tenet septẽ stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorũ aureorum, Scio opera tua & laborem & patiẽtiã, & quia non potes sustinere malos, & tẽtasti eos qui se dicunt apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces, & patientiã habes, & sustinuisti eos propter nomen meũ, et non defecisti. Quod si de angelo superiorum cœlorum, & nõ de præpositis ecclesiæ uellet intelligi, non consequẽter diceret: Sed habeo aduersum te, q̃ charitatem tuam primã reliquisti: memor esto itaq; unde excideris, et age pœnitentiã, et prima opera fac: sin autem, uenio tibi & mouebo candela- D brum tuum de loco suo, nisi pœnitentiã egeris. Hoc superioribus angelis dici non potest, qui perpetuam retinent charitatẽ, unde qui defecerunt & lapsi sunt, diabolus est & angeli eius. Ergo primam charitatem dicit, quia sustinuit pseudoapostolos propter nomẽ Christi, quam iubet ut repetat & faciat priora opera sua. Et obijciuntur nobis crimina malorũ hominum, nõ nostra, sed aliena, & ipsa partim incognita: quę si etiam uera & præsentia uideremus, & zizanijs propter frumenta parcentes, pro unitate tolerare mus, non solum nulla reprehensione, sed etiam non parua laude nos dignos diceret, quicunq; scripturas sanctas nõ corde surdus audiret. To-

lerat Aaron multitudinẽ idolum exigentẽ & fabricantem & adorantem. Tolerat Moyses aduersus deum tot milia murmurãtia & toties offendentia sanctum nomen eius. Tolerat Dauid Saulem persequutorẽ suum, sceleratis moribus cœlestia deserentẽ, magicis artibus inferna quærentem, occisum uindicat, Christũ etiam domini propter sacramentũ uenerandæ unctionis appellat. Tolerat Samuel nefandos filios Heli, peruersosq; filios suos, quos populus quia tolerare noluit, diuina ueritate accusatus, diuina seueritate correptus est. Tolerat deniq; ipsum populum superbũ contemptorẽ dei. Tolerat Esaias in quos tã multa uera crimina iaculatur. Tolerat Hieremias à quibus tanta perpetitur. Tole B rat Zacharias Pharisæos & scribas, quales illo tempore fuisse scriptura testatur. Scio me multos prætermisisse, legant qui uolunt, legant qui possunt eloquia cœlestia, inueniet omnes sanctos dei seruos & amicos semper habuisse quos in suo populo tolerarent, cũ quibus tamen illius temporis sacramenta cõmunicãtes, non solum non inquinabantur, sed etiam laudabiliter sustinebãt, studentes, sicut ait Apostolus, seruare uni Ephe.4
tatem spiritus in uinculo pacis. Attẽdant etiam post domini aduentũ, ubi multo plura huius tolerantiæ per totum orbem inueniremus exempla, si omnia scribi & in autoritatem redigi potuissent, tamen hæc ipsa quæ habemus aduerte. Tolerat ipse dominus Iudam, diabolum, furem & uẽditorem suum: sinit accipere inter in- C nocentes discipulos, quod fideles nouerũt precium nostrum. Tolerãt apostoli pseudoapostolos, & inter sua quærẽtes non quæ Iesu Christi, Paulus non sua quærens, sed quę Iesu Christi cũ gloriosissima tolerantia conuersatur. Postremo quod pauloante cõmemorani, diuina uoce laudatur sub angeli nomine præpositus ecclesiæ, quod cum odisset malos, eos tamen tentatos & inuẽtos pro nomine domini tolerauit. Ad summam seipsos interrogent: Nónne tolerantur ob eis cædes & incendia Circũcellionum, qui sunt ueneratores præcipitatorũ ultro cadauerum, & sub incredibilibus malis unius Optati per tot ãnos totius Aphricæ gemitus? Parco iam dicere singularum per Aphricam regionum & ciuitatum & fundorum tyrannicas potestates, & publica latrocinia. Melius eñ uobis hæc uos ipsi dicitis, siue in aurem, siue palã, sicut libitũ fuerit. Quocunq; enim oculos uerteritis, occurret quod dico, uel potius quod taceo: neq; hinc istos quos ibi diligitis accusamus. Non enim nobis displicent, quia tolerant malos, sed quia intolerabiliter mali sunt propter schisma, propter altare contra altare, propter separationẽ ab hæreditate Christi toto orbe diffusa, sicut tanto ante promissa est. Violatam pacem, cõscissam unitatem, iterata baptismata, exufflata sacramenta, quæ in sceleratis quoq; hominibus sancta sunt, plangimus & lugemus. Quæ si parui pendunt, intueantur

intueantur exempla quibus demonstratum est A quanti hæc penderit deus. Qui fecerunt idolũ, ultata gladij morte perẽpti sunt: qui uero schisma facere uoluerũt, hiatu terræ principes deuorati, & turba consentiens igne cõsumpta est. Diuersitate pœnarum, diuersitas agnoscitur meritorum. Traduntur in persequutione sancti codices, confitentur traditores, & deo dimittuntur. Non interrogantur innocentes, & ab hominibus temerarijs damnãtur. Probatur integer certis indicijs, qui inter absentes damnatos multo uehemẽtius cæteris criminatus est. Iudiciũ episcoporum ad imperatorẽ appellatur. Iudex eligitur imperator, iudicans contemnitur imperator. Quæ tunc acta sunt legistis, quæ nunc agantur uidetis: si de illis in aliquo dubitatis, ista iam B cernite. Certe non chartis ueteribus, non archiuis publicis, non gestis forensibus aut ecclesiasticis agimus. Maior liber noster orbis terrarũ est, in eo lego completũ, quod in libro dei lego
Psal.2 promissum. Dominus, inq̃t, dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Huic hæreditati qui non cõmunicat, quoslibet libros teneat, exhæredatum se esse cognoscat. Hanc hæreditatem quisquis expugnat, alienum se esse à familia dei satis indicat. Certe de traditione diuinorũ librorum uertitur quæstio, ubi hereditas ista promissa est. Ille ergo credatur testamentum tradidisse flammis, qui contra uoluntatẽ litigat testatoris. C Quid tibi fecit ò pars Donati, quid tibi fecit ecclesia Corinthiorum? Quod autem de ista dico, de omnibus talibus & tam longe positis intelligi uolo. Quid uobis fecerunt quæ nec omnino quid feceritis, nec quos infamaueritis nosse potuerũt? An quia Lucillam Cæcilianus in Aphrica læsit, lucem Christi orbis amisit? Tandẽ sentiant quod fecerunt, merito certo annorũ interuallo in oculos eorum reuolutum est opus ipsorum. Quæríte per quam fœminam Maximianus, qui dicitur esse Donati propinquus, sese à Primiani cõmunione præciderit, & quẽadmodum cõgregata episcoporum factione, Primianum damnarit absentem, & aduersus eum episcopus ordinatus sit: quemadmodũ Maiorinus D per Lucillam cõgregata episcoporum factione Cæcilianum damnauit absentem, & cõtra eum episcopus ordinatus est? An forte quod à cæteris Aphris suæ cõmunionis episcopis contra factionẽ Maximiani Primianus purgatus est, uaIere uultis: & quod à transmarinis unitatis episcopis aduersus factionẽ Maiorini Cæcilianus purgatus est, ualere non uultis? Rogo fratres mei, quid magnum peto, quid difficile à uobis intelligi cupio? Multum quidem interest, & incomparabiliter distat uel autoritate uel numero Aphricana ecclesia, si cum cæteris orbis partibus conferatur: & longe minor est, etiã si unitas hic esset, longe omnino minor est cõparata cæteris Christianis omnibus gẽtibus, cui pars Maximiani cõparata parti Primiani, peto tamen et iustũ esse arbitror, ut tantũ ualeat concilium Secundi Tigisitani, quod Lucilla cõflauit aduersus absentẽ Cæcilianũ & apostolicã sedem, totumq; orbem Cæciliano cõmunicantem, quantũ ualet conciliũ Maximianense, quod similiter fœmina nescio quæ conflauit aduersus absentem Primianũ, & cæterã per Aphricã multitudinẽ Primiano cõmunicãtem. Quid apertius cernitur? Quid æquius postulatur? Videtis hęc omnia & nostis & gemitis, & tamẽ uidet & deus quod et uos in tam pestifera & sacrilega præcisione nulla res cogit remanere, si pro adipiscẽdo spiritali regno, carnalẽ superetis affectum, & amicitias hominũ, quę in iudicio dei nihil proderũt, pro deuitandis sempiternis pœnis non timeatis offendere. Ecce ite consulite, quid contra hæc nostra possint respõdere cognoscite: si proferunt chartas, proferimus chartas: si falsas nostras esse dicunt, hoc nos de suis dicere non indignẽtur. Nemo delet de cœlo constitutionẽ dei, nemo delet de terra ecclesiam dei: ille totum orbem promisit, ista totum orbem repleuit, & malos habet & bonos, sed nec in terris amittit nisi malos, nec in cœlum admittit nisi bonos. Erit autẽ uobis hic sermo, quem de munere dei, nouit ipse, quãta & pacis & uestra dilectione deprompsimus, correctio si uelitis, testis uero etsi nolitis.

Augustinus refert quæ cœpta sint agi de concordia cum Fortunio Donatistarũ episcopo, monens & hortans ut sine tumultu, quod placide cœptum est, perficiatur conuentu frequentiore. Epistola CLXIII

Dominis dilectissimis & prædicabilibus fratribus Eleusio, Glorio & Felicibus, Augustinus.

Ortunium quem Tuburscũ habetis
F episcopũ, per eandem ciuitatẽ, quam festinãtissime, cum ad Cirtensem ecclesiã pergeremus, experti sumus, ita omnino ut de illo soletis benignissime polliceri. Eam ipsam quippe uestrã de illo nobis sermocinationẽ cum ei renũciaremus uolentes eũ uidere, nõ abnuit. Venimus itaq; ad eũ, quia ætati eius id à nobis deferendũ uidebaẽ potius, q̃ exigendũ, ut ipse ad nos ueniret prior. Perre- D ximus ergo comitantib. non paucis, quos forte aggregatos nobis illud tẽpus inuenerat. Cũ aũt apud eũ cõsedissemus, rumore dispersa nõ parua præterea turba cõfluxit, sed in tota illa multitudine perpauci apparebant, qui utiliter ac salubriter agi causam illã, & tantã reiq; tantæ quæstionẽ prudẽter & pie discuti cuperẽt. Cęteri uero magis ad spectaculũ quasi altercatiõis nostrę prope theatrica cõsuetudine, q̃ ad instructionẽ salutis Christiana deuotiõe cõuenerãt. Quapropter nec silẽtiũ nobis prębere, nec itẽte nobiscũ atq; modeste saltẽ & ordinate colloq potuerũt, exceptis ut dixi paucis, q̃rũ religiosa et simplex apparebat intẽtio. Itaq; libere pro sui cuiusq; animi motu imoderate loquẽtiũ omnia strepitu turbaban

Universidad de Deusto
Biblioteca

babantur,nec euincere siue nos siue ipse rogan/ A
do,interdum etiam obiurgãdo potuimus,ut no
bis modestum silẽtium præberetur.Res tamen
utcunq; agi cœpta est,& aliquot horas in alter
no sermone protraximus,quãtum uocibus in
terquiescẽtibus uarie tumultuantiũ sinebamur.
Sed in ipso disputationis exordio,cum uidere/
mus ea quæ dicebantur subinde labi de memo/
ria uel nostra,uel eorum quorum salutem maxi/
me curabamus:& ut esset nobis cautior mode/
stiorq; tractatio,simul ut & uos atq; alij fratres,
qui absentes erant,quid inter nos actum esset,le
gẽdo cognosceretis,postulauimus ut à notarijs
uerba nostra exciperentur:ubi diu ab illo uel ei
consentiẽtibus reluctatum est,postea tamẽ ipse
concessit.Sed notarij qui aderãt,atq; id strenue B
facere poterant,nescio qua causa excipere no/
luerunt.Egimus saltem ut fratres qui nobiscum
erant,quanquam in hac re tardius possent,exci
perent,pollicentes nos ibi easdem tabulas reli/
cturos.Consensum est.Cœperunt uerba nostra
excipi,& aliqua abinuicẽ ad tabulas dicta sunt.
Postea inordinatas perstrepentiũ interpellatio
nes,& propterea nostram quoq; turbulẽtiorem
disputationẽ notarij non ualentes sustinere,ces/
serunt,nobis sanè non desistentibus,& ut cuiq;
facultas dabatur multa dicentibus.Ex quibus
omnibus uerbis nostris quantum recordari po
tui,causæ totius actione dilectionẽ uestram frau
dare nolui.Potestis enim ei literas meas legere,
ut uel approbet uera me scripsisse,uel ipse uo/ C
bis,si quid melius recolit,incunctãter insinuet.
Primo enim uitam nostram,quam uobis bene/
uolentius fortasse q̃ uerius narrantibus,se com
perisse dicebat,prædicare dignatus est,adiũgẽs
se dixisse uobis,nos omnia quæ de nobis insi/
nuaueritis,bene facere potuisse,si in ecclesia fa/
ceremus.Deinde quærere cœpimus quæ nã illa
esset ecclesia,ubi uiuere sic oporteret,utrum illa
quæ sicut sancta tanto antè scriptura prædixerat
se terrarum orbe diffunderet,an illa quam pars
exigua uel Aphrorum uel Aphricę contineret.
Hic primo asserere conatus est ubiq; terrarũ esse
cõmunionem suam.Quærebã utrum epistolas
cõmunicatorias,quas formatas dicimus,posset
quo uellem dare,& affirmabã quod manifestũ D
erat omnibus,hoc modo facillime illam termi/
nari posse quæstionem.Parabam aũt,ut si con/
sentiret,ad illas ecclesias à nobis tales literę mit
terentur,quas in apostolicis autoritatibus pari/
ter legeremus illo tam tempore fuisse fundatas.
Sed quia res aperte falsa erat,permixtis uerbis
cito inde discessum est,inter quæ uerba euange
licam illam domini admonitionẽ commemora
rit,qua dixit,Cauete à pseudoprophetis,multi Mat.7
ad uos uenient in uestitu ouium,intus autẽ sunt
lupi rapaces:ex fructibus eorum cognoscetis
eos.Quæ uerba domini cum diceremus eadem
de illis à nobis posse recitari,uẽtum inde est ad
exaggerationẽ persequutiõis,quam sæpe suam
partem pertulisse dicebat,hinc uolens ostẽdere
suos esse Christianos,quia persequutionẽ pate/
rentur.Inter quę uerba cum ego pararẽ ex euan
gelio respondere,idem capitulũ cõmemorauit
prior,ubi dñs ait,Beati qui persequutionẽ patiũ Mat.5
tur propter iustitiam,quoniã ipsorum est regnũ
cœlorum.Quo loco ego gratulatus,subieci ista
tim:id ergo quęrendũ,utrum illi persequutionẽ
propter iustitiam passi fuerint.In qua quæstiõe
discuti cupiebam,quod quidem omnibus clarũ
erat,utrum eos in unitate ecclesiæ cõstitutos,an
schismate iam diuisos,Macariana tempora in/
uenerint,ut qui uidere uellent utrum propter iu
stitiam persequutionẽ passi fuerint,id potius at
tenderent,utrum se recte à totius orbis unitate
præciderint.Quod si iniuste fecisse inuenirẽ/
tur,manifestũ esset eos propter iniustitiã potius
quàm propter iustitiam passos persequutionẽ:
& ideo numero beatorum adiũgi non posse,de
quibus dictum est:Beati qui persequutionẽ pa/
tiuntur propter iustitiam.Ibi cõmemorata est
famosior quàm certior codicũ illa traditio.Sed
respõdebatur à partibus nostris,principes illo/
rum potius fuisse traditores.Quod si de hac re
nostrorum literis nollent credere,nec nos cogi
oportere ut literis credamus ipsorum.Sed tamẽ
sequestrata ista dubia quæstione,quærebã quo
modo se isti iuste separassent ab innocentia cæ/
terorum Christianorum,qui per orbem terrarũ
successionis ordinem custodientes,in antiquiss
mis ecclesiis constituti,penitus ignorarent qui C
fuerint in Aphrica traditores,qui certe nõ pos/
sent cõmunicare,nisi eis quos sedere in sedibus
episcopalibus audiebãt.Respõdit tam diu trã/
marinarũ partiũ ecclesias mansisse innocentes,
donec consensissent in eorum sanguinem,quos
Macarianam persequutionẽ pertulisse dicebat.
Vbi ego possem quidẽ dicere,nec inuidia Ma/
cariani tẽporis innocentiã transmarinarũ eccle
siarũ contaminari potuisse,quandoquidẽ nullo
modo probaretur illis autoribus fecisse etiã quę
fecerat.Sed de cõpendio quærere malui,si Ma/
carij sæuitia,ex quo in eam cõsensisse dicebãtur
trãsmarinę ecclesiæ,suã innocentiã perdiderũt,
utrũ saltẽ probaretur usq; ad illa tẽpora Donati/
stas cũ Oriẽtalibus ecclesiis cæterisq; orbis par
tibus in unitate mãsisse.Tunc protulit quoddã
uolumẽ,ubi uolebat ostẽdere Sardicẽse cõciliũ
ad episcopos Aphros,qui erãt cõmunionis Do
nati,dedisse literas.Quod cum legeretur,audi/
uimus Donati nomen inter cæteros episcopos,
quibus illi scripserãt.Itaq; flagitare cœpimus ut
doceretur,utrũ ipse esset Donatus,de cuius par
te isti cognominãtur:fieri enim potuisse,ut ali/
cui Donato alteri⁹ hæresis episcopo scripserint,
cũ maxime in illis nóminibus nec Aphricæ mẽ
tio facta fuerit.Quomodo ergo posset probare
Donatũ partis Donati episcopũ nomine illo ac
cipiendũ esse,quando ne id quidẽ probare pos/
set,utrum ad Aphricanarũ specialiter ecclesia/
rum

rum episcopos illæ literæ missæ fuerint.Quan/ A
quam enim Donati nomẽ Aphrum esse soleat,
non tamen repugnaret à uero,ut uel partium il/
larum aliquis uocaretur nomine Aphro,uel ali/
quis Apher in illis partibus constitueretur epi/
scopus.Neq; enim in eis uel diem uel consulem
inuenimus,ut saltem consideratis temporibus
certi aliquid eluceret.Sanè quoniã nescio quan
do audieramus Arrianos,cum à cõmunione ca
tholica discrepassent,Donatistas in Aphrica si/
bi sociare tentasse,ad aurem mihi hocipsum fra/
ter Alipius suggessit.Tũc accepto ipso uolumi/
ne,eiusdẽ concilij statuta cõsiderans,legi Atha
nasium episcopum Alexãdrinum catholicum,
cuius maxime aduersus Arrianos acerrimarum
disputationum conflictus eminuit,& Iulium ec B
clesiæ Romanæ episcopũ,nihilominus catholi
cum,illo concilio Sardicẽsi fuisse improbatos.
Vnde apud nos constitit Arrianorũ fuisse con/
cilium,quibus isti episcopi catholici uehemen/
tissime resistebant.Itaq; ad diligentiorem etiam
temporum discussionem uoluimus ipsum uolu/
men accipere atq; auferre nobiscũ.Qui noluit
dare dicens,ibi nos habere illud,quãdo aliquid
in eo cõsiderare uellemus.Rogaui etiam ut ma/
nu mea notari permitteret,fateor timẽs ne mihi
forte causa exigente,cum petendũ esset,pro il/
lo aliud proferretur,neq; hoc uoluit.Deinde mi
hi cœpit instare,ut ad interrogationẽ suam bre/
uiter responderem,quærens à me quem iustum
putarẽ,eum qui persequeretur,an eum qui per/ C
sequutionem pateretur.Cui respondebam,non
recte ita interrogari:fieri enim posse ut ambo in
iqui sint,fieri etiam posse ut iniquiorem iustior
persequatur.Non ergo esse consequẽs,ut ideo
sit quisq; iustior,quia persequutionem patitur,
quamuis id plerunq; iustiori contingat.Deinde
cum uiderem in hoc eum multum immorari,ut
iusticiam suæ partis ex eo certam uellet intelli/
gi,quia persequutionem passa fuerit,quęsiui ab
eo,utrum iustum & Christianũ putaret episco/
pum Mediolanensis ecclesiæ Ambrosium.Co/
gebatur utiq; negare,q̃ ille uir Christianus esset
et iustus:quia si fateretur,statim objceremus q̃
eum rebaptizandũ esse censeret.Cum ergo elo
qui cogeretur,quibus ille non esset habendus D
Christianus & iustus,commemoraui quantam
persequutionem pertulerit,circũdata etiam mi/
litibus armatis ecclesia.Quæsiui etiam utrũ Ma
ximianum,quia & is apud Carthaginem schis/
ma fecerat,& iustum & Christianum putaret.
Non poterat nisi negare.Commemoraui ergo
etiam illum talem persequutionem pertulisse,ut
ecclesia eius usq; ad fundamẽta dirueretur.His
igitur exẽplis ei si possem persuadere moliebar,
ut iam desineret dicere psequtionis perpessio/
nem Christianæ iusticiæ certissimum esse docu
mẽtum.Narrauit etiam in ipsa schismatis noui/
tate maiores suos cum cogitarẽt culpam Cæci/
liani,ne schisma fieret quoquo modo uelle sopi
re,dedisse quendã interuentorẽ populo suæ cõ/
munionis apud Carthaginẽ constituto,anteq̃
Maiorinus aduersus Cæcilianum ordinaretur.
Hunc ergo interuentorẽ in suo conuenticulo à
nostris dicebat occisum.Quod fateor nũquam
antea prorsus audierã,cum tã multa ab eis obie
cta crimina refellerentur & redarguerẽtur à no/
stris,atq; in eos plura & maiora iacerentur.Sed
tamen postea q̃ hoc narrauit,rursus à me instan
ter cœpit quærere quem iustũ putarem,eum ne
qui occidit,an eũ qui occisus esset,quasi iam mi
hi probauisset,ita ut narrauerat esse cõmissum.
Dicebã ergo,prius utrũ uerum esset esse quę reri
dum.Nõ enim temere credi oportere quæcũq;
dicuntur,& tamen fieri potuisse,ut uel ambo æ/
que mali essent,uel etiam peiorẽ quisquã malus
occideret.Reuera emꝫ fieri potest,ut sceleratior
sit rebaptizator totius hominis,q̃ solius corpo
ris interẽptor.Vnde etiã illud,quod à me post/
ea quæsiuit,iam quærendũ non erat.Ait enim
etiam malum non debuisse occidi à Christianis
& iustis,quasi nos eos qui hæc in catholica fa/
ciunt,iustos uocemus,quę tamen nobis ab istis
dici facilius q̃ probari solent,cum tam multas
uiolentissimas cædes & strages plericq; ipsorum
& episcopi & presbyteri & quilibet clerici con
gregatis turbis hominũ furiosissimorũ,non ca/
tholicis tantũ,sed nonnunq̃ etiam suis,ubi pos/
sunt,inferre non cessent.Quæ cum ita sint,dissi
mulans tamen ab sceleratissimis factis suorum,
quæ ipse plus nouit,urgebat ut dicerẽ,Quis iu/
storũ uel malũ aliquẽ occideret?Quod etiam si
ad causam iam non pertinebat,fatebamur enim
hæc ubicũq; sub nomine Christiano fierẽt,non
fieri à bonis,sed tamen ut admoneret quid esset
quærendũ,respõdimus,quærẽtes utrũ Helias iu
stus ei uideretur fuisse:quod negare non potuit.
Deinde subiecim⁹ q̃ multos pseudoprophetas
sua manu peremerit.Hic reuera uidit quod uidẽ
dum erat,alia licuisse tunc iustis.Hæc enim pro
phetico spiritu autoritate dei faciebãt,qui ꝑcul
dubio nouit cui etiã ꝑsit occidi.Exigebat ergo
ut docerẽ iam Noui testamẽti tẽporibus,qui iu/
storũ aliquẽ occiderit,etiã sceleratũ & impium.
Tunc reditũ est ad superiorẽ tractatũ,quo uole/
bamus ostendere,neq; nos illis debere obijcere
suorũ scelera,neq; illos nobis,si qua inuenirẽtur
talia facta nostrorũ.De nouo emꝫ testamẽto ostẽ *Non occidit iustus*
di quidẽ non posse,q̃ iustus quisquã interfece/
rit aliquẽ,sed tamẽ illud probari posse ipso exẽ/
plo domini,sceleratos ab innocẽtibus fuisse to/
leratos.Traditorẽ enim suũ,qui iam pretiũ eius
acceperat,usq; ad ultimũ pacis osculũ inter in/
nocẽtes secũ esse perpessus est.Quib⁹ nõ tacuit
esse inter illos tãti sceleris hominẽ,& tamen pri
mũ sacramẽtũ corporis & sanguinis sui,nondũ
illo excluso cõmuniter omnib⁹ dedit.Quo exẽ
plo cũ prope omnes mouerẽtur,tẽtauit dicere,
ante passionẽ dñi cõmunionem illam cum scele
rato nõ obfuisse apostolis,quia nondũ habebãt
baptis/

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptísmum Christi,sed baptísmum Iohannis. A Quod postea quàm dixit,cœpi ab eo quærere, quemadmodũ ergo scriptum esset,quòd Iesus baptizauerit plures quàm Iohannes:cum ipse non baptizaret,sed discípuli eius,hoc est per suos discípulos baptizaret? Quomodo ergo dabant quod non acceperant? quod ipsi maxime solent dicere. An forte Christus baptísmo Iohānis baptizabat? Deinde in hac sententía multa quæsiturus erã,quomodo ab ipso Iohanne tunc quæsitum sit de baptísmo domini,& respondérit quòd ille haberet sponsam,& ille esset sponsus. Nunquid ergo fas erat ut baptísmo Iohānis baptizaret spõsus,id est baptísmo amici uel seruí? Deinde quomodo poterant eucharistiam ac Io.13 cipere nondum baptizati? aut quomodo Petro B uolenti ut totum se lauaret,respónderit: Qui lotus est semel,nõ eum oportet iterum lauari,sed est mundus totus? Perfecta enim mũdatio non in Iohannis,sed in domini baptísmo est,si eo se dignum qui accípit præbeat: si autem indignũ, sacramenta in eo non ad salutem,sed ad perníciem,permanebunt tamen. Cum ergo ista quæsiturus essem,etiam ipse uidit de baptísmo discípulorum domini non sibi fuisse quærendũ. Inde itum est in aliud,multis ut poterant utrínq; sermocinãtibus: inter quæ dictum est quòd adhuc eos nostri persequuturi essent: nobísq; dicebat, uidere se uelle quales nos essemus in illa persequútione præbituros,utrum consensuri essemus tali sæuitiæ,an nullum cõmodaturi consensum. C Nos dicebamus deum uidere corda nostra,quę ipsi non possent: & illos temere sibi adhuc ista metuere,quæ si contigerint,à malis cõtingere, quibus deteriores ipsi habent: nec tamen ideo nos à catholica communione segregare debere,si quid forte nobis inuitis,uel etiam,si uelúerimus,contradicentibus factum fuerit,cum tolerantiam pacificam didicerimus,dicente Apo Eph.4. stolo: Sufferentes inuicem in dilectione,studentes seruare unitatem spíritus in uínculo pacis. Quam pacem atq; tolerantiã,illos non tenuisse dicebamus qui schísma fecerunt,ut nunc inter suos qui mitiores eorum sunt grauiora tolerent ne scindatur quod scíssum est,cum leuiora nolúnt pro ipsa unitate tolerare. Dicebamus etiam D nondum fuisse temporibus ueterum pacem unitatis,& tolerantiam tanta commendatione prædicatã,sicut exemplo domini & Noui testamenti charitate: & tamen prophetas illos & sanctos uiros dicere solere in populũ sceleta eorũ,cum tamẽ se ab illius populi unitate & à communióne pariter accípiendorum sacramentorum quæ tunc fuerunt,diuellere non tentassent. Inde nescio quomodo uentum est ad commemoratiónem beatæ memoriæ Genethlij episcopi,quod nescio quam cõstitutionem datam contra illos compresserit,& effectũ habere non siuerit. Laudabant illum omnes & benignissime præferébant. Inter quas laudes à nobis subiectum est, quod etiam ipse tamen Genethlius,si in eorum manus incidísset,rebaptizandus censeretur. Et hæc iam stantes loquebamur,quía discedendi tẽpus urgeret. Ibi planè ille senex dixit,iam formam esse factam,ut quísquis ad eos fideliũ à nobis uenerit baptizetur,quod eum inuitũ et cum dolore animi dicere,quantũ poterat apparebat. Sanè cum etiam ipse multa mala suorũ apertíssime gemeret,atq; ostenderet,quod totius ciuitatis eius testímonio probabatur,quàm esset remotus à talibus factis,& quę ipsis suis dicere solleat modesta cõquestione proferret,nosq; com memoraremus illud Ezechielis prophetæ,ubi Ezechiel aperte scriptum est: Nec filij culpã patri,nec patris culpam filio eius imputandam: ubi dictum est,Sicut enim anima patris mea est,ita & anima filij,mea est: anima enim quæcunq; peccaúerit sola morietur: placuit omnibus in talib⁹ disputatiónibus uiolẽta facta malorum hominum nobis abinuícem obíjci nõ debere. Remanebat ergo schísmatis quæstio. Itaq; hortati eũ sumus, ut etiam atq; etiã placído atq; pacato animo animaduértat nobíscum,ut diligẽti examinatione tanta inquisitio terminum sumat. Vbi ille benigne cum diceret,nos solum ista quærere,nolle autẽ nostros hæc quæri,ea facta pollicitatiõe discéssimus,ut exhíberemus ei plures collegas nostros,certe uel decem,qui tanta beneuolẽtia & lenitate & tam pio studio id quæri uellent,quãtum in nobis eum iam animaduertísse atq; approbare sentiebamus. Hoc etiã de suorũ numero & ipse pollícitus est. Vnde uos hortor et obtestor per domini sanguinẽ,ut eum promissi sui commoneatis,& gnauiter instetis,ut res cœpta peragatur,quam prope ad finẽ peruenísse iam cernitis. Quantũ enim arbitror,difficillime potestis inuenire in episcopis uestris tam utilẽ animum & uoluntatem,quàm in ísto sene perspexímus. Postero enim die ipse ad nos uenit,& hæc iterũ quærere cœperamus. Sed quía ordinandi episcopi necessitas nos inde tãiamq; rapiebat, diutíus cum illo esse nequiuimus. Iam enim míseramus ad Maiorem Cœlicolarũ,quem audieramus nouí apud eos baptísmi institutorem instituísse,& multos illo sacrilegio seduxísse,ut cũ illo quantum ipsius temporis patiebatur angustiæ,aliquid loqueremur. Quem postea ęꝫ uenturum comperit,uidens nos aliud susceпísse negociũ,cum & ipsum nescio quæ necessitas prosectiõis urgeret,benigne à nobis placideq; discessit. Videtur autem mihi,ut turbulẽtas turbas & impedimentũ potius quàm adiumentũ afferẽtes omnino deuitemus,& uere ex animo ami co atq; tranquillo susceptum tam magnum negocium domino opitulante peragamus,ad aliquam uillam nos cõuenire debere non magnã, ubi nullius nostrum esset ecclesia,quam tamen uillam cõmuniter possident homines & nostræ communionis & ipsius,sicuti est uilla Titiana. Siue ergo in Tuburscensi,siue in Tagastensi talis

lis locus,uel ille quem cõmemorauí,uel aliquis A alius inuentus fuerit,faciamus codices canonícos præsto esse. Et si qua proferri potuerint ex utraq; parte documenta: ut postpositis cæteris, nulla si domino placuerit interpellãte molestia, quotquot diebus poterimus ad hoc uacãtes,& unusquisq; nostrum apud suum hospítem dominum deprecantes,adiuuante ipso cui pax Christiana gratíssima est,rem tantam et bono animo cœptam ad inquisitionis terminũ perducamus. Rescribite sane,quid de hac re uel uobis uel illi uideatur.

Augustinus Emeritum Donatistã,sed alioqui uirum probum & liberaliter eruditum inuitat,ut respõdeat qua iusta causa schísma mouerint. Epist. CLXIIII

2 Retract. ca. 46 & 51

Desiderabili & dilecto fratri Emerito, Augustínus.

E Go cum audio quenquam bono ingenio præditum,doctrínisq; liberalibus eruditum,quanquam non ibi salus animæ cõstituta sit,tamen in quæstione facillima sentíre aliud quàm ueritas postulat, quo magis miror,eo magis exardesco nosse hominem,& cum eo colloqui: uel si id nõ possim,saltem literis quæ longíssime uolant attingere mentem eius,atq; ab eo uicíssim attingi desidero. Sicut te esse audio talem uirum,& ab ecclesia catholica,quæ sicut sancto spíritu prænunciata est,toto orbe diffunditur,discerptum doleo atque seclusum,quam ob causam nescio. Nam certum est magnę parti Romani orbis,ne C dicam etiam Barbaris gentibus, quibus quoq; debitórem se dicebat Apostolus,quorum Christianæ fidei communio nostra contexitur,ignotam esse partem Donati: nec eos omnino scire uel quando uel quibus causis exorta sit ista dissensio. Quos utiq; omnes Christianos ab eis criminibus,quæ Aphris obíjcitis,nisi innocentes esse fatearis,cogeris dicere,omnium malefactis obnoxios,cum apud uos perditi ut mítius dixérim latent,uos omnes esse pollutos. Non enim neminem de uestra cõmunione pellitis: aut tũc primum pellitis,cum primum illud unde pellendus est fecerit. An non aliquãto tempore latem,& postea proditum cõuictumq; damnatis? Quæro igitur utrum uos cõtaminauerit eo tem D pore quo latebat? Respondebis nullo modo. Nullo ergo tempore cõtaminaret,etiam si semper id lateret: nam & mortuorum nõnulla sæpe commissa produntur,nec fraudi est Christianis qui eis cõmunicauere uiuentibus. Cur ergo uos tam temeraría atq; sacrilega direptione præcidístis à communione innumerabiliũ ecclesiarum Orientalium,quas semper latuit,& adhuc latet quod in Aphrica gestum esse aut docetis aut fingitis? Alia enim quæstio est,utrum illa uera dicatis,quæ quidẽ nos multo probabilióribus documentis falsa esse cõuíncimus,& in uestris magis ea ipsa quæ obíjcitis,tunc probata declarámus. Sed hæc ut dixi,alia quæstio est,tunc agredienda & discutiẽda cum opus fuerit. Illud nunc attendat uigilantia mentis tuæ,neminem contaminari posse ignotorum ignotisq; crímínibus. Vnde manifestum est à communione orbis,cui seu falsa seu uera crímina,quæ Aphris intẽditis,prorsus ignota sunt,& ignota semper fuerunt,sacrilego schísmate uos esse separatos: quanquam & illud non est tacendum,etiam cognítos malos bonis non obesse in ecclesia,si eos à cõmunione prohibendi aut potestas desit,aut aliqua ratio conseruandæ pacis impediat. Qui sunt enim qui apud prophetam Ezechielem,& ante uastationem perditorũ signari meruerunt, & cum illi uastarentur euadere illæsi,nisi ut ibi manifestíssime ostẽditur qui mœrent & gemũt B peccata & iniquitates populi dei,quæ fiunt in medio eorum? Quis autẽ quod ignorat,gemit & mœret? Ex eadem ratione etiam Paulus apóstolus falsos fratres tolerat. Non enim de incógnitis ait: Omnes sua quærunt, non quæ Iesu Phil. 2 Christi: quos tamen secum fuisse manifestat. Ex quo autem genere sunt qui uel thurificare ído- Thurificati lis uel codices diuinos tradere quàm mori ma- Libellati luerunt,nisi ex eorum qui sua quærunt,non quę Iesu Christi? Multa testimonia scripturarũ prætereo,ne longíorem quàm necesse est epistolam faciam,& eruditioni tuæ plura per teipsum considerãda permitto. Quod tamen satis est,uideo. Obsecro si tam multi iniqui in uno populo dei, eos qui se conteſtabãtur non fecerunt tales quales ipsi erant,si multitudo illa falsorum fratrum apostolum Paulum in una cum eis ecclesia constitutum non fecit sua quærentem,non quæ Iesu Christi,manifestũ est non hoc effici hominem, quod est malus quísquam, cum quo ad altare Christi acceditur,etiam si non sit incognitus,si tamen non approbetur,& à bona conscientia displícendo seperetur. Manifestũ est igitur non esse aliud eum fure concurrere,nisi uel furari cũ eo,uel furtum eius cordis placito accípere. Hoc nos dicímus,ut quæstiones infinitas atq; superfluas de factis hominum quę rationem nostram nihil impediunt,auferamus. Sed & uos nisi hoc sentiatis, tales eritis omnes qualis Optatus in uestra cõmunione uobis non ignorantibus fuit. D Quod absit ab Emeriti moribus,aliorumq; talium quales apud uos esse non dubito longe à factis illius alienos. Neq; eñ uobis obíjcimus, nisi schísmatis crímen,quam etiam hæresim male perseuerando fecístis. Quanti autem diuino iudício pendatur hoc facimus,lege quod te legísse non ambigo. Inuenies Datan & Abiron Num,16 hiatu terræ deuoratos,cæterosq; omnes qui eis consenserant,igne de medio eorum exístente cõsumptos. Illud ergo scelus ad exemplum deuitandi dominus deus præsenti supplício denotauit,ut cum talibus patientíssime parcit,quali ultimo iudício reseruet ostenderet. Neq; enim reprehendímus rationes uestras,si eo tempore quo uesana potentia furere iactabatur Optatus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum eius accusator esset totius Aphricæ gemi-
tus congemiscētibus uobis; si tamē talis es, qua-
lem te prædicat fama, quod scit deus me & cre-
dere & uelle: Non ergo reprehēdimus si eo tem
pore, ne multos secum excommunicatus trahe-
ret, & cōmunionem uestram schismatis furore
præcideret, eum excommunicare noluistis. Sed
hoc ipsum est quod uos arguit in iudicio dei, fra
ter Emerite, quod cum uideretis tam magnum
malū esse, diuidi partem Donati, ut Optatus po
tius in communione tolerandus existimaretur,
quàm illud admitteretur, permanetis in eo ma-
lo quod in diuidenda ecclesia Christi à uestris
maioribus perpetratum est. Hic fortasse respon
dendi angustia tētabis defendere Optatū. Noli
frater, noli obsecro, non te decet, & si aliquem
alium forte deceat, si tamen quicquā decet ma-
los, Emeritum certe non decet defendere Opta
tū. Sed fortasse nec accusare. Ita sit sanè. Vtere
uoce media & dic, Vnusquisq; sarcinam suam
Rom.14. portat. Tu quis es qui iudicas seruum alienum?
Si ergo ad testimonium totius Aphricę, imò ue
ro terrarum omnium quaquauersum Gildonis
fama feruebat, simul enim et ille notus erat, non
ausi estis unquam de Optato iudicare, ne teme-
re de incognitis iudicaretis: nos tandem possu-
mus aut debemus de ijs qui ante nos uixerunt,
ad uestrum tantūmodo testimonium temerariā
de incognitis ferre sententiā, ut parum sit quod
uos ignota criminamini, nisi & nos ignota iudi
cemus? Non enim Optatum etiam si forte falsa
periclitatur inuidia, sed te defendis, cum dicis,
Ignoro qualis iste fuerit. Quātomagis ergo qua
les fuerint Aphri, quos ignotiores arguis, Orię
talis orbis ignorat? a quibus tamē ecclesiis qua-
rum nomina habes in libris & recitas, nepharia
dissensione disiungeris. Si Tamugadensem epi
scopum uestrum famosissimum & pessime diffa
matum, non dico Cæsariensis, sed Sitifensis col
lega eius eiusdemq; tēporis ignorabat, quomo-
do traditores Aphros quicūq; illi fuerint, eccle
sia Corinthiorum, Ephesiorum, Colossensium,
Philippensium, Thessalonicensiū, Antiocheno
rum, Ponti, Galatiæ, Cappadocię, cęterarumq;
orbis partium ab apostolis in Christo ædificata
rum, aut nosse potuit, aut damnari à uobis me-
ruit, quia non potuit? & tamen eis non commu
nicatis, & dicitis non esse Christianos, & eos re
baptizare conamini. Quid dicā? quid querar?
aut quid exclamem? Si cum homine cordato lo
quor, indignationis huius aculeos tecum parti-
cipo. Nam uides profecto quæ dicerē si uellem
dicere. An forte fecerunt inter se maiores uestri
concilium & damnauerunt præter se totum or-
bem Christianum? Ita ne ad hoc perducta est re
rum existimatio, ut concilium Maximianensiū
qui de uestra præcisione pręcisi sunt, quia uobis
comparati paucissimi sunt, non ualeat aduersus
uos? & uestrum conciliū ualeat aduersus gētes,
hæreditatem Christi, & possessionē eius termi-

A nos terræ? Miror si habet in corpore sanguinē,
qui de hac re nō erubescit. Rescribe ad ista quæ
so: à nonnullis enim quibus non potui non cre-
dere, audiui te rescripturū si tibi scriberem. Iam
enim pridem misi unam epistolā quam utrū ac-
ceperis uel ei respōderis, & forte ego tuam non
acceperim, nescio. Nūc interim peto ad hæc re-
spondere ne graueris, quod tibi uidetur. Sed no
li te in alias tollere quæstiones: hinc enim caput
est ordinatissimæ inquisitionis, cur schisma fa-
ctum sit. Nam & terrenæ potestates cum schis-
B maticos persequuntur, ea regula se defendunt, Rom.13
qua dicit Apostolus, Qui potestati resistit, Dei
ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi
iudicium acquirunt. Principes enim non sunt ti
mori bono operi, sed malo. Vis autem nō time
re potestatem? Bonum fac & habebis laudē ex
illa. Dei enim minister est, tibi in bonum. Quod
si malum feceris, time. Non enim frustra gladiū
portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei
qui male agit. Tota igitur quæstio est, utrum ni
hil mali sit schisma, aut utrum schisma non fece-
ritis, ut pro bono opere potestatibus resistatis,
non pro malo, unde uobis acquiratis iudicium:
propterea prouidētissime dominus non ait, Bea Matt.5
ti qui persequutionē patiuntur tantum: sed addi
dit, propter iusticiam. Si ergo iusticia est, quam
operati estis in illa dissensiōe, in qua etiam per-
manetis, secundum ea quę suprà dixi, nosse abs
te cupio. Si autem iniquitas est orbem Christia
C num damnare inauditum, uel quia non audiunt
quæ uos audistis, uel quia non ei probatum est
quod temere credidistis, aut sine certo documē-
to accusastis, & ideo rebaptizare uelle tot eccle
sias ipsius domini, cū hic adhuc esset in carne,
& apostolorum eius prędicatione ac labore fun
datas: quia uobis licet, aut nescire Aphros col-
legas uestros malos simul uiuentes, simul sacra-
menta tractātes, aut etiam scire, sed tolerare, ne
pars Donati diuidatur: illis autem in orbe remo
tissimo cōstitutis, non licet nescire quod uos de
Aphris aut nostis, aut creditis, aut audistis, aut
fingitis: quę tanta est peruersitas amplecti suam
iniquitatem, & potestatū accusare seueritatem?
At enim & malos Christianis nō licet persequi.
D Esto non liceat, sed nūquid hoc potestatibus ad
hoc ipsum ordinatis, fas est obijcere? An Apo-
stolum delebimus? Aut non habent codices ue
stri quæ pauloante commemorauit? Sed uos, in-
quies, talibus communicare non debetis. Quid
ergo? Vos Flauiano quondā uicario partis ue-
stræ homini, quia legibus seruiēs, nocētes quos
inuenerat occidebat, non communicastis? Sed
à uobis, inquies, Romani principes aduersum
nos prouocantur, Imò à uobis aduersum uosip
sos, qui ecclesiam, cuius illi sicut tanto ante præ
dictū est, iam membra sunt: de Christo enim di Psal.71
cum est, Et adorabunt eum omnes reges terræ:
& præcisione laniare ausi estis, & rebaptizare
pertinaciter audetis. Nostri autē aduersus illici
tas

tas & priuatas uestrorum uiolētias, quas & uos
ibi, qui talia non facitis, doletis & gemitis, à po
testatibus ordinatis tuitionem petunt, non qua
uos persequantur, sed qua se defendant. Sicut
Act.23 apostolus Paulus aduersus Iudæos coniurantes
ut eum necarent, antequàm esset Romanum im
perium Christianum, egit ut sibi tuitio etiam ar
matorū daretur. Sed illi principes qualibet oc-
casione cognoscētes uestri schismatis nefas, cō-
stituunt aduersus uos pro sua solicitudine ac po
testate quod uolunt. Non enim frustra gladium
portāt, dei enim ministri sunt, uindices in iram
in eos qui male agunt. Postremo etiam si aliqui
nostrorum non Christiana moderatione ista fa-
ciunt, displicet nobis: sed tamē non propter eos
relinquimus catholicam ecclesiam, si eam ante B
ultimum tempus uentilationis à palea purgare
non possumus, quando & uos propter Optatū,
cum eum pellere non audebatis, partem Dona-
ti non reliquistis. At enim dicitis, quare nos ad-
iungi uobis uultis, si scelerati sumus? Quia uiui-
tis adhuc, & corrigi potestis si uelitis. Cū enim
nobis coniungimini, hoc est ecclesiæ dei, hære-
ditati Christi, cuius possessio sunt termini terrę,
Rom.11 uos corrigimini ut in radice uiuatis. De ramis
enim fractis sic ait Apostolus: Potens est enim
deus iterum inserere illos. Vos ergo mutamini
ex ea parte qua dissentiebatis, quāuis sacramen
ta quæ habebatis, cum eadem sint in omnibus,
sancta sint. Quapropter uos mutari uolumus à
peruersitate, id est ut denuo radicetur uestra prę C
cisio. Nam sacramenta quæ non mutastis, sicut
habetis, approbantur à nobis, ne forte cum ue-
stram prauitatē corrigere uolumus, illis myste-
rijs Christi, quæ in uestra prauitate deprauata
non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. Neque
enim & Saul deprauauerat unctionē quam ac-
ceperat, cui unctioni tantum honorem rex Da-
uid pius dei seruꝰ exhibuit. Propterea ergo uos
non rebaptizamus, quia radicem uobis redde-
re cupimus, formā tamen præcisi sarmēti si non
mutata est, approbamus. Quæ tamen quamuis
integra, nullo modo est sine radice fructuosa.
Alia quæstio est de persequutionibus, quas uos
dicitis pati in tanta māsuetudine & lenitate no-
strorum, cum uere illicite ac priuatim uestri fa- D
ciant grauiora: alia de baptismate, quod nō quæ
rimus ubi sit, sed ubi prosit. Nam ubicunq; est,
ipsum est, sed non etiam ille qui hoc accipit ubi
cunq; est, ipse est. Itaq; priuatam hominum im-
pietatē detestamur in schismate, baptismū uero
Christi ubiq; ueneramur: quia si desertores secū
imperatoris signa traducant, illis uel dānatione
punitis, uel indulgentia correctis, salua signa re-
cipiuntur, si salua manserunt. Et siquid de hac re
diligentius quærendū est, alia est (ut dixi) quæ-
stio. Hoc enim obseruādū est in his rebus quod
obseruat ecclesia dei. Quæritur autem utrū ue-
stra, an nostra sit ecclesia dei. Quapropter illud
quærēdum est à capite, cur schisma feceritis. Si

A non rescripseris, egò apud deum quantum cre-
do facilē causam habeo, quia uiro, quem audiui
excepto schismate bonum & liberaliter instru-
ctum, pacificantes literas misi. Tu uideris quid
illi respondeas, cuius nunc laudanda patientia,
in fine uero timenda sententia est. Si autem re-
scripseris ea cura qua tibi scriptum uides, aderit
misericordia dei, ut aliquando error qui nos di-
rimit, & amore pacis & ratione ueritatis inter-
eat. Memento quod de Rucatensibus non dixe
rim, qui uos Firmianos appellare dicūtur, sicut
nos Macarianos appellatis. Neq; de Rucatensi
episcopo uestro, qui cum Firmo pactus perhi-
betur incolumitatem suorum, ut ei portæ aperi-
rentur, & in uastationem darentur catholici, &
alia innumerabilia. Desine ergo locis commu-
nibus exaggerare facta hominū, uel audita uel
cognita. Vides enim quæ de uestris taceam, ut
de origine schismatis, ubi tota causa est, res aga
tur. Dominus deus inspiret tibi cogitationē pa-
cificam desiderabilis & dilecte frater.

Augustinus cum cæteris, per Generosum respō-
det cuiusdam Donatistæ presbyteri literis, de
schismate Donatistarum. Epistola CLXV

Dilectissimo & honorabili fratri Generoso,
Fortunatus, Alipius, Augustinus
in Domino Salutem.

Q Vonia nobis notam esse uoluisti epi
stolam quam ad te Donatistarū pres-
byter dedit, quāquam eam tu quoq;
catholico animo deriseris: tamē ut ei
potius si non desperate desipit consulas, hæc ad
eum rescripta petimus perferas. Ille enim ordi-
nem Christianitatis ciuitatis uestræ tibi ut insi-
nuaret iussisse sibi angelū scribit; cum tu teneas
Christianitatem, non ciuitatis tuæ tantum, nec
tantum Aphricæ uel Aphrorum, sed totius or-
bis terræ, quæ annunciata est & annūciatur om
nibus gentibus. Vnde illis parum est, quòd præ
cisos esse non pudet, nec sibi subueniūt, ut cum
possunt, redeāt ad radicem, nisi etiā secum alios
præcidere, & sicut ligna arida in ignem destina
re conentur. Quapropter si tibijpsi angelus asti
tisset, quem sibi ille propter te astitisse, quantum
arbitramur, astuta nouitate cōfingit, & hæc ipsa
tibi dixisset, quæ iste mandato illius tibi se insi-
nuare dicit, oporteret te apostolicę sentētiæ me
morē fieri qui ait, Licet si nos aut angelus de cœ Gal.1
lo uobis euangelizauerit, præter id quod euan-
gelizauimus uobis, anathema sit. Euangeliza-
tum est enim tibi per uocem ipsius domini Iesu
Christi, quod omnibus gentibus annūciabitur
euangelium eius, & tunc finis erit. Euangeliza-
tum tibi est per propheticas & apostolicas lite-
ras, quod Abrahæ dictæ sunt promissiones & Gal.3
semini eius quod est Christus; cum ei diceret
deus, In semine tuo benedicentur omnes gen- Gen.22
tes. Has ergo promissiones tenenti, si tibi ange-
lus de cœlo diceret, Dimitte Christianitatem
orbis terræ & tene partis Donati, cuius ordo ti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi exponitur in epistola episcopi tuæ ciuitatis, A anathema esse deberet: quia te à toto præcidere, & in partem contrudere conaretur & aliena te à promissis dei. Si enim ordo episcoporũ sibi succedentium considerãdus est, quanto certius & uere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui
Mat.16 totius ecclesiæ figuram gerẽti dominus ait, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et
Petrus, ecclesiæ totius figuram gerit portæ inferorum non uincent eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euaristus, Euaristo Alexãder, Alexandro Sixtus, Sixto Thelesphorus, Thelesphoro Iginus, Igino Anicet⁹, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrbanus, Vrbano Põtianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Xystus, Xysto Dionysius, Dionysio Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio Marcellin⁹, Marcellino Marcellus, Marcello Eusebi⁹, Eusebio Miltiades, Miltiadi Syluester, Syluestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, Siricio Anastasius. In hoc ordine successionis nullus Donatista episcopus inuenitur. Sed ex transuerso ex Aphrica ordinatum miserunt, qui paucis præsidens Aphris in urbe Roma Montensium uel Cuzupitarum uocabulum propagauit. In illum autem ordinem episcoporũ qui ducitur ab ipso Petro usque ad Anastasium, qui C nũc eãdem cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret ecclesiæ & innocẽtibus Christianis: quibus dominus prouidẽs, ait de præpositis ma
Mat.23 lis: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Vt certa sit spes fidelibus, quæ non in homine, sed in domino collocata, nunquam tempestate sacrilegi schismatis dissipetur: sicut isti dissipati sunt, qui legũt in codicibus sanctis Ecclesias quibus apostoli scripserunt, & nullum in eis habent episcopum. Quid autem peruersius & insanius, quàm lectoribus easdem epistolas legentibus dicere, Pax tecum: & ab earum ecclesiarum pace separare, quibus ipsæ epistolæ scriptæ sunt? Tamen D ne sibi etiam de Constantinensi, hoc est ciuitatis uestræ episcoporum ordine blandiatur, recita illi gesta apud Numacium Felicem Flauium procuratorẽ tunc eiusdem ciuitatis uestræ, Dioletiano octauo, & Maximiano septimo, consulibus undecimo calend. Iunias, quibus liquido cõstitit ita Paulum episcopum tradidisse, ut Siluanus tũc eius subdiaconus fuerit, & cũ illo tradiderit proferens instrumenta dominica, etiam quæ diligenter fuerant occultata, capitulatã argenteam, & lucernam argenteam, ita ut ei diceret Victor quidam: Mortuus fueras, si non illas inuenisses. Quem iste Siluanus manifestissimũ traditorem pro magno commemorat in epistola, qua scribit à Secundo Tigisitano primæ sedis episcopo episcopum tunc ordinatum. Quiescat ergo superba eorum lingua, & cognoscat crimina sua, ne delirans loquatur aliena. Recita illi etiam si uoluerit, gesta ecclesiastica eiusdem Secundi Tigisitani in domo Vrbani Donati habita, ubi confessos traditores iudici deo dimisit, Donatũ Masculitanũ, Marinum ab Aquis Tibilitanis, Donatum Calamensem, cum quibus confessis traditoribus memoratum traditorem Siluanum eis ordinauit episcopum. Recita illi gesta apud Zenophilũ cõsularem, ubi Nundinarius quidã diaconus iratus Siluano, quod ab eo fuerit excommunicatus, hæc omnia iudicijs prodidit, quæ certis documentis & responsionibus testium, & recitatione gestorũ, & multarum epistolarũ, luce clarius constiterunt. Multa sunt alia quæ illi recites, si non contentiose agere, sed prudenter audire uoluerit: preces Donatistarum ad Constantinum, ut propter ipsam causam inter Aphros episcopos dirimẽdam iudices ex Gallia episcopos mitteret. Literas etiã eiusdem imperatoris, ubi episcopos misit ad urbem Romam. Gesta quoq; in urbe Roma, ubi ab episcopis quos ille miserat, causa cognita atque discussa est. Itemq; alias literas, ubi declarat memoratus imperator eos apud se de collegarum suorum iudicio, id est episcoporũ, quos ad urbem Romam miserat, fuisse conquestos: ubi etiã alios episcopos uoluit apud Arelatum
C iudicare: ubi isti & ab ipsorum iudicio ad eundem imperatorem appellauerũt: ubi postremo causam inter partes ipse cognouit: ubi eos uehementissime detestatur innocẽtia Cæciliani fuisse superatos. Quæ si uoluerit, audiet, & tacebit, & desinet insidiari ueritati: quanquam nos non tam de istis documentis præsumamus, quàm de scripturis sanctis, ubi hæreditas Christi usq; ad terminos terræ promissa est in omnibus gentibus: unde isti nephario schismate separati, iactant crimina in paleam messis dominicæ, quæ necesse est usq; ad finem permixta toleretur, donec ultimo iudicio tota area uentiletur. Vnde manifestum est ista crimina seu uera seu falsa nõ pertinere ad frumẽta dominica, quæ per totum agrum, id est istum mundum usq; in finem seculi oportet crescere: sicut non falsus angelus in huius errore, sed Dominus in Euangelio loquitur. Ideoq; in Christianos innocentes, qui per totum orbem malis Christianis tãquam paleæ suæ uel zizanijs permixti sunt, multa falsa crimina & uana iactãtibus his miseris Donatistis merito deus reddidit, ut Maximianistas apud Carthaginem schismaticos suos Primiani damnatores, extra Primianum baptizatores, post Primianum rebaptizatores uniuersali concilio suo damnarent: ut ex eorum numero post non paruum tempus quosdam in honoribus episcopatus sui, Felicianum Musitanum & Prætextatum Assuritanum cogente Optato Gildoniano susci-

susciperent cum omnibus quos damnati extra A baptizauerãt. Quod si ab eis, quos ore proprio tanquam sceleratos & sacrilegos damnauerũt, & quos illis primis schismatis, quos uiuos terra obruit, cõpararunt, non maculantur, cum eis rursus in honore suo receptis communicãt: euigilent aliquando, cogitent quanta cæcitate, & quanta insania dicant, orbem terrarum ignotis Aphrorum criminibus esse maculatum, & hæreditatẽ Christi quæ promissa exhibita est in omnibus Gentibus, peccatis Aphrorum per contagionem communicationis fuisse deletam: quando se nolũt deletos & maculatos uideri dum eis communicant, quorum crimina cognita iudicarũt. Quapropter cum Paulus apostolus iterum
2 Cor.11 dicat, quia ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis: unde non esse mirum, si ministri eius transfigurant se sicut ministros iusticiæ: si uere iste aliquem angelum uidit erroris nuncium, & de unitate catholica Christianos separare cupiẽtem, ipse passus est angelum Satanæ transfigurantem se uelut angelum lucis. Si autem mentitur & nihil tale uidit, ipse est minister Satanæ, transfigurans se uelut ministrum iusticiæ. Et tamen ista omnia considerans, si nimium peruersus & pertinax esse noluerit, poterit ab omni uel aliena uel propria seductiõe liberari. Nos enim per occasionem tuam sine aliquo odio conueni
2 Tim.2 mus, hoc circa eum seruantes quod Apostolus dicit, Seruum autem domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patien C tem, in modestia corripientem diuersa sentientes, ne forte det illis deus pœnitentiã ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso in ipsius uoluntatem. Si ergo aliquid aspere diximus, non ad amaritudinem dissensionis, sed ad correctionem dilectionis ualere cognoscat. Incolumis uiuas in Christo dilectissime & honorabilis frater.

Augustinus Donatistas redarguit, & hortatur ad unitatem ecclesiæ. Non enim cõuenire ut qui cõmuniter agnoscerent Christũ ecclesiæ caput è sacris literis, ecclesiam illius corpus ex ijsdem non agnoscerent, quum pariter utrunque doceant. Epistola CLXVI

1 Petr.4.o Augustinus episcopus catholicus, Donatistis. D

C Haritas Christi, cui omnẽ hominem quantum ad nostram pertinet uoluntatem lucrari uolumus, tacere uobis non permittit. Si propterea nos odiistis, quia pacem uobis catholicam prædicamus:
Mat.5 nos domino seruimus dicẽti, Beati pacifici quoniam ipsi filij dei uocabuntur. Et in Psalmo scriPsal.119 ptum est, Cum ijs qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar eis debellabant me gratis. Propterea mãdauerunt nobis quidam presbyteri partis uestræ, dicentes, Recedite à plebibus nostris, si non uultis ut interficiamus uos. Quãto iustius eis nos dicimus, imò uos non recedite, sed accedite pacati ad plebes nõ nostras, sed illius cuius omnes sumus: aut si nõ uultis & impacati estis, uos potius recedite à plebibus, pro quibus Christus suum sanguinẽ fudit: quas ideo uultis uestras facere ne Christi sint, quam uis eas sub eius nomine possidere conemini: tanquã si seruus furetur oues de grege domini sui, & quæcunq; ex illis nata fuerint, characterẽ domini sui eis infigat, ne furtum eius possit agnosci. Sic enim fecerunt maiores uestri, seperauerunt ab ecclesia Christi populum habentem baptismum Christi, & quicunq; illis accreuerunt, baptismo Christi eos rebaptizauerunt. Sed dominus & fures purgat, si non se correxerint, & oues ab errore reuocat ad gregẽ, nec in eis suum exterminat characterẽ. Dicitis nos traditores, quod nec maiores uestri in maiores nostros potuerunt, nec uos in nos probare ullo modo poteritis. Quid uobis uultis faciamus, qui quãdo uobis dicimus ut causam nostram & uestrã patienter audiatis, non nostis nisi superbire & insanire? Nam utiq; ostenderemus uobis, quia potius illi traditores fuerũt, qui Cæcilianum & socios eius quasi traditionis crimine damnauerunt, & dicitis: Recedite à plebibus nostris, quas docetis ut uobis credant & in Christo non credant. Vos enim eis dicitis, propter traditores quos non ostenditis, remansisse ecclesiam Christi in sola Aphrica partis Donati: quod non de lege, non de propheta, non de psalmo, non de apostolo, non de Euangelio, sed de corde uestro & de parentum uestrorum calumnijs recitatis. Chris
Luc.24 tus autem dicit, Prædicari in nomine suo pœnitẽtiam & remissionem peccatorum per omnes gentes incipiẽtibus ab Hierusalem: cui ecclesiæ ex ore Christi manifestatæ, uos non communicatis, & alios in uestram perditionem trahẽtes, liberari non uultis. Si autem ideo uobis displicemus, quia per imperatorum iussiones ad unitatem cogimini, hoc uos fecistis, qui ubicũq; uel lemus prædicare ueritatem, ut eam quisq; securus audiret & uolens eligeret, nunquam permisistis per uiolentias & terrores uestros. Nolite stridere, & perturbare animas uestras, patiẽter si fieri potest considerate quod dicimus, & recolite facta Circumcellionum uestrorum, & clericorum qui duces eorum semper fuerũt, & uidebitis quę causa uobis hoc excitauerit. Vnde iniuste querimini, quia uobis omnia iusta ut iuberentur coegistis. Nam ut lõge præterita & multa non repetamus, saltem recẽtia facta uestra cogitate: Marcus presbyter Casphalianensis à nemine coactus, propria uoluntate catholicus factus est. Quare illũ uestri persequuti sunt, & penè occidissent, nisi Dei manus per homines superuenientes uiolentias eorum cõpressisset. Restitutus Victorianensis ad catholicam nullo cõgente se trãstulit. Quare raptus est de domo sua, cæsus, in aqua uolutatus, buda uestitus, & nescio quot dies in captiuitate retentus est, nec libertati propriæ fortasse restitutus esset, nisi iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

pene propter ipsam causam Proculian⁹ sibi exhibitionem uideret imminere. Marcianus Vrgensis catholicam unitatem propria uoluntate delegit. Quare subdiaconum eius, cum ipse fugisset, propè usq; ad mortem cæsum, clerici uestri lapidibus obruerũt, quorum domus pro suo scelere euersæ sunt. Quid ampli⁹ dicamus? Modo præconem misistis qui clamaret Siniti, quisquis Maximino cõmunicauerit, incendetur domus eius: qui antequàm ipse ad catholicam conuersus esset, & nõdum de transmarinis remeasset, ad quid aliud presbyterũ Siniti miseramus, nisi ut nulli molestus nostros uisitaret, & in domo iuris sui positus, pacem catholicam uolentibus prædicaret, quem uos inde cum graui iniuria proiecistis? Quid aliud agebamus, quando unus nostrum Calamensis episcopus Posidius ibat ad fundum Fugilinẽsem, nisi ut nostri quãuis pauci qui illic erant uisitarẽtur, & audito uerbo dei ad unitatem Christi qui uellent conuerterentur? Cui ambulãti uiam suam, latronum more insidiati sunt, & quia in eorum insidias cadere non potuit, eum aperta uiolentia in fundo Liuetensi penè uiuum cum domo quò fugerat incenderant, nisi tertio suppositas flammas coloni eiusdem fundi propter periculum suæ salutis extinguerent: & tamen cum Crispinus propter hoc factum in proconsulari iudicio conuincere tur hæreticus, eiusdem episcopi Posidij intercessu decem libras auri non est exactus. Cui beneuolentiæ & mansuetudini ingratus, ad imperatores Catholicos ausus est appellare. Vnde hanc in uos iram dei de qua murmuratis, multo importunius & uehemẽtius prouocauit. Videtis quia uos contra pacem Christi uiolenter insurgitis, & patimini non pro ipso, sed pro iniquitatibus uestris. Quæ est ista demẽtia ut cum male uiuitis, latronum facta faciatis: & cum iure punimini, gloriam martyrum requiratis? Si ergo uos priuata uestra audacia tam uiolẽter cogitis homines, aut ire in errorem, aut permanere in errore, quantomagis nos debemus per ordinatissimas potestates, quas deus secũdũ suam prophetiam subdidit Christo, resistere furoribus uestris, ut miseræ animæ de uestra dominatione liberatæ, eruantur de uetustissima falsitate, & assuescant in apertissima ueritate? Nam quos à nobis nolentes dicitis cogi, multi etiam se cogi uolunt, quod nobis antea & postea confitentur, ut uel sic euadant oppressiones uestras: & tamen quid est melius, proferre ueras imperatorum iussiones pro unitate, an falsas indulgẽtias pro peruersitate, quod uos fecistis, & mendacio uestro subito totam Aphricam implestis. In quo facto nihil aliud ostendistis, nisi partem Donati semper de mendacio præsumentẽ, omni uento iactari & circũferri, licut scriptum est,

Prouer.10 Qui fidit in falsis, hic pascit uentos. Sicut enim uera fuit ista indulgentia, sic uera sunt crimina Cæciliani, & traditio Felicis Aptungensis, per quem ordinatus est, & quicquid aliud contra catholicos dicere consueuistis, ut à pace ecclesiæ Christi infelices separetis & infeliciter separemini. De nulla quidem nos hominis potestate præsumimus, quamuis utiq; multo sit honestius præsumere de imperatoribus quàm præsumere de Circuncellionibus, præsumere de legibus quàm præsumere de seditionibus. Sed meminimus scriptum esse, Maledictus omnis qui spem suã ponit in homine. Vnde ergo præsumimus, si uultis nosse, illum cogitate, de quo Propheta prænunciauit, dicens, Adorabunt eum omnes reges terræ, & omnes gentes seruiẽt illi. Et ideo hac ecclesię potestate utimur, quam ei dominus & promisit & dedit. Imperatores enim si in errore essent, quod absit, pro errore suo contra ueritatem leges darent, per quas iusti & probarentur & coronarentur, non faciendo quod illi iuberent, quia deus prohiberet. Sicut iusserat Nabuchodonosor, ut aurea statua adoraret, quod qui facere noluerunt, deo talia prohibenti placuerunt. Quãdo autem imperatores ueritatem tenent, pro ipsa ueritate contra errorem iubent, quod quisquis contemserit, ipse sibi iudicium acquirit. Nam & inter homines pœnas luit, & apud deum frontem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipsa ueritas iussit. Sicut ipse Nabuchodonosor postea miracu lo salutis trium puerorum commotus atq; mutatus, pro ueritate cõtra errorem edictum proposuit, ut quicunq; blasphemarent deum Sidrach, Misach & Abdenago, in interitum irent, & domus eorum in dispersionem: & non uultis ut tale aliquid contra uos iubeãt imperatores Christiani, cum sciant à uobis in eis quos rebaptizatis Christum exufflari. Si iussiones regum non pertinent ad prædicandam religionem & sacri legia prohibenda, quare ad edictum regis talia iubentis etiã ipsi uos signatis? An ignoratis uerba regis esse, Regi Nabuchodonosor ostendi signa & ostenta, quæ fecit mihi dominus deus excelsus, placuit mihi in conspectu meo annũciare, quàm magnum & potens sit regnum eius, regnum sempiternum & potestatis eius in secula seculorum? An cum hoc audieritis, non respondetis, Amẽ: & hoc dicto clara uoce ad edictum regis, uos in sancta solennitate signatis? Sed modo quia nihil apud imperatores potestis, nobis inde uultis facere inuidiã. Si autem aliquid possetis, quanta faceretis quando nihil potestis & non cessatis? Scitote quòd primi maiores uestri causam Cæciliani ad imperatorem Constantinum detulerũt. Exigite hoc à nobis, probemus uobis, & si non probauerimus, facite de nobis quicquid potueritis. Sed quia Constãtinus non est ausus de causa episcopi iudicare, eam discutiendam atque finiendam episcopis delegauit. Quod & factum est in urbe Roma præsidente Melciade episcopo illius ecclesiæ cum multis collegis suis. Qui cum Cæcilianũ innocentem pronun-

pronunciassent, & Donatum qui schisma Carthagini fecerat, sententia percussissent, iterũ uestri ad imperatorem uenerunt, & de iudicio episcoporum in quo uicti fuerant, murmurarunt. Quomodo enim potest malus litigator laudare iudices, quibus iudicantibus uictus est? Iterum tamen clementissimus imperator alios iudices episcopos dedit apud Arelatum Galliæ ciuitatem, & ab ipsis uestri ad ipsum imperatorem appellarũt, donec etiam ipse causam cognosceret, & Cæcilianum innocentem, illos calumniosos pronunciaret. Nec sic toties uicti quieuerũt, sed de Felice Aptungitano per quem Cæcilianus fuerat ordinatus quotidianis interpellatiõibus ipsi imperatori tædium fecerunt, dicentes eum esse traditorem. Et ideo Cæcilianũ episcopum esse nõ posse quòd à traditore fuerit ordinatus, donec & ipse Felix iussu imperatoris causa cognita ab Heliano proconsule innocens probaretur. Tunc Constantinus prior contra partẽ Donati seueriſſimam legem dedit. Hunc imitati filij eius talia præceperunt. Quibus succedens Iulianus Iulianus desertor Christi & inimicus, supplicanti bus uestris Rogatiano & Pontio, libertatẽ perditioni partis Donati permisit. Denicq; tunc reddidit basilicas hæreticis, quando templa dæmonijs, eo modo putans Christianum nomẽ posse perire de terris, si unitati ecclesiæ de qua lapsus fuerat inuideret, & sacrilegas dissensiones liberas esse permitteret. Hæc erat eius prædicanda iustitia, quam supplicantes Rogatianus & Pontius laudauerũt, dicẽtes homini apostatæ, quòd apud eum sola iustitia haberet locum. Huic successit Iouianus, qui quoniam cito mortuus est, nihil de rebus talibus iussit. Deinde Valentinianus, legite quæ contra uos iusserit. Inde Gratianus & Theodosius, legite quãdo uultis quæ de uobis constituerint. Quid ergo de filijs Theodosij miramini, quasi aliud in hac causa sequi debuerint, quàm Constantini iudicium per tot Christianos imperatores firmissime custoditũ? Ad Constantinũ autem sicut diximus, sicut uobis quando uultis, si tamen ignoratis, ostendemus, maiores uestri causam Cæciliani ultrò detulerunt. Defunctus est Cõstãtinus, sed iudiciũ Constantini contra uos uiuit, quò uestri causam miserunt, apud quẽ iudices episcopos reprehenderunt, ad quem à iudicibus episcopis appellauerunt, quem tædiosissime de Felice Aptungitano interpellauerunt, à quo toties conuicti & confusi redierũt, & à pernicie furoris & animositatis suæ non recesserũt, eamq; uobis posteris suis hæreditariam reliquerunt, ut tam impudenter de iussionibus Christianorũ imperatorum faciatis inuidiam: cum si uobis liceret, non quidem iam Constantinum Christianum, quia ueritati fauit, contra nos appellaretis, sed apostatã Iulianum ab inferis excitaretis, quasi uero si aliquid tale cõtingeret, esset magnum malum nisi uobis. Quæ est enim peior mors animæ, quàm libertas erroris? Sed iam tollamus ista omnia de medio, amemus pacem, quam omnis doctus & indoctus intelligit præponendam esse discordiæ, diligamus & teneamus unitatem. Hoc iubent imperatores, quod iubet & Christus: quia cum bonũ iubent, per illos non iubet nisi Christus. Et nos etiam per Apostolũ obsecrat, ut id ipsum dicamus omnes, et nõ sint in nobis schis- 1 Cor.1
mata: neque dicamus, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephę, ego autem Christi, sed simul omnes non simus nisi Christi: quia nec diuisus est Christus, nec Paulus crucifixus est pro nobis, quãto minus Donatus? nec in nomine Pauli baptizati sumus, quãto minus in Donati? Hoc dicunt & Imperatores, quia Christiani catholici sunt, nõ idolorum serui, sicut uester Iulianus: non hæretici, sicut quidã fuerunt, & ecclesiam catholicam persequuti sunt, quando ueri Christiani non pro hęretico errore pœnas iustissimas sicut uos, sed ꝓ catholica ueritate passiones gloriosissimas pertulerunt. Attendite quàm manifestissima ueritate per cor regis quod in manu dei est, ipse deꝰ dixerit in ista ipsa lege quam contra uos prolatam dicitis: est autem si intelligatis prolata pro uobis. Attendite quid habeant uerba principis: Nam si in eis qui primo initiati sunt, idcirco religio baptismatis iudicatur infirma, quòd ij à quibus accipitur peccatores putẽtur, toties renouari necesse erit traditum sacramentum, quoties indignus fuerit inuentus collati baptismatis administrator, & fides nostra non ex nostræ uoluntatis arbitrio, neq; ex diuini muneris gratia, sed ex meritis sacerdotum & clericorum qualitate pendebit. Faciant mille concilia episcopi uestri, huic uni sententiæ respondeant, & ad quod uolueritis consentimus uobis. Videte enim quàm peruerse & impie dicatur, quod dicere soletis, quia si bonus sit homo, ipse sanctificat eum quem baptizat: si autem malus sit, & nesciat ille qui baptizatur, tunc Deus sanctificat. Hoc si uerum est, optare ergo debent homines, ut à malis ignoratis baptizentur, potius quàm à notis bonis, ut magis à Deo quàm ab homine possint sanctificari. Sed absit à nobis ista dementia. Quare ergo non uerum dicimus & rectè sapimus: quia semper dei est illa gratia & Dei sacramentum, hominis autem solum ministerium: qui si bonus est, adhæret deo & operatur cum deo: si autem malus est, operatur per illum deus uisibilem sacramẽti formam, ipse autem donat inuisibilem gratiam. Hoc sapiamus omnes, & non sint in nobis schismata. Concordate nobiscum fratres, diligimus uos, hoc uobis uolumus quod & nobis. Si propterea nos grauius odistis, quia errare uos & perire non permittimus, hoc Deo dicite, quem timemus minantem malis pastoribus, & dicentem: Quod errauerat, non reuocastis, & quod perierat, nõ inquisistis. Hoc uobis per nos Deus ipse facit, siue obsecrando, 23.q.6. quod errauerat

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue minando, siue corripiendo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones uel uisitationes, siue per potestatum temporalium leges. Intelligite quid uobiscum agatur, perire uos non uult deus in sacrilega discordia alienatos à matre uestra catholica. Nihil in nos aliquādo probare potuistis, uestri episcopi conuenti à nobis, nunquam nobiscum pacifice conferre uoluerunt, quasi fugientes cum peccatoribus loqui. Quis ferat istam superbiā, quasi Paulus apostolus non contulerit cum peccatoribus & cum ualde sacrilegis: Legite Actus apostolorum, & uidete. Quasi ipse dominus non cum Iudæis à quibus crucifixus est, sermones de lege habuerit, eisq; congruenter responderit: Postremo diabolus est primus omnium peccatorum, qui conuerti ad iusticiam nūquam poterit: & tamen nec ipse dominus de lege dedignatus est ei respondere, ut intelligatis istos ideo nobiscum nolle conferre, quia causam suam perditam norunt. Nos ignoramus quid aduersus seipsos homines iactent qui calūniosis dissensionibus gaudent. In scripturis didicimus Christum, in scripturis didicimus ecclesiam. Has scripturas communiter habemus, quare nō in eis & Christum & ecclesiam communiter retinemus? Nos ubi agnouimus eum de quo dicit Apostolus, Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius: non dicit Et seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno, & semini tuo, quod est Christus: ibi agnouimus ecclesiam de qua dicit deus ad
Gen.12 Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Vbi agnouimus Christū in Psalmo de
Psal.2 se prophetantem: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: ibi agnouimus ecclesiam, in eo quod sequitur, Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptū est, Deus deorum dominus loquutus est: ibi agnouimus & eccle-
Psal.49 siam, in eo quod sequitur, Et uocauit terram à solis ortu usq; ad occasum. Vbi agnouimus Chri-
Psal.18 stum, in eo quod scriptum est, Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam uiam: ibi agnouimus & ecclesiā in eo quod paulo superius dicitur, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum: in sole posuit tabernaculum suum. Ipsa est ecclesia in sole posita, hoc est in manifestatione omnibus nota usq; ad terminos terræ. Vbi agnouimus Christū, in eo quod
Psal.21 scriptum est, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea: ipsi uero consideraueruṅ & aspexerunt me, & diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestimentū meum miserunt sortem: ibi agnouimus & ecclesiam in eo quod paulo post in Psalmo ipso dicitur, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ: & adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentium, quoniam domini est regnū et ipse dominabitur gentiū. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Exal-
Psal.106 tare super cœlos deus: ibi agnouimus & ecclesiam, in eo quod sequitur, Et super omnē terram gloria tua. Vbi agnouimus Christū in eo quod
Psal.71 scriptum est, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis: ibi agnouimus & ecclesiam, in eo quod de ipsa in Psalmo ipso dicitur, Et dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethiopes & inimici eius terram lingent: reges Tharsis & insulæ, munera offerent: reges Arabum & Saba, dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes Gentes seruiēt illi. Vbi agnouimus Christū, in eo quod
Dan.2 scriptum est, Lapidem de monte sine manibus præcisum, fregisse omnia regna terrarum: utiq; illa quæ de culturis dæmonum præsumebāt: ibi agnouimus & ecclesiam, in eo quod dictū est, Lapidem ipsum creuisse, & factum montem magnum, & repleuisse omnem terram. Vbi agnouimus Christum, in eo quod scriptum est: Prævalebit dominus aduersus eos, & exterminabit omnes deos gētium terræ: ibi agnouimus & ecclesiam, in eo quod illic sequitur, Et adorabunt in conspectu eius unusquisq; de loco suo omnes
Abac.3 insulæ Gentium. Vbi agnouimus Christum, in eo quod scriptum est, Deus ab Aphrico ueniet, & sanctus de mōte umbroso, operiet cœlos uirtus eius: ibi agnouimus ecclesiā, in eo quod sequitur, Et laudis eius plena est terra. Ab Aphrico enim posita est Hierusalem: sicut legitur in li-
Ios.18 bro Iesu Naue, unde nomē Christi diffusum est: & ibi est mons umbrosus, mons Oliueti, unde ascendit in cœlum ut cooperiret cœlos uirtus eius, & impleretur ecclesia per omnem terram laudis eius. Vbi agnouimus Christū in eo quod
Esa.53 scriptum est, Sicut ouis ad immolādum ductus est, & sicut agnus coram tondēte se fuit sine uoce, sic nō aperuit os suum, & cætera quæ illic de eius passione dicuntur: ibi agnouimus & ecclesiam, in eo quod illic dicitur, Lætare sterilis quę non paris, erumpe & exclama quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum. Dixit enim Dominus, Dilata locum tabernaculi tui & auleas tuas confige: non est quod parcas, Porrige longius funiculos, & palos ualidos confirma, etiam atque etiam in dexteram atq; sinistram extende. Semen enim tuum hæreditabit Gentes, & ciuitates quæ desertæ erāt inhabitabis: non est quod metuas, prævalebis enim, nec erubescas quod detestabilis fueris. Confusionem enim in perpetuum obliuiscēris, ignominiæ uiduitatis tuæ non eris memor: quoniam ego sum Dominus, qui feci te, Dominus nomen eius. Et qui eruit te, ipse deus Israel uniuersæ terræ uocabitur. Nō nouimus quid de traditoribus dicatis, quos nunquam conuincere, nunquam ostendere potuistis: non dico, quia uestri potius in tali crimine

mine detecti & confessi manifestantur: quid ad nos pertinet de sarcinis alienis, nisi ut quos possumus corrigamus uel correptione uel quacūq; disciplina in spiritu mansuetudinis & diligentia charitatis? Quos autem corrigere nō ualemus, etiam si necessitas cogit pro salute cæterorum ut dei sacramenta nobiscum communicēt, peccatis tamen eorum non communicemus; quod non fit nisi consentiendo & fauendo. Sic enim eos in isto mundo in quo ecclesia catholica per omnes gentes diffunditur, quem agrū suum dominus dicit, tāquam zizania inter triticum, uel in hac unitatis area tāquam paleam permixtam frumento, uel intra retia uerbi & sacramenti tanquam malos pisces cum bonis inclusos usq; ad tempus messis aut uentilationis aut littoris tole-
B ramus, ne propter illos eradicemus & triticum, aut grana nuda ante tēpus de area separata, non in horreum mittēda purgemus, sed uolatilibus colligenda proiiciamus, aut diruptis per schismata retibus, dum quasi malos pisces cauemus, in mare pernicioſæ libertatis exeamus. Propter hoc enim his atq; alijs similitudinibus dominus seruorum suorum tolerantiam confirmauit, ne dum se boni putant malorum permixtione culpari, per humanas & temerarias dissensiones aut paruulos perdāt, aut partuli pereant. Quod usqueadeo cœlestis magister cauendum præmonuit, ut etiam de præpositis malis plebem securam faceret, ne propter illos doctrinæ salutaris
C cathedra desereretur, in qua cogūtur etiam mali bona dicere. Neq; enim sua sunt quæ dicunt, sed dei, qui in cathedra unitatis doctrinam posuit ueritatis. Proinde ille uerax & ipsa ueritas
Mat.23 de præpositis suis mala facientibus, & dei bona dicentibus, ait: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Non utiq; diceret: Quæ faciunt, facere nolite: nisi manifesta essent mala quę faciunt. Non ergo propter malos in mala dissensione pergamus, quamuis uestros maiores non execratores malorum, sed accusatores innocentium fuisse, si uelitis possimus ostendere. Sed quicunq; illi & qualescunq; fuerint, portent sarcinas suas. Ecce scripturæ communes, ecce ubi nouimus Christum, ecce ubi nouimus ecclesiam. Si Christum
D ipsum tenetis, ipsam ecclesiam quare non tenetis? Si in ipsum Christum quem legitis & non uidetis, tamen propter ueritatem scripturarum creditis, quare ecclesiam negatis, quam & legitis & uidetis? Hæc uobis dicendo & ad hoc bonum pacis & unitatis & charitatis uos compellendo, inimici uobis facti sumus, & mandatis quia occidetis nos qui ueritatē uobis dicimus, & in errore uos perire quantum possumus non permittimus. Vindicet nos deus de uobis, ut ipsum errorem uestrum in uobis occidat, & nobiscum de ueritate gaudeatis. Amen.

Augustinus Festo, docens recte legibus sanari Donatistas, & indicans in regione Hipponensi nōdum eos Festi literis correctos, sed adhuc intolerabiliter grassari. Epistola CLXVII

Domino dilectissimo & honorabili ac suscipiendo filio Festo, Augustinus in Domino Salutem.

I pro errore homines & damnabili dissensione & conuicia modis omnibus falsitate tanta præsumunt, ut eorum salutem requirenti catholicæ ecclesiæ tam audacter insidiari minarię; non cessent: quanto magis æquum est, & oportet eos qui pacis & unitatis Christianæ asserunt ueritatem, omnibus etiam dissimulantibus & cohibentibus manifestam, satagere instanter atque impigre, non solum pro eorum munimine qui
B iam catholici sunt, uerum etiam pro eorum correctione qui nondum sunt? Nam si pertinacia insuperabiles uires habere conatur, quantas debet habere cōstātia, quæ in eo bono quod perseueranter atq; infatigabiliter agit, & deo placere se nouit, & proculdubio non potest hominibus prudentibus displicere? Quid autem infelicius atq; peruersius sicut Donatistæ faciunt, qui se persequutionem perpeti gloriātur, quàm de coercitione iniquitatis suæ non solum nescire confundi, sed etiam uelle laudari, ignorantes ęcitate mirabili, uel animositate damnabili se scire dissimulantes, quòd martyres ueros non faciat pœna sed causa? Et hoc quidem aduersus eos dicerem, quos sola caligo hæretici erroris
C inuoluerit; pro quo sacrilegio pœnas dignissimas luerent, nec tamen ulla quenquam uiolenta insania lædere auderent. Aduersus autē istos quid dicam, quorum tam pernicioſa peruersitas, uel damnorum terrore coercetur, uel doceatur exilio, quàm quòd ubiq; sit ecclesia, sicut futura prædicta est, quā malunt oppugnare, quàm agnoscere? Et si ea quæ per misericordissimam disciplinam patiuntur, comparentur eis factis quæ furioſa temeritate committūt, quis non uideat, qui magis persequutores uocandi sunt? Quanquā filij mali eo tantum quòd perdite uiuunt, etiam si nullas uiolenter inferant manus, parentum pietatem grauius persequūtur, quàm cum illos pater aut mater, quanto amplius diligunt, tanto amplius ad bonam uitam sine ulla
D dissimulatione compellūt. Extant publicorum monimētorum firmissima documenta, quæ potes legere si uolueris, imò peto & hortor ut legas, quibus probatur quòd maiores eorum qui primi se ab ecclesiæ pace diuiserunt, ultro per Anulinum tunc Procōsulem apud Constantinum imperatorem accusare ausi sunt Cæcilianum. In quo utiq; iudicio si uicissent, quid erat Cęcilianus ab imperatore passurus, nisi quod in istos postea quàm uicti sunt pronunciauit? Sed uidelicet si eis accusantibꝰ atq; superātibus Cæcilianus eiusq; collegę pellerentur sedibus quas tenebant, uel etiam in sua conspiratione durantibus grauius punirentur: neque enim poterat uictos

Universidad de Deusto
Biblioteca

uictos & resistentes regia censura contemnere, A tunc isti prouisionem suam & pro ecclesia soli-
citam curam prædicandā laudibus uentilarent.
Nunc autem quia ipsi superati sunt, quia ea quę
intendebant probare minime potuerūt, si quid
pro sua iniquitate patiuntur, persequutionē uo-
cant: nec tantum furorem perditum minime re-
primūt, uerum etiam honorem martyrum quæ-
runt quasi uero Christiani catholici imperato-
res aduersus eorum pertinacissimā iniquitatem
aliud sequantur quàm Constātini iudiciū, apud
quem ultrò Cæciliani accusatores fuerūt: cuius
autoritatē omnibus transmarinis episcopis præ
tulerūt, ut non ad illos, sed ad illum ecclesiæ cau
sam deferrēt, ut ab eo datum in urbe Roma epi-
scopale iudicium, in quo primum uicti sunt, rur- B
sus apud illum accusarēt, ut ab altero apud Are-
latum dato episcopali iudicio ad illum appella-
rent, apud quem tamē nouissime superati, in sua
peruersitate permanserunt. Puto quòd ipse dia-
bolus, si autoritate iudicis quē ultrò elegerat to-
ties uinceretur, non esset tam impudens ut in ea
causa persisteret. Sed hæc humana iudicia depu
tentur, & circūueniri ac falli uel etiam corrum-
pi potuisse dicantur. Cur ergo adhuc accusatur
Christianus orbis terrarū, & nescio quibus tra-
ditorum criminibus infamatur, qui utiq; nec po
tuit nec debuit nisi electis iudicibus potius q̄ ui
ctis litigatoribus credere? Habēt apud deum illi
iudices causam suam siue bonā siue malā, quid
fecit ecclesia toto orbe diffusa, quę non ob aliud C
ab istis rebaptizanda cēsetur, nisi quia in ea cau
sa in qua quid ueri esset iudicare non potuit, eis
potius qui iudicare potuerunt quàm eis qui nec
superati cesserunt, credendum putauit? O ma-
gnum crimen omnium gētium quas in semine
Abrahæ benedicendas promisit deus. & sicut
promisit exhibuit, quæ cum una uoce dixerint,
Quare nos uultis rebaptizare? Respōdetur eis,
Quia nescitis qui fuerint in Aphrica sanctorū
codicum traditores, et in eo quod nesciebatis iu
dicibus magis quàm accusatoribus credere uo
luistis. Si crimen alienum non grauat quenquā,
quid pertinet ad orbem terrarū quod in Aphri-
ca quisq; commisit? Si crimen incognitum non
grauat quenquam, unde potuit orbis terrarum D
cognoscere uel crimen iudicum uel reorum? Iu
dicate qui cor habetis. Hæc est hæretica iusti-
cia, ut quia orbis terrarum non damnat crimen
incognitum, pars Donati damnet orbem terra-
rum inauditum: sed sanè sufficit orbi terrarū te-
nere promissiones dei, & in se uidere compleri,
quod prophetæ tanto ante præcinuerunt, in eis-
dem scripturis agnoscere ecclesiam, ubi & rex
eius Christus agnoscitur. Vbi enim de Christo
talia prædicta sunt, qualia completa in Euange-
lio legimus, illic prędicta sunt de ecclesia qualia
cōpleri toto orbe iam cernimus. Nisi forte quē
quam prudētium permouebit, quod de baptis-
mo solent dicere. Tunc esse uerum baptismum
Christi, cū ab homine iusto datur, cum & hinc
teneat orbis terrarum euidentissimam & euan-
gelicam ueritatem, ubi Iohānes ait, Qui me mi- Io.1
sit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quē
uideris spiritum descēdentem quasi columbam
& manētem super eum, ipse est qui baptizat in
spiritu sancto. Vnde secura ecclesia spem non
ponit in homine, ne incidat in illam sententiam Hier.17
in qua scriptū est, Maledictus omnis qui spem
suam ponit in homine; sed spem suam ponit in
Christo, Qui sic accepit formam serui, ut non a-
mitteret formam dei. De quo dictū est, Ipse est
qui baptizat. Proinde homo quilibet minister
baptismi eius, qualēcunq; sarcinam portet, non
iste, sed super quem columba descendit, ipse est
qui baptizat. Illos autem uana sentientes, tanta
absurditas sequitur, ut quòd ab ea fugiāt non in-
ueniant. Cum enim fateantur ratum & uerum
esse baptismum, quando baptizat apud eos ali-
quis criminosus cuius crimina latent, dicimus
eis, quis tunc baptizat, nec habent quid respon
deāt, nisi deus. Neq; enim possunt dicere quòd
homo adulter quēquam sanctificet. Quibus re-
spondemus, Si ergo cum baptizat homo iustus
manifestus, ipse sanctificat: cum autē baptizat
homo iniquus occultus, tunc non ipse sed deus
sanctificat: optare debent qui baptizātur, ab oc
cultis malis hominibus potius baptizari quàm
à manifestis bonis. Multo enim eos meli⁹ deus
quàm quilibet homo iustus sanctificat. Quòd si
absurdum est, ut quisque baptizandus optet ab
occulto adultero potius baptizari, quàm à ma-
nifesto casto, restat utiq; ut quilibet ministrorū
hominū accesserit, ideo ratus sit baptism⁹, quia
super quem descēdit columba ipse baptizat. Et
tamen cum tam perspicua ueritas aures & cor-
da hominum feriat, tanta quosdam malæ con-
suetudinis uorago submersit, ut omnibus auto-
ritatibus rationibusq; resistere, quàm cōsentire
malint. Resistunt autem duobus modis, aut sæ-
uiendo aut pigrescendo. Quid igitur hic faciat
ecclesiæ medicina salutem omniū materna cha
ritate conquirens, tāquam inter phreneticos &
lethargicos æstuans? Nunquid cōtemnere, nun
quid desistere uel debet uel potest? Vtrisque sit
necesse est molesta, quia neutris est inimica. Nā
& phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt
excitari: sed perseuerat diligētia charitatis, phre
neticum castigare, lethargicū stimulare, ambos
amare. Ambo offenduntur, sed ambo diligun-
tur: ambo molestati, quādiu ægri sunt indignan
tur, sed ambo sanati gratulantur. Denique non
sicut putant & sicut iactāt, tales eos suscipimus
quales fuerunt, sed omnino mutatos: quia esse
catholici non incipiunt, nisi hæretici esse desti-
terint. Neq; enim sacramenta eorum nobis ini-
mica sunt, quæ cum illis nobis sunt communia,
quia non humana sunt, sed diuina. Proprius eo-
rum error auferendus est, quem male imbibe-
runt, non sacramenta quæ similiter acceperunt,
quæ

quæ ad pœnam suam portant & habent, quan- A
to indignius habent, sed tamen habent. Errore
itaq; derelicto, separationis prauitate correcta,
ab hæresi ad ecclesiæ pacem transeunt, quā non
habebāt, sine qua illis perniciosum fuerat quod
habebant. Sed si cum trāseunt ficti sunt, non est
hoc iam nostrum sed dei iudicium. Et tamē qui-
dam cum ficti putarentur, quoniam iussionis ad
nos terrore transierunt, posterius in nōnul
lis tentationibus inuenti sunt, ut quibusdam ue
teribus catholicis præferrentur. Non ergo nihil
agitur cum instanter agitur. Neq; enim solis hu
manis terroribus murus duræ consuetudinis ex
pugnatur, sed etiam diuinis autoritatibus atque
rationibus fides & intelligentia mentis instrui-
tur. Quę cum ita sint, nouerit benignitas tua ho B
mines uestros qui in regione Hipponensi sunt,
adhuc esse Donatistas, nec apud eos quicquam
ualuisse tuas literas. Cur aūt non ualuerint, non
opus est scribere: sed mitte aliquem tuorum, uel
domesticorū, uel amicorū, cuius hoc fidei pos-
sis iniungere, qui non ad ea loca, sed ad nos pri-
mitus ueniat illis omnino nescientibus, & nobis-
cum primitus consilio pertractato, quod agen-
dum domino adiuuāte uisum fuerit, agat. Neq;
enim tantum pro eis agimus cum hoc agimus,
sed etiam pro nostris iam factis catholicis, qui-
bus illorum uicinitas sic infesta est, ut contemni
a nobis nullo modo possit. Et hoc quidem bre-
uiter scribere poteram, sed uolui te habere ali-
quid literarum nostrarum, quo rationem curæ C
meæ non solum ipse cognosceres, sed etiam cui
cunq; dissuadēti ne tuorum correctioni operam
instanter impēdas, nobisq; detrahenti quod ta-
lia uelimus, habeas quod respondeas. Quòd si
superfluo feci quod iā ista uel didiceras, uel ipse
cogitaueras, aut onerosus fui quod curis publi-
cis tam occupato prolixā epistolā ingessi, peto
des ueniam, dum tamē quod suggessi & rogaui
non spernas: sic te tueatur misericordia dei.

Augustinus Eusebio narrat immane factum iu-
uenis, qui matrem cædere solitus, demū & mor-
tem minatus, transiit ad Donatistas, & ab illis
iterato baptizatus est. Rogat ut causa presby-
teri cuiusdam, placide tractetur apud graues ui-
ros.

Epistola CLXVIII D

Domino eximio meritoq; suscipiendo atq; ho-
norabili fratri Eusebio, Augustinus.

S Cit deus cui manifesta sunt arcana
cordis humani, quantum pacem dili
go Christianam, tantum me moueri
sacrilegis eorū factis, qui in eius dis-
sensione indigne atq; impie perseuerant, eumq;
motum animi mei esse pacificū, neq; me id age-
re ut ad cōmunionem catholicam quisquam co
gatur inuitus, sed ut omnibus errantibus aperta
ueritas declaretur, & per nostrum ministerium
deo iuuante manifestata se amplectendam atq;
sectādam satis ipsa persuadeat. Quid enim exe-
crabilius quęso te, ut alia taceam, quàm id quod
nunc accidit? Corripit ab episcopo suo iuuenis,
crebris cædibus matris insanus, & impias ma-
nus nec illis diebus cum etiā seueritas legū scele
ratissimis parcit, à uicinis unde natus est re-
uocans. Minatur eidē matri se in partē Donati
transiturū, & eam quam incredibili furore solet
cædere perempturū. Minatur ei, trāsit ad partē
Donati, rebaptizatur furens, & in maternū san
guinem fremens albis uestibus cādidatur. Con
stituitur intra cācellos eminens atq; cōspicuus,
et omniū gentiū oculis matricidij meditator
tanquā renouatus opponitur. Hæccine tandem
tibi placent uir grauissime? Nequaq; hoc de te
crediderim. Noui cōsiderationē tuā. Cædit ma
ter carnalis in mēbris q̄bus genuit et nutriuit in
gratū: prohibet hoc ecclesia mater spiritalis, cæ
ditur & ipsa in sacramentis quibus genuit & nu
triuit ingratum. Nónne tibi uidetur dixisse par-
ricidaliter frendēs, quid faciā ecclesiæ quæ me
prohibet cedere matrem meam? Inueni quid fa
ciam. Iniurijs quibus potest etiam ipsa feriatur,
fiat in me aliquid unde mēbra eius doleant. Va
dam mihi ad eos qui nouerūt exufflare gratiam
in qua ibi natus sum, destruere formā quam in
utero ei⁹ accepi. Ambas matres meas sæuis cru
ciatibus torqueā, quæ me posterior peperit, esse
rat prior. Ad huius dolorem spiritaliter moriar,
ad illius cædē carnaliter uiuam. Quid aliud ex-
pectamus uir honorabilis Eusebi, nisi ut in mise
ram mulierē senectute decrepitā, uiduitate desti
tutam, à cuius cædibus in catholica prohibeba-
tur, iam Donatista securus armetur? Quid enim
aliud furibūdo corde concepit cum diceret ma
tri: transferam me in partem Donati, & bibam
sanguinē tuum? Ecce iam conscientia cruentus,
uestę dealbatus perficit partem pollicitationis
suæ: restat pars altera, ut matris sanguinē bibat.
Si ergo placent ista, urgeatur à clericis & sancti
ficatoribus suis, ut intra ociauas suas totū quod
uouit exoluat. Potens est quidem dextera domi
ni quæ furorem illius à misera uidua & desolata
cōpescat, & eum quibus modis nouit à tam sce
lerata dispositione deterreat. Verumtamen ego
tanto animi dolore percussus, quid facerem nisi
saltem loquerer? An uero ista illi faciūt, & mihi
dicitur tacere? Auertat à me dominus hanc ameri
tiam, ut cum mihi imperet per Apostolū suum, Tit.1
& dicat, ab episcopo refelli oportere docentes
quæ non oportet, ego illorum indignationibus
territus taceam? Quod enim publicis gestis hæ
rere uolui tam sacrilegum nefas, ad hoc utiq; uo
lui, ne me quisquā, maxime in alijs ciuitatibus
ubi opportunum fuerit, ista deplorantē fingere
aliquid arbitretur, quando etiā apud ipsum Hip
ponem iam dicitur, non hoc Proculianum man
dasse, quod publicum renūciauit officiū. Quid
autem modestius agere possumus, q̄ ut tam gra
uem causam per te tamē agam uirum & clarissi-
ma dignitate præditum, & considerātissima uo
luntate tranquillum? Peto igitur sicut iam petiui

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per fratres nostros bonos atq; honestos uiros, quos ad tuam eximietatem misi, ut quærere digneris: utrum Proculiani presbyter Victor nō hoc ab episcopo suo mādatum acceperit, quod officio publico renūciauit: an forte cum & ipse Victor aliud dixerit, falsum illi apud acta prosequuti fuerint, cum sint communionis eiusdem? Aut si cōsentit ut ipsam totam quæstionem dissensionis nostræ placide pertractemus, ut error qui iam manifestus est, manifestius innotescat, libenter amplector. Audiui enim quod dixerit, ut sine tumultu populari adsint nobiscum deni ex utraq; parte graues & honesti uiri, & secundum scripturas quid in uero sit perquiramus. Nam illud quod rursus eum dixisse nonnulli ad me pertulerunt, cur non ierim Constantinam, quando ibi plures ipsi erant, uel me debere ire Misseum, quod illic sicut perhibent concilium proxime habituri sunt, ridiculū est dicere, quasi ad me pertineat cura propria nisi Hipponensis ecclesiæ. Mihi tota huius quæstionis ratio maxime cum Proculiano est. Sed si forte imparem se putat, cuius uoluerit collegæ sui imploret auxilium. In alijs enim ciuitatibus tantum agimus quod ad ecclesiam dei pertinet, quātum uel nos permittunt, uel nobis imponunt earundem ciuitatum episcopi fratres & consacerdotes nostri. Quanquam et iste qui se tot annorum episcopū dicit, quid in me tyrone timeat, quominus mecum uelit conferre sermonem, non satis intelligo. Si doctrinam liberalium literarum non nouit, quas forte ipse aut non didicit, aut minus didicit, quid hoc pertinet ad eam quæstionē quæ uel de sanctis scripturis, uel documētis ecclesiasticis, aut publicis discutienda est, in quibus ille per tot annos uersatur, unde in eis deberet esse peritior? Postremo est hic frater & collega meus Samsucius episcopus Turrensis ecclesiæ, qui nullas tales didicit quales iste dicitur formidare. Ipse adsit, agat cum illo. Rogabo eum, & ut confido in nomine Christi facile mihi cōcedet, ut suscipiat in hac re uicem meam, & eum dominus pro ueritate certantem, quāuis sermone impolitum, tamen uera fide eruditum sicut confidimus adiuuabit. Nulla ergo causa est, cur ad alios nescio quos deferat, ne inter nos qđ ad nos pertinet peragamus. Nec tamen ut dixi etiā illos defugio, si eorum ipse poscit auxilium.

Augustinus Eusebium hortatur, ut curet ut admonito Proculiano, non ferendam clericorum suorum licentiā coerceat, alioqui se Romam rem delaturum. Epistola CLXIX

Domino eximio meritoq; suscipiendo & dilectissimo fratri Eusebio, Augustinus.

N On ego recusanti uoluntati tuæ iudicium sicut dicis inter episcopos subeundum molestus exhortator aut deprecator imposui. Quod quidē etiā si suadere uoluissem, possem fortasse facile ostendere quam ualeas iudicare inter nos in tam manifesta atq; aperta causa, & quale sit illud quod facis, ut non auditis partibus iam ferre non dubites pro una parte sententiam qui iudicium reformidas. Sed hoc, ut dixi, interim omitto. Nihil autem rogaueram aliud honorabilem benignitatem tuam, quod quæso tandem in hac saltem epistola digneris aduertere, nisi ut quæreres à Proculiano, utrum hoc ipse dixerit Victori presbytero suo, quod ab eo sibi dictum publicū officium renūciauit: an forte qui missi sunt, non quod à Victore audierūt, sed falsum gestis prosequuti sint: deinde quid illi de tota ipsa quæstione inter nos discutienda uideretur. Arbitror autem non iudicem fieri eum qui rogatur ut interroget aliquem, & quod ei responsum fuerit rescribere dignetur. Hoc ergo etiam nunc rogo ut facere non graueris, quia literas meas sicut etiā expertus sum non uult accipere: quòd si uoluisset, uon utiq; per tuam eximietatem id ageremus. Cum autem id nō uult, quid possum minus agere, quàm ut per te talem uirum & qui eum dilegis interrogetur aliquid, unde me tacere mea sarcina prohibet? Quod autem mater à filio cæsa tuæ grauitati displicuit: sed ille, dixisti, si sciret, à communione sua tam nefarium iuuenem prohibiturus esset, breuiter respōdeo: modo cognouit, modo prohibeat. Addo etiā aliud: Subdiaconus quondā Spanensis ecclesiæ uocabulo Primus, cum ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohiberetur, atq; ordinata & sana præcepta contemneret, à clericatu remotus est, & ipse irritatus aduersus disciplinam dei, transtulit se ad illos & rebaptizatus est. Duas etiam sanctimoniales cōcolonas suas de fundo catholicorum Christianorum, siue idem trāstulit, siue illum sequutæ etiam ipsæ, tamen rebaptizatæ sunt: & nunc cum gregibus Circuncellionū inter uagabundos greges fœminarum, quæ propterea maritos habere noluerunt ne habeant disciplinam, in detestabilis uinolentię bacchationibus superbus exultat, gaudens latissimam sibi apertam esse licentiam malæ conuersationis, un de in catholica prohibebaꝫ. Et hoc fortasse Proculianus ignorat. Ergo per tuam grauitatem atq; modestiam eidem in notitiam perferatur: iubeat eum qui non ob aliud illam cōmunionem delegit, nisi quia in catholica clericatum amisserat, propter inobedientiam & perditos mores à sua cōmunione remoueri. Etenim ego si domino placet istum modum seruo, ut quisquis apud eos propter disciplinam degradatus ad catholicam transire uoluerit in humiliatione pœnitentiæ recipiatur, quò & ipsi eum forsitan cogerēt si apud eos manere uoluisset. Ab eis uero consideranda quæso te, quàm execrabiliter fiat, ut quos male uiuentes ecclesiastica disciplina corripimus, persuadeatur eis ut ad lauacrū alterum ueniant, atq; ut id accipere mereantur Paganos se esse respondeant, quæ uox ne procederet de ore Christiano, tantus sanguis martyrum fusus est deinde

2. Tim. 2. subdiaconus

deinde quasi renouati & quasi sanctificati, discA plinæ quam ferre non potuerunt, deteriores facti, sub specie nouæ gratiæ, sacrilegio noui furoris insultent. Aut si male facio, per tuam beneuolentiam ista corrigēda curare, de me nullus queratur, si hæc illi perferri in notitiam per codices publicos fecero, qui mihi negari ut arbitror in Romana ciuitate non possunt. Nam cum deus imperet ut loquamur & prædicemus uerbum, & docentes quæ non oportet refellamus, & instemus opportune atq; importune, sicut dominicis & apostolicis literis probo, nullus hominum mihi silentium de his rebus persuadēdum arbitretur. Violenti autem uel latrocinantes si quid audendū putauerint, non deerit dominus ad tuendam ecclesiam suam, qui iugo suo in gremio eius toto orbe diffuso omnia terrena regna subiecit. Nam cum ecclesiæ quidam colonus filiam suam quæ apud nos fuerat catechumena, & ab illis seducta est, inuitis parentibus ut ibi baptizata etiam sanctimonialis formā susciperet, ad communionem catholicam paterna uellet se ueritate reuocare, & ego fœminā corruptę mentis nisi uolentem, & libero arbitrio meliora diligentem suscipi noluissem: ille rusticus etiam plagis instare cœpit, ut sibi filia consentiret, quod statim omnimodo fieri prohibui: tamē per Spanianum transeuntibus nobis, presbyter ipsius stās in medio fundo catholicæ ac laudabilis fœminæ, uoce impudentissima post nos clamauit, quòd traditores & persequutores essem⁹, quod C conuicium etiam in illam fœminā iaculatus est, quæ cōmunionis est nostræ, in cuius medio fundo stabat: quibus uocibus auditis, non solū mepsum à lite refrenaui, sed etiam multitudinem quæ me comitabatur compescui. Et tamen si dicam, quæratur qui sint uel fuerint traditores uel persequutores. Respondetur mihi, disputare nolumus & rebaptizare uolum⁹. Nos oues uestras insidiantibus morsibus luporum more deprędemur, uos si boni pastores estis, tacete. Quid ēm aliud mandauit Proculianus, si uere ipse manda uit: si Christianus es, serua hoc iudicio dei, nisi nos faciamus, tu tace. Ausus est etiā idem presbyter homini rusticano conductori fundi ecclesiæ comminari. Hæc quoq; omnia per te quæso D nouerit Proculianus, coerceat insaniam clerico rum suorū. Vide honorabilis Eusebi, non apud te tacui: dignaberis itaq; non quid tu de his omnib⁹ sentias, ne tibi arbitreris à me iudicis onus imponi, sed quid illi respondeant mihi rescribere. Misericordia dei te incolumem tueatur domine eximie & merito suscipiende ac dilectissime frater.

Augustinus Seuerino consanguineo suo, qui uidetur fuisse Donatista, detestatur schisma scelestum & impudens. Epistola CLXX

Domino multum desiderabili & ualde charissimo fratri Seuerino, Augustinus.

Iteras fraternitatis tuæ etsi ualdè seL ro, etsi præter quod sperabam, tamen lætus accepi, maximeq; ampliori gaudio perfusus sum, cum cognoscerem hominem uestrum hac ipsa sola causa uenisse Hipponem, ut ad me literas tuæ fraternitatis afferret. Cogitaui enim nō sine causa hoc exortum esse in animo tuo, ut recoleres consanguinitatem nostram: nisi quia fortasse perspicis, sicut noui non leue pondus prudentię tuæ, quàm sit dolendum, ut qui secundū carnem fratres sumus, in Christi corpore non una societate uiuamus: præsertim quia facile tibi est attendere & uidere ciuitatem super montem cōstitutam, de qua dominus ait in Euangelio, quòd abscondi non possit. Ipsa est enim ecclesia catholica: un- B de καθολικὴ Græce appellatur, quod per totum orbem terrarū diffunditur. Hanc ignorare nulli licet, ideo secūdum uerbum domini nostri Iesu Christi, abscondi non potest. Pars autem Donati in solis Aphris calumniatur orbi terrarum, & non cōsiderat ea sterilitate qua fructus pacis & charitatis noluit afferre, ab illa radice Orientalium ecclesiarum se esse præcisam, unde euangelium in Aphricam uenit: unde terra si eis afferatur, adorant: fidelis autē si inde ueniat, exufflant & rebaptizant etiam. Hoc enim prædixit filius dei qui ueritas est, se esse uitem, suos autē filios esse sarmenta, & patrem suum agricolam. Sarmentum, inquit, quod in me non dat fructū, pa- Io. 15 ter meus tollet illud: Sarmētum autem quod in me dat fructum, purgat illud, ut maiorē fructum afferat. Non ergo mirum est, si de illa uite quæ creuit & omnes terras impleuit, præcisi sunt illi qui fructum charitatis afferre noluerunt. Qui si uera crimina obiecissent collegis suis, maiores eorum qui schisma fecerūt, ipsi obtinuissent causam suam apud ecclesiam trāsmarinam, unde ad istas partes Christianæ fidei manauit autoritas, ut illi essent foris quibus eadem crimina obijcie bant. Nunc autē cum illi inueniātur intus communicare ecclesiis apostolicis, quarum nomina in libris sanctis habent & recitant, isti autem foris positi & ab illa communione separati sint, quis non intelligat eos habuisse causam bonam qui eam apud medios iudices obtinere potuerunt? Aut si causam bonā habebāt & eam transmarinis ecclesiis probare non potuerunt, quid illos læsit orbis terrarum, ubi episcopi collegas suos qui apud eos obiectis criminibus conuicti non erant, temere damnare nō possent? Itaq; innocentes rebaptizātur, & Christus in innocentibus exufflatur. Si aūt ijdem Donatistę Aphrorum collegarum suorum uera crimina nouerāt, & neglexerunt ea demōstrare & probare transmarinis ecclesiis, ipsi se ab unitate Christi scelératissimo schismate præciderūt, nō habēt quod excusent: & uos nostis maxime, quia tam multi scelerati apud eos emerserunt, & tolerauerunt illos per tot annos ne partem Donati cōscinde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent,& non dubitauerunt illo tempore falsas su
spiciones suas obijcientes,pacem Christi unita
temq; dirumpere,& uos uidetis. Sed nescio que
carnalis consuetudo frater Seuerine ibi uos te
net: & olim doleo,olim gemo,maxime pruden
tiam tuam cogitans,& olim te uidere desidero
ut de hac re tecũ loquerer. Quid enim prodest
uel salus uel consanguinitas temporalis,si æter
nam Christi hæreditatem salutemq; perpetuam
in nostra cognatione contẽnimus? Hæc me in
terim scripsisse suffecerit, quæ duris cordibus
ualde pauca sunt & propè nulla,animo autẽ tuo
quem bene noui ualde multa sunt & ualde ma
gna. Nõ enim mea sunt qui nihil sum, nisi quod
expecto misericordiam dei,sed ipsius dei omni
potentis,quem quisquis in hoc seculo contem
pserit patrem,inueniet in futuro iudicem.

Sub persona ecclesiæ catholicæ cohortatur om
nes Donatistas,ut respiscentes redeant ad com
munionem. Epistola CLXXI

2 Retrac. 40 Obis Donatistæ, catholica ecclesia
V dicit,Filij hominũ usquequo graues
Psal. 4 corde,ut quid diligitis uanitatem,&
quæritis mendacium? Vt quid uos à
totius orbis unitate nefario schismatis sacrile
gio diuisistis? Attenditis falsa quæ uobis dicun
tur ab hominibus aut mentientibus aut erranti
bus de traditione codicum diuinorum,ut in hæ
retica separatione moriamini: & non attenditis
quod uobis ipsi codices dicunt,ut in catholica
pace uiuatis. Quare aperitis aures ad sermonẽ
hominum dicentiũ quod nunquã probare po
tuerunt,& surdi estis aduersus sermonem dei di
Psal. 2 centis: Dominus dixit ad me,Filius meus es tu,
ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi
Gal. 3 gẽtes hæreditatem tuam & possessionem tuam
terminos terræ? Abrahæ dictæ sunt promissio
nes & semini eius. Non dicit Et seminibus,tan
quam in multis,sed tanquam in uno,& semini
tuo quod est Christus. In semine,inquit,tuo be
Gen. 12 nedicẽtur omnes gentes. Erigite oculos cordis,
& considerate totum orbem terrarũ,quomodo
in semine Abrahæ benedicũtur omnes gentes.
Tunc ab uno credebatur, quod nõdum uideba
tur: iã uos uidetis, & adhuc inuidetis. Passio do
mini precium est orbis terrarum. Ille totum or
bem redemit,& uos cum toto orbe ad lucrũ ue
strum non concordatis,sed potius ad damnum
uestrum in parte litigatis,ut totũ perdatis. Au
Psal. 21 dite in Psalmo,quo precio redempti sumus. Fo
derunt,inquit,manus meas & pedes meos,di
numerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero consi
derauerunt & conspexerunt me,diuiserunt sibi
uestimenta mea,& super uestimentũ meum mi
serunt sortem. Quare diuisores uestimentorum
domini esse uultis,& tunicã illam charitatis de
super textam,quam nec persequutores eius di
uiserunt,tenere cũ toto orbe non uultis? In Psal
mo ipso legitur,quia totus orbis eam tenet. Cõ
memorabũtur,inquit,& conuertentur ad domi
num uniuersi fines terræ: & adorabũt in conspe
ctu eius uniuersæ partię gentium: quoniã ipsius
est regnum,& ipse dominabitur gentium. Ape Psal. 49
rite aures cordis & audite,quia deus deorũ do
minus loquutus est,& uocauit terrã à solis ortu
usque ad occasum,ex Sion species decoris eius.
Si hoc non uultis intelligere,audite euangeliũ,
iam per os proprium loquente ipso domino & Luc. 24
dicente, Quia oportebat de Christo cõpleri om
nia,quæ de illo scripta sunt in lege & prophetis
& psalmis,& prædicari in nomine eius pœnitẽ
tiam & remissionem omnium peccatorum per
omnes gentes,incipiẽtibus ab Hierusalẽ. Quod
in Psalmo dixit, Vocauit terrã à solis ortu usq;
ad occasum: hoc in euangelio, Per omnes gen
tes. Et quod in Psalmo dixit, Ex Sion species de
coris eius: hoc in euangelio dixit, Incipientibus
ab Hierusalem. Fingitis uos ante tempus messis
fugere permixta zizania,quia uos estis sola zi
zania. Nam si frumenta essetis,permixta ziza
nia toleraretis,& à segete Christi nõ uos diuide
retis. De zizanijs quidẽ dictum est, Quoniam
abundabit iniquitas,refrigescet charitas multo Mat. 24
rum. Sed & de tritico dictum est, Qui perseue
rauerit usq; in finem,hic saluus erit. Quare cre
ditis creuisse zizania & mundum repleuisse,tri
ticum autem decreuisse,& in sola Aphrica man
sisse: Christianos uos dicitis,& Christo contra Mat. 13
dicitis. Ipse dixit, Sinite utraq; crescere usq; ad
messem,non dixit, crescant zizania,decrescãt
frumenta. Ipse dixit, Ager est hic mundus: non
dixit, Ager est Aphrica. Ipse dixit, Messis est fi
nis seculi: nõ dixit, Messis est pars Donati. Ipse
dixit, Messores angeli sunt: non dixit, messores
principes Circuncellionum sunt. Sed quia pro
zizanijs triticũ accusastis,uos esse zizania de
monstrastis: & quod est grauius,ante tẽpus uos
à tritico separastis. Maiores enim uestri quorũ
in sacrilega præcisione perseueratis,quidam ge
stis municipalibus codices sanctos & instrumẽ
ta ecclesiæ persequutoribus tradiderũt,quidam
eos fatentes dimiserũt & eis cõmunicauerunt,
& utriq; Carthaginem furiosa factione conue
nerunt,de crimine traditionis,de quo ipsi inter
se iam consenserant,inauditos dãnauerunt,epi
scopum contra episcopum ordinauerũt, altare
contra altare erexerunt. Postea literas ad impe
ratorem Constantinũ ut inter Aphros episcopi
transmarini iudicarẽt,miserunt,datis iudicibus
quos postulauerant,& Romæ iudicãtibus non
obtemperauerũt,episcopos apud imperatorem
tanquam male iudicauerint arguerunt. Ab alijs
rursus episcopis ad Arelatũ missis ad ipsum im
peratorẽ appellauerunt: ab ipso auditi & calum
niatores inuenti,in eodẽ scelere permanserunt.
Euigilate ad salutẽ,amate pacem,redite ad uni
tatem. Hæc uobis quẽadmodũ gesta sunt quan
do uultis omnia recitamus. Ille cõmunicat ma
lis,qui cõsentit factis malorum,non qui tolerat
in agro dominico zizania usque ad messem,uel
paleam

paleam usq; ad ultimam uentilationem. Si ma
los odistis,uos ipsi mutamini ab scelere schisma
tis. Si malorum permixtionem timeretis,Opta
tum inter uos in apertissima iniquitate uiuẽtem
per tot annos non teneretis. Quem cum modo
martyrẽ dicitis,supereſt ut eum propter quem
mortuus est Christum dicatis. Postremo quid
uos offendit orbis Christianus,à quo uos nefa
rio furore præcidistis? Et quid apud uos prome
ruerũt Maximianistæ,quos à uobis damnatos,
& per iudicia publica de basilicis proturbatos,
in suo rursus honore recepistis? Quid uos offen
dit pax Christi,cõtra quam uos diuiditis ab eis
quos infamatis? Et quid uos promeruit pax Do
nati,pro qua suscipitis quos damnatis? Felicia
nus Musticanus modo uobiscum est. Legimus
enim prius in uestro concilio damnatũ,& à uo
bis postea in iudicio proconsulis accusatum,&
in Musticana ciuitate gestis municipalibus op
pugnatũ. Si traditio codicũ scelerata est,quam
deus in regem qui Hieremiæ librum incendit
morte publica uindicauit,quãto sceleratius est
sacrilegiũ schismatis,cuius autores quibus Ma
ximianistas comparastis,aperta terra uiuos ab
sorbuit? Quomodo ergo crimen traditionis no
bis obijcitis quod nõ probatis,& schismaticos
uestros & damnatis & acceptatis? Si propterea
iusti estis,quia persequutionẽ per imperatores
passi estis,iustiores uobis sunt isti Maximiani
stæ,quos per iudices ab imperatoribus catholi
cis missos uos ipsi persequuti estis? Si baptismũ
uos soli habetis,quid apud uos facit baptismus
Maximianistarũ in eis quos baptizauit Felicia
nus damnatus,cum quibus est ad uos postea re
uocatus? Vel uobis laicis adista respõdeant epi
scopi uestri,si nobiscum loqui nolunt,& cogita
te pro salute uestra quale sit hoc ipsum quod no
biscum loqui nolunt. Si lupi cõcilium fecerunt
ut pastoribus non respondeant,quare oues con
ciliũ perdiderũt ut ad luporũ spelũcas accedãt?

Augustinus Crispinum Donatistam urget,præ
positis breuiter aliquot argumentis,ad ea si po
test respondeat per literas. Epistola CLXXII

Via humilitatem nostram uestri re
Q prehendunt,ideo sic epistolam præ
notaui,quod in tuam contumeliã fe
cisse uidear,si non ita mihi abs te ut
rescribatur expecto. De Carthaginensi promis
sione tua uel nostra instantia,quid multa cõme
morem? Quomodolibet ea gesserimus,transie
rint ne quod restat impediant. Nunc excusatio,
nisi fallor,nulla est,adiuuante domino,ambo in
Numidia sumus & nobis loco terrarũ inuicem
propinquamus. Rumor ad me detulit adhuc te
uelle mecum disputando experiri de questione
quæ nostram dirimit communionem. Vide ẽq;
breuiter omnes auferãtur ambages ad hanc epi
stolã respondeas si placet,& fortasse sufficiet,non
solum nobis,sed & eis qui nos audire desiderãt:
aut si non sufficiet,scripta atq; rescripta,donec
sufficiat,repetentur. Quid enim nobis commo
dius poterit exhibere urbiũ quas incolimus tan
ta uicinitas? Ego enim statui nihil de hac re age
re uobiscum nisi per literas,uel ne cui nostrũ de
memoria quod dicitur elabatur,uel ne frauden
tur taliũ studiosi,qui fortè interesse non possunt.
Soletis de præteritis rebus gestis quæ uultis fal
sa iactare,forte non mentiendi studio,sed erro
re. Proinde si placet de præsentibus illa metia
mur. Proculdubio te non fugit prioris populi tẽ
poribus & idololatriæ sacrilegium fuisse com
missum,& à rege contemptore librum prophe
ticum incensum,quo utroq; crimine schismatis
malum nõ puniretur atrocius,nisi grauius pen
deretur. Profectò enim recordaris quemadmo
dum schismatis autores uiuos dehiscẽs terra sor
buerit,& eos qui cõsenserant,cœlo irruẽs ignis
absumpserit. Sic nec fabricatum & adoratum
idolum,nec sacer liber exustus meruit uindica
ri. Cur ergo qui soletis nobis obijcere,non solũ
in nostris non probata,sed potius in uestris pro
bata crimina eorum qui formidine persequutio
nis impulsi dominicos libros cõcremãdos igni
bus tradiderunt: uos eos quos pro scelere schis
matis,plenarij concilij uestri ueridico,sicut ibi
scriptum est,ore damnastis,in eodem ipso epi
scopatu recepistis,in quo damnastis,Felicianũ
dico Musticanum & Prætextatum Assuritanũ.
Neq; enim,sicut ignorantibus dicitis,ex eo nu
mero fuerũt isti quibus uestrum cõcilium diem
prorogauerat & præfixerat,intra quẽ nisi ad ue
stram communionem remeauissent,eadem sen
tentia tenerẽtur: sed de illo numero isti fuerunt,
quos eo die sine dilatione dãnastis,quo illis di
lationem dedistis. Probabo si negaueris. Conci
lium uestrum loquitur, Proconsularia gesta ha
bemus in manibus,quibus id non semel allega
stis. Aliam ergo defensionem para si potes,ne
dum negas quod conuincam,moras faciamus.
Felicianus igitur & Prætextatus si innocentes
erant,quare sic damnati sunt? Si scelerati,quare
sic recepti sunt? Si probaueris innocẽtes,cur nõ
credamus à multo paucioribus maioribus ue
stris falsõ crimine traditionis innocentes potu
isse damnari: si à trecentis decem successoribus
eorum,ubi etiam pro magno scriptũ est,plena
rij cõcilij ore uerídico,in falso crimine schisma
tis innocentes damnari potuerunt? Si autẽ pro
baueris rectè fuisse damnatos,quæ restat defen
sio,cur in eodem episcopatu recepti sint,nisi ut
exaggerans utilitatem salubritatẽq; pacis,osten
das etiam ista pro unitatis uinculo toleranda?
Quod utinam non oris sed cordis uiribus age
res,profectò perspiceres,quàm nullis calũnijs
per orbem terrarum esset uiolanda pax Christi,
si licet in Aphrica etiam in sacrilego schismate
damnatos,in eodem ipso episcopatu recipi pro
pace Donati. Item soletis nobis obijcere quod
uos per potestates terrenas persequamur. Qua
in re non disputo,uel quid uos pro immanitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanti ſacrilegij mereamini, uel quantū nos Chriſtiana temperet māſuetudo: illud dico, ſi hoc crimen eſt, cur eoſdē Maximianiſtas per iudices ab eis imperatoribus miſſos, quos per euangelium genuit noſtra communio, grauiter inſectati de baſilicis quas tenebant, in quibus eos inuenit ipſa conciſio, & controuerſiarum ſtrepitu & iuſſionum potētatu & auxiliorum impetu perturbaſtis: in qua cōflictatione quæ paſſi ſint per loca ſingula recentia rerum ueſtigia conteſtantur, quæ iuſſa ſint chartæ indicāt, quæ facta ſint terræ clamant, in quibus etiam Optati illiius tribuni ueſtri ſancta memoria prædicatur. Item dicere ſoletis quod nos Chriſti baptiſmū non habeamus, & præter ueſtram communionem nuſquam ſit. Poſſem hinc uberius aliquanto diſſere. Sed contra uos iam nihil opus eſt, qui cū Feliciano & Prætextato etiam Maximianiſtarum baptiſmum recepiſtis. Quotquot enim baptizauerunt quando Maximiano cōmunicabāt, cum etiam ipſos nominatim, id eſt Felicianū & Prætextatū de baſilicis eorum, ſicut geſta teſtantur, diuturno conflictu iudiciorum expellere conaremini: quotquot ergo eo tempore baptizauerunt nunc ſecum & uobiſcum habent, nō ſolum per ægritudinum pericula, ſed etiam per ſolennitates paſchales in tot eccleſiis ad ſuas ciuitates pertinentibus, & in ipſis tam magnis ciuitatib⁹ foris in ſcelere ſchiſmatis baptizatos, quorum nulli baptiſma repetitum eſt. Atq; utinam probare poſſetis eos quos foris in ſcelere ſchiſmatis Felicianus & Prætextatus tanquam inaniter baptizauerant, ab eis receptis intus quaſi utiliter denuo baptizatos. Si enim rurſus baptizandi erant iſti, rurſus ordinandi erant illi. Amiſerant enim epiſcopatum recedentes à uobis, ſi extra communionē ueſtram baptizare non poterant. Nam ſi diſcedentes epiſcopatū non amiſerant, baptizare utiq; poterant. Si autem amiſerant, ergo ut eis quod amiſerant redderetur, redeuntes ordinari debebant. Sed noli timere, ſicut certum eſt cum eodē illos epiſcopatu cum quo exierant remeaſſe, ita certū eſt omnes quos in Maximiani ſchiſmate baptizarunt, ſine ulla baptiſmi repetitione ſecum ueſtræ communioni recōciliaſſe. Quibus igitur ſufficimus lachrymis plangere recipi baptiſmum Maximianiſtarum, & exufflari baptiſmum orbis terrarum: Si ue auditos ſiue inauditos, ſiue iuſte ſiue iniuſte, damnaſtis Felicianum, damnaſtis Prætextatū: dic mihi, quem Corinthiorū epiſcopū audiuit, aut damnauit aliquis ueſtrum: quem Galatarū: quem Epheſiorum: quem Coloſſenſiū: Philippenſium: Theſſalonicenſiū: cæterarumq; omnium ciuitatū, de quibus dictum eſt, Adorabūt in conſpectu eius uniuerſæ patriæ gentiū. Ergo iſtorum baptiſmus acceptatur, & illorum exufflatur, qui nec iſtorum eſt nec illorum, ſed illius
Ioā de quo dictum eſt, Hic eſt qui baptizat. Sed nō hinc ago, ad illa quæ præſto ſūt, aduerte, ea quæ

A oculos etiam cæcos feriunt, intuere, damnati habent baptiſmum & inauditi non habent. Nominatim in ſcelere ſchiſmatis expreſſi & eiecti habent, & ignoti longe peregrini nunquam accuſati nunquam iudicati non habent: Qui de præciſa parte Aphricæ rurſus præciſi ſunt habēt, & unde ipſum euāgelium in Aphricam uenit non habent: Quid pluribus onero: Ad iſta reſpōde. Attende ſacrilegium ſchiſmatis ueſtro concilio Maximianiſtis exaggeratum: attēde perſequutiones per iudiciarias poteſtates quas eis irrogaſtis: attende baptiſmū eorum quē cum eis quos damnaſtis recepiſtis, & reſpōde ſi potes, utrum habeatis aliquid unde inijciatis nebulas imperitis: cur ab orbe terrarum longe maiore ſcelere ſchiſmatis ſeparemini, quàm quod in Maximianiſtis uos dānaſſe gloriamini? Pax Chriſti uincat in corde tuo.

B

Expoſtulat cum Criſpino, qui quoſdam mercede attractos rebaptizarat, adiurans illum ut ad obiecta reſpondeat. Epiſtola CLXXIII

D Eum quidē timere debuiſti, ſed quia in rebaptizandis Mappaliēſibus ſicut homo timeri uoluiſti, cur non ualeat iuſſio regalis in prouincia, ſi tantum ualuit iuſſio prouincialis in uilla? Si perſonas compares, tu poſſeſſor, ille imperator. Si loca compares, tu in fundo, ille in regno. Si cauſas compares, ille ut diuiſio reſarciatur, tu ut unitas diuidatur. Sed nos te de homine non terremus. C Nam poſſemus agere ut decem libras auri ſecūdum imperatoria iuſſa pſolueres. An forte propterea non habes unde reddas, quod dare iuſſi ſunt rebaptizatores, dum multū erogas ut emas quos rebaptizes? Sed nos te, ut dixi, de homine nō terremus, Chriſtus te potius terreat. Cui uolo ſcire quid reſpondeas ſi tibi dicat, Criſpine charum fuit precium tuum ad emendum timorem Mappalienſiū, & uilis mors mea ad emendum amorem omniū gentium? Plus ualuit rebaptizandis colonis tuis quod numeratum eſt de ſacculo tuo, q̄ baptizandis populis meis quod manauit de latere meo? Scio te plura audire poſſe, ſi Chriſto aurem præbeas, & ex ipſa tua poſſeſſione admoneri quàm impia contra Chriſtū D loquamini. Si enim humano iure præſumis firme te poſſidere quod emiſti argēto tuo, quanto firmius diuino iure poſſidet Chriſt⁹ quod emit ſanguine ſuo? Et ille quidem inconcuſſe poſſidebit totum, quod emit, de quo dictum eſt, Domi Pſal. 71 nabitur à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terminos orbis terræ. Sed certe quomodo conſidis non te perditurum quod in Aphrica uideris emiſſe, qui Chriſtum dicis toto orbe perdito ad ſolam Aphricam remanſiſſe? Quid multa? Si uoluntate ſua Mappalienſes in tuam cōmunionem tranſierunt, ambos nos audiant, ita ut ſcribantur quæ dicemus, & à nobis ſubſcripta eis Punice interpretentur, & remoto timore dominationis eligāt quod uoluerint. Ex iſs enim quæ dicemus

dicemus apparebit, utrū coacti in falſitate remaneant, an uolentes teneant ueritatē. Si enim hęc non intelligunt, qua temeritate traduxiſti non intelligentes? Si aūt intelligunt, ambos, ut dixi, audiant, & quod uoluerint faciāt. Si quæ etiam plebes à uobis ad nos tranſierunt, quas putas à dominis coactas, hoc & ibi fiat, ambos nos audiant, & eligāt quod placuerit. Si aūt nō uis hoc fieri, cui nō appareat nō uos de ueritate præſumere? Sed cauēda eſt ira dei & hic & in futuro ſeculo. Adiuro te per Chriſtū, ut ad iſta reſpondeas.

A

Auguſtinus Paſcentio comiti hæreſeos Arrianæ, qui in profeſſione fidei eluſerat, ac poſt iactarat Auguſtinū ab ipſo ſeparatum, ſcripto reddit rationem fidei ſuæ, de tribus perſonis & uno deo, deq; uerbo homuſij. Epiſtola CLXXIIII

B

V Olueram quidem petente te atq; inſtāte ut meminiſſe dignaris, imò promerito ætatis ac dignitatis tuæ, iubē te te de fide Chriſtiana, etiā præſens cum præſente, inquantū mihi facultatem dominus largiretur cōferre ſermonem. Sed quia tibi poſt prandium diſplicuit quod inter nos mane placuerat, ut à notarijs uerba noſtra exciperentur, ne ulteriùs dicas quod te audio non tacere, non me fuiſſe auſum tibi dicere fidem meam, his literis accipe, quod & tu legas, & cui uolueris legēdum tradas, & quod uolueris uicißim ſcribēdo
23.q.6 aliquam ipſe reſpōdeas. Iniquū eſt enim ut quiſq; de alio iudicare uelit & iudicari de ſe nolit. Et de præterito quidē placito noſtro quod cōdicto meridia C no implere noluiſti, facile exiſtimari poteſt, qs noſtrum fidei ſuæ fiduciam nō habuerit: utrum qui uolebat ut diceretur, & timebat ne teneretur: an qui uſq; adeo nolebat eam diſceptantiū iudicio ſubtrahi, ut mandata literis uellet etiā legentium memoriæ cōmendari, ne quiſquā uel oblitione opinatus uel diſſenſione irritatus, diceret ab aliquo noſtrum, aut non eſſe dictum quod dictum erat, aut dictum eſſe quod dictū non erat: In his enim ſoleāt latebras ſuæ malæ defenſionis inquirere, qui cōtētionis ſunt cupidiores, q̄ ueritatis. Hoc autē nec à te nec à me, nec de te nec de me dici poſſet, ſi in fide cōdicti permaneres, ut uerba noſtra exciperentur & ſcriberētur, præſertim quia tuipſe in ijs uerbis quibus fidē tuam D pronūciaſti, quoties ea repetiſti, toties uariaſti, quod nulla credo fraude ſed obliuione factum eſſe. Nam primo dixiſti, Credere te in deum patrem omnipotentē, inuiſibilē, ingenitū, incapabilem: & in Ieſum Chriſtū filium eius, dñm, natum ante ſecula, per quem facta ſunt omnia: & in ſpiritū ſanctum. Quibus ego auditis, cum reſpondiſſem, nōdum à te quicquam dictū quod mee fidei repugnaret, & ideo ſi ea ſcripſiſſes, me his etiam poſſe ſubſcribere: ad hoc neſcio quomodo res perducta eſt, ut accepta charta, eaipſa quæ dixeras uelles etiam literis tua manu expri mere. Quod cum mihi ad legendū dediſſes, animaduerti minus te ſcripſiſſe patrē, cum ſcripſiſ

A ſes deum omnipotentē, inuiſibilē, ingenitū, innatum. Quod ubi cōmemorauī non poſt multā allegationē, addidiſti patrem: & incapabilē quidem, quod uerbis dixeras, ſcripto prætermiſeras. Sed nulla hinc à me facta cōmemoratio eſt. Deinde cum dixiſſem me paratū eſſe ſubſcribere, adhuc illa uerba etiam mea eſſe poſſe, prius quæſiui, ne quod in mentem uenerat laberetur, utrum alicubi ſcripturarū diuinarum legeretur pater ingenitus. Hoc autē feci, quia in exordio ſermonis noſtri cum Arrius & Eunomius commemorati eſſent, non à me, ſed à fratre meo Alipio, requirēte quem nam eorum ſequutus eſſet Auxentius, qui abs te fuerat non parua prædicatione laudatus, exclamādo anathematizaſti &
B Arrium & Eunomiū: tum continuo flagitaſti, ut & nos anathematizarem⁹ homuſion, quaſi quiſquā homo eſſet qui hoc uocaretur, ſicut Arrius & Eunomius. Deinde uehementer exigebas, ut hoc uerbum tibi in ſcripturis oſtenderemus, & ſtatim nobis cōmunicares. Reſpōdebatur à nobis, quia nos Latine loqueremur & illud Græcū eſſet, prius quærendum eſſet quid ſit homuſion, & tūc exigendū ut in libris ſanctis oſtēderetur. Tu contra uerbum ipſum crebro repetēs, & inuidioſe uentilans, atq; in concilijs maiorum noſtrorum conſcriptū cōmemorans, uehementer urgebas, ut ipſum omnino uerbum quod eſt homuſion in ſanctis libris oſtēderemus: nobis etiā atq; etiam reuocātibus, quia lingua noſtra Graca non eſſet, prius interpretandū & exponendū eſſe quid ſit homuſion, tum demum in diuinis literis requirēdum: quia etſi fortaſſe nomē ipſum non inueniretur, res tamen ipſa inueniret. Quid eſt enim contentioſius, q̄ ubi de re conſtat, certare de nomine? Hæc ergo quia inter nos iā colloquuti fueramus, poſtea q̄ ad id uentum eſt ut fidem tuam ſicut cōmemorauī ſcriberes, quanquam nihil in eis uerbis uiderē noſtræ fidei eſſe contrarium, & propterea me dicerem paratum eſſe ſubſcribere, quæſiui (ut dixi) utrum ſcriptura dei contineret hoc uerbū, quod pater eſſet ingenitus, & cum ſcriptū eſſe reſpondiſſes, inſtantius quærebam ut oſtenderes. Tunc unus ex ijs qui aderant, quantū intelligi datur fidei tuæ ſocius, ait mihi, Quid ergo? Tu patrem genitū dicis? Reſpōdi, Non dico. Et ille, Si ergo genitus nō eſt, inquit, utiq; ingenitus eſt. Cui ego uides, inquā, poſſe fieri ut etiam de uerbo quod in ſcriptura dei non eſt, reddatur tamen ratio unde recte dici oſtendatur. Sic ergo & homuſion quod in autoritate diuinorū librorū cogebamur oſtēdere, etiam ſi uocabulum ipſum ibi non inuenia mus, fieri poſſe ut illud inueniamus, cui hoc uocabulum recte adhibitum iudicetur. Quibus dictis quid hinc tibi uideretur attēdi ut audirem: & aiſti, Recte factum eſſe ut ingenitus pater in ſcripturis ſanctis nō diceretur, ne illi uel tali uerbo fieret iniuria: Ergo, inquā, modo facta eſt iniuria deo, & hoc manu tua? Quo audito fateri iā

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœpisti,nec te hoc dicere debuisse.Sed cum ad/
monerem ut si tibi tale uideretur hoc uerbum ut
ad dei pertineret iniuriã,deleres illud inde ubi
scripseras,considerasti credo posse id recte dici,
& posse defendi:& rursus aisti,prorsus ego hoc
dico.Tum ego illud quod iamiam dixeram re/
petiui,ita fieri posse,ut etiã homusion neq; scri/
ptum in sanctis paginis inueniatur,& tamen di
cum in assertiõe fidei defendatur,sicut patrem
in illis libris nusquam ingenitum legimus,& ta
men dicẽdum esse defenditur.Tunc à me char/
tam quã dederas abstulisti & conscidisti,& con
stituimus postmeridianum tempus,ut adessent
notarij ad excipiẽda uerba nostra,atq; inter nos
ista quantum possemus diligẽtius tractaremus.
Venimus ut nosti ad horam condictã,notarios
adduximus,& ut tui adessent cõcedimus.Dixi/
sti rursus fidem tuam,atq; in uerbis tuis non au
diui ingenitũ patrem,Credo quòd cogitaueris
quid inde mane dictum fuerit,& præcauere uo
lueris.Deinde poposcisti ut ego etiam dicerem
fidem meam.Vbi cum postulassem commemo
rans antemeridianũ placitũ nostrum,ut ea quæ
dixeras dictare potius dignareris,tũc exclama/
sti calumniam parare nos tibi,& ideo uerba tua
conscripta uelle retinere.Ibi quid responderim
recordari non libet,atq; utinam nec tu memine
ris.Seruaui tamen debitam honorificentiã ho/
nori tuo,nec maledictum deputaui,quod non à
ueritate,sed à potestate audire meruissem.Ta/
men quia uel ipsa uerba repetiui ut pressa uoce
dicerem,ita ne calumniam paramus nos tibi:ut
ignoscas peto.Sed tu his auditis rursus fidẽ tuã
sono clariore repetisti,atq; in uerbis tuis non au
diui deum filium,quod nunquã quoties eam di
xisti tacueras.Hic ego tam modeste ut nusquã
pulsarem,ut de excipiẽdis uerbis nostris,quod
inter nos placuerat impleretur, etiã ipsam utili/
tatem de præsenti experimẽto suggessi,dicens,
teipsum non potuisse in memoria uerba tua tibi
usitatissima retinere,quando nũquam ea repete
re ualuisse uidebamus,cum nõ aliquid maxime
necessariũ parares:quantominus posse illos qui
nos audirẽt ita nostrorum meminisse uerborũ,
ut si quid fortè uel tu de meis uel ego de tuis uer
bis uellem retractare atq; discutere,ualerent seu
dictum seu nõ dictum liquido recordari,in qua
nobis difficultate facile notariorũ recitatio sub/
ueniret.Tunc indignanter dixisti,melius fuisse
ut meam famam semper audires,eo quod lõge
inferiorẽ me expertus esses,q̃ tibi illa iactasset.
Tunc ego cõmemorauí,cum te ante prandium
salutaremus,& eam famam nobis prædicasses,
hoc me dixisse,quod de me illa mentita sit.Hic
sanè aisti uerũ me dixisse.Proinde cum duo tibi
de me diuersa loquuti sint,aliud fama mea,& a/
liud ego,magis utiq; gaudere debeo,me potius
q̃ illam repertũ esse ueracem.Sed quia scriptũ
est,Solus deus uerax,omnis autem homo men/
dax:uereor ne hoc quoq; de me temere dixe/

A rim.Neq; enim in nobis ipsis uel per nos ipsos
ueraces sumus cum sumus,sed cum ille in seruis
suis loquitur qui solus est uerax.Hæc si ut narra
ui gesta esse recolis,uides q̃ non debeas iactare
apud homines,quod non ausus sim tibi asserere
fidem meam,quandoquidem in fide nostri pla/
citi stare noluisti:& uir tãtus qui pro fide quam
reipublicæ debes,non times maledicta prouin
cialium,pro fide quam Christo debes,times ca
lumnias episcoporũ.Deinde cum disputationi
nostræ etiam honoratos uiros interesse cupiue/
ris,miror quomodo in ipsa deuitatione calũnię
uerba tua times à notarijs cõscribi,& ex ore tuo
à clarissimis testibus non times audiri.Nónne
consideras difficile esse ut homines suspicẽtur,
B te à nobis ullam formidasse calumniã ut uerba
tua excipi nolles.sed cum cogitasses retẽtum te
fuisse in uerbo ante prandium manu tua cõscri/
pto,simul etiam cogitasse nõ tam facile te nota/
riorũ tabulas delere potuisse,q̃ facile illã char/
tulam conscidisti?Si autem dicis non illa ita ge
sta esse ut à me narrata sunt,aut tu obliuione fal/
leris,non enim audeo dicere mentiris,aut ego
uel similiter fallor uel mentior.Vides ergo q̃ re
cte dicam ea quæ de his maxime rebus gerũtur
excipi atq; cõscribi oportere,& quàm tibi quo/
q; hoc ipsum recte placuerat,nisi postmeridian⁹
timor antemeridianũ placitum frangeret. Au/ Fides Au
di ergo iam fidem meam,potens est misericor/ gustini.
dia domini dei nostri,quæ præstet me quod cre
didi sic loqui,ut nec eius offendam ueritatẽ,nec
C humanitatem tuam.In omnipotentẽ deum pa/
trem me credere profiteor,eũq; æternũ ea æter/
nitate,hoc est immortalitate,dico,quam solus
deus habet:hoc & de filio eius unigenito credo
in forma dei,hoc & de spiritu sancto qui spiri/
tus est dei patris & filij eius unigeniti.Sed quia
ipse dei patris unigenitus filius,domin⁹ et deus
noster Iesus Christus,postea q̃ uenit plenitudo
temporis opportuni,ad diem salutis nostræ,for Gal.4
mam serui accepit,multa de illo in scripturis se/
cundũ formã dei dicũtur,multa secundũ formã
serui.Quorum exempli gratia,duo quædã com
memoro,ut singula ad singula referãtur.Secun/ Io.10
dum formam dei de seipso dixit, Ego & pater Io.14.
D unum sumus.Secũdum formã serui,Quoniam 1 Tim.6
pater maior me est,Quod autem de deo scriptũ 1 Tim.1
est:Qui solus habet immortalitatẽ:&,Inuisibili
soli deo honor & gloria,& cætera huiusmodi,
non de patre tantum accipimus,sed etiam de fi/
lio,quod ad formam dei attinet,et de spiritu san
cto.Pater enim & filius & spiritus sanctus unus
deus est,& solus uerus deus,& solus immorta/
lis secundum incõmutabilem omnino substan/
tiam.Si enim de carne diuersi sexus dictum est,
Qui adhæret meretrici,unum corpus est:& de
spiritu hominis qui non est quod dominus con 1 Cor.6
sequenter scriptũ est,Qui aũt adhæret domino
unus spirit⁹ est:quãtomagis deus pater in filio,
& deus filius in patre,& deus spiritus patris &
filij

6 de trinitate cap.3 filij unus deus est,ubi nulla est diuersa natura,
cum pro diuersis modo quodam sibi cohærenti
bus dicatur uel spiritus unus uel corpus unum?
Et cum pro anima & corpore sibi cohærentibus
dicatur,unus homo,cur non multo magis de pa
tre & filio sibi cohærentibus dicatur unus deus,
cum sibimet inseparabiliter cohæreant quomo
do non corpus & anima?Et cum corpus & ani/
ma sit unus homo,quãuis corpus & anima non
sint unum,cur nõ multo magis sit pater & filius
unus deus,cum pater & filius unum sint,secun/
dum illam ueritatis uocem,Ego & pater unum
sumus?Item cum homo interior & homo exte/
rior non sint unum,neq; enim eiusdẽ naturæ est
exterior cuius interior,quia exterior cum nũcu
pato corpore dicitur homo,interior autẽ in sola
rationali anima intelligitur,utrũq; tamen simul
non homines duo,sed unus dicitur:quantoma/
gis pater & filius unus deus est,cum pater & fi/
lius unum sint,quia eiusdem naturæ uel substan
tiæ sunt,uel si quo alio uocabulo congruẽtius di
citur id quod deus est,unde dictũ est,Ego & pa/
ter unum sumus.Itaq; unus spiritus domini &
unus spiritus hominis & non sunt unum,& ta/
men ille cum cohæret domino non sunt duo,sed
unus spiritus:Et unus homo interior et unus ho
mo exterior non sunt unum,& tamen eius con/
nexione uinculi naturalis simul utrũq; nõ duo,
sed unus homo.Multo magis igitur cum filius
dei dicat,Ego & pater unũ sumus,unus est deus
pater,& unus est deus filius,& tamẽ simul utrũ
que non duo sed unus deus.Quod enim fecit in
multis sanctis in adoptionẽ filiorum uocatis co
hæredibus Christi,una fides & una spes & una
charitas,ut esset eis una anima & cor unum in
deum:hoc præcipue cogit intelligi una eadẽq;
patris & filij natura,si ita dicendum est deitatis,
ut pater & filius qui unum sunt & inseparabili/
ter unum sunt,& sempiterne unum sunt,nõ sint
duo dij sed unus deus.Illi enim homines per cõ
sortium & communionẽ unius eiusdemq; natu/
ræ,qua omnes homines erant,unum erant.Et si
aliquando secundum diuersitates uolũtatum &
sententiarum,opinionum morumq; dissimilitu
dines non erant unum,erunt autem plene perfe
cteq; unum,cum peruẽtum fuerit ad eum finem
ut sit deus omnia in omnibus. Deus autem pa/
ter & filius eius,uerbum eius deus apud deum
semper atq; ineffabiliter unũ sunt,unde magis,
non duo dij,sed unus deus.Homines autem mi/
nus intelligẽtes,quid propter quid dicatur,po/
tentes uolunt habere sentẽtias:et scripturis non
diligenter scrutatis,cum arripiunt defensionem
cuiusq; opinionis,& ab ea uel nunquã uel diffi/
cile deflectũtur,dum docti atq; sapientes magis
putari q̃ esse cõcupiscũt,ea quæ propter formã
serui dicta sunt,uolũt trãsferre ad formã dei.Et
rursus quæ dicta sunt ut ad seinuicẽ personæ re/
ferãtur,uolũt nomina esse naturæ atq; substãtię.
Fides aũt nostra est,patrẽ & filiũ & spiritũ san/

A ctum unũ deũ credere & cõfiteri.nec tamẽ eum
qui filij⁹ est patrẽ dicere,nec eũ q̃ patrem est filiũ,
nec eũ q̃ spiritus patris & filij est aut patrẽ aut fi
liũ nũcupare.His em̃ appellatiõibus,hoc signi/ 5 de trinitate
ficatur,quod ad seinuicem referuntur,non ipsa cap.11
substantia,qua unum sunt.Nam et pater cum di
citur,non nisi alicuius filij dicitur,& filius non
nisi alicuius patris intelligitur,& spiritus secun/
dum id quod ad aliquid refertur,spirantis alicu
ius est;& spirans utiq; spiritu spirãs est.Non au/
tem ista corporaliter sentiuntur,nec usitato mo
do intelliguntur in deo.Qui potens est facere, Eph.3
sicut dicit Apostolus,supra quam petimus & in
telligimus.Si autem facere,quanto magis esse?
Nam hoc nomen quod spiritus dicitur,non se/
cundum id quod refertur ad aliquid,sed secun/
B dum id quod ad aliqua natura significatur,omnis 14. de trinita
incorporea natura spiritus in scripturis appella te,cap.16
tur,unde non tantum patri & filio & spiritui san
cto,sed omni rationali creaturæ & animæ hoc
uocabulum cõgruit. Vnde dominus dicit,Spi/ Io.4.
ritus est deus:& ideo qui adorant deum,in spi/
ritu & ueritate oportet adorare.Scriptũ est etiã,
Qui facit angelos suos spiritus.Dictũ est & de Psal.103
hominibus quibusdam:Quoniam caro sunt & Psal.77
spiritus ambulans,& non reuertens.Et Aposto
lus ait:Nemo scit qd agatur in homine nisi spi/ 1 Cor.14.
ritus hominis qui in ipso est.Item scriptum est:
Quid scit spiritus filiorum hominum si ascẽdat Eccls.3
ipse sursum,& spiritus pecoris si descendat ipse
deorsum in terram?Dicitur etiã spiritus in scri/
pturis secundum quandam distinctionẽ in ipsa
una unius hominis anima. Vnde Apostolus di
cit, Vt integer spiritus uester & anima & cor/ 1 Thes.5
pus in diem domini nostri Iesu Christi seruetur.
Item in alio loco,Si orauero lingua spirit⁹ meus 1 Cor.14.
orat,mens autem mea infructuosa est. Quid er/
go est?Orabo spiritu,orabo & mente. Proprio
autem modo quodam dicitur spiritus sanctus,
secũdum quod refertur ad patrem & filiũ quod
eorum spiritus sanctus sit.Nam secundum sub/
stãtiam,quoniam semel dictum est:Spiritus est
deus,& pater spiritus est,& filius,& ipse spiri/
tus sanctus,nec tamen tres spiritus,sed unus spi/
ritus,sicut non tres dij sed unus deus.Quid mi/
C raris?Tantum ualet pax,non qualiscunq; ut so/
let intelligi,nec talis qualis laudatur in hac uita
per concordiam charitatemq; fidelium,sed illa
pax dei,quæ sicut dicit Apostolus,supergredi/ Philip.4.
tur omnem intellectum.Quem?nisi nostrum,id
est omnis rationalis creaturæ?Quapropter con
siderantes infirmitatem nostram,& audientes
Apostolum confitentem,& dicentem:Fratres Philip.3
ego me non arbitror apprehẽdisse.&,Qui se pu
tat aliquid scire,nondũ scit quemadmodũ opor 1 Cor.8
teat eum scire,cũ diuinis scripturis quantũ pos/
sumus colloquamur sine cõtentione pacati,non
inani ac puerili animositate studẽtes alterutrum
uincere,ut pax Christi potiũ uincat in cordibus
nostris,quantum eam nobis & in hac uita perci

Universidad de Deusto
Biblioteca

pere posse donauit:ut cogitantes quid eadē pax A
inter fratres egerit,quorū ex tam multis animis
& multis cordibus fecit animā unā & cor unū
in deum,debita pietate credamus,multo maxi/
me in illa pace dei quæ superat omnem intelle/
ctum,& patrem & filium & spiritū sanctū non
esse tres deos,sed unum deum,tanto excellētius
quàm istorum erat anima & cor unum,quanto
illa pax quæ superat omnem intellectum excel/
lentior est ista pace quam tenebat omniū illorū
cor unum & una anima in deum. Filium aūt ho
minis eundem dicimus quem filium dei,non ta
men propter formam dei in qua est æqualis deo
patri,sed propter acceptā formam serui qua ma
ior est pater. Et quia eundem filium hominis di
cimus,propter hoc & filium dei crucifixum fa/ B
temur,non ex uirtute diuinitatis,sed ex infirmi
Alias † per/ tate humanitatis:nō ex suæ naturæ † permixtio/
mansione ne,sed ex nostræ susceptione. Iam nunc paulu/
lum intuere quæ scripturarū eloquia nos cogāt
unum dominum deum confiteri,siue tantum de
patre,siue tantum de filio,siue tantum de spiritu
sancto,siue simul de patre & filio & spiritu san/
Deut.6 cto interrogemur. Certe scriptū est: Audi Israel
dominus deus tuus deus unus est. De quo dictū
putas? Si tātum de patre,non est dominus deus
noster Iesus Christus. Et ubi est uox illa tangen/
Io.20 tis & clamantis,Dominus meus & deus meus:
quam Christus ipse non reprehendit,sed appro
bauit, dicēs: Quia uidisti me,credidisti? Porrò
si & filius dominus deus est,& pater dominus C
deus est,& ambo iā duo domini & duo dij,quo
modo erit uerū,Dominus deus tuus,deus unus
est? An forte pater est unus dominus,filius autē
non unus dominus,sed tantum dominus,sicut
sunt dij multi & domini multi,nō sicut ille unus,
de quo scriptū est,Dominus unus est? Quid er/
1 Cor.8 go respondebimus Apostolo dicenti,Nam etsi
sunt qui dicūtur dij siue in cœlo siue in terra,si/
cuti sunt dij multi et domini multi,nobis tamen
unus deus pater ex quo omnia,& nos in ipso,et
unus dominus noster Iesus Christus,per quem
omnia,& nos per ipsum? Porrò si quod de uno
deo patre dicitur,cogit inde filium separare,di/
cant qui audent,non posse iam intelligi domi/
num patrem,quia unus,inquit,dominus noster D
Iesus Christus. Nā si unus,utiq; solus. Si solus,
quomodo & pater:nisi qa & ipse & pater,unus
deus & solus deus,non separato spiritu sancto.
Vnus ergo deus pater,& cum illo filius unus
deus,quamuis non cum illo unus pater. Itemq;
unus dominus Iesus Christus,& cum illo unus
dominus pater,quāuis non cum illo unus Iesus
Christus,tanq; & pater sit Iesus Christus. Hoc
enim nomen ex dispensatione misericordiæ su/
sceptæq; humanitatis assumptum est. An forte
quod ait Apostolus, Vnus dominꝰ noster Iesus
Christus,per quem omnia:non uultis adiungi
quod dictū est Vnus,ad id quod est Dominus,
sed ad id quod ait Per quem omnia,ut nō unus

dominus,sed unus per quē omnia intelligatur,
ut non sit pater per quem omnia,sed pater solus
ex quo omnia,& filius solus per quem omnia?
Si ita est,iam tādem fatemini unum dominum
& deum nostrū esse patrē & filium. Quis enim Rom.11
cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius
eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur
ei? Quoniā ex ipso & per ipsum & in ipso sunt
omnia,ipsi gloria. Neque enim dixit,Ex patre
omnia,& per filium omnia,sed ex ipso & per
ipsum & in ipso:quo? nisi domino,de quo ait,
Quis enim cognouit sensum domini? Ex domi/
no ergo & per dominum & in domino omnia,
non alio illo & alio isto,sed uno domino:quia
non dixit Ipsis gloria,sed Ipsi gloria. Quod si
quisquā dicit,id quod ait Apostolus, Vnus do/
minus Iesus Christus per quem omnia,non in/
telligi unus dominus,nec unus per quē omnia,
sed unus Iesus Christus,qui unus Iesus Christus
etiam dominus dicitur,non tamen ut unus do/
minus sit,sed ut unus Iesus Christus:quid dictu
rus est cum audierit eundem Apostolū claman Eph.4
tem,Vnus dominus,una fides,unū baptisma,
unus deus & pater omnium? Cum enim deum
patrem hic commemoraret,ubi ait, Vnus deus
& pater omniū:proculdubio id quod ibi dixit,
Vnus dominus,quem nisi Iesum Christum uo/
luit intelligi? Si ergo eis placet,desinat esse do/
minꝰ pater,quia unus est & dominꝰ Iesus Chri/
stus. Quod si absurdum & impium est opinari,
discamus intelligere unitatē patris & filij & spi
ritus sancti,ut quod de uno solo deo dictum fue
rit,non cōtinuo prohibeamur de filio uel de spi
ritu sancto intelligere:quia pater quidē non est
filius,& filius nō est pater,& spirituꝰ utriusq; nō
est pater aut filius,sed tamē & pater & filius &
spiritus sanctus,unus solus est uerus dūs deus.
Neq; enim spiritus sanctus si aut deus aut uerus
deus non esset,tēplū eius essent corpora nostra, 1 Cor.6
Nescitis,inquit,quia corpora uestra tēplum in
uobis est spiritus sancti quem habetis à deo? Et
ne quisquā ipsum spiritū negaret deū,continuo
sequutus ait,Et nō estis uestri,Empti enim estis
precio magno,Glorificate ergo & portate deū
in corpore uestro,eum scilicet cuius templū cor
pora nostra esse prædixerat. Iā hoc mirabile est;
si uerum est quod uos audio dicere,ita esse spiri
tum sanctū minorem filio,sicut patre minor est
filius. Cum enim corpora nostra membra sint
Christi,sicut dicit Apostolus:itēq; corpora no/
stra templum sint spiritus sancti,sicut idem ipse
dicit Apostolus,nimium miror,quomodo sint
mēbra maioris,templū minoris. An forte iam
placet dicere spiritū sanctum domino Iesu Chri
sto esse maiorem? Videtur enim suffragari huic Matth.
opinioni etiam illa sententia. Quoniam qui di/
xerit uerbum aduersum filium hominis,remi/
tetur ei,Qui aūt dixerit aduersus spiritū sanctū,
nō remittet ei neq; in hoc seculo neq; in futuro.
Periculosius enim peccat in maiorem q̄ in mi/
norem

De uerbis do/ minifer.11 norem. Nec separari fas est filium hominis à fi/ A
lio dei,quia ipse filius dei factus est filius homi/
nis,non mutādo quod erat,sed assumēdo quod
non erat. Sed absit etiam talis impietas ut spiri/
tus sanctus maior filio esse credatur. Non ergo
facile in peruersum moueant quæ ita dicuntur,
quasi ostendāt alterū altero esse maiorem. Nam
quædam etiam sic dicuntur,ut hominibus parū
intelligentibus & ipse filius maior patre uidea/
tur. Quis enim cum fuerit interrogatus,quid sit
maius,uerum an ueritas,non potius respondeat
ueritatem esse maiorem? Ab illa enim uera sunt
quæcunq; uera sunt. Non autem ita est in Deo.
Nam filium maiorem patre utiq; non dicimus,
Io.14 & tamen filius dicitur esse ueritas: Ego sum,in/
quit,uia,ueritas & uita. De patre autem tantum B
modo uos uultis intelligi quod ait, Vt cogno/
Io.17 scant te unum uerū deum & quem misisti Iesum
Christū: ubi nos subaudimus,etiam Iesum Chri
stum uerū deū: ut hæc sit sententia, Te & quem
misisti Iesum Christū cognoscant unum uerum
deum:ne illa consequatur absurditas,ut si pro/
pterea non est uerus deus Iesus Christus,quia di
cium est patri, Te unum uerum deum:propter/
ea non sit dominus,pater,quia dictū est de Chri
sto,unus dominus. Verūtamen secundū prauū
intellectum uel potius errorē,maior est deus ue/
ritas quàm deus uerus,quia uerus à ueritate est.
Maior ergo patre filius,quia iste est ueritas,ille
uerus. Hanc peruersitatē pellit ex animo,qui di
cerit patrem uerum deum esse gignendo ueri C
tatem non participādo. Non est autem alia sub/
stantia ueri gignentis,& alia genitæ ueritatis.
Sed cum ad hæc contēplanda infirmus sit ocu/
lus cordis humani,accedit ut de contētione etiā
turbulentus sit. Et quando ista conspicietur? Dicit
scriptura,Filium dei dominū & saluatorem no/
strum Iesum Christum,uerbum dei esse & ueri/
tatem & sapientiā: & homines eum ante incar/
nationem quam de Maria uirgine accepit,sine
ulla omnino susceptiōe corporeæ creaturæ,per
ipsam naturam & substātiam suam qua uerbum
dei est & sapientia dei,uisibilem & corruptibilē
dicunt,dum sibi uolunt cōstare quod sentiunt,
de patre tantummodo esse dictum,inuisibili in/
corruptibili soli deo. Rogo te,uerbum hominis D
Sap.8 non est uisibile nedum uerbum dei. Iam uero sa/
pientia illa,de qua dictū est: Attingit ubiq; pro/
pter suam mūdiciam,& nihil inquinatū in eam
incurrit,& in seipsa manens innouat omnia,&
si qua similia quæ numerari non possunt: si cor/
ruptibilis est,nescio quid dicam,nisi ut doleam
Sap.7 præsumptionem humanam,& mirer patiētiam
diuinam. Cum uero de illa dictum sit, Cādor est
enim lucis æternæ: nec uestri,ut arbitror,iam di
cunt lucem patris,quæ quid est nisi eius substan
tia,fuisse aliquando sine candore à se genito,si/
cut ista in diuinis & spiritalibus & incorporeis
& incommutabilibus credi & utcunq; intelligi
possunt. Audio enim iam eos emendasse,an for

te falsum est hoc eos aliquādo dixisse,quod fue
rit aliquando pater sine filio,tanquam fuerit lux
æterna sine cādore quem genuit. Quid ergo di/
cemus? Si natus est filius dei de patre,iam pater
destitit gignere? & si destitit,cœpit. Si autē cœ/
pit gignere,fuit aliquādo sine filio:sed nūquam
fuit sine filio,quia filius eius sapientia eius est;
quæ cādor est lucis æternæ. Ergo semper gignit
pater & semper nascitur filius. Hic rursus timen
dum est,ne putetur imperfecta generatio,si nō
dicimus natum esse,sed nasci. Compatere me/
cum obsecro in his angustijs humanæ cogita/
tionis & linguæ,& pariter confugiamus ad spi/
ritum dei per prophetam dicentem,Generatio
nem eius quis enarrabit? Hoc unū peto interim
ut diligenter exquiras,utrum alicubi diuina scri
ptura de diuersis substātijs dixerit,quod unum
sint. Si enim non inuenitur dictum,nisi de ijs re/
bus quas constat esse unius eiusdemq; substan/
tię,quid opus est ut rebellemus aduersus ueram
& catholicam fidem? Si autem inueneris alicu/
bi hoc scriptum,etiam de diuersis substātijs,tūc
aliud cogar inquirere,unde ostendam recte ho/
musion dictum patrem & filium. Nam si illi qui
scripturas nostras,aut nesciunt,aut non laborio
se scrutantur,& tamen filium eiusdem substātiæ
& æqualem patri credunt,dicāt eis qui hoc no/
lūt credere,cum tamen deum patrem filium ha/
bere unigenitum credāt,noluit deus habere æ/
qualem filium,aut nō potuit? Si noluit inuidus
est: si non potuit,infirmus est: utrumuis autem
horum de deo sentire sacrilegū est: nescio utrū
possint inuenire quid dicant si nolint res absur/
dissimas & stultissimas dicere. Ecce quaritū po/
tui exposui tibi fidem meam: et plura quidē dici
possunt & diligentius disputari. Sed uereor ne
ista ipsa quæ dixi oneri sint occupatiōibus tuis;
tamen ea non solum dictata conscribi uolui,sed
etiam manu mea subscribēda curaui,quod qui/
dem & antea uoluerā,si quod inter nos placue/
rat seruaretur. Sed modo certe puto iam nō à te
debere dici,timuisse me tibi dicere fidem meā,
quādo non solum dixi,sed scriptam subscripsi;
ne me quisquam dicat aut dixisse quod nō dixi,
aut non dixisse quod dixi. Hoc fac & tu,si iudi/
ces quæris,non qui in ore tuo reuereātur perso/ D
nam tuam,sed qui in literis tuis exerant liberta/
tem suam. Si enim calumniā times,quod nullo
modo auderem dicere,nisi hoc ipse dixisses,li/
cet tibi non subscribere. Nam & ego propterea
nolui nomen tuum scribi in his meis literis,ne
hoc forte noluisses. Facile est ut quisq; Augusti
num uincat,uideris utrum ueritate an clamore.
Non est meū dicere,nisi quia facile est ut quisq;
Augustinū uincat,quātomagis ut uicisse uidea/
tur. Aut & si non uideatur,uicisse dicatur facile
est. Hoc nolo magnū putes,nolo pro magno ap
petas. Nam cū aduerterint homines in hac re tā
ingētem famem cordis tui,multi gaudebunt se
inuenisse occasionē,ut ad pauca euge euge tam

poten

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentem uirum faciant amicum. Nolo dicere A
quia si non faueant, uel si contrariam sentẽtiam
proferant, etiam formidare poterũt inimicum,
inepte quidem & stulte, sed tamen pleriq; homi
nes ita sunt. Noli ergo attendere quomodo uin
catur Augustinus, qualiscũq; unus homũ, sed at
tende potius utrum uinci possit homusion, nõn
ipsum uerbum Græcum, quod facile est nõ in
telligentibus irridere, sed illud quod scriptũ est,
Io.10 Ego & pater unum sumus: &, Pater sancte, ser
ua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint
Io.17 unum sicut & nos. Item paulopost, Non pro his
autem rogo tãtum, inquit, sed & pro eis qui cre
dituri sunt per uerbum eorum in me, ut omnes
unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut &
ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat quia B
tu me misisti, & ego claritatem quam dedisti mi
hi dedi illis, ut sint unum sicut & nos unum su
mus: ego in eis, & tu in me, ut sint cõsummati in
unum. Vide quoties dixit, Sint unum sicut &
nos unum sumus: nusquam tamen dixit, Ipsi &
nos simus unũ, sed Sicut ego & tu sumus unum,
G de trinitate cap.3 sic & ipsi in nobis sint unum. Quia sicut illi erãt
unius eiusdemq; substantiæ, quos etiã unius par
ticipes uitæ æternæ facere uolebat: ita de patre
& filio propterea dictũ est, Vnum sumus, quia
unius sunt, eiusdemq; substantiæ, & non partici
pes uitæ æternæ, sed ipsa principaliter uita æter
na. Et poterat dicere secũdum formam serui: &
ipsi unum sumus, aut unũ simus: nec tamen hoc
dixit, quia unam substantiam patris & suam, & C
unam illorum uolebat ostendere. Si autẽ dixis
set, Vt tu & ipsi unũ sitis, sicut ego & tu unum
sumus: aut, Vt tu & ego & ipsi unum simus, si
cut ego & tu unum sumus, nemo nostrum recu
saret posse dici unum sunt, etiam diuersas substã
tias. Nunc aũt uides quàm non ita sit, quia non
ita dixit, & sæpe dicendo uehementer commen
dauit quod dixit. Inuenis ergo in scripturis ali
quid unum de diuersis naturis, sicut suprà osten
dimus, sed additur uel subauditur, quid unum:
sicut ex anima & corpore dicimus unum ani
mal & una persona & unus homo uel est uel sũt.
Sine aliqua uero adiunctione dici unum sunt, si
inueneris in scripturis, nisi de ijs quę unius sub
stantiæ sunt, iustissime flagitabis ut aliud profe D
ramus unde homusion demõstremus. Sũt enim
& alia multa, sed interim de hoc uno cogita de
posito studio contẽtionis, ut habeas propitium
deum. Nõ enim bonum hominis est hominem
uincere, sed bonũ est homini ut eum ueritas uin
cat uolentem, quia malum est homini ut eum ue
ritas uincat inuitũ. Nam ipsa uincat necesse est,
siue negantẽ siue confitentẽ. Da ueniam si quid
liberius dixi, non ad contumeliam tuam, sed ad
defensionem meam. Præsumpsi enim de grauí
tate & prudẽtia tua, qa potes cõsiderare, quantã
mihi respõdendi necessitatem imposueris: aut si
hoc non recte feci, & huic da ueniam. Huic scri
pturæ à me dictatæ & relectæ ego Augustinus
subscripsi.

Augustinus Pascentio, de eadem re urgens ut explanet fidem suam. Epistola CLXXV

I dicis te mihi dixisse fidem tuam, &
S me tibi noluisse dicere fidem meam,
quod te audio non tacere, recordare
obsecro quàm utrunq; sit falsum. Nã
nec tu mihi uoluisti dicere fidẽ tuam, & ego tibi
fidem meam non dicere nolui, sed ita dicere uo
lui ut nemo posset dicere, aut dixisse me aliquid
quod non dixerim, aut non dixisse quod dixe
rim: diceres autem mihi fidem tuam, si hoc dice
res unde dissentis à nobis. Si diceres, Credo in
deum patrem qui filium fecit primam creaturã
ante omnes cæteras creaturas, & in ipsum filiũ,
nec æqualem patri, nec similem nec uerũ deum,
& in spiritum sanctum factum per filium post fi
liũ: hæc enim uos audio dicere. Aut si forte fal
sum est quod ista dicatis, hoc potius abs te uolo
scire. Si autem uerum est quòd ista dicitis, uolo
scire quemadmodũ ea de scripturis sanctis de
fendatis. Nunc autem dixisti, Credere te in deũ
patrem omnipotẽtem, inuisibilem, immortalẽ,
nõ ab aliquo genitum, & ex quo sunt omnia. Et
in filium eius Iesum Christum, dñm natũ ante
secula, per quem facta sunt omnia. Et in spiritũ
sanctum. Hæc fides non est tua, sed utriusq; no
strum: quemadmodũ si adiungeres quòd eun
dem filium dei Iesum Christũ etiã Maria uirgo
peperit, quod pariter credimus, & si qua alia cõ
muniter cõfitemur. Si uoluisses ergo tuam dice
re, non istam diceres quæ communis est nobis,
sed illam potius in qua dissentimus à uobis: hęc
& præsens dicerem, si quemadmodũ placuerat
uerba nostra exciperentur. Sed quia hoc noluí
sti, dicens te à nobis timere calũniã, & à placito
cui mane consenseras, post prandiũ recessisti, ut
quid dicerem, quemadmodũ uelles me dixisse
narrares, & ego non haberem unde ostẽderem
quid uel quẽadmodũ dixerim: noli ergo ulterius
iactare quod tu fidem tuã dixeris, & ego meam
non dixerim: quia sunt homines qui cõsiderent
me potius habuisse fiduciã fideí meæ, qui eã scri
bi uoluerim: te aũt nõ habuisse, dum quasi calũ
niã pertimescis. Paratus ergo eras negare si tibi
obiceretur quod cõtra fidem meã aliquid dixe
ris. Vide ergo qd de te ipse sentiri feceris. Qd
si obiectũ non eras negaturus, cur dictum scribi
noluisti, præsertim cũ magnopere uoluisses etiã
honoratos uiros nostro interesse sermoni? Cur
ergo uolens calũniam deuitare notariorum sty
lum timebas, & clarissimorũ testimoniũ non ti
mebas? Si aũt sic uis ut etiam ego dicam fidem
meam, quomodo te dicis dixisse tuã, ego etiam
breuius possum dicere, Credere me in patrẽ &
filium & spiritũ sanctum. Si autem propriũ ali
quid unde dissentis à me uis audire, Credo in
patrem & filium & spiritũ sanctum, nec filium
dicens patrem, nec patrẽ filium, nec utriusq; spi
ritum sanctũ uel patrem uel filium, & tamen pa
trem deum, & filium deum, & spiritũ sanctum
deum

deum solum ęternum & immortalẽ propria sua A
substantia, sicut deus solus & ęternus & immor
talis est, ea diuinitate quæ est ante secula. Hoc si
tibi displicet, & placet à me audire quemadmo
dum de scripturis sanctis asseratur, lege etiam il
lud quod prolixius conscriptũ misi benignitati
tuæ. Si aũt illud tibi non uacat legere, nec mihi
uacat frustra uerba iactare. Possum tamen quan
tum dominus dederit facultatis uel dictanti tibi
uel scribenti, ego quoq; uel dictãdo uel scriben
do ad quod uolueris respõdere. Huic scripturę à
me dictatæ & relectę ego Augustin⁹ subscripsi.

Pascentius Augustinũ contumelioſe compellat, urgẽs ut proferat quis è trib. personis, sit unus deus, ad conflictum sub arbitris prouocans. CLXXVI

Ptaueram te frater dilectissime, pristi B
O ni erroris tui consiliũ deponere, nũc
miror te in ipso adhuc permanere si
cut epistola quã ad me misi clamat.
Nam ita est dignatio tua, sicut sitiens nimio ca
lore accẽsus, si inuenerit aquam cœnosam & se
inde ingurgitauerit: postea etiam si lympidissi
mam & frigidã reperiens biberit, non satis pro
ficere poterit, quãdoquidẽ cœno semel eius cor
& anima obruitur. Deniq; quod pace tua dicã,
ita est consilium præstantiæ tuæ, sicut arbor cur
ua & nodosa quæ nihil in se rectũ habet & aciẽ
peruertit oculorũ. Rescribit mihi sanctitas tua,
patrem deum, filiũ deum, spiritũ sanctũ deum,
sed unũ deum. Quis è tribus unus deus? An for
te est una persona triformis, quæ hoc nomine C
nũcupetur? Tu si uoluisses & confideres de pro
fessione tua, resideres mecum cum coepiscopis
tuis puro ac pacifico animo & spiritu, & confer
res de ijs quæ sunt dei, & quæ ad gloriam & gra
tiam spiritalem pertinent. Vnde quid opus est
scribere & rescribere quod nos non ædificat?

Augustinus deum unum profitetur, triformem negat, conflictum non detrectat, si excipiantur quæ dicuntur. Epistola CLXXVII

Iteræ tuæ nec ad reddenda conuitia
L me prouocare, nec à reddendis lite
ris reuocare potuerunt. Ea qppe quę
scripsisti mouerent me, si à ueritate
dei non à potestate hominis dicerentur. Dixisti
cõsilium meum arborem curuam & nodosam, D
quæ nihil in se rectum habet & aciem peruertit
oculorum. Quid in me diceres si à placito quod
inter nos mane statueramus ego recessissem, &
in re facillima quę recte placuerat curuam refra
gationẽ & nodos difficultatis posuissem? Neq;
enim aqua cœnosa ingurgitatum me iudicares,
sed perfidiæ, quod multo peius est ebrietate sub
mersum, si non talis post prandium redissem,
qualis ante prandium recessissem. Sed ecce nun
quid non rescripsisti quod uoluisti, & nullam ca
lumniam formidasti. Sic ergo potes & cætera,
ut sit quod uel nosipsi uel alij possint considera
re & iudicare. Quod enim dicis triformem dei
personam me credere, si legere dignatus fuisses
aliud quod aliquãto prolixius misi, & ad ea quæ
tibi scripta sunt respõdere uoluisses, hoc fortasse
non diceres. Sed tamẽ ecce, & hoc ipsum quod
triformem dei personã dicam, & dictasti & con
scriptum misisti & nullam calumniam timuisti.
Ecce ostendisti uerum esse quod dico, non ideo
te sicut placuerat cum simul essemus uerba tua
dictare noluisse, quia calũniã timebas, sed quia
de ueritate non confidebas: modo quia tam tibi
placuit dictare, an triformem dei personam cre
dam, respõdeo non me ita credere: una quippe
forma est, quia una (ut ita dicam) deitas, & ideo
unus deus pater & filius & spiritus sanctus. Tu
autem peto digneris breuiter respondere, quo
modo accipias quod ait Apostolus, Qui adhæ- 1 Cor.6
ret meretrici, unum corpus est, qui autem adhæ
ret domino unus spiritus est. Diuersi eñ sexus
corpora sibi adhærentia, unum corpus dixit. Et
cum spiritus humanus nullo modo possit dice
re, Ego & dominus unum sumus: tamẽ cum ad
hæret domino unus spiritus est: quanto magis
ille qui uerissime dixit, Ego & pater unum su- Io.10
mus, quia inseparabiliter patri cohæret, ipse &
pater unus deus est: Si tamen uel hoc uerbũ ad
mittitur in illa diuinitate, ut dicamus cohæret,
quod nunquam omnino uel fuit uel esse poterit
ulla distantia separatum. Ad hoc responde, utrũ
tibi placeat biformem spiritum dici, quãdo qui
adhæret domino unus spiritus est. Quod si tibi
non placet, nec ego triformẽ deum dixi patrem
& filium & spiritum sanctum, sed unum deum.
Si autem in præsentia uis ut colloquamur, gra
tiam quidem habeo dignationi & beneuolẽtiæ
tuæ. Sed sicut iam mihi aliud quod uoluisti re
scribere dignatus es, ita dignare rescribere di
caturos nos esse quæ dicturi sumus, & non de
ero uoluntati tuæ, quantum me adiuuerit domi
nus. Nam si scribis & scribo, non nos ædificat,
quomodo nos ædificat, dicis, dico, ubi post uer
borum strepitum non inuenimus quod legẽdo
recẽseamus? Augustinus hæc dictaui, & relectis
subscripsi. Abstineamus nos à conuitijs ne tem
pus inaniter impendamus, & ad id quod agitur
inter nos potius aduertamus.

Non est epistola, sed altercatio, ad quam prouocarat Pascentius Arrianus, homo simpliciter im pudens. Habita est autem notarijs quæ diceban tur excipientibus, arbitro Laurentio, Hippone regio, in domo Amicia, secũdum Augustini sen tentiam pronunciatum est. Mirum est autem Pa scentium tam male instructum ad certamen ue nisse, cũ tam gloriose prouocarit. CLXXVIII

Aurentius uir clarissimus partibus
& personis in cominus positis dixit,
L Dei discutiendum est negocium, na
turæq; eius, in qua plerique labuntur
homines, examinanda perfectio, si
post illud totum quod pars parti, persona per
sonæ conuitij intulit pridem, iam in utrisq; ma
net serenitas animorum, uenerande Augustine
&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Pascenti nobilissime dignamini profiteri. De deo enim disputans animus debet serenior inueniri, quia repulsis animositatis caliginibus, menti sese puræ ad intelligendam naturæ suæ magnitudinem facilius offert. Fidem igitur uestram ex professione opinionum primitus agnoscere uolo, tum demum requirere utrū liceat præter scripturarum diuinarum eloquia usurpatiuæ defensionis merito aliquid affirmare. Augustinus Episcopus dixit: Sunt aliqua fidei necessaria à patribus posita, quæ in uerbis diuersarum linguarum aliter sonant, aliud intus continent in secreto: sicut ipsa caro Christi dei & hominis, hominis pleni infirmitatem ostendebat exterius, diuinitatis uirtutem gerebat interius. Tamen fidem reipublicę debēs uir clarissimus Pascentius, qua ipse extitit prouocator, fidei quoq; suę quā Christo debet, qua etiam suam credit animā gubernari, dignetur nomen edicere, quia potestatis, ætatis etiam, simulq; prouocationis eius ordo id fieri iustissime flagitat. Mihi enim placet te iudicē præsidere, quod etiam ipsi placuisse manifestissime comprobatur. Laurentius uir clarissimus dixit: Tuæ excellentiæ merito Pascenti uir nobilissime nos admodum paruisse clarum est. Tremens enim in tantæ rei negocio præsideo cognitor, formidans, ne de tantæ omnipotentiæ natura secus quid credens reatum incurram. Sacramento enim me meum animū animamq; memini constrinxisse, ne tuas intentiones ulla ratione palparem, nec aliquid à iustitia longius cohiberem. Tua enim delectiõe iudex in cognitione fidei inter utroslibet uideor præsidere. Partis ergo è diuerso sistentis, cui defensionis uerba Augustinus uir grauissimus se impensurum ostendit postulationem quam petit, quia & ratione non caret, dignare effectui mancipare, nomenq; simul propriæ religionis edicere. Pascentius uir clarissimus dixit: Nec præsens prudentissimus suæ fidei Episcopus Augustinus me negare potest christianum: in patrem ingenitum, & in filiū genitum, & in spiritumsanctum me credere profiteor, sed non unius æqualisq; substantiæ uel naturæ. Et quoniam hesterna die, cum laudabiliter sanctum uirum, & omnis scientiæ Auxentiū nominarem, & quem idem uir è duobus fuisset secutus, utrum Arrium an Eunomiū idem frater Augustinus scrupulosius inquireret, ego anathema continuo memoratis Arrio & Eunomio dicere non dubitaui, flagitans ut ipse quoq; homusion anathematizaret, eo quod scriptum in libris dominicis minime reperiatur. Quod facere omnino in nullo consensit, unde se proculdubio homusianum euidenter ostendit: & quàm pergraue sit, ipse prorsus aduertis, scripturarum authoritate calcata, illud ponere quod eadem scriptura non dixit. Si quid enim præter authoritatē diuinorum uoluminum ponitur, uacuū approbatur. Laurentius uir clarissimus dixit: Aduertis ne uenerabilis Augustine, quid sua prosecutione designet, uel quàm integro prosecutionis modo sententiā suam uir clarissimus Pascentius firmet. Augustinus Episcopus dixit: Catholicum me homusion in sancta Trinitate credentem hac professione respōdeo, firmetur tantummodo eiusdem uiri spectabilis Pascentij responsio, si nihil præterquam quod scriptum est, quisquam nostrum debeat uel audeat in defensione fidei applicās nominare. Aut enim licebit, & nulli, maxime Græcis ubi fides orta est, denegabitur: aut non licebit, & calumnia iustissime repelletur. Postea tamen homusion uerbum Græcum unitatem ostendēs, quid contineat, quid habeat, quid ue maneat, exponetur. Laurentius uir clarissimus dixit: Etiam ab Augustino honorabili uiro rectissime respōdetur. Aut enim ut ipse prosecutus est, licebit aliquid quod scriptum non est, defendendæ fidei merito ponere, & ponendum est licite: aut non licebit, & utrunq; penitus denegandum est integre: unde opus nō est agnito iam uocabulo sonante professionem ultrius quicquā inquirere, nisi ut ipsum homusion nobis uenerabilis Augustinus suę religionis Episcopus scriptum ostēdat in lege. Augustinus Episcopus respōdit: rectissimam iustitiæ lineam tenens, O nobilissimæ fidei uir præsidens, agnosce rationemq; perpende, quia de tuo nō solum alij sapientissimi uiri iudicio iudicabunt, uerum etiam deus uerissimus, qui est omniū iudex plenius iudicabit. Non enim differentis dei spernendum est iudicium, nonnunquam & in præsenti iudex ultor assurgit. Fidei ergo nostræ iā dignare rationē inquirere, symbolumq; quo fides uncunq; constat, singulos præcipe tuis auribus coram omnibus recitare. Laurentius uir clarissimus dixit: A iustitia nulla ratione discordat, ut ipse digneris qui petitor es, Pascenti uir clarissime, tuæ fidei symbolum recitare. Tunc Pascentius sono clariori symbolum recitans, credere se in deum patrem omnipotentem, inuisibilem, ingenitum, & incapabilem dixit, & in Iesum Christum filium eius dominū natum ante secula: per quem facta sunt omnia, & in spiritumsanctum. Augustinus Episcopus respōdit: Memorē esse amplitudinem uestram in dei negocio, præsidēs cognitor prosecutionis nostræ non dubito, quia uir clarissimus Pascētius nihil ponendum esse in fidei ratione, præterquam quod scripturæ continent, asseruit: qui licet fidei catholicæ homusion uerbum pro macula nominis secundum suos authores nitatur opponere, ex eo quod posuit uel potius uetuit, hinc magis & homusion à Græcis sacerdotibus positum uerbum in assertionem fidei dici debere recte defendimus, & aliqua quæ scripta nō sunt, ab ipsis potius temere posita uel dicta modo probamus. Laurentius uir clarissimus dixit: Cursim ut uideo honorabilis Augustinus negocij præsentis calcem sese obtinuisse declarat, seseq; docturum astruens, aliqua quæ scripta non sunt, tuæ Pascēti clarissime authoresfidei

Homusiani

fidei posuisse quæ sequeris. Quæ si in lege non posita, & à uobis propria usurpatione fidei merito posita esse docuerit, iam quærendum erit, quia iam licere manifestum erit, quid in intimis homusion uerbum habeat, ad quam rem pertineat, cuiq; rei recte hoc uerbum adhibitum iudicetur, iusteq; inuentū uel positum ipsa fidei perfectio roborabit. Pascentius uir clarissimus dixit: Non decet nos aliquid sine autoritate scripturarum ponere diuinarum, quid est tamen seposito calumniæ artificio, quod dicit uel proponit è diuerso defendēs frater Augustinus, absq; legis autoritate nos alicubi posuisse uel dicere, publicet palam, & si conuicerit, nec homusion iniuste ab ipsis positum, etiam ego iam publice conclamabo, statimq; eorum communioni socius fio. Laurentius uir clarissimus dixit: Nihil tam optimū tamq; libertati fideiq; & animæ cōgruum, quàm longa tergiuersatione, quam potuit stoliditas enutrire, ocius derelicta, animositatis qua deo fit iniuria obstinata aliquandiu nebula repellar, atq; quæ occulta in linguis uarijs sunt euidentiore luce pandātur. Sed ne in lōgum negocium iam prope uictoria patratum oratio protrahat diuturna, quod absq; legis autoritate à Pascētio uiro clarissimo uel ab eius autoribus reclamas positum, dignare iam Augustine uir sanctissime publicare. Augustinus episcopus respondit: In assertione fidei patrem ingenitum & incapabilem dixit, cum nec ingenitum nec incapabilē scriptura patrem alicubi testatur: qui licet ingenitus pater sit, quia hoc ipsum utriq; confitemur, tamen hoc nullius scripturæ seu ueteris seu nouæ cōtinet textus. Est enim ingenitus, qui à nullo est genitus: sed hoc est ingenitus, quod genitus utpote de deo deus. Nō em quia Adā ingenitus approbatur, idcirco est homo, & Abel quia de ipso est genitus, non est homo: hominē genuit quod est, ingenitus homo: deus quod est genuit eiusdem substantiæ, eiusdem essentiæ sine tempore, sibi coæternum genuit. Ante quem nihil est, temporis non accipit modum. Est igitur ingenitus pater, quia (ut dictum est, à nullo est genitus, sed est genito coæternus: quomodo ignis in substantia sua, in qua est à creatore creatus, est quidem ingenitus, sed genito à se splendori consubstātialis est & coæternus. Hanc dei trinitatis substantiā unam homusion uerbo Græci complecti breuiter malunt. Non em nomen est, sed res terribilis in uerbō huiusceemodi sonans. Quod uerbum aperte ipse filius declarat, cum dicit, Ego & pater unū sumus. In isto uno consistit substantia una: nam ex eo quod est una, & ipse filius manet in ea, unde etiam circūamictus carnis ueræ trabea dicit: Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ecce & filius per seipsum inuisibilis approbatur. Quid est quod quasi acutius in fidei ponere assertione nituntur? Incapabilem autem nec legunt nec iuste defendunt. Quomodo est em incapabilis pater, quem capit filius totum, ipso dicēte, Ego in patre & pater in me? De quo etiam Paulus apostolus dicit, Qui cū in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo: qui formam implet dei, nihil habet minus deo. Quomodo ergo incapabilis pater dicitur, qui capitur totus à filio? Ecce enim quæ scripta non sunt in lege uspiam, à uobis temere ponuntur in symbolo, ubi nihil magis aliter oportet inseri, præter quàm scripturæ ueridicæ continet modus. Cur uobis de homusion uerbo usum est fidei catholicæ inuidiam excitare, quæ substantiam dei unam simpliciter credens, hoc uerbum à Græcis patribus in assertionē fidei defendendo accepit? In cautione enim, hoc est in symbolo quod est inter animas nostras & deum, quid usum est hominibus aliquibus ponere, quę scripta non reperiuntur in lege? Neq; enim alicubi ingenitus aut incapabilis pater. Laudātes enim deum, dicere solemus in precibus, eius magnitudinem admirātes: Qui capit omnia, quem capit nemo, sed hominum. Nam totus capitur à filio, cuius formam implet filius unius incommutabilis naturæ secreto. Ergo neq; solus inuisibilis pater, sed & filius inuisibilis. Sicut hominibus inuisibilis pater, ita inuisibilis hominibus filius secundum illud secretum quod manet in patre. Nō ergo iuste positus est inuisibilis solus pater in symbolo, sed inuisibilis tota trinitas deus, excepta carne suscepta à filio, de qua dicit Apostolus, Inuisibili soli deo honor & gloria, in secula seculorum. Totus ergo habitat pater in filio, cuius patris formā idem filius non ex parte, sed implet in pleno. Hanc apostoli Pauli sententiā, qua dicit, intimatq; dei mortalibus secreta, Qui cum in forma dei esset: aliqui male pronuncian tes male sentiēdo bene digesta, non esse ausum filium dei per imparilitatē æqualem, sed per rapinam fieri deo patri prorsus affirmāt: quod inique sentitur. Si enim diceret, Qui cū deus esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, posset angustijs fidei suæ quilibet qualecūq; etsi debile de quo sine mora excluderetur, spacium inuenire: nūc uero, quia cum in forma dei esset, dixit, omnem machinationis iniustę aditum interclusit: ubi est forma, nihil habet prorsus minus omnino natura. Deus enim, ait idem Apostolus, erat in Christo, mundū reconcilians sibi. Quomodo enim susciperet minor maiorem, nisi se una natura cognosceret parem? Neq; enim liniamentis spacijsq; membrorum hæc dei forma distenditur, ut pater filium in se suscipiat habitantem, aut in se filius patrem ostēdat manentem, sicut ipse ait: Pater in me manens, facit opera mea: aut euacuatur cum spiritum sanctū suum pater & filius omnem creaturam suam proferat illustrantē. Quomodo cogitari non potest, quomodo explicari non potest, simul secum unum esse, quod secūdum incommutabilem omnino

Ioan. 14. Phil. 2. 1 Tim. 1. 2 Cor. 5. Ioan. 10. Matt. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

substantiam in trinitate Deus est. Ecce quid est homusion, quod exprobratur iniuste. Nō enim uerbum solum, sed res in uerbo: nec solus sermo sonans auribus, sed substātia una est dei credenda in mentibus. Si enim in homine credente in se totus deus credendus est habitare, quomodo filium totū in se pater, aut filius patrem non credatur excipere? Ac per hoc ipse in patre, & pater in eo manet, & ex patre & filio sanctus credēdus est spiritus non solum processisse, sed semper ad peragenda opera trinitatis, omnino procedere, sicut eadem trinitas Abraham amicum suum in unitate nominis dignata est uisitare. Quid est quod calumniantur de homusion uerbo Græco, quia scriptum in lege minime inueniatur? Cur non uident culpam suam? Cur sibi non displicent, cum ponunt in symbolo uerba uel nomina quę non sunt ulla scriptura digestae? Qui disponit arguere, non faciat unde alium nititur accusare. Inspiciunt de uerbo simplici & ratione fidei pleno, quasi de stipula oculum fratris, & suum sauciatum prēter scripturas ponendo quod credunt, tanquam de immanitate non peruident trabis. Ecce homusion recte probamus positum, & in assertionem fidei, qua trinitatis unitas à catholicis creditur, à Græcis patribus dictum. Quid si Græcus ipse obiiciat, non Latino, non Barbaro, sed sibi magis licere uerba ad fidem pertinentia diuulgare? Nam scidum est, Amen & Hallelu ia, quod nec Latino nec Barbaro licet in suam linguam transferre, Hebræo cunctas gentes uocabulo decantare. Non enim in Aphrica aut in cuncta Barbaria, sed in Syria uel Græcia, ubi & ipsa caro uoluit de uirgine nasci dominica, decuit uel oportuit uerba fidei compendiose firmare. Deniq; non Latino, non Barbaro stylo uenerādus ille Moyses, non prophetæ, non apostoli, non ipsi euangelistæ, sed aut Hebræo aut Græco scripturas eloquio dominicas firmauerūt, quas postea uiri probati ac disertissimi in omnib⁹ periti linguis, de Hebræo primitus in Græco, de Greco in Latino stylo edisserere cum labore nimio maturarunt. ὁμοούσιον ergo exponitur, unius substantiæ pater & filius & spiritus sanctus. Nemo ergo iam calumnietur uerbo, quia licet scriptum non sit, quod habet interius uel sonat, ostendit: non per aliquem alium, sed per unam diuinitatis substantiam, in qua filius patri loquitur, dicens: Tua omnia mea sunt, & mea tua. Iam ipsi uiderint qualiter ausi fuerint nomina, quæ scripta in lege non sunt, uel uerba in symbolo concinnare, non aliud nisi ostendere gestientes ab ingeniti quasi & incapabilis potentia patris filium segregari. Deus enim pater substantia sua genuit filium equalem sibi: docet hoc ueridicus ille secretorum interpres diuinorum Iohannes. Propterea, inquit, Iudæi uolebant eum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens deo. Consubstantialem itaq; sibi genuit filium pater, quia non accepit tanquam creatura indigens unde genuisset, tota copia quod ipse est hoc genuit, perfectum genuit, quia sine tempore est ipse qui genuit & quem genuit. Si homo generat quod est, deus non potuit generare qđ est? Accepit homo ab ipso deo, & tamē licet acceperit, hoc generat quod accepit: à nullo accipiens pater deus quod est generare non potuit? Hanc æqualitatem substantiæ ὁμοουσίαν sermo Græcus ostendit, nihil austerum, sed optimum dulceq;, & hoc credendum esse humanis cordibus introducit. Etsi enim uerbum ipsum in lege scriptum non inuenitur, res ipsa tamen inuenitur, quia æqualis esse patri filius, per beatum Iohannem primitus, & per Paulum postea comprobatur: Iohannes enim æqualitatē dixit, Paulus formam impleuit. In duobus, inquit scriptura, aut tribus testibus stabit omne uerbum. Per duos enim uerissimos testes iam probauimus unius substantiæ esse, equalesq; patrem & filiū, addamus & tertium, Thomam illum discipulū post dubitationem fortius confitentem dominum & deum, quem nec resurrexisse crediderat crucifixum. Dominus meus, inquit, & deus meus. Approbat filius dictum, quia se cognoscit à sua creatura iustissime deum & dominum proclamatum, patri utiq; & sancto spiritui coæternum. Homusion utiq; uerbum est Græcum, & Christus Græcum est nomen. Qui accusat per iniusticiam de uerbo quod nō intelligit fidem, non accipiat & de nomine nomen. Homusion uerbū unius eiusdemq; substantiæ sonat in Greco, non quenquam infirmum, sed patrem & filium & spiritū sanctum. Iam ergo nemo improbet quasi uerbum Græcum, sed aperte separet quisquis est quod non potest, homusion patrem & filium & spiritum sanctum. Contra hoc pugnetur quod possidet, quod habet, quod docet uerbum Græcum, non contra ipsum uerbum, quod auribus retinnit syllabis articulatum: contra diuitias, contra æqualitatem naturæ, quam possidet uerbum ipsum Græcū, non contra exteriorem ueluti corticem, ab eo qui se audere dicit, si prævalet repugnet. Absit ut erubescamus catholici in uniuerso manentes, nos appellari propter fidem ueram unius eiusdemq; substantiæ, a nōnullis uerbum Græcum non intelligentibus Homusianos, qui nos appellari gaudemus de Græco Christi nomine Christianos. Neque enim in parte accipiendū est uerbum Græcum, & in parte alia refellendum. Nemo ergo utatur Christi nomine ex uocabulo Græco. Erubescat se dici Christianum, quia nomen est Græcum. Non accipiatur Paulus, qui dicit Romanis scribens: In quo clamamus, Abba, pater: in uno nomine duabus utitur linguis. Dicit enim Abba, Græco uocabulo patrē, & Latine nominat idem patrem. Contēnatur idem apostolus Paulus, & in nouissimis partibus ad Corinthios epistolæ

1 Cor. 16

Deut. 6

Deut. 17 Matt. 18

Ioan. 20

Rom. 8

Ioan. 17

Cur hic nō citatur testimonium patris, uerbi & spiritus ?

stolæ, ubi plebem arguens, simul Græco & Syro utitur uerbo: Si quis, inquit, non amat dominum, sit anathema maranatha. Anathema Græco sermone dixit condemnatus, Maranatha, do nec dominus redeat. Iam ergo nemo appellet oleum, quo fideles unguntur, Græco nomine chrisma: homusion reprobatur unam Trinitatē resonans, eādemq; naturā. Quid est enim quod dixit beatissimus Paulus, Si quis non amat dominum, nisi si quis humiliat se deo? Non ergo recte dicitur dominum amare, qui dei & domini unus audet substantiam separare, de quo dicitur in lege: Audi Israel, Dominꝰ deus tuus, deus unus est. Non corpore utiq;, liniamentisq; corporeis extensus, sed una pater & filius & spiritus sanctus deitate perfectus. Plura quidē Græco uerbo definita reperiuntur in lege, sed pro multis hæc pauca quæ dicta sunt, sapientibus credo sufficere. Si æqualitas non est, non auderet inferior dicere supiori: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Nec auderet dicere: Volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum. Non, inquam, diceret uolo, sed diceret supplicās rogo. Absurdum igitur non est, ut in conciliis patrum Græco uerbo patris & filij & spiritus sancti una substantia firmaretur, cum super apostolos primitus spiritus sancti propria largitate linguarum uarietas funderetur. Audiuimus enim eos, ait scriptura Actuum apostolorum, loquentes uarijs linguis magnalia dei. Magnalia utiq; sunt nō deorum, sed dei, Græca lingua unam substantiam credi patris & filij & spiritus sancti. Hebraice igitur, Græce & Latine super crucem domini à Pilato fuit causa eius scripta. Si licuit ut Græca lingua, uel imò permisit ipse dominus, ut causa mortis eius esset scripta, cur abhorret ut substantia eius qua deus est æqualis cum patre, Græco uocabulo approbetur ostensa? Si minime licet patris & filij & spiritus sancti unam substantiam lingua exeri Græca, ergo nec deū laudari decet & Barbara. Sicut enim Græca lingua, quod est homusion, una dicitur uel creditur à fidelibus Trinitatis omnino substātia, sic una rogatur ut miserea-tur à cunctis Latinis & Barbaris unius dei natura, ut à laudibus dei unius nec ipsa lingua Barbara sit ullatenus aliena. Latine enim dicitur, domine miserere, Sola ergo hæc misericordia ab ipso uno deo patre & filio & spiritu sancto lingua debet Hebræa uel Græca, & ipsa ad postremum postulari Latina, non autem & Barbara. Si enim licet dicere, non solum Barbaris linguis sua, sed etiam Romanis sihoraarmen, quod interpretatur Domine miserere, cur non liceret in conciliis patrum in ipsa terra Grecorum, unde ubiq; destinata est fides, lingua propria homusion confiteri, quod est patris & filij & spiritus sancti una substantia? Nam subiectionem filij patri debitā ex carnis infirmitate susceptam, etiam nos quia iustum est uerissime cōfitemur, in qua cum infirmitate nō solum subditum, sed

1 Cor. 16

Ioan. 1

Act. 2

Ioannes à Barbara

Confitēdi à Barbara ea ratione licuit

& seruum euidentissime confitemur, ipso dicente in prophetia ad patrem: O domine, ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ: id est Mariæ. Patet ergo in quo sit æqualis patri filius, in quo sit non solum subditus aut inferior, sed etiam humillimus seruus. Ipse, inquam, ostendit in quo sit humilis, in quo sit æqualis, unde omnipotens, unde infirmus, unde abiectus, unde speciosus, unde diues, unde egestati subiectus. Laurentius uir clarissimus dixit, Euidentissime claruit recta defensione assertiones fidei suæ Augustinum uirum clarissimum communisse, multaq; magis tuos autores uir clarissime Pascenti absq; scriptura temere posuisse, nec esse neuum fidei homusion, sed æqualitatē magis ipsius Trinitatis. Sed si inueniuntur in lege uerba quæ improbata sunt, dignare uir nobilissime respondere, ut certe nobis pares ire possitis. Nam proculdubio intueris à uobis proposita præsentem uirum Augustinum suis assertionibus nimium transilire. Apud te enim nobilissime uir eligo quàm apud Deum perennis reatus culpas incurrere. Pascentius uir clarissimus respondit: Scripta quæ proposui, non sunt quidem in lege, sed debere propter honorē patris astrui recte defenduntur. Laurentius uir clarissimus dixit, Sic ergo & homusion quod in dubium ueniebat te proponente, & si scriptum non est, res ipsa tamen quæ latet in uerbo, uera est. Credatur honorifice unitati, ne fiat iniuria temere Trinitati.

Psal. 115

Sententia

Augustinus Probæ & Iulianæ nobilibus uiduis gratulatur de Demetriade, quæ uirginitatis uelum acceperat, agens gratias pro munusculo misso. Epistola CLXXIX

Dominarum honore dignissimis; merito illustribus & præstantissimis filiabus Probæ & Iulianæ, Augustinus in Domino salutem.

1 Mplestis gaudio cor nostrum, tanto iocundius quanto charius, tanto gratius quanto citius. Vestræ nanq; stirpis sanctimoniam uirginalem, quoniam quacunq; innotuistis, ac per hoc ubiq; fama celeberrima prædicat, uelocissimū uolatum eius fideliore atq; certiore literarum nūcio præueneritis, & prius nos feceritis exultare de cognito tam excellēti bono, quàm dubitare de audito. Quis uerbis explicet, quis digno præconio prosequatur, quantum incomparabiliter gloriosius atq; fructuosius habeat ex uestro sanguine fœminas uirgines Christus, quàm uiros consules mundus? Nam uolumina temporum, si magnum atq; præclarum est nominis dignitate signare, quanto est maius atq; præclarius cordis & corporis integritate transcēdere? Magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobilior sanctitate, quod sit per diuinum cōfortium præciuam in cœlis consequutura sublimitatē, quàm si esset per humanum connubium prolem propagatura sublimem. Generosius quippe elegit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aniciana posteritas tam illustrem familiã bea-
re nuptias nescièdo, quàm multiplicare parien-
do, & in carne iam imitari uitam angelorum, cũ
ex carne adhuc numerum augere mortalium.
Hæc est uberior fœcundiorq; felicitas, non uen
tre grauescere, sed mente grãdescere: non lacte-
scere pectore, sed corde candescere: non uiscerì
bus terram, sed cœlum orationibus parturire.
Dominarum honore dignissimæ filiæ, perfrua-
mini in illa quod defuit uobis, perseueret usque
in finem, adhærens coniugio quod non habet
finem. Imitẽtur eam multæ famulæ dominam,
ignobiles nobilem, fragiliter excelsæ excelsius
humilem, uirgines quæ sibi optant Aniciorum
claritatem, eligant sanctitatem. Illud enim quã-
talibet cupiditate quando assequentur? Hoc au- B
tem si plene cupierint, mox habebũt. Protegat
uos incolumes & feliciores dextera altissimi,
dominæ honore dignissimæ & præstantissimæ
filiæ: pignora sanctitatis uestræ, præcipue ipsam
sanctitatem præcipuã debito uestris meritis of-
ficio dilectione domini salutamus. Velationis
apophoretum gratissime accepimus.

Augustinus Honorato episcopo, distinctius ex-
plicat, quibus, quando & quomodo fugiẽdum,
imminente periculo. Epistola CLXXX

Sancto fratri & coepiscopo Honorato, Augu-
stinus in Domino Salutem.

Haritati tuæ misso exemplo epistoIæ, quam fratri Quoduultdeo nostro coepiscopo scripsi, putabam me hoc C onere caruisse, quod mihi imposuisti, quærendo consiliũ quid in his periculis quæ tẽpora nostra inuenerunt, facere debeatis. Quãuis enim epistolam illam breuiter scripserim, nihil me tamen prætermisisse arbitror, quod & respondenti dicere, & quærenti audire sufficeret: quandoquidem dixi, nec eos esse prohibendos, qui ad loca (si possunt) munita migrare desiderant, & ministerij nostri uincula, q̃bus nos Christi charitas adligauit, ne deseram⁹ ecclesias quibus seruire debemus, non esse rumpenda. Ista quippe uerba sunt quæ in illa ipsa epistola posui: restat ergo, inquam, ut nos quorum ministerium quantulæcũq; plebi dei ubi sumus manenti, ita necessarium est, ut sine hoc eam non opor- D
Psal.30 teat remanere, dicamus domino: Esto nobis in deum protectorem & in locum munitum. Sed hoc consilium tibi propterea non sufficit, ut scribis, ne cõtra domini præceptum uel exemplum facere nitamur, ubi fugiẽdum esse de ciuitate in ciuitatem monet. Recolimus enim uerba dicen-
Mat.10 tis: Cum autem persequẽtur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Quis autem credat ita hoc dominum fieri uoluisse, ut necessario ministerio, sine quo uiuere nequeũt, deserãtur greges quos suo sanguine comparauit? Nunquid hoc fecit ipse, quando portantibus parentibus in Aegyptum paruulus fugit, qui nondum ecclesias congregauerat, quas ab eo desertas fuisse dicamus?

A Nunquid quando apostolus Paulus, ne illum 2 Cor.11
comprehẽderet inimicus, per fenestram in spor
ta submissus est, & effugit manus eius, deserta
est quæ ibi erat ecclesia necessario ministerio, &
non ab alijs fratribus ibidem constitutis quod
oportebat impletum est? Eis quippe uolẽtibus
hoc Apostolus fecerat, ut seipsum seruaret ec-
clesiæ, quẽ proprie persequitur ille quærebat.
Faciant ergo serui Christi, ministri uerbi & sa-
cramenti eius, quod præcepit siue permisit. Fu-
giant omnino de ciuitate in ciuitatem, quando
eorum quisquam specialiter à persequutoribus
quæritur, ut ab alijs qui non ita requirũtur, non
deseratur ecclesia, sed præbeant cibaria conser-
uis suis, quos aliter uiuere non posse nouerunt.
B Cum autem omnium, id est episcoporum & cle-
ricorum est commune periculum, ij qui alijs in-
digent, non deserantur ab his quibus indigent.
Aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut
qui habent remanendi necessitatem, non relin-
quantur ab eis, per quos illorum est ecclesiasti-
ca supplẽda necessitas, ut aut pariter uiuant, aut
pariter sufferant, quod eos paterfamilias uoleт
perpeti. Quod si cõtigerit, ut siue alij maius, alij
minus, siue omnes æqualiter patiantur, qui co-
rum sint qui alijs patiuntur apparet, illi scilicet
qui cum se possent talibus malis eripere fugien
do, ne aliorum necessitatem desererent, manere
maluerũt. Hinc maxime probatur illa charitas,
quam Iohannes apostolus commendat, dicens, 1 Ioh.3
C Sicut Christus animam suam pro nobis posuit,
sic & nos debemus animas pro fratribus pone-
re. Nam qui fugiunt, uel suis deuincti necessita-
tibus fugere non possunt, si comprehẽsi patiun-
tur, pro seipsis non pro fratribus utiq; patiũtur.
Qui uero propterea patiuntur, quia fratres qui
eis ad Christianam salutem indigebant desere-
re noluerunt, sine dubio suas animas pro fratri-
bus ponunt. Vnde illud quod episcopum quen
dam dixisse audiuimus: Si dominus nobis im-
perauit fugam in eis persequutionibus ubi po-
test fructus esse martyrij, quãto magis debemus
fugere steriles passiones, quãdo est Barbaricus
& hostilis incursus? uerum est quidem & acce-
ptabile, sed his quos ecclesiastici officij non te-
nent uincula. Nam qui clades hostiles ideo non
fugit, cum possit effugere, ne deserat ministerũ
Christi, sine quo non possunt homines uel fieri
uel uiuere Christiani, maiorem charitatis inue-
nit fructum, quàm qui non propter fratres, sed
propter seipsum fugiens atq; comprehẽsus non
negat Christum, suscipitq; martyrium. Quid est
ergo quod in epistola tua priore posuisti? Dicis
enim: Si in ecclesijs persistẽdum est, quid simus
nobis uel populo profuturi nõ uideo, nisi ut an-
te oculos nostros uiri cadant, fœminæ constu-
prentur, incendantur ecclesiæ, nos ipsi tormen-
tis deficiamus, cum de nobis quæritur quod nõ
habemus. Potens est quidem deus audire pre-
ces familiæ suæ, & hæc quæ formidantur auer-
tere

tere: nec ideo tamen propter ista quæ incerta A
sunt, debet nostri officij esse certa desertio, sine
quo est plebi certa pernicies, non in rebus uitæ
huius, sed alterius incomparabiliter diligentius
solicitiusq; curandæ. Nam si certa essent ista ma
la, quæ timẽtur ne in locis in quibus sumus, for-
tè contingant, prius inde fugerent omnes, pro-
pter quos ibi manendum est, & nos à manendi
necessitate liberos redderent. Non enim quis-
quam est, qui dicat ministros manere oportere,
ubi iam non fuerint quibus necesse sit ministra-
re. Ita quidam sancti episcopi de Hispania pro-
fugerunt, prius plebibus partim fuga lapsis, par
tim peremptis, partim obsidione consumptis,
partim captiuitate dispersis: sed multo plures, il
lic manentibus propter quos manerent, sub eo- B
rundem periculorum denisitate manserunt. Et si
aliqui deseruerunt plebes suas, hoc est quod di-
cimus fieri non debere. Neq; enim tales docti
autoritate diuina, sed humano uel errore dece-
pti, uel timore sunt uicti. Cur enim sibi putant
indifferenter obtemperandũ esse præcepto, ubi
legunt de ciuitate in ciuitatem esse fugiendum,
& mercenarium non exhorrẽt, qui uidet lupum
uenientem & fugit, quoniam non est ei cura de
ouibus? Cur non istas duas dominicas uerasq;
sententias, unam scilicet ubi fuga sinitur aut iu-
betur, alteram ubi arguitur atq; culpatur, sic in-
telligere studeant, ut inter se reperiantur non esse
contrariæ, sicut non sunt: Et hoc quomodo re-
peritur, nisi attendatur quod iam superius dispu C
tauí, tũc de locis in quibus sumus premẽte per-
secutione fugiendũ esse Christi ministris, quã-
do ibi aut plebs Christi non fuerit, cui ministre-
tur, aut etiam fuerit, & potest impleri per alios
necessarium ministerium, quibus nõ est eadem
causa fugiendi: sicut in sporta submissus, quod
supra memorauí, fugit Apostolus, cum à perse-
quutore proprie ipse quæreretur, alijs utiq; ne-
cessitatem similem non habẽtibus, à quibus il-
lic ministerium absit ut desereretur ecclesiæ: si-
cut fugit sanctus Athanasius Alexandrinus epi
scopus, cum eum specialiter apprehẽdere Con-
stantius cuperet imperator, nequaquam à cæte
ris ministris deserta plebe catholica, quę in Ale
xãdria commanebat. Cum autem plebs manet, D
& ministri fugiunt, ministeriumq; subtrahitur,
quid erit nisi mercenariorum illa fuga damnabi
lis, quibus nõ est cura de ouibus? Veniet enim
lupus, non homo, sed diabolus: qui plerunq; fi-
deles apostatas esse persuasit, quibus quotidia-
num ministerium dominici corporis defuit, &
peribit infirmus in tua non scientia, sed ignoran
tia frater, propter quem Christus mortuus est.
Quod autem ad eos attinet, qui in hac re nõ fal-
luntur errore, sed formidine superantur, quare
non potius contra suum timorem domino mise
rante atq; adiuuante fortiter dimicant, ne mala
sine comparatiõe grauiora, quæ multo amplius
sunt tremenda, contingant? Fit hoc ubi dei cha-

ritas flagrat, non mundi cupiditas fumat. Cha- 2 Cor.11
ritas enim dicit: Quis infirmatur, & nõ ego in-
firmor? Quis scandalizatur, & non ego uror?
Sed charitas ex deo est. Oremus ergo ut ab illo
detur à quo iubetur. Et per hanc magis timea-
mus ne oues Christi spiritalis nequitiæ gladio
in corde, quàm ne ferro in corpore trucidẽtur,
ubi quandocunq; quocunq; mortis genere mo-
riturí sunt. Magis timeamus ne sensu interiori 32.q.5.magis
corrupto, pereat castitas fidei, quàm ne fœminę
uiolenter constuprentur in carne: quia uiolẽta
non uiolatur pudicitia, si mente seruatur: quo-
niam nec in carne uiolatur, quando uoluntas pa 1 de ciuit.dei,
tientis sua turpiter carne non utitur, sed sine con cap.16 & 18
sensione tolerat quod alius operatur. Magis ti-
meamus ne lapides uiui extinguantur deserenti
bus nobis, quàm ne lapides & ligna terrenorũ
ædificiorum incendantur præsentibus nobis.
Magis timeamus ne membra corporis Christi
destituta spiritali uictu necentur, quàm ne mem
bra corporis nostri oppressa hostili impetu tor-
queantur. Non quia ista non sunt uitanda cum
possunt, sed quia potius ferenda sunt, quando ui
tari sine impietate non possunt: nisi forte quis
quam contẽderit non esse ministrum impium,
qui tunc subtrahit ministerium pietati necessa-
rium, quando magis est necessariũ. An non co-
gitamus, cum ad istorum periculorum peruení-
tur extrema, nec est potestas ulla fugiẽdi, quan-
tus in ecclesia fieri soleat ab utroq; sexu, atq; ab
C omni ætate concursus, alijs baptismum flagitan
tibus, alijs reconciliationem, alijs etiam pœni-
tentiæ ipsius actionem, omnibus cõsolationem
& sacramentorum confectionem & erogatio-
nem? Vbi si ministri desint, quantum exitium
sequitur eos qui de isto seculo uel non regenera
ti exeunt uel ligati? Quantus est etiam luctus fi-
delium suorum, qui eos secũ in uitæ æternæ re-
quie non habebunt? Quantus denique gemitus
omnium, & quorundam quanta blasphemia de
absentia ministeriorum & ministrorum? Vide
quid faciat malorum temporaliũ timor, & quã-
ta in eo sit acquisitio malorum æternorũ. Si au-
tem ministri adsint, pro uiribus, quas eis domi-
nus subministrat, omnibus subueniturí: alij ba
ptizantur, alij recõciliantur, nulli dominici cor
poris communione fraudantur, omnes consо-
lantur, ædificantur, exhortãtur, ut deum rogent
qui potens est omnia quæ timentur auertere, pa
ratí ad utrunque, ut si non potest ab eis calix ille
transire, fiat uoluntas eius qui mali aliquid non
potest uelle. Certe iam uides quod te scripseras
non uidere, quantum boni consequãtur populi
Christiani, si in præsentibus malis non eis desit
præsentia ministrorum Christi: quorum uides
etiam quantum obsit absentia, dum sua quærunt
non quæ Iesu Christi, nec habent illam de qua
dictum est, non quærit quæ sua sunt, nec imitan
tur eum qui dixit: Non quæro quod mihi utile,
sed quod multis ut salui fiant. Qui etiam perse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quutoris principis illius insidias nō fugisset,ni/ A
si se alijs quibus necessarius erat,seruare uoluis/
set. Propter quod ait: Compellor autem ex duo
bus concupiscentiā habens,dissolui & esse cum
Christo multo magis optimum,manere in car/
ne necessarium propter uos. Hic forte quis di/
cat,ideo debere dei ministros fugere à talibus
imminentibus malis,ut se pro utilitate eccleſiæ
temporibus trāquillioribus seruent. Recte hoc
fit à quibusdā,quando non desunt alij per quos
suppleatur eccleſiasticum ministeriū,ne ab om/
nibus deseratur,quod fecisse Athanasium supra
diximus. Nam quantum necessarium fuerit ec/
cleſiæ,quantumq; profuerit quod uir ille mansit
in carne,catholica fides nouit,quę aduersus Ar
rianos hæreticos ore illius & amore defensa est. B
Sed quando est commune periculum,magisq;
timendum est,ne quisquam id facere credatur,
non consulendi uolūtate,sed timore moriendi,
magisq; fugiendi obsit exemplo,quàm uiuendi
prosit officio,nulla ratione faciendum est. Deni
que sanctus Dauid,ne se committeret periculis
præliorum,& fortassis extingueretur,sicut ibi
dictum est,lucerna Israel,à suis hoc petentibus
sumpsit,non ipse præsumpsit: alioquin multos
imitatores fecisset ignauiæ,qui eum crederent
hoc fecisse non consideratione utilitatis aliorū,
sed suæ perturbatione formidinis. Occurrit ali/
quando alia quæstio,quam cōtemnere non de/
bemus. Si enim hæc utilitas negligēda non est,
ut aliqui ministri propterea fugiant imminente C
aliqua uastitate,ut seruentur qui ministrent eis,
quos post illam cladem residuos potuerint in/
uenire,quid fiet ubi omnes uidentur interituri,
nisi aliqui fugiant? Quid si enim hactenus sæ/
uiat illa pernicies, ut solos ministros eccleſiæ
persequatur? Quid dicam, an relinquenda est à
ministris fugientibus eccleſia,ne à morientibus
miserabilius relinquatur? Sed si laici non quæ/
runtur ad mortē,possunt occultare quoquo mo
do episcopos & clericos suos,sicut ille adiuue/
rit,in cuius potestate sunt omnia, qui potest &
non fugientem per mirabilem cōseruare poten/
tiam. Sed ideo quærimus quid nos facere de/
beamus,ne in omnibus quærendo diuina mira/
cula tētare dominum iudicemur. Non quidem D
talis est ista tempestas,quando laicorum & cle/
ricorum est commune periculum,sicut in naui
una commune periculum est mercatorum atq;
nautarum. Verū absit ut tanti pendenda sit hæc
nauis nostra,ut debeant eam nautæ,& maxime
gubernator,periclitantē deserere,etiam si in sca
pham transiliendo uel etiam natando possit ef/
fugere. Quibus enim metuimus ne nostra de/
sertione pereant,nō temporalem mortem,quæ
quandoq; uentura est,sed æternam quæ potest
si non caueatur uenire,& potest si caueatur etiā
non uenire,metuimus. In communi autem pe/
riculo uitæ huius cur existimamus ubicunque
fuerit hostilis incursus,omnes clericos & non

etiam omnes laicos esse morituros,ut simul si/
niant hanc uitam,cui sunt clerici necessarij? Aut
cur non speremus sicut laicos aliquos,sic etiam
clericos remansuros,à quibus eis necessarium
ministerium ualeat exhiberi? Quanquam ó si
inter Dei ministros inde sit disceptatio,qui eo/
rum maneāt,ne fuga omnium,& qui eorum fu
giant,ne morte omnium deseratur eccleſia. Ta/
le quippe certamen erit inter eos,ubi utriq; fer/
ueant charitate, & utrique placeant charitati.
Quæ disceptatio si aliter non potuerit termina/
ri,quantum mihi uidetur,qui maneant & qui fu
giant sorte legendi sunt. Qui enim dixerint se
potius fugere debere, aut timidi uidebuntur,
quia imminens malum sustinere noluerunt: aut
arrogantes, quia se magis qui seruandi esserit, B
necessarios eccleſiæ iudicarunt. Deinde sortas/
sis ij qui meliores sunt,eligent pro fratribus ani
mas ponere: & hi seruabuntur fugiendo,quo/
rum est minus utilis uita,quia minor consulen/
di & gubernandi peritia. Qui tamen si pie sa/
piunt, contradicent eis quos uident & uiuere
potius oportere,& magis mori malle,quàm fu/ Prouerb.18
gere. Ideo sicut scriptum est: Contradictiones
sedat sortitio,& inter potentes definit. Melius
enim Deus in huiusce modi ambagibus,quàm
homines iudicat,siue dignetur ad passionis fru/
ctum uocare meliores & parcere infirmis,siue
istos facere ad mala perferēda fortiores,& huic
uitæ subtrahere, quorum non potest dei eccle/ C
siæ tantum quantum illorum uita prodesse. Res
quidē fiet minus usitata,si fiat ista sortitio. Sed
si facta fuerit,quis eam reprehendere audebit?
Quis non eam nisi imperitus aut inuidus con/
grua prædicatione laudabit? Quod si non pla/
cet facere,cuius facti non occurrit exemplum,
nullius fuga faciat ut eccleſiæ ministerium,ma/
xime in tantis periculis necessariū ac debitum,
desit. Nemo excipiat personam suam,ut si ali/
qua gratia uidetur excellere,ideo se dicat uita,
& ob hoc fuga,esse digniorem. Quisquis enim
hoc putat,nimium sibi placet. Quisquis autem
etiam hoc dicit, omnibus displicet. Sunt sanè
qui arbitrantur episcopos & clericos non fugi/
entes in talibus periculis,sed manentes facere
ut plebes decipiantur, cum ideo non fugiunt,
quia manere suos præpositos cernunt. Sed faci/
le est hanc responsionem uel inuidiam declina/
re,alloquēdo easdem plebes atq; dicendo,non
uos decipiat quod de loco isto non fugimus.
Non enim propter nos,sed propter uos potius
hic manemus,ne uobis non ministremus quic/
quid saluti uestræ,quæ in Christo est,nouimus
necessarium. Si ergo fugere uolueritis, & nos
ab istis quib⁹ tenemur uinculis soluistis. Quod
tunc puto esse dicendum,quando uere uidetur
utile esse ad loca tutiora migrare. Quo audito si
uel omnes uel aliqui dixerint,in illius potestate
sumus,cuius iram nullus quocunq; uadit,eua/
dit: cuius misericordiam ubicunq; sit potest in/
uenire

uenire,qui nusquam uult ire,siue certis necessi/ A
tatibus impeditus,siue laborare nolens ad in/
certa suffugia,& non ad finienda,sed ad mutan
da pericula,proculdubio isti deserēdi non sunt
ministerio Christiano. Si autem hoc audito abi
re maluerint, nec illis manendum est qui pro/
pter illos manebant: quia ibi iam non sunt pro/
pter quos manere adhuc debeant. Quicunque
igitur isto modo fugit,ut eccleſiæ necessarium
ministerium illo fugiente non desit,facit quod
Dominus præcepit siue permisit. Qui autem sic
fugit, ut gregi Christi ea quibus spiritaliter ui/
uit,alimenta subtrahantur: mercenarius ille est,
qui uidet lupum uenientem & fugit,quoniam
non est ei cura de ouibus. Hæc tibi,quia me
consuluisti frater dilectissime,qua existimaui ue B
ritate & certa charitate rescripsi: sed ne melio/
rem (si inueneris) sequaris sententiam,non præ/
scripsi. Melius tamen quod in his periculis fa/
ciamus, inuenire non possumus,quàm oratio/
nes ad dominum deum nostrum,ut misereatur
nostri. Quod ipsum,ut scilicet dei eccleſias non
desererent,dei dono nonnulli prudentes & san/
cti uiri & uelle & facere meruerūt,& inter den/
tes obtrectantium à sui propositi intentione mi
nime defecerunt.

*Censura Epistolæ centesimæ octua/
gesimæ primæ.*

¶ Hoc numero sequebatur Epistola cum inscriptio/
ne ad Italicam,decerpta ex Epistola centesima duo/
decima ad Paulinam: quod ab ocioso scriba factum
esse liquet. Nam si Augustinus bis eadem scribere uo
luisset ad ambas,adiecisset aliqua propria,aut certe
hoc ipsum testatus fuisset,se fragmentum illius Epi/
stolæ mittere.

Quid precemur istis ociosis, qui talibus
nænijs ac nugis onerant lectorem. Nec ora/
tio nec sensus quicquam habet Augustini:
sed ex historia quispiam confinxit hæc argu/
menta: cuiusmodi sunt Epistolæ Theophili
ad Hieronymum, Hieronymi ad Theophi/
lum, Senecæ ad Paulum & Pauli ad Sene/
cam. Quanquam fortasse non tam succense/
re decet ijs, qui exercendi styli gratia tra/
ctant hoc genus argumentorum, quàm illis
qui tam nullius nasi sunt, ut hæc serio tribu/
ant autoribus, quorum nomina præferunt.
Ob antiquitatem tamen passi sumus eas re/
sidere, quanquam nihil habentes quur legi
debeant.

Epistola CLXXXII

Domino sublimi semper magnifi/
co filio Bonifacio, Augu/
stinus episcopus.

Rnet mores tuos pudicitia coniuga
O lis,ornet sobrietas & frugalitas. Be/
ne enim agere,& illicita non prohi/
bere,cōsensus erroris est. Quædam
dum de ecclesia egreditur Christi uirgo sacrata,

ebriam Gothi Herpæ mentem & corpus incur/
rit. Habeat quæso miles sub comite positus di/
sciplinam. Graue est enim,ut quem non uincit
homo,uincat libido: aut uolutetur uino,qui nō
uincitur ferro.

Epistola CLXXXIII

Domino merito honorabili patri Au/
gustino episcoporum summo,
Bonifacius.

Væ sanctitatis epistolam admonitu
T me terrificāte suscepi. Etenim uene/
rabilis papa,si thorus ille legitimus
pauidos habet accessus, quo debet
puniri supplicio,diuinas qui temerat rationes?
Arguetur ergo profecto qui diuina atq; huma/
na neglexit,& quem libido præuenit, gladius
ultor absumet: eumq; quem insobrium in tan/
tis angustijs fama ueridica publicauit, carce/
ris perituru quocunq; supplicio custodia re/
tinebit.

Epistola CLXXXIIII

Go quos diligo arguo & castigo,
E non occidi desidero,nec carcere ple
no squallore retrudi. Sola sufficit ad/
monitio. Poterit enim,si ei diuinitus
concedatur,tempus pœnitētiæ condonari,qui
domini templum ausus est uiolare. Sit ergo ipse
qui fecit,sui arbiter uoti. Fas enim non est,ut
reus episcopi suggestionibus occidatur,qui ue/ C
niæ si pœnituerit reseruatur. Nam si in Barbaro
rum erroribus uelimus cum decet exercere uin
dictam, paucos reperiemus, nec ipsos animo/
sos ad pugnam fore.

Epistola CLXXXV

Domino sublimi semperq; magnifi/
co filio Bonifacio, Augu/
stinus episcopus.

Phricæ littus,ut audio,miles attigit
A transmarinus: sed huius meriti dux à
catholica ueritate dissentit. Quid o/
rem,sicut oportet,ignoro. Ab Italia
hostis est publicus nuncius, contra uictricia
signa superbas erigens hastas. Pacem inter nos
D fieri uellem,si scirem plenius quod ignoro. Ad/
est quidem Aphricæ olim paratum in Italia bel
lum,sed tamen non inuideo fili charissime Ro/
maniæ. Sed dico quod sentio. Non dabit diui/
nitate iuuante catholicus hæretico terga. Tui
cordis intentio dirigatur ad dominum,non mi/
litem timebis,non Gothum,non Hunum.

Epistola CLXXXVI

Domino sancto patri Augustino epi/
scopo, Bonifacius.

Cio quòd sit tua sanctitas pro mea ui
S ta solicita,& quæ aduersus me tyran
nus ille ordinauerit ac disponat,ante
quàm tuum sacerdotiū scriberet,no/

ui. Obuiamus ad mortem ultro tendentibus, quos nostræ uictoriæ, ut credimus, faciet Christus addictos. Sed si erga me meosq; omnes aliud uoluerit ordinare diuinitas, precare ut animam liberet deus, & dabitur competens aduersario secunda uice respõsio. In pugna enim utriusq; desæuit furor, sed deus inspicit causas. Igitur ora, ut dixi, & uincet una Trinitas nobis.

Epistola CLXXXVII

Dilectissimo & spectabili uiro filio Bonifacio, Augustinus episcopus.

M Iror quomodo tam subito fidei murũ aries ruperit inimici. Noui enim qua religione semper sis Ecclesiam dei ueneratus. Quo instigante facere ausus es, hominem de ecclesia rapuisti. Tuus si de tuo amico fortè præsumeret fugitiuus, posset proculdubio intercessoris causa ueniam promereri. Ergo si amicus intenditur, cur deus offenditur? Sed si de potestate præsumitur, Nabuchodonosor regem intende, qui causa superbiæ in bouem est ex homine commutatus. Non ut confundam te hæc scribo, sed ut filium meum charissimum moneo. Ecclesiæ igitur illæsum reuoca, quem ut irreligiosissimus rapuisti. Oblatio uero domus tuæ à clericis ne suscipiatur, indixi: cõmunionemq; tibi interdico, donec peracta pro ausibus uel errore à me definita tibimet pœnitentia & tempore condonato, pro hoc facto corde cõtrito & humiliato dignum offeras sacrificium deo.

Epistola CLXXXVIII

H Vmilis saluto, quod primum est: Suscepi autem tremens sanctitatis tuæ uerba uerberibus plena. Scio quòd ueniæ præparatur, qui ab Augustino perfectissimo sacerdote corripitur: nec debet episcopo denegare quod uoluntas facit aut casus. Ipse enim sibi denegat curam, qui suam medico non publicat causam. Hominem ergo pissime patere è liminibus ecclesiæ raptum tuis sanctis aspectib⁹ iussio mea furorq; subduxit. Alieno non sunt ista facta consilio, dei & sanctorum eius regimine uiuo. Illum itaq; uirum morte dignissimum, quem (ut dixi) meus de ecclesiæ foribus furor abstraxit, uitæ tuis iussionibus donamus illæsum. Agnosco culpas. Indignæ meæ lachrymæ iungantur tuis fletibus iustis, quo possit hæc nota nigro scripta titione deleri. Ecclesiæ mihi introitus non negetur. Illic spero ueniam, ubi admisi culpam. Oblatio uero domus meæ, ut tua sanctitas iussit, ad cœlestis regis mensam eius manibus offeretur.

Epistola CLXXXIX

Domino sublimi, semperq; magnifico filio Bonifacio, Augustinus episcopus.

D Vm quodam in loco positus tuæ eximietatis transitus intuerer, placuit meis aspectibus tuæ sublimitatis mitis ille ac terribilis gressus. Sed postquàm illud leuigatũ sacro chrismate caput portam cum paucis ciuitatis exiuit, subito uomunt equites domus, ciuitas fundit exercitum, strepunt arma, concrepant tubæ, contis crispatæ uentis stuppæ dependent, ferreæ tunicæ uirorum fortium membra constringunt, sessoris & equi genibus setigera theca uestitus, intensus geritur arcus: pulchra cuncta conspexi, nihil melius Bonifacio comite uidi. Sed postquàm ad palmas ut cõperi tua sublimitas uenit, ad illum breuem quidem, sed plenũ periculis maris transitum, quod uix aliquãdo naue transitur, præceperas matutino tempore transmeare, ne noctis obscuritas mali aliquid procuraret. Gudila eximietatis tuæ fidelissimus seruus equo ipsius matris dum natat in brachio, interdicti littoris tetigit oras, nec statim licuit reuerti profecto: maris enim timor increscens reuersuro transitum denegauit. Hoc illos tuos uigilãtissimos sensus latere non potuit, iram ratio prouocauit, culpa iuuenem suasit ad fugam, sed felix fuga est quæ currit ad uitam. Memoratus Gudila ad patronum tuum sanctum Stephanum primum martyrem confugit. Ipse mihi & imperauit, ut pro eodem apud religionem tuam postulator accedam. Habeat igitur, quæso, ueniam, quem nec turbatus undis equus caruit, nec gurges altus absorbuit, quem Deus eruit & aqua seruauit. Valeat apud te epistolaris ista, rogo, suggestio. Eris enim, ut deprecor, ab ira Domini alienus, quotiens petitus à te offensus non fuerit Augustinus.

Epistola CXC

Domino beatissimo & uenerabili sancto patri Augustino episcopo, Bonifacius.

F Vrens parco, qui obtuius bello, sanctitatis tuæ frangor imperio. Gudilam fortissimum semper quem uolo uiuere uirum, metuo ne eum aliquando iuuentutis suæ leuitas faciat interire. Potest quidem præcinctus armis quãtos inimicos reperierit trucidare. Sed apud belligeros uiros uictus dicitur uictor occisus. Nã equo uectus maris brachium quod natando perrexit, luxuriæ non fuerat, sed uirtutis. Arbitror enim quod no ce cogitarit aliquid hostibus facere, cui sole ingresso finis diei cõsilia parata subduxit. Hoc uero dolui, quod natatione lõgissima ab equo posset & aquis occidi. Vt iubes ergo sancti beatiq; Stephani imperata iussa uestra refero. Spondeo enim ipsi tibiq;, quod Gudila uobis est iubentibus ueniæ condonatus.

Epistola CXCI

Domino uenerabili sancto patri Augustino episcopo Bonifacius.

C Astinus ille, priuatus ex consule, uitæ meæ ac nominis omnibus ut notum est persequutor, peiores cõmittens ac fugiens factiones, quasi mearum

rum à me gestarum immemor Datium Italia fugiens, meis se in Aphricam defensionibus tradidit committendum: Omitto beatissime pater olim mihi ab eodẽ ingestas miserias, ostensa pericula: fugiens enim nunc usq; uiuo. Thrax natus, uix Scythã euasi, duraui inuido sub consule miles. Sed diuina potentia quæ nouit planare sublimia, & altius eleuare prostrata, fecit de superbo quod uoluit, & hostem meum me quieto uictoria mihi qua nouit addixit. Sufficit pro nere uicti tanta deiectio, adorauit saracam clauus, timuit senator barbarum caput, tremuit mi litem dux. Doloris dicũtur ista pater sancte Cothurno. Nam ueneror illustrissimum consulem, & primum conspicio senatorem: sed ne consueta fallacia mali erga me, ut solet, aliquid molia- B tur, putetq; se suis fraudibus Romanis ducibus profuturum, & in meo uersetur exitio, integrũ de suis sensibus det tuæ beatitudini sacramentum, si nullus in eius corde uertitur dolus. Ego autem per omnia quę sancta sunt iuro, quoniam si apud eum animi reperero puritatem, eum incolumem ac sublimẽ Italiæ Romæq; reddam, frustratis inimicis eius & domitis. Hostis autem erit suæ animæ, si aliquid in eo sinistræ partis inuenero.

Epistola CXCII

Domino insigni meritoq; sublimi filio Bonifacio, Augustinus episcopus.

V Ir illustrissimus Castinus sacramento se prodidit quod sit ab omni culpa & erroribus alienus. Quem tibi, ut dicit fœderatus ille Sonia adhuc C te in palatio posito falsis suggestionibus concitabat. Sed ne totum quod tunc agebatur mittatur in medium, detur prolixitati compendium. Dauid ille opilio regnum parcẽdo inimicis obtinuit. Christus pro Iudæis, qui eum crucis patibulo cõfixerunt, patrem ne irasceretur rogauit, & indignis hominibus ueniam misericors condonauit. Crede igit̃ homini qui mihi fidele tradidit sacramentũ, & quærit me pollicitante tua defensione uitę subsidium. Scio enim quod eius salutis mihi promissa complebis.

Epistola CXCIII

Domino uenerabili sancto patri episcopo Bonifacius. D

G Raue nobis est bellum: Inimici mucro nostra pectora pulsat. Deo funde preces ut soles, tua sit nobis comes oratio: rauca buccina, terrifica tuba, puto quod & sydera terreat: hostium clamor immanis adest, sed his non terremur. Nouimus enim ista non hodie. Ergo uenerande Christi sacerdos, pete deum ut iacula in hostes dirigat nostra, ac seipsi trucident mutua cæde.

Epistola CXCIIII

Dilectissimo & spectabili uiro Bonifacio, Augustinus episcopus,

G Rauí de pugna conquereris: dubites nolo, utile tibi tuisq; dabo cõsilium, arripe manibus arma. Oratio aures pulset autoris: quia quãdo pugnatur, deus apertis cœlis prospectat, & partem quam inspicit iustam, ibi dat palmam.

Epistola CXCV

Domino uenerabili sancto patri Augustino episcopo, Bonifacius.

M Anus superba deo iuuante cecidit, quæ ante paululum audax gladium erecta portabat. Multi ex aduersis ceciderunt: de nostris autem, Christo iuuante, nullus est uulneratus. Ora igitur uenerabilis papa, ut talis de inimicis ultio sæpe procedat.

Epistola CXCVI

Domino insigni meritoq; sublimi filio Bonifacio, Augustinus episcopus.

L Ecto me uacare nobilitatem tuam latere non credo, ultimumq; diem mihi exopto uenire. Gaudeo tuæ uictoriæ. Ciuitatem quæso serua Romanam: tuos ut bonus rege comes: nihil de uiribus propriis præsumas: de autore gloriare uirtutũ, & nullum curabis penitus inimicum. Vale.

Epistola CXCVII

N Vnquam diuinitas preces ac lachrymas despicit peccatorũ. Cupis ipse quidem de hac uita securus ad cœli regna migrare: sed nobis opus es fessis in tantis adhuc periculis constitutis. Itaq; ora nobiscum, ut tua nobis salus aliquantulum temporis condonetur.

Censura epistolæ centesimæ nonagesimæ octauæ.

¶ Quæ hic erat, transtulimus in locum Epistolæ centesimæ undecimæ, quam loco submouimus eo quòd haberet indoctam loquacitatem, & omnino nihil Augustini.

Mulier quædam inscio marito susceperat uotum continentiæ. Pòst tamen maritus assensus est, & continẽter cum ea uixit, non sinens tamen ut monachæ uestem sumeret. Tandem inscio marito duobus facultates omnes ueluti pauperibus erogauit, cum haberet filium puerum ex eodem uiro. Maritus [redacted] resiliit à proposito, & cœpit mœchari. Hanc obiurgat de perperam factis, hortans, ut quantum potest reconcilietur uiro suo. Epistola CXCIX

Dominæ religiosissimæ filiæ Ecdiciæ, Augustinus in Domino Salutem.

L Ectis literis reuerentię tuæ, & earum perlatore interrogato quæ interroganda restabant, uehementer dolui sic te uoluisse agere cum marito, ut ædificium continentiæ, quod in eo iam construi cœperat, amissa perseuerantia in adulterij ruinam miserabiliter laberetur. Cum enim lugendus

Universidad de Deusto
Biblioteca

gendus esset, si post continentiam uotam deo, iamq; actu ipso moribusq; susceptam reuertere-
tur ad coniugis carnem: quãto magis nunc de-
mersus in interitum profundiorem lugẽdus est,
qui tam abrupta dissolutione mœchatur, iratus
tibi, perniciosus sibi, tanquam in te acerbius sæ-
uiat, si ipse pereat. Hoc autem tantum mali acci-
dit, dum tu eius animum non qua debuisti mo-
deratione tractasti: quia etsi carnali consortio
iam ex consensu uobis non miscebamini, in cæ-
teris tamen rebus coniugali obsequio uiro tuo
mulier seruire debuisti, præsertim cũ ambo es-
setis membra corporis Christi. Et utiq; si mari-
tum infidelem fidelis habuisses, agere te conuer
satione subdita oportuit, ut eum domino lucra-
reris, sicut apostoli monuerunt. Omitto enim
quod ipsam continentiam illo nondum uolen-
te non secũdum sanam doctrinam te susceptisse
cognoui. Neq; enim corporis tui debito frau-
dandus fuit, prius quàm ad illud bonum, quod
superat pudicitiam coniugalem, tuæ uoluntati
uoluntas quoq; eius accederet: nisi forte non le-
geras nec audieras, uel non attenderas Aposto-
lum dicentem: Bonum est homini mulierẽ non
tãgere: propter fornicationem autem unusquis-
que uxorem suam habeat, & unaquæq; suum ui-
rum habeat: uxori uir debitum reddat, similiter
1 Cor.7 autem & uxor uiro: uxor non habet potestatem
corporis sui, sed uir: similiter autem & uir non
habet potestatem corporis sui, sed mulier: noli-
te fraudare inuicem, nisi ex cõsensu ad tempus,
ut uacetis orationi: & iterum ad idipsum estote,
ne uos tentet Satanas propter intemperantiam
uestram. Secũdum hæc uerba apostolica, etiam
si se ipse continere uoluisset, & tu noluisses, debi
tum tibi reddere cogeretur, & illi deus imputa-
ret continentiam, si non suæ, sed tuæ cedens in-
33.q.5.secun/ firmitati, ne in adulterij damnabile flagitium ca-
dum uerba deres, maritalem tibi concubitum non negaret:
quãtomagis te, quàm magis subiectam esse de-
cuerat, ne ipse quoq; in adulteriũ diabolica ten-
tatione traheretur, in reddendo huiusmodi de-
bito uoluntati eius obtemperare conuenerat,
cum tibi uolũtatem continẽdi acceptaret deus,
quia propterea non faceres, ne periret maritus.
Sed hoc, ut dixi, merito omitto, quoniam post-
ea tibi nolenti nihil ad reddenda coniugalia debi
ta consentire, ad eadem continentiæ pacta ipse
consensit, & tecum continentissime diu uixit,
suoq; consensu à peccato illo, quo ei debitum
carnis negabas, ipse te absoluit. Non ergo iam
in tua causa ista uertitur quæstio, utrum redire
debeas ad concubitum uiri. Quod enim deo pa
ri consensu ambo uoueratis, perseueranter usq;
in finem reddere ambo debuistis: à quo propo-
sito si lapsus est ille, tu saltem constãtissime per-
33.q.5.cap. seuera. Quod te non exhortarer, nisi quia tibi
quod deo ad hoc ipse consenserat. Nam si nunquam tenu-
isses eius assensum, numerus te nullus defendis-
set annorum, sed post quantumlibet tempus me

consuluisses, nihil tibi aliud responderem, nisi
quod ait Apostolus, Vxor non habet potesta-
tem corporis sui, sed uir: de qua potestate sic ti-
bi iam permiserat continentiam, ut eam tecum
& ipse susciperet. Sed illud est quod minus te
obseruasse cõtristor, quia tanto humilius & obe
dientius ei obsequi in domestica conuersatione
debuisti, quanto ille religiosius tibi rem tam ma
gnam etiam imitando concesserat. Non enim
quia pariter temperabatis à commixtione car-
nali, ideo tuus maritus esse destiterat, imò uero
tanto sanctius inter uos coniuges manebatis,
quanto sanctiora cõcorditer placita seruabatis.
Nihil ergo de tua uerte, nihil de tuo auro uel ar-
gento uel quacunq; pecunia, aut rebus ullis ter-
renis tuis sine arbitrio eius facere debuisti, ne
scandalizares hominem, qui deo tecum maio-
ra uouerat, & ab eo quod de tua carne licita po-
testate posset exigere, continenter abstinuerat.
Deniq; factum est ut uinculum continẽtiæ, quo
se dilectus ille innexuerat, contemptus abrum-
peret, & iratus tibi, nõ parceret sibi. Sicut enim
mihi retulit perlator epistolæ tuæ, cum cogno-
uisset quòd omnia uel pene omnia quæ habe-
bas, nescio quibus duobus transeuntibus mona
chis tanquam pauperibus erogãda donaueris,
tunc ille detestans eos tecum, & non dei seruos,
sed domus alienæ penetratores & tuos captiua
tores & depredatores putans, tam sanctam far-
cinam quam tecũ subierat indignatus abiecit.
Infirmus enim erat, & ideo tibi quæ in commu-
ni proposito fortior uidebaris, nõ erat præsum-
ptione turbandus, sed dilectione portandus:
quia etiam si ad ipsas eleemosynas largius faci-
endas fortè pigrius mouebatur, posset & ista
condiscere si tuis inopinatis non ferretur ex-
pensis, sed expectatis inuitaretur obsequijs: ut
etiam hoc quod temere sola fecisti, multo con-
sultius dilectione concordi, multoq; ordinatius
& honestius ambo faceretis: ne blasphemaren-
tur serui Dei, si tamen hoc fuerunt, qui marito
absente atq; nesciente, ab ignota muliere & ab
aliena uxore tanta sumpserunt, & laudaretur
deus in operibus uestris, quorum esset tam fida
societas, ut à uobis communiter teneretur, non
solum summa castitas, uerũ etiam gloriosa pau-
pertas. Nunc autem inconsiderata festinatione
attende quid feceris: ut enim de illis monachis
à quibus te ipse non ædificatam sed spoliatam
esse conqueritur, ego bene sentiam: nec homini
præ ira turbatum oculum habenti, contra Dei
fortasse famulos facile consentiam: nũquid tan
tum bonum est, quòd pauperum carnem largiõ
ribus eleemosynis refecisti, quãtum malum est
quòd uiri tui mẽtem à tam bono proposito sub-
ruisti? An cuiusquam tibi temporalis salus cha-
rior esse debuerat, quàm huius æterna? Nónne
si ampliorem misericordiam cogitãs, ideo pau-
peribus res tuas erogare differres, ne scandali-
zatus maritus tuus Deo periret, uberiores tibi

deus

deus eleemosynas imputaret? Proinde si reco-
lis quid acquisieras, quando lucrata fueras ui-
rum tuum, ut tecum Christo sanctiore castitate
seruiret: intellige per illas eleemosynas tuas,
quibus cor eius euersum est, quanto grauiore
damno percussa fueris, quàm sunt illa lucra quę
cœlestia cogitabas. Si enim habet ibi magnum
locum panis fractus esurienti, quantum locum
ibi credenda est habere misericordia, qua ho-
mo eripitur diabolo, tanquam leoni rugienti, &
quem deuoret inquirenti? Neque hoc ita dici-
mus, ut si quisquam scandalizatus fuerit de bo-
nis operibus nostris, ab eis desistendum pute-
mus: sed alia causa est alienarum, alia necessa-
riarum in societate aliqua personarum: alia fide
lis, alia infidelis: alia parentum erga filios, alia
filiorum erga parentes. Alia postremo ea quæ
in his rebus uel maxime intuẽda est uiri & uxo-
ris, ubi mulierem coniugatam non licet dicere,
Facio quod uolo de meo: cum & ipsa nõ sit sua,
1 Pet.3 sed capitis sui, hoc est uiri sui. Nam sic quędam,
ut commemorat apostolus Petrus, mulieres san
ctæ quæ in deum sperabant, ornabant se, subie-
ctæ suis uiris, sicut Sara obsequebatur Abrahæ
dominum eum uocans: cuius, inquit, factæ estis
filiæ, cum ad Christianas non ad Iudæas fœmi-
nas loqueretur. Quid autem mirũ, si pater com-
munem filium nolebat huius uitæ sustentaculis
à matre nudari, ignorans quid sectaturus esset,
cum in ætate grandiuscula esse cœpisset, utrum
monachi professionem, an ecclesiasticum mini-
sterium, an cõiugalis necessitudinis uinculum?
1 Con.7 Quamuis enim ad meliora excitandi & erudi-
endi sint filij sanctorum, unusquisq; tamen pro-
prium donum habet à deo, alius sic, alius autem
sic. Nisi forte talia prospiciens & præcauens re-
1 Tim.5 prehendendus est pater, cum beatus Apostolus
dicat: Quisquis autem suis & maxime domesti-
cis non prouidet, fidem denegat & est infideli
deterior. Cum uero de faciendis ipsis eleemosy
nis loqueretur, ait, Non ut alijs refectio sit, uo-
bis autem angustia. Pariter ergo consiliũ de om
nibus haberetis, pariter moderaremini qd the-
saurizandum esset in cœlo, quid ad uitæ huius
sufficientiam uobis & uestris uestroq; filio relin
quendum, ne alijs esset refectio, uobis autem an
gustia. Et in his disponendis atque faciendis, si
quid tibi forte melius uideretur, suggereres ui-
ro reuerenter, eiusdemq; autoritatem tanquam
tui capitis sequereris obedienter: ut omnes qui
sanum sapiũt ad quos posset hoc bonũ uestrum
fama perferre, de domus uestræ fructu ac pace
gauderent, & aduersarius reuereretur nihil ha-
bens de uobis dicere prauí. Porrò si de facien-
dis eleemosynis & in pauperes impẽdendis re-
bus tuis, de quo bono opere & magno tam eui-
dentia præcepta sunt domini, cum uiro tuo fi-
deli & tecum sanctæ continẽtiæ pacta seruante
consilium cõmunicare deberes, eiusdemq; non
spernere uoluntatem: quanto magis de habitu

atq; uestitu nihil tibi præter eius arbitrium mu-
tandum uel usurpandum fuit, unde nihil diuini-
tus legimus imperatum. Scriptum est quidem,
mulieres esse non debere in habitu ornato, au- 1 Tim.2
ricq; circumpositione, & intortione crinium, &
cætera huiusmodi quæ uel ad inanem pompam
uel ad illecebram fermè adhiberi solent, merito
reprehensa sunt. Sed est quidã pro modulo per- 33.q.5.cap.
sonæ habitus matronalis à uiduali uestę distin- quod deo
ctus, qui potest fidelibus coniugatis salua reli-
gionis obseruantia conuenire. Hunc te maritus
si deponere noluit, ne te uelut uiduam illo uiuẽ-
te iactares, puto quia non fuerat in hac re usque
ad dissensionis scandalum perducendus, magis
inobedientiæ malo, quàm ullius abstinẽtiæ bo-
no. Quid enim est absurdius, quàm mulierem
de humili uestę uiro superbire, cui te potius ex-
pediret obtemperare candidis moribus, quàm
in nigellis uestibus repugnare? Quia etsi te in-
dumẽtum monachæ delectabat, etiam hoc gra-
tius posset marito obseruato exoratoq; sumi, cũ
illo inconsulto contemptoq; præsumi. Quòd si
omnino non sineret, quid tuo proposito deperi-
ret? Absit ut hinc displiceres deo, quod coniu-
ge tuo nondum defuncto, non induereris sicut
Anna, sed sicut Susanna. Neq; enim & ille qui
tecum iam cœperat custodire tam magnũ con-
tinentiæ bonum, etiam si coniugale non uidua-
le uoluisset ut acciperes indumentum, ad inde-
centem quoq; te compulisset ornatum. Quo &
si aliqua dura cõditione cogereris, posses habe-
re in superbo cultu cor humile. Nempe apud pa
tres, Hester illa regina deum timens, deum co-
lens, Deo subdita, marito regi alienigenæ non
eundem secum colenti deum, tamẽ subiecta ser
uiebat: quæ cum extremo periculo, non suo tan
tum, sed etiam gentis suæ, qui tunc erat popu-
lus dei, domino prosterneretur orando, in ipsa
oratione sua dixit, ita sibi esse ornatum regium,
sicut pannum menstrualem: & ita orantem con
festim exaudiuit, qui cordis inspector eam uerũ
dicere sciuit. Et utiq; maritũ habebat multarum
mulierum uirum, & deorum alienorum falso-
rumq; cultorem. Tu autem si & ille in proposi-
to quod tecum susceperat, perduraret, nec à te
offensus in flagitium corruisset, maritum habe-
bas non solum fidelem, & uerum deum tecum
colentem, sed etiam continentem: qui procul
dubio propositi uestri non immemor, & si ad
coniugalia te cogeret indumẽta, ad superba ta-
men ornamenta non cogeret. Hæc tibi scripsi,
quoniam me consulẽdum putasti, non ut tuum
rectum institutum sermone meo frãgerem, sed
quòd te inordinate & incaute agente, uiri tui
factum dolerem. De cuius reparatione debes
uehementissime cogitare, si uere ad Christum
uis pertinere. Indue itaque humilitatem men-
tis, & ut te deus conseruet perseuerantem, noli
maritum contẽnere pereuntem. Funde pro illo
pias & assiduas orationes, sacrifica lachrymas

tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam uulnerati sanguinem cordis. Et scribe ad eum satisfactionem, petens ueniam, quia in eum peccasti, quod præter eius consilium & uoluntatem de rebus tuis feceris, quod faciendum putasti, nō ut te pœniteat tribuisse pauperibus, sed eum tui boni operis participem & moderatorē habere noluisse. Promitte de cætero in adiutorio domini, si & illum suæ turpitudinis pœnituerit, & continentiam quam deseruerit repetiuerit, te illi sicut decet in omnibus seruituram,
2 Tim. 2 ne forte, ut ait Apostolus, det illi deus pœnitentiam, et resipiscat de diaboli laqueis, à quo captiuus tenetur secundum ipsius uoluntatem. Filium autem uestrum quoniā de legitimis eum & honestis nuptijs suscepisti, magis in patris quàm in tua esse potestate quis nesciat? Et ideo ei negari non potest, ubicunq; illum esse cognouerit, & iure poposcerit: ac per hoc ut secūdum tuam uoluntatem in dei possit nutriri & erudiri sapiētia, necessaria est illi etiam uestra concordia.

Augustinus Aselico episcopo monstrat Christianos esse quidē Israelitas, & Iudæos iuxta sensum spiritalem esse, tamē ab hoc uocabulo uulgo temperandum, eo quòd Christiani non solum liberi sint à Iudaicis obseruationibus, uerum etiam ab eo quòd præceptorum obseruationem non tribuunt suis uiribus ut solent Iudæi. Epistola CC

Domino beatissimo fratri & coepiscopo Aselico Augustinus in Domino salutem.

L Iteras sanctitatis tuæ quas ad uenerabilem senem Donatianū de cauendi Iudaismi disceptatione misisti, ad me ipsē dignatus est mittere, atque ut eis responderem petendo uehemētius impetrauit: quem ueritus contēnere, ut possum domino adiuuante respondeo, gratum existimans etiā charitati tuæ, quòd ad te scribendo illi iubēti quem pro suis meritis ambo ueneramur, obtemperarē nō renui. Christianos maxime ex Gentibus uenientes Iudaizare non oportere, Paulus apostoGal. 2 lus docet ubi ait: Dixi Petro coram omnibus, Si tu cum sis Iudæus gentiliter & non Iudaice uiuis, quemadmodū Gentes cogis Iudaizare? Et sequutus adiunxit, Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores: scientes aūt quoniam nō iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesu Christo credidimus ut iustificemur per fidem Christi, & non ex operibus legis, quoniā ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Non solum autē illa opera legis quæ sunt in ueteribus sacramētis, & nunc reuelato testamento Nouo non obseruantur à Christianis, sicuti est circuncisio præputij, & sabbati carnalis uacatio, et à quibusdam escis abstinētia, & pecorum in sacrificijs immolatio, & neomenia & azymum, & cętera huiusmodi, uerumetiam illud quod in lege dictum est, Non cōcupisces: quod utiq; & Christianis nullus ambigit esse dicēdum, non iustificat hominem nisi per fidem Iesu Christi, & gratiam dei per Iesum Christum dominū nostrum. Idem ipse quippe dicit Apostolus, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiā nesciebam nisi lex diceret, Non cōcupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatū operatum Rom. 7 est in me omnem cōcupiscentiā. Sine lege enim peccatum mortuum est. Ego autem uiuebam aliquando sine lege. Adueniente autem mandato peccatum reuixit. Ego autē mortuus sum, & inuentum est mihi mādatum quod erat in uitam, hoc esse in mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatū fefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut apparcat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccatum peccans per mandatum. Scimus enim quia lex spiritalis est: ego autem carnalis sum, uenūdatus sub peccato. Quod enim operor, ignoro: nō enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Videmus itaq; in his apostolicis uerbis legem non solum non esse peccatum, sed etiam esse sanctam, & mandatum sanctum & iustum & bonum, quo dictum est, Non concupisces. Sed peccatum per bonum fallit, et per illud occidit eos, qui cum sint carnales, putant suis uiribus legem spiritalem se posse complere: & per hoc fiūt non solū peccatores, quod essent etiam si legem non accepissent, sed etiam præuaricatores, quod non essent nisi legem ac-Rom. 4 cepissent. Sic enim alio loco dicit, Vbi lex non est, nec præuaricatio. Lex ergo subintrauit, sicut Rom. 5 alibi ipse testatur, ut abūdaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabūdauit & gratia. Hæc est igitur utilitas legis, quia ostendit hominem sibijpsi, ut sciat infirmitatem suam, & uideat quemadmodū per prohibitionem augeatur potius carnalis concupiscentia quàm sanetur. Appetuntur enim ardentius quæ uetantur, dum id quod spiritaliter iubetur carnalis obseruare compellitur. Vt autem fit spiritalis qui legem impleat spiritalem, nō fit ipsa lege, sed gratia: hoc est, non imperio, sed beneficio: non iubente litera, sed adiuuāte spiritu. Incipit autem homo secūdum gratiam in interiori homine renouari, ut mente agat quod amat, nec carni consentiat agenti quod odit, id est ut non omnino non cōcupiscat, sed ut post cōcupiscentias suas non eat. Quod quidē tam magnum est, ut si omnimodo fieret, & quamuis insint dum sumus in corpore mortis huius desideria peccati, nulli eorum tamen adhiberemus assensum, non esset unde diceremus patri nostro qui est in cœlis, Dimitte nobis debita nostra. Nec tamē ideo tales iam essemus, quales erimus cum mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc enim non solum nulli desiderio peccati obediem⁹, sed nulla erūt desideria

desideria talia, quibus non obedire iubeamur. Nunc ergo ubi dicitur, Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatū: de concupiscentia carnis dicitur, quæ operatur in nobis motus suos etiam quādo eis non obedimus, dum nō regnat peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato: in qua iustitia nondum cōsumma perseueranter proficientes, ád eius consummationem quandoq; ueniemus, ubi peccati concupiscētia non cohibenda atq; frenanda, sed nulla sit. Hoc enim lex posuit dicendo, Non cōcupisces: non quod hic ualeamus, sed ad quod proficiēdo tendamus. Verum hoc fit non lege quæ hoc imperat, sed fide quæ hoc impetrat: non litera qua iuBetur, sed spiritu quo donatur: non ergo meritis operantis hominis, sed largiētis gratia saluatoris. Vtilitas itaq; legis est, ut hominem de sua infirmitate conuincat, & gratiæ medicinā quæ in Christo est, implorare cōpellat. Omnis enim qui inuocauerit nomē Domini, saluus erit. Quo modo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent, quem non audierunt? Vnde paulopost dicit: Igitur fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Quæ cum ita sint, qui se Israelitas esse carnaliter gaudent,
Rom. 10 & præter gratiam Christi, in lege gloriantur, ij sunt de quibus idem Apostolus ait, quòd ignorantes dei iusticiam, & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Dei quippe dixit iusticiam, quæ homini ex deo est: suam uero quam putant sibi sufficere ad facienda mandata sine adiutorio & dono eius qui legem dedit. His autem similes sunt, qui cum profiteantur se esse Christianos, ipsi gratię Christi sic aduersantur, ut se humanis uiribus diuina existiment implere mandata: ac sic etiam ipsi ignorātes dei iusticiā, & suam uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti, non quidem nomine, sed tamen errore Iudaizantes. Hoc genus hominum capita sibi inuenerat Pelagium & Cœlestiū, impietatis huius assertores acerrimos. Qui recenti iudicio dei per diligentes & fideles seruos eius etiam catholica cōmunione priuati sunt, & propter cor impœnitens adhuc in sua damnatione perſistunt. Quisquis ab isto carnali & animali, atq; ideo non immerito reprehēsibili atq; damnabili Iudaismo esse quærit alienus, non solum ueteres illas obseruationes à se facere debet alienas, quæ iam reuelato testamento Nouo, postea quàm uenerunt ea quę per illas significabantur esse futura, procul dubio esse necessaria destituunt, ut non iudicetur in cibo & potu & in parte diei festi & neomeniæ & sabbatorum, quod est umbra futurorum: uerum etiam illa quæ in lege ita præcepta sunt, ut ualeant ad informādos mores fidelium: id est, ut abnegātes impietatem & seculares cupiditates, temperāter & iuste & pie uiuamus in hoc seculo: unde est etiā hoc quod ex lege maxime commendandum elegit Apostolus, Non concupisces: & quæcūq; de deo & Rom. 7 proximo diligendo sine ullis figuris sacramentorum præcipiuntur in lege: in quibus duobus præceptis etiam ipse dominus Christus dicit totam legem prophetasq; pendere: sic accipit, sic Mat. 22 amplectitur, sic obseruanda esse non dubitat, ut quicquid in eis proficit, non sibi tribuat, sed gratię dei per Iesum Christum dominum nostrum. Verum tamen cum quisq; isto modo fuerit uerus germanusq; Christianus, utrū etiam Iudęus aut Israelita dicēdus sit, merito quæritur. Quod quidem si non carne sed spiritu hoc esse intelligitur, non debet ipsum nomen sibi in consuetudine sermonis imponere, sed spiritali intelligentia retinere, ne propter ambiguitatem uocabuli quam non discernit quotidiana loquutio, illud profiteri uideatur quod est inimicum nomini Christiano. Hāc autem quæstionē, id est utrum qui Christianus est, etiam Iudæus uel Israelita possit intelligi, idem beatus nobis aperit & dissoluit Apostolus, ubi dicit, Circūcisio quidem prodest, si legem custodias. Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputiū iusticias legis custodiat, nónne præputium ei in circūcisionem reputabitur, & iudicabit quod ex natura est præputiū legem perficiens, te qui per literam & circuncisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ manifesta in carne est circuncisio, sed qui in abscōdito Iudæus est & circuncisio cordis, quæ spiritu est non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. Cum igitur audiamus apostolum Christi commēdantem nobis Iudæum in abscōdito, non in carnis circuncisione sed cordis, & spiritu non litera: quis est iste, nisi Christianus? Sic itaq; sumus Iudæi, non carnaliter sed spiritaliter, quemadmodum sumus semen Abrahæ, non secundum carnem, sicut illi qui de ipso nomine carnali superbia gloriantur, sed secundū spiritum fidei, quod non illi. Scimus enim nos fuisse promissos, quādo ei dixit deus, Patrem multarum gentium posui te. Et quàm multa de hac re dicat Apostol⁹, nouimus. Dicimus enim, inquit, quoniā deputata est Abrahæ fides ad iusticiam. Quādo ergo deputata est? An cum in circuncisione esset, an cum esset in præputio? Non in circūcisione, sed in præputio. Et signum accepit circūcisionis signaculum iusticiæ fidei quæ est in præputio, ut sit pater omnium credētium per præputium, ut deputetur & illis ad iusticiam, ut sit pater circūcisionis, non ijs solum qui ex circūcisione sunt, sed & ijs qui sequuntur uestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abraham. Et paulopost, Ideo, inquit, ex fide, ut secūdum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei tantum quod ex lege est, sed & ei quod ex fide est Abraham, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptū est, Quia patrem multarum gentium posui te. Item
Gen. 17
Rom. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Galatas: Abrahã, inquit, credidit deo, & deputatũ est illi ad iustitiam. Intelligite ergo, quoniam qui ex fide, hi sunt filij Abraham. Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, prænunciauit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes gẽtes: ita ut qui ex fide sunt, benedicãtur cum fideli Abraham. Iam aliquanto post in eadem epistola: Fratres, inquit, secundum hominem dico: tamen hominis confirmatum testamentum, nemo irritum facit aut superordinat: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit Et seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno Et semini tuo, quod est Christus. Item paulopost: Omnes enim uos, inquit, unum estis in Christo Iesu: si autem uos estis Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundũ promissionem hæredes. Secundum istum ergo intellectum Apostolicũ inueniuntur Iudæi qui Christiani non sunt, cum ex carne Abrahæ originem ducant, non esse filij Abrahę. Cum enim dicit: Intelligite ergo, quoniã qui ex fide, hi sunt filij Abrahæ: profecto significat eos qui ex fide non sunt, nõ esse filios Abrahæ. Ac per hoc, nisi Iudæis eo modo sit pater Abraham quomodo est nobis, quid eis prodest quòd de carne eius exorti sunt, & nomẽ sine uirtute tenuerũt? Cum autem ad Christũ transeunt & incipiunt esse ex fide filij Abrahæ, tunc erũt Iudæi, nõ in manifesto, sed in abscõdito: circũcisione cordis, spiritu non litera, quorũ laus non sit ex hominibus, sed ex deo. Ab hac aũt fide alienati, in ramis fractis deputabũtur ex illa olea, in cuius radicem idem dicit Apostolus inseri oleastrum, id est Gentes: quod utiq; non fit per carnẽ, sed per fidem, neq; per legem, sed per gratiam, nec per literam, sed per spiritum, neq; carnis circumcisione, sed cordis, nec in manifesto, sed in abscondito, nec laude ex hominibus, sed ex deo: ut sit unusquisque Christianus sicut nõ carnalis sed spiritalis Abrahæ filius, ita nõ carnalis sed spiritalis Iudæus, nec carnalis sed spiritalis Israelita. Nam & de isto nomine sic Apostolus loquitur: Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israel: neq; qui sunt semen Abraham, omnes filij: sed in Isaac uocabitur tibi semen: hoc est, non ij qui filij carnis, hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in semen. Nónne mirabilia magna sunt ista, profundumq; mysterium, ut multi ex Israel nõ nati, sint Israel: & multi non sint filij, cum sint semen Abrahæ? Quomodo enim non sunt quomodo nos sumus, nisi quia non sunt filij promissionis ad Christi gratiam pertinentes, sed filij carnis nomen inane gestantes: ac per hoc nec illi sunt Israel sicut sumus nos, nec nos sumus Israel sicut sunt illi. Nos enim sumus secundum spiritalem regenerationem, illi secundum carnalem generationem. Intuendum est quippe ac discernendum, alium esse Israel qui propter carnẽ nomen accepit, alium uero qui propter spiritũ rem quæ illo nomine significatur obtinuit. Nũquid enim ex Agar ancilla Saræ nati sunt Israelitæ? Nónne Ismahel ex illa natus est, & non Israelitarum sed Ismahelitarum gentem suo semine propagauit? De Sara nanq; uenit Israel per Isaac, qui ex promissione natus est Abrahæ: tamen cum secundum propaginem carnis se ita res habeat, uenitur ad intellectum spiritalem, & inueniuntur ad Saram non pertinere carnales Israelitæ, qui ex illa carnis originem ducunt, & pertinere ad eam potius Christiani, qui non secundum Ismahel filij sunt carnis, sed secundum Isaac filij sunt promissionis, non ad ipsius Isaac carnale semen, sed ad spiritale mysterium pertinentes. Ita quippe ad Galatas Apostolus loquitur: Dicite mihi, Sub lege esse uolentes, legem non audistis? Scriptum est enim quòd Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed ille quidem qui de ancilla, secundũ carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt in allegoria. Hæc enim sunt duo Testamenta. Vnum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, quod est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est huic quę nunc est Hierusalẽ, & seruit cum filijs suis. Quæ autem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ nõ parturis, quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Nos autem fratres secũdum Isaac, promissionis filij sumus. Sed sicut tũc qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secũdum spiritũ, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillã & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Nos autem fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit. Ecce secũdum istam spiritalem atq; Apostolicam intelligentiam nos potius pertinemus ad liberam Saram, qui ex illa nullam carnis propaginẽ trahimus. Iudæi autem qui ex illa carnis propaginem trahunt, ad Agar potius ancillam pertinere monstrantur, de qua carnis propagationem non trahunt. In nepotibus etiam Abrahæ & Saræ, id est filijs Isaac & Rebeccæ, illis geminis Esau & Iacob qui postea uocatus est Israel, hoc ipsum magnum & profundum mysterium reperitur. De quo idem Apostolus loquẽs, cum per Isaac promissionis filios cõmemorasset ad Christi gratiam pertinentes: Non solum autem illa, inquit, sed & Rebecca ex uno cõcubitu habens Isaac patris nostri. Nondum enim natis, nec quicquam egerint aliquid boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei, Quia maior seruiet minori: sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Hęc certe doctrina apostolica atq; catholica satis euidenter indicat nobis, secundum originem carnis ad Saram Iudæos, id est Israelitas: ad Agar uero, Ismahelitas pertinere. Secũdum autem mysterium spiritus ad

ad Saram Christianos, ad Agar Iudæos. Item secundum originem carnis ad Esau, qui dictus est etiam Edom, gentem Idumæorum: ad Iacob autẽ, qui dictus est etiam Israel, gentem Iudæorum. Porrò secundũ mysteriũ spiritus, ad Esau Iudęos, ad Israel pertinere Christianos. Ita quippe impletur quod scriptũ est, Maior seruiet minori: id est, prior natus populus Iudæorum, posteriori nato populo Christianorum. Ecce quẽadmodum sumus Israel adoptione diuina, non humana cognatione gloriantes, nec in manifesto, sed in occulto, nec litera sed spiritu, nec carnis sed cordis circũcisione Iudæi. Quæ cum ita se habeant, non tamen debemus cõsuetudinem sermonis humani inepta loquacitate confundere, & in rebus discernendis frequentata uocabula perturbata significatione miscere, ut eos qui Christiani sunt, & appellatiõe usitatissima Christiani uocantur, inusitato uocabulo aliquis affectet appellare Iudęos: uel cum sit ipse uocetur q; Christianus, Israelitæ potius nomine delectẽ, & quod in mysterio debet semper intelligere, parcius autem ore proferre, hoc in quotidiana loquendi cõsuetudine magis eligat frequentare inepta insolentia, & si dici potest imperita scientia. Nunquid enim apostoli, per quos ea didicimus ista nescíebant, quomodo nos potius simus semen Abrahæ secundum Isaac promissionis hæredes, & Iudæi spiritu non litera, cordis circumcisione non carnis, & non secundum carnem Israel, sed Israel dei? Sciebãt utiq; ista multo sapientius certiusq; quàm nos, & tamen in loquendi cõsuetudine Iudæos & Israelitas eos appellabant, qui secundũ carnem de Abrahæ stirpe tunc existebant. Nanq; ait Apostolus: Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam querunt: nos autem prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scãdalum, Gentibus autem stultitiã. Ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis, Christũ dei uirtutem & sapiẽtiam. Quos dixit Græcos, hos etiam Gentiũ nomine significauit, eo quòd hæc lingua maxime excellit in Gentibus. Iudæos tamen ipsos uocauit, quos omnes hoc nomine appellant. Nam si Christiani ipsi sunt Iudæi, Christianis est ergo scandalum Christus crucifixus, de quo dictum est, Iudæis quidem scandalum. Quis hoc nisi insanissimus sentiat? Item dicit, Sine offensione estote Iudæis & Græcis & ecclesię dei. Quomodo ista distingueret, si & ecclesiam dei in quotidiana loquendi consuetudine Iudæos appellare deberet? Item ait, Quos & uocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Quomodo uocauit ex Iudæis si potius ex non Iudæis uocauit ut essent Iudæi? Item de Israelitis: Quid ergo dicemus, inquit? Quia gentes quæ non sectabantur iusticiam, apprehenderunt iusticiam, iusticiã autem quæ ex fide est: Israel autem persequens legem iusticiæ, in legem iusticiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensiõis. Item, Ad Israel autem quid dicit? Tota die extendi manus meas ad populũ non credentem & contradicẽtem. Et sequutus adiungit: Dico ergo, Nunquid repulit deus plebem suam? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abrahæ de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem suam quam præsciuit. Quomodo hic appellauit Apostolus Israel non credentem & contradicẽtem, si Christiani sunt Israel: uel quomodo se appellauit Israelitam? Nũquid ex eo quòd Christianus factus erat? Non utiq;, sed ex eo quòd secundum carnem fuerat ex semine Abraham, de tribu Beniamin: quod non sumus nos secundum carnem, quamuis secundum fidem simus semen Abrahæ, ac per hoc & Israel. Sed aliud est quod agnoscit altioris intelligentia sacramenti, aliud quod exposcit quotidiana consuetudo uocabuli. Deniq; Aptius iste nescio quis, de quo scripsisti quòd doceat Iudaizare Christianos, eo modo se sicut insinuauit sanctitas tua, Iudæum & Israelitam uocat, ut ab escis prohibeat à quibus pro tẽporis illius congruentia lex per sanctum famulum dei Moysen data prohibebat, & cæteras illius temporis obseruationes iam nunc apud Christianos aboli tas remotasq; persuadeat, quas umbras futurorum appellat Apostolus, ut & prophetia in illis intelligatur, & eorum obseruatio iam euacuata monstretur: unde apparet quare se iste Aptius uelit Israelitam Iudæumq; uocitari, non spiritaliter sed omnino carnaliter. Nos autem nec illis obseruationibus quæ Nouo testamento reuelato euacuatæ sunt, tenemur obstricti: & præcepta legis huic etiam tempori necessaria, qualia sunt, Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces: & si quod est aliud mãdatum quod in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tanquam teipsum: non uiribus humanis, quasi nostram constituentes iusticiã, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, in ea iusticia quæ nobis ab illo est obseruanda esse didicimus, & docemus. Nec tamẽ ideo nos negamus semen Abrahæ, quibus dicit Apostolus: Vos ergo Abrahæ semen estis, aut Iudæos in abscondito, de qualibus idẽ dicit: Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis, quæ est spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est: aut Israelitas spiritales, ad eum sciicet pertinentes cui minori prædictum est seruiturum esse maiorem. Sed hæc uocabula nobis non indecenter imponimus eaq; mysteriorum intelligentia continemus, non uerborum insolentia uentilamus.

Rom. 9 — Rom. 9 — 1 Cor. 1 — Rom. 9 — Rom. 11 — Exo. 20 — Leuit. 19 — Gal. 3 — Rom. 3

Nectarius Augustinum rogat, ut intercedat pro suis ciuibus. Epistola CCI

Domino insigni & merito suscipiendo fratri Augustino episcopo, Nectarius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vanta sit charitas patriæ, quoniam A
Q nosti prætereo. Sola est enim quæ parentum iure uincat affectum. Cui si ullus esset consulendi modus, aut finis bonis, digne iam ab eius muneribus meruimus excusari. Sed quoniam crescit in dies singulos dilectio & gratia ciuitatis, quantumcq; ærasfini proxima est, tantum incolumem ac florentem relinquere patriã cupimus, idcirco gaudeo primum quòd apud instructum disciplinis omnibus uirum mihi hic est sermo institutus. In Calamensi colonia multa sunt quæ merito diligamus, uel quòd in ea geniti sumus, uel quòd eidem magna contulisse uidemur officia. Hæc ergo domine præstantissime & merito suscipiende, nõ leui populi sui errato prolapsa est. Quod B
quidem si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriori censura. Sed episcopum fas non est, nisi salutem hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotẽtem deum ueniam aliorum mereri delictis. Quamobrem quanta possum supplicatione deposco, ut si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocẽtibus molestia separetur. Præsta hoc quod secundum naturam tuam peruides postulari. De damnis, facilis potest haberi taxatio: tantum supplicia deprecamur. Acceptior Deo uiuas, domine insignis & merito suscipiende frater.

In ciuitate quadam idololatræ, contra recens
Cæsaris ædictum, per occasionem sacrorum suo C
rum impetum fecerant in Christianos: trucidatis aliquot, ac spoliatis multis: quum ob tam immane facinus formidarent Cæsaris iram, Nectarius rogat Augustinum, ut intercedat ne innocentes cum nocentibus plecterentur. Augustinus respondet, illic alios nocentiores, alios minus nocentes, alios nocentissimos inueniri posse, innocentem neminem. Promittit tamen ut resipiscentibus parcatur, & cum nocentibus etiam agatur mitius, sed hactenus, ne cæteri impunito exemplo ad audenda similia prouocentur. Epistola CCII

Domino eximio meritoq; honorabili fratri Nectario, Augustinus.

Am senio frigescentibus membris,
I ferueremanimum tuum patriæ charitate nec miror sed laudo: teq; non tantum tenere memoriter, uerum etiam uita ac moribus demonstrare, quod nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis, non inuitus imò etiam libens accipio. Vnde supernæ cuiusdam patriæ, in cuius sancto amore pro nostro modulo inter eos quibus ad illam capessendam consulimus, periclitamur atq; laboramus, talem etiam te ipsum ciuem habere uellemus: ut eius portiũculæ in hac terra peregrinanti, nullum consulẽdi modum finemq; censeres, tanto effectus melior, quãto meliori ciuitati officia debita prærogares, in eius æterna pace nullum gaudendi finem inuenturus, cuius ad tempus laboribus nullum tibi finem statueris consulendi. Verum hoc donec fiat: neq; enim desperandum est illam te patriam posse acquirere, uel iam acquirendam prudentissime cogitare, ad quam te pater etiam qui in ista genuit ante cessit: hoc donec fiat, da nobis ueniam si propter patriam nostram quam cupimus nũquam relinquere, contristamus patriã tuam quam cupis florentem relinquere: de cuius quidem floribus, si cum tua prudentia disputemus, non est uerendum ne tibi difficile persuadeatur, aut uero etiam non facile occurrat, quemadmodũ florere ciuitas debeat. Commemorauit Poeta ille uestrarum clarissimus literarum quosdam flores Italiæ: sed nos in uestra patria non tam experti sumus, quibus floruit terra illa uiris, quàm quibus arserit armis. Imò uero non armis, sed flammis: nec arserit, sed incenderit. Quod tantum scelus si fuerit impunitum, nulla digna correctione prauorum florentem te patriam putas relicturum. ó flores non plane fructuũ, sed spinarum. Compara nunc utrum malis florere patriam tuam pietate an impietate, correctis moribus, an securis ausibus. Compara ista, & uide utrum in patriæ tuæ amore nos uincas, utrum eam magis ueriusq; cupias florere quàm nos. Intuere paululũ ipsos De republica libros, unde illum affectũ amãtissimi ciuis ebibisti, quòd nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis. Intuere, obsecro te, & cerne quantis ibi laudibus frugalitas & continentia prædicetur, & erga coniugale uinculum fides, certiq; honesti ac probi mores, quibus cum præpollet ciuitas, uere florere dicenda est. Hi autem mores in ecclesiis toto orbe crescẽtibus, tanquam in sanctis auditorijs populorum docentur atq; discuntur, & maxime pietas, qua uerus & uerax colatur deus: qui hæc omnia, quibus animus humanus diuinæ societati ad inhabitandam æternam cœlestemq; ciuitatem instruitur & aptatur, non solum iubet aggredienda, uerum etiam donat implenda. Inde est quod deorum multorum falsorumq; simulachra, & prædixit euersum iri, & præcepit euerti. Nihil enim homines tam insociabiles reddit uitæ peruersitate, quàm illorum
D deorum imitatio, quales describuntur & commendantur literis eorum. Deniq; illi doctissimi uiri qui rempublicã ciuitatemq; terrenam, qualis eis esse debere uidebatur, magis domesticis disputationibus requirebant uel etiam describebant, quàm publicis actionibus instituebãt atq; formabant: egregios atq; laudabiles quos putabant homines, potius quàm deos suos imitandos proponebant erudiendæ indoli iuuentutis. Et reuera Terentianus ille adolescens qui spectans tabulam pictam in pariete, ubi pictura inerat de adulterio regis deorum, libidinem qua rapiebatur stimulis etiam tantæ autoritatis accendit, nullo modo in illud flagitium uel concupiscendo laberetur, uel perpetrando immergeretur

retur, si Catonẽ maluisset imitari quàm Iouem: A
sed quo pacto id faceret, cum in templis adorare cogeretur Iouem potius quàm Catonẽ? Verum hæc ex comœdia, quibus impiorum luxus & sacrilega superstitio conuinceretur, proferre forsitan nõ debemus. Lege uel recole in eisdem libris quàm prudẽter disseratur, nullo modo potuisse scriptiones & actiones recipi comœdiarum, nisi mores recipientiũ consonarent: ita clarissimorum uirorum in republica excellẽtium, & de republica disputantium autoritate firmatur, nequissimos homines fieri deorũ imitatione peiores, non sane uerorum sed falsorum atq; fictorum. At enim illa omnia quę antiquitus de uita deorũ moribusq; conscripta sunt, longe aliter sunt intelligenda atq; interpretanda sapienti B
bus. Ita uero in templis populis congregatis, recitari huiusce modi salubres interpretatiões heri & nudiustertius audiuimus. Quæso te siccine cæcum est humanum genus aduersus ueritatẽ, ut tam aperta & manifesta non sentiat? Tot locis pingitur, funditur, tunditur, sculpitur, scribitur, legitur, agitur, cantatur, saltatur Iuppiter, adulteria tanta committens, quantum erat ut in suo saltem Capitolio ista prohibens legeretur? Hæc mala dedecoris impietatisq; plenissima, si nemine prohibente in populis ferueant, adorentur in templis, rideantur in theatris, cum his uictimas immolant uastetur pecus etiam pauperum; cum hæc histriones agunt & saltant, effundantur patrimonia diuitum, ciuitates florere dicuntur. Horum plane florum non terra fertilis, C
non aliqua opulens uirtus, sed illa dea Flora digna mater inuenta est, cuius ludi scenici tam effusiore & licentiore turpitudine celebrantur, ut quiuis intelligat quale dæmonium sit quod placari aliter non potest, nisi illic non aues, nõ quadrupedes, nõ deniq; sanguis humanus, sed multo sceleſtius pudor humanus tanquam immolatus intereat. Hæc dixi propter quod scripsisti, Quantum tibi ætas fini proxima est, cupere te ut patriam tuam incolumem ac florentem relinquas. Tollantur iam ista omnia uana & insana, conuertantur homines ad uerum dei cultũ moresq; castos & pios, tunc patriam tuam florentem uidebis, non opinione stultorum, sed uerita D
te sapientium, cum hæc patria carnalis generationis tuæ, portio fuerit illius patriq; cui non corpore sed fide nascimur, ubi omnes sancti & fideles dei post labores uelut hiemales uitæ huius, interminata ætate florebunt. Nobis itaq; cordi est, neq; Christianam amittere mãsuetudinem, neq; pernicioſum cæteris imitationis exemplũ in illa ciuitate relinquere. Quomodo id agam?, aderit Deus, si eis non ita grauiter indignetur. Alioquin & mansuetudo quã seruare cupimus, & disciplina qua uti moderate nitimur impediri potest. si deo aliud in occulto placet, siue iudicanti hoc tantũ malum flagello acriore plectendum, siue etiam uehemẽtius irascenti, si non correctis nec ad se conuersis ad tempus esse uoluerit impunitum. Præscribit nobis quodammodo prudentia tua de persona episcopali, & dicis patriam tuã non leui populi sui errato prolapsam. Quod quidem si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriori censura. Sed episcopum, inquis, fas non est nisi salutẽ hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotentẽ deum ueniam aliorum mereri delictis. Hæc omnino seruare conamur, ut seueriore censura nemo plectatur, neq; à nobis, neq; ab alio ullo intercedentibus nobis: & salutem hominibus cupimus impertire, quę posita est in recta uiuendi felicitate, non in male faciendi securitate. Veniam quoq; non tantum nostris, uerũ & aliorum instamus delictis mereri, quod impe
B trare nisi pro correctis omnino non possumus. Adiungis etiam & dicis, Quanta possum supplicatione deposco, ut si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocẽtibus molestia separetur. Accipe breuiter quæ commissa sint, & noxios ab innocẽtibus ipse discerne. Contra recentissimas leges, calendis Iunijs festo Pagano rum sacrilega solennitas agitata est, nemine prohibente, tam insolenti ausu, ut quod nec Iuliani temporibus factum est, petulantissima turba saltantium in eodem prorsus uico ante fores transiret ecclesiæ. Quam rem illicitissimam atq; indignissimam clericis prohibere tentãtibus, ecclesia lapidata est. Deinde post dies fermè octo, cũ
C leges notissimas episcopus ordini replicasset, et dum ea quę iussa sunt uelut implere disponunt, iterum ecclesia lapidata est. Postridie nostris adimponendum perditis metum, quod uidebatur apud acta dicere uolentibus publica iura negata sunt. Eodemq; ipso die ut uel diuinitus terrerentur, grando lapidationibus reddita est, qua transacta continuo tertiam lapidationem, & postremo ignes ecclesiasticis tectis atque hominibus intulerũt, unum seruorum dei qui oberrans occurrere potuit occiderunt, cæteris partim ubi potuerant latitantibus, partim quò potuerãt fugientibus, cum interea cõtrusus atq; coarctatus quodam loco se occultaret episcopus, ubi se ad mortem quærentium uoces audiebat sibiq; increpantium quòd eo non inuento gratis tãtum D
perpetrassent scelus. Gesta sunt hæc ab hora fere decima usq; ad noctis partem non minimã. Nemo compescere, nemo subuenire tentauit illorum quorum esse grauis posset autoritas, præter unum peregrinum, per quem & plurimi seruidei de manibus interficere conãtium liberati sunt, & multa extorta prædantibus: per quẽ clarum factum est, quàm facile illa uel omnino nõ fierent uel cœpta desisterent, si ciues maximeq; primates ea fieri perficiq; uetuissent. Proinde in uniuersa illa ciuitate non innocentes à nocentibus, sed minus nocentes à nocentioribus potueris fortasse discernere. Nam in paruo peccato illi sunt, qui metu deterriti maximeq; ne offende-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent eos quos in illo oppido plurimum posse & inimicos ecclesiæ nouerãt, opem ferre non ausi sunt. Scelerati autem omnes quibus etsi non facientibus, neq; immittẽtibus, tamen uolentibus ista commissa sunt, sceleratiores qui commiserunt, sceleratissimi qui immiserunt. Sed de immissione suspicionem putemus esse non ueritatem, nec ea discutiamus quæ nisi tormentis eorum per quos inquirũtur inueniri omnino non possunt. Demus etiam ueniam timori eorũ, qui potius deum pro episcopo & seruis eius deprecandũ, quàm potentes inimicos ecclesiæ offendendos esse putauerunt. Quid eos qui restant, nulla'ne censes disciplina coercẽdos, & proponendum existimas impunitum tam immanis furoris exemplum? Non præterita uindicãdo pascere iram nostrã studemus, sed misericorditer in futurum consulendo satagimus. Habent homines mali, ubi & per Christianos nõ solũ manuete, uerum etiam utiliter salubriterq; plectantur. Habẽt enim quod corpore incolumi uiuãt, habent unde uiuunt, habent unde male uiuunt. Duo prima salua sint, ut quos pœniteat sint, hoc optamus, hoc quãtum in nobis est etiam impensa opera instamus. Tertium uero, si deus uoluerit, tanquam putre noxiumq; resecari, ualde misericorditer puniet. Si autem uel amplius uoluerit, uel ne hoc quidem permiserit, altioris & profecto iustioris cõsilij ratio penes ipsum est: à nobis curam officiumq; oportet impendi, quouscq; uidere conceditur, deprecãtibus eum ut animũ nostrum approbet quo cũctis uolumus esse consultum, nihilq; fieri sinat, per nos quod & nobis & ecclesiæ suæ non expedire longe melius nouit ipse quàm nos. Modo cum apud Calamam essemus, ut nostri in tam graui dolore, uel consolarentur afflicti, uel sedarentur accensi, quãtum potuimus quod in tempore oportuisse existimauimus, cum Christianis egimus. Deinde etiam ipsos Paganos, mali tãti caput & causam, petentes ut ab eis uideremur admissimus: ut hac occasione admoneremus eos quid facere deberẽt si saperent, non tantum pro remouenda præsenti solicitudine, uerum etiam pro inquirenda salute perpetua: multa à nobis audierunt, multũ etiã ipsi rogauerũt, sed absit ut tales serui simꝰ, quos ab eis rogari delectet, à quibus noster dominus non rogatur. Vnde peruides pro uiuacitate mẽtis tuæ, ad hoc esse nitendum seruata mansuetudine & moderatione Christiana, ut aut cæteros deterreamus eorum imitari peruersitatẽ, aut cæteros optemus eorum imitari correctionẽ. Damna quæ illata sunt, uel tolerantur à Christianis, uel resarciũtur per Christianos. Animarum uero lucra quibus acquirẽdis cum periculo etiam sanguinis inhiamus, & in loco illo quæstuosius prouenire, & alijs locis illo exemplo non impediri desideramus. Dei misericordia nobis præstet de tua salute gaudere.

A Augustinus presbyter Maximino episcopo Donatistæ, qui diaconũ orthodoxum baptizasse dicebatur, ut aut fateatur factum aut profiteatur se orthodoxũ, inuitans illum uel ad colloquiũ uel ad rescribẽdum, ut concordia ecclesiæ sarciatur. Epistola CCIII

Domino dilectissimo & honorabili fratri Maximino, Augustinus presbyter ecclesiæ catholicæ in Domino salutem.

P Rius quàm ad rem ueniã de qua tuæ beneuolentiæ scribere uolui, tituli huius epistolæ, ne uel te uel alium quẽpiam moueat, rationem breuiter reddam. Domino scripsi, quia scriptum est, Vos in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatẽ seruite inuicem. Cum ergo uel hoc ipso officio literarum per charitatẽ tibi seruiam, non absurde te dominũ uoco propter unum & uerum dominũ nostrum qui nobis ista præcepit. Dilectissimo autẽ quod scripsi, nouit deus quòd non solum te diligam, sed ita diligã ut meipsum, quãdoquidem bene mihi sum cõscius, bona me tibi optare quę mihi. Honorabili uero quod addidi, non ad hoc addidi ut honorarem episcopatum tuum: mihi enim episcopus nõ es, neq; hoc cumcõtumelia dictum acceperis, sed ex animo quo in ore nostro debet esse. Est, est, non, non. Neq; enim ignoras, aut quisquam hominum qui nos nouit ignorat, neq; te esse episcopũ meum, neq; me presbyterum tuum. Honorabilem igitur ex ea regula te libenter appello, qua noui te esse hominem, & noui hominem ad imaginem dei & similitudinem factum, & in honore positũ ipso ordine & iure naturæ, si tamen intelligẽdo quæ intelligẽda sunt seruet honorem suum. Nam ita scriptum est, Homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumẽtis insensatis & similis factus est illis. Cur ergo te honorabilem inquantũ homo es non appellem, cum præsertim de tua salute atq; correctione quãdiu in hac uita es, desperare non audeam? Fratrem uero ut uocem, non te latet præceptũ nobis esse diuinitus, ut etiam eis, qui negãt se fratres nostros esse, dicamus, Fratres nostri estis: et hoc uehemẽter ualet ad causam, propter quã scribere uolui fraternitati tuæ. Iam enim reddita ratiõe cur epistolæ talem ianuam fecerim, audi placidissime quæ sequuntur: Ego cum in ista regione consuetudinẽ hominum lugendam atq; plangẽdam, qui cum Christiano nomine gloriẽtur, Christianos rebaptizare non dubitant, quibus uerbis poterã detestarer, non defuerũt laudatores tui qui mihi dicerent te ista non facere. Fateor primo non credidi. Deinde considerans posse fieri ut animam humanã de futura uita cogitãtem dei timor inuaderet, ut se ab scelere apertissimo temperaret, gratulatus credidi quòd tali proposito ab ecclesia catholica nolueris esse nimis alienus. Quærebam sanè occasionẽ loquendi tecum, ut si fieri posset ea quæ parua remãserat, inter nos dissensio tolleretur. Cum ecce ante paucos dies diaconum

num nostrum Mutugennensem te rebaptizasse A nunciatũ est. Dolui uehementer, & illius miserabilem lapsum, & tuum frater inopinatũ scelus. Noui em quæ sit ecclesia catholica, Gentes sunt hæreditas Christi, & possessio Christi termini terræ. Nostis & uos, aut si non nostis, aduertite, facillime à uolentibus sciri potest. Rebaptizare igitur hæreticũ hominem, qui hæc sanctitatis signa perceperit quæ Christiana tradidit disciplina, omnino peccatũ est. Rebaptizare aũt catholicum, immanissimũ scelus est. Tamẽ non adeo credẽs, quia de te mihi bene persuasum tenebã, Mutugẽnam ipse perrexit: & eum quidẽ miserũ uidere non potui, à parẽtibus uero eius audiui, quod uester iam etiam diaconus factus sit. Et tamen tam bene adhuc de tuo corde sentio, ut eũ B rebaptizatũ esse non credam. Quare te frater dilectissime per diuinitatẽ & humanitatẽ domini nostri Iesu Christi obsecro, ut rescribere mihi digneris quid gestum sit. Et sic rescribere, ut noueris me in ecclesia fratribus nostris epistolã tuam uelle recitare. Quod ideo scripsi, ne cũ id postea facerẽ, quod me non sperares esse facturũ, offenderem charitatem tuam, & iustam de me apud cõmunes amicos querelam deponeres. Quid ergo te impediat ad rescribendum, non uideo. Si enim rebaptizas, nihil est quod homines de tuo collegio formides, cum id te rescripseris facere, quod te illi facere etiam si nolles iuberẽt. Cum autem id quantis potueris documentis faciendum esse defenderis, non solum non succensebunt, sed etiam prędicabunt. Si aũt non rebaptizas, arripe libertatẽ Christianã frater Maximine, arripe quæso te: non cuiusquam hominis in contẽplatione Christi, aut reprehensionẽ uerearis, aut exhorreas potestatem. Transit honor huius seculi, transit ambitio. In futuro Christi iudicio, nec absidæ gradatæ, nec cathedræ uelatæ, nec sanctimonialium occursantium atq; cantantium greges adhibebuntur ad defensionem, ubi cœperit accusare conscientia, & conscientiarum arbiter iudicare. Quę hic honorant ibi onerant, quæ hic releuant ibi grauant. Ista quæ pro tempore propter ecclesiæ utilitatem honori nostro exhibentur, defendẽtur fortè bona conscientia, defendere aũt non poterũt malam. Quod ergo D tam pio & tam religioso animo facis, si tamẽ facis, ut ecclesiæ catholicæ baptismũ non iteres, sed approbes potius tanquã unius uerissimę matris, quę omnibus gentibus, & regenerãdis sinũ pandit, & regeneratis ubera infundit, tanquam unius possessionis Christi, sese usq; ad terræ terminos porrigẽtis si hoc uere facis, cur non erũpis in exultantem & liberam uocem? Cur lucernæ tuæ tam utilem splẽdorẽ premis sub modio? Cur nõ discissis atq; abiectis ueteribus pellibus timidæ seruitutis, Christiana potius indutus fiducia existis et dicis, Ego unum baptismũ noui, patris & filij & spiritus sancti nomine consecratum atq; signatũ? Hanc formam ubi inuenio ne

cesse est ut approbem: non destruo quod dominicũ agnosco, non exuflo uexillũ regis mei. Vestem Christi & qui diuiserũt non uiolauerũt, & illi adhuc Christũ non resurrecturũ crediderãt, sed morientẽ uidebant. Si à persequutoribus uestis non conscissa est pendentis in cruce, cur à Christianis destruitur sacramentum sedentis in cœlo? Si ueteris populi temporibus Iudæus essem, quando aliud esse melius non possem, acceptissem utiq; circũcisionem. Quod signaculũ iustitiæ fidei tãtum illo tempore ualuit antequàm domini euacuaretur aduẽtu, ut infantem filium Moysi angelus præfocasset, nisi mater arrepto calculo circũcidisset puerum, & hoc sacramẽto imminentẽ perniciem depulisset. Hoc sacramẽtum etiam Iordanem fluuiũ refrenauit, & reduxit in fontem. Hoc sacramentum ipse dominus quãuis euacuauerit crucifixus, tamen natus accepit. Nõ enim signacula illa damnata sunt, sed succedẽtibus oportunioribus decesserũt. Nam sicut circũcisionem abstulit domini primus aduentus, sic baptismum auferet secundus aduentus. Sicut enim nunc postea q̃ uenit libertas fidei, & remotum est seruitutis iugũ, nullus Christianus circũciditur carne: sic tunc regnantibus iustis cũ domino, dãnatisq; impijs, nemo rebaptizabitur, sed illud quod ista præfigurãt, id est circũcisio cordis & mundatio conscientiæ manebit in æternũ. Si ergo illo tempore Iudęus essem, & ueniret ad me Samaritanus, uelletq; illo C errore derelicto quẽ etiã Dominus improbauit dicens: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quoniam salus ex Iudæis est. Iohan. 4
Vellet ergo Samaritanus quẽ Samaritani circũciderant fieri Iudæus, uacaret certe iterationis audacia, & id qd̃ apud hæresim factũ erat quod præceperat deus, nõ repetere sed approbare cogeremur. Quod si in carne circũcisi hominis nõ inuenirẽ locum ubi circũcisionẽ repeterẽ, quia unum est illud membrũ, multo minus inuenitur locus in uno corde ubi baptismus Christi repetãt. Ideo qui duplicare baptismũ uultis, necesse est omnino ut corda duplicia requiratis. Clama ergo recte te facere si non rebaptizas, & non solum sine trepidatione, sed etiã cum gaudio mihi inde rescribe. Nulla te tuorũ cõsilia frater exterreant. Si em̃ hoc eis displicuerit, non sunt digni qui te habeant. Si aũt placuerit credimus de misericordia domini, qui timẽtes sibi displicere, et conantes placere nunquã deserit, q̃ inter uos & nos cito pax erit, ne propter honores nostros de qua sarcina periculosa ratio reddet, miseræ plebes credẽtes in Christiũ habeãt in domibus suis cõmunes cibos, & mensam Christi cõmunẽ habere non possint. Nõne ingemiscimus q̃ uir & uxor ut fideliter cõiungãt corpora sua, iurãt sibi plerunq; per Christũ, & ipsius corpus Christi diuersa cõmunione dilaniãt? Hoc tantũ scandalũ, tãtus diaboli triũphus, tãta pernicies animarũ, si per tuam modestiã & prudentiã & dilectionẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam debemus ei qui pro nobis suum sanguinẽ fudit, ablata de medio in his regionibus fuerit, quis explicet uerbis quam tibi palmam præparet dominus, ut ad cætera membra gaudia quę per totam Africam tabefacta miserabiliter iacent, à te proficiscatur tam imitabile medicinæ documentum? Quàm uereor quoniã cor meum uidere non potes, ne tibi cum insultatione potius quàm cum dilectione loqui uidear. Sed certe amplius quid faciam non inuenio, nisi ut inspiciendum sermonem meum tibi offeram, animum deo. Tollamus de medio inania obiecta quę à partibus imperitis iactari contra inuicem solent, nec tu obijcias tempora Macariana, nec ego sæuitiam Circũcellionum. Si hoc ad te non pertinet, nec illud ad me. Area dominica non dum uentilata est, sine paleis esse nõ potest. Nos oremus atq; agamus quantum possumus ut frumẽtum simus. Ego rebaptizato diacono nostro silere non possum. Scio enim quàm mihi silentium pernicioſum sit. Non enim cogito in ecclesiasticis honoribus tempora uentosa transigere, sed cogito me principi pastorum omniũ, rationem de commissis ouibus redditurum. Si forte nolles ut hæc tibi scriberem, oportet te frater ignoscere timori meo. Multũ enim timeo ne metacente & dissimulante, alij quoq; rebaptizẽtur à uobis. Decreui ergo quantum uires & facultatem dominus præbere dignatur, causam istam sic agere, ut pacificis collationibus nostris omnes qui nobis communicant nouerint, ab hæresibus aut schismatibus quãtum catholica distet ecclesia, & quantũ sit cauenda pernicies uel zizaniorum uel præcisorũ de uite domini sarmentorum. Quam collationem mecum si libenti animo susceperis, ut concordibus nobis amborum literæ populis recitentur, ineffabili exultabo lætitia. Si autem id ęquo animo non accipis, quid faciã frater, nisi ut te quoq; inuito epistolas nostras populo catholico legam, quo esse possit instructior? Quod si rescribere dignatus non fueris, uel meas solas legere decreui, ut saltem diffidentia uestra cognita rebaptizari erubescãt. Neque id agam cum miles præsens est, ne quis uestrum arbitretur tumultuosius me agere uoluisse quàm ratio pacis desiderat, sed post abscessum militis, ut omnes qui nos audiũt intelligãt, non hoc esse propositi mei, ut inuiti homines ad cuiusquam communionem cogantur, sed ut quietissime quærentibus ueritas innotescat. Cessabit à nostris partibus timor temporalium potestatum: cesset etiam à uestris partibus terror cõgregatorum Circumcellionum. Re agamus, ratione agamus, diuinarum scripturarum autoritatibus agamus, quieti atq; tranquilli quãtum possumus petamus, quæramus, pulsemus, ut accipiamus & inueniamus, & aperiatur nobis, ne forte fieri possit, ut adiuuante domino concordes conatus & orationes nostras, tanta deformitas atq; impietas Africanarũ regionum de nostris terris incipiat aboleri. Si non credis post discessum militũ me uelle agere, post discessum militum tu rescribe. Si enim ego præsente milite literas meas legere populo uoluero, prolata epistola mea demõstrabit me fidei uiolatorem. Quod misericordia domini auertat à moribus atq; instituto meo, quod mihi per iugum suum inspirare dignatus est. Episcopus meus beneuolentiæ tuæ fortasse potius literas misisset si esset præsens, aut ego illo uel iubente uel permittente scripsissem. Sed illo absente cum diaconi rebaptizatio recens esse dicitur, frigescere actionem ipsam dilatione non passus sum, de fraterna & uera morte acerbissimi doloris aculeis excitatus. Quem dolorem meum adiuuante misericordia & prouidentia Domini, pacis fortasse compensatio lenitura est. Deus & dominus noster tibi mentem pacatã inspirare dignetur, domine dilectissime frater.

Augustinus Donato presbytero Donatistæ, qui cum citaretur ad concilium, cõnatus sit sibi uim inferre, suadet ut re sobrie perpensa resipiscat, docens prauam uoluntatem recte cogi ad meliora. Epistola CCIIII

Donato presbytero partis Donati, Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ.

I posses uidere dolorem cordis mei & solicitudinem pro salute tua, fortassis misereris animæ tuæ placens deo in audiendo uerbo, non nostro, sed ipsi? : nec eius scripturas sic in memoria tua figeres ut contra eas cor claueres. Displicet tibi quia traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad pernicie traxeris. Quid enim uolumus nisi te comprehendi & præsentari & seruari nepereas? Quod autem in corpore læsus es ipse tibi fecisti, qui iumento tibi mox admoto uti noluisti, & te ad terram grauiter collisisti. Nam uti que alius qui adductus est tecum collega tuus illæsus uenit, qui talia sibi ipse non fecit. Sed neq; hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid Apostolus dixerit: Qui episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit: & tamen tam multi ut episcopatum suscipiant tenentur inuiti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quæ nolunt donec eis adsit uoluntas suscipiendi operis boni: quanto magis uos ab errore pernicioso in quo uobis inimici estis, trahendi estis, & perducendi ad ueritatem uel cognoscendam uel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis? Dicis deum dedisse liberum arbitriũ: ideo non debere cogi hominẽ nec ad bonum. Quare ergo illi de quibus supra dixi cogũtur ad bonũ? Attende ergo quod cõsiderare non uis. Ideo uoluntas bona misericorditer impenditur, ut mala uolũtas hominis dirigatur. Nã quis nesciat nec dãnari hominẽ, nisi merito malæ uolũtatis, nec liberari nisi bonã habuerit uolũtatẽ? Non tamẽ ideo

ideo qui diliguntur, malæ suæ uoluntati impune & crudeliter permittendi sunt, sed ubi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam si uoluntas mala semper suę permittenda est libertati, quare Israelitę recusantes & murmurantes tam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? Si uoluntas mala suæ permittenda est libertati, quare Paulus nõ est permissus uti pessima uoluntate qua persequebatur ecclesiam, sed prostratus est ut excæcaretur, & excæcatus est ut mutaretur, mutatus ut mitteretur, missus ut qualia fecerat in errore, talia pro ueritate patere tur? Si uoluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare monẽt pater in scripturis sanctis, filium durum non solum uerbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinã coactus & domitus dirigatur? Vnde item dicit: Tu quidem percutis eum uirga, animam autem eius liberas à morte. Si mala uolũtas semper suæ permittenda est libertati, quare corripiuntur negligẽtes pastores, & dicitur eis, Errantem ouem non reuocastis, perditam non requisistis? Et uos oues Christi estis characterẽ dominicum portatis in sacramento quod accepistis, sed erratis & peritis. Non ideo uobis displiceamus, quia reuocamus errãtes, & quærimus perditos. Melius enim facimus uolũtatem domini monentis ut uos ad eius ouile redire cogamus, quàm consentiamus uoluntati ouium errãtium ut perire uos permittamus. Noli ergo iam dicere quod te assidue audio dicere: sic uolo errare, sic uolo perire. Melius emẽ nos hoc omnino nõ permittimus quantum possumus. Modo quòd te in puteum ut morereris misisti, utiq; libera uoluntate fecisti. Sed quàm crudeles essent serui dei, si huic malæ tuæ uoluntati te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet? quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te uolens in aquã misisti ut morereris: illi te nolentem de aqua leuauerunt, ne morereris. Tu fecisti secũdum uoluntatẽ tuam, sed in perniciem tuam: illi contra uolũtatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis qui eos diligũt seruetur, quanto magis illa spiritalis in cuius desertione mors æterna metuitur? Quanquam in ista morte, quam tibi tu ipse inferre uoluisti, non solum ad tempus, sed etiam in æternum morereris, quia & si non ad salutem, non ad ecclesiæ pacem, nõ ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam & individuam charitatem, sed ad mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti. Considera scripturas diuinas, & discute quantum potes, & uide utrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum atque fidelium, cum ab eis tanta mala perpessi sint, qui eos ad æternum interitum non dãnari hominẽ, nisi merito malæ uolũtatis, nec ad uitam æternam quò tu compelleris adigebant. Audiui quod dixeris apostolum Paulum significasse hoc fieri debere, ubi ait: Et si tradidero corpus meum ut ardeam: quia uidelicet omnia bona dicebat, quæ sine charitate nihil prosunt, sicut sunt linguæ hominum & angelorum, & omnia sacramenta, & omnis scientia, & omnis prophetia, & omnis fides ita ut mõtes transferantur, & rerum suarum distributio pauperibus profuit: ideo uidetur tibi etiam hoc inter bona numerasse ut sibi quisq; inferat mortem. Sed attende diligenter & agnosce quemadmodum dicat scriptura, quod tradat quisq; suum corpus ut ardeat. Non utique ut ipse se in ignem mittat, quando persequentẽ patitur inimicũ: sed quando ei proponitur, ut aut mali aliquid faciat, aut mali aliquid patiatur, eligat non facere mala q̃ non pati mala. Atque ita corpus suum tradat in potestatem interfectoris, sicut tres illi uiri fecerunt qui auream statuam cogebantur adorare, & nisi facerent minabatur eis ille qui cogebat, caminum ignis ardentem. Idolum adorare noluerunt, non ipsi se in ignem miserunt, & tamen etiam de illis sic scriptum est, quod tradiderunt corpora sua, ut neq; seruirent neq; adorarent ullum deum, sed deum suum. Ecce quomodo dixit Apostolus, Si tradidero corpus meum ut ardeam. Quod autẽ sequitur, uide, Si charitatem non habeam nihil mihi prodest: ad istam charitatem uocaris, ab ista charitate perire non sineris, & putas tibi aliquid prodesse si te ipse præcipites in interitũ, cum tibi nihil prodesset, etiam si alter te occideret charitatis inimicum? Foris autem ab ecclesia cõstitutus & separatus à compage unitatis & uinculo charitatis, æterno supplicio punireris, etiam si pro Christi nomine uiuus incendereris. Hoc est enim quod ait Apostolus, Etsi tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Reuoca mihi animum ad sanam considerationem, & sobriam cogitationem: attende diligenter, utrum ad errorem & impietatem uoceris, & patere pro ueritate quaslibet molestias. Si autem tu potius in errore atque in impietate uersaris, quòd autem uocaris ibi est ueritas & pietas, quia ibi est Christiana unitas & sancti spiritus charitas, quid adhuc tibi esse conaris inimicus? Ideo præstitit misericordia dei ut & nos & episcopi uestri tam frequenti numerosq; conuentu Carthaginem ueniremus, atq; inter nos de ipsa dissentione ordinatissime conferremus. Gesta conscripta sunt, nostræ etiã subscriptiones tenentur: lege uel patere ut tibi legantur, & tunc elige quod uolueris. Audiui quod dixeris posse te nobiscũ de ipsis gestis aliquid agere, si omittamus uerba episcoporum uestrorum ubi dixerunt: Nec causa causæ, nec persona personæ præiudicat. Hæc uerba uis omittamus, ubi per eos nescientes ueritas ipsa loquuta est. Sed tu dicturus es hic eos erraſſe, & in falsam sententiam incautius cecidisse. Nos autem dicimus hoc eos uerum dixisse, & hoc

per

1 Cor. 13

1 de ciuit. dei, cap. 18 & 19

Dan. 3

Eccli. 30 Prouerb. 23

1 Tim. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

per te ipsum facillime probamus. Si enim epi/
scopi uestri electi ab uniuersa parte Donati, qui
causam omnium sustinerent, & si quid egissent
gratum & acceptum cæteri haberent, tamen in
eo quod illos temere & non recte dixisse arbi/
traris, non uis ut tibi præiudicent: uerum ergo
dixerunt, quia nec causa causę, nec persona per/
sonæ præiudicat. Et ibi debes agnoscere, quia
si persona tot episcoporũ tuorum in illis septem
constitutorum non uis ut præiudicet personæ
Donati Mutugennensis presbyteri: quanto mi
nus non debet præiudicare Cæciliani persona,
etiam si mali aliquid in illo esset inuentum, uni/
uersæ unitati Christi, quæ non in una uilla Mu
tugenna cõcluditur, sed toto terrarum orbe dif/
funditur? Sed ecce facimus quod uoluisti, sic te
cum agimus ac si non dixerint uestri, nec causa
causæ, nec persona personæ præiudicat. Tu in/
ueni quid illi dicere debuerint cum eis obiecta
esset causa & persona Primiani, qui damnato/
res suos & damnauit cum cæteris, & damnatos
ac detestatos in suos rursus honores suscepit, &
baptismum quem mortui dederãt, quia de ipsis
in illa præclara sentẽtia dictum erat, quòd mor/
tuorum funeribus plena sint littora, agnoscere
potius & acceptare quàm exufflare & rescinde
re maluit, totumq; dissoluit. Quod male intelli/
Eccli.34. gẽtes dicere soletis: Qui baptizatur à mortuo,
& iterum tangit mortuum, quid ei prodest laua
crum eius? Si ergo non dicerent, nec causa cau/
sæ, nec persona personæ præiudicat, rei teneren
tur in causa Primiani. Cum autem hoc dixerũt,
immunem fecerunt ecclesiam catholicam, sicut
nos asserebamus, à causa Cæciliani. Sed cætera
lege, & cætera discute. Vide utrũ in ipsum Cæ/
cilianũ, de cuius persona præiudicare conaban
tur ecclesiæ, aliquid mali probare potuerint. Vi
de utrum non potius etiam pro illo multa ege/
rint, & pluribus lectionibus quas contra se pro/
tulerunt & recitauerũt, causam eius bonam om
nino firmauerint. Lege ista uel legãtur tibi, Con
sidera omnia, retracta diligenter, & elige quid
sequaris: utrum nobiscum in Christi pace, in ec
23.q.4. cap. displicet clesiæ catholicæ unitate, in fraterna charitate
gaudere: an pro nefaria dissensione, pro Donati
parte, pro sacrilega diuisione importunitatẽ no
strę circa te dilectionis diutius sustinere. Atten
dis enim & sæpe repetis, sicut audio quod in Eu
angelio scriptum est, recessisse à domino septua
ginta discipulos, & arbitrio suæ malæ atq; im/
piæ discessionis fuisse permissos, cæterisq; duo
decim qui remanserant fuisse responsum: Nun/
Io.6 quid & uos uultis ire? Et non attẽdis, quia tunc
primũ ecclesia nouello germine pullulabat, non
dumq; in ea fuerat completa illa Prophetia: Et
Psal.71 adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gen
tes seruient illi. Quod utiq; quanto magis im/
pletur, tanto maiore utitur ecclesia potestate, ut
non solum inuitet, sed etiam cogat ad bonum.
Hoc tunc dominus significare uolebat, qui quã

A uis haberet magnam pòtestatẽ, prius tamen ele
git cõmendare humilitatem. Hoc & in illa con/
uiuij similitudine satis euidenter ostẽdit, ubi mi
sit ad inuitatos, & uenire noluerunt, & ait seruo:
Exi in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes &
debiles & cęcos & claudos introduc huc. Et ait
seruus domino: Factum est ut imperasti, & ad/
huc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias
& sepes, & compelle intrare, ut impleatur do/
mus mea. Vide nunc quemadmodũ de his qui
prius uenerunt dictum est, Introduc eos: non di
ctum est, compelle. Ita significata sunt ecclesiæ
primordia adhuc crescẽtis, ut essent uires etiam
compellendi. Proinde quia oportebat eius fami
uiribus & magnitudine roborata etiam com/
B pelli homines ad conuiuiũ salutis æternæ, post/
ea quàm dictum est, Factum est quod iussisti, &
Luc.14 adhuc est locus: Exi, inquit, in uias & sepes, &
compelle intrare. Quapropter si ambularetis
quieti extra hoc conuiuium sanctæ unitatis ec/
clesiæ, tanquam in uijs uos inueniremus: nunc
uero quia per multa mala & sæua quæ in no/
stros committitis, tanquam spinis & asperitate
pleni estis, uos tanquam in sepibus inuenimus,
& intrare compellimus. Qui compellitur, quò
non uult cogitur: sed cum intrauerit, iam uoles
pascitur. Cohibe itaq; tam iniquum & impaca/
tum animũ, ut in uera ecclesia Christi inuenias
salutare conuiuium.

C AVCTARIVM EXEMPLARIS PARISIENSIS.

Augustinus Bonifacio comiti, uitam Christia/
nam compendio depingit: ostẽdens obiter Chri
stiano pro pace publica arma tractare licere. Vi/
detur missa esse cum Epistola quinquagesima,
cuius initium ad eundem Bonifacium est, Lau
do & gratulor. Epistola CCV

Domino eximio & merito insigni atq; honora/
bili filio Bonifacio, Augustinus in
Domino salutem.

Am rescripserã charitati tuæ,
sed cum epistolæ dirigendæ oc
I casio quæreretur, superuenit di
lectissimus filius meus Faustus
pergens ad eximietatem tuam.
Qui cum ipsas literas quas iam
feceram accepisset tuæ beneuolentiæ perferen
das, suggessit mihi multum te desiderare, ut ali/
quid tibi scriberem quod te ædificet ad sempi/
ternã salutem, cuius tibi spes est in domino no/
stro Iesu Christo. Et quãuis mihi occupato tan
tum institerit, ut facere non differrem, quantum
scis quòd te sinceriter diligat. Festinanti ergo ut
occurrerem, malui festinanter aliquid scribere,
quàm religiosum tuum desideriũ retardare; do/
mine eximie & merito insignis atq; honorabi/
lis fili. Quod ergo breuiter possum dicere, Di/ Matt.22
lige dominum Deum tuum in toto corde tuo, Marc.12
&

& in tota anima tua, & in tota uirtute tua: & di/
lige proximum tuum, tanquam te ipsum. Hoc
est enim uerbum quod breuiauit Dominus su/
Luc.10 per terram, dicens in Euangelio, In his duobus
præceptis tota lex pendet & prophetæ. In hac
ergo dilectione quotidie profice, & orando &
bene agendo, ut ipso adiuuãte qui tibi eam præ
cepit atque donauit, nutriatur & crescat, donec
Rom.5 hæc te perfecta perficiat. Ipsa est enim charitas
quæ (sicut Apostolus dicit) diffusa est in cordi/
Rom.13 bus nostris, per spiritum sanctũ qui datus est no
Gal.5 bis. Ipsa est de qua iterum dicit, Plenitudo legis
charitas. Ipsa est per quam fides operatur. Vn/
de iterum dicit, Neq; circuncisio quicquam ua/
let, neq; præputium, sed fides quæ per dilectio/
nem operatur. In hac ergo omnes sancti patres B
nostri & patriarchę & prophetæ & apostoli pla
cuerunt deo. In hac omnes ueri martyres usque
ad sanguinem contra diabolum certauerunt: &
quia in eis non refriguit nec defecit, ideo uice/
runt. In hac omnes fideles boni quotidie profi/
ciunt, peruenire cupientes non ad regnum mor
talium, sed regnum cœlorum: non ad tempora/
lem, sed ad sempiternam hæreditatem: non ad
aurum & argentum, sed ad diuitias incorrupti/
biles angelorum: non ad aliqua bona huius se/
culi, in quibus cum timore uiuatur, nec ea quis/
quam secum potest auferre dum moritur, sed ad
uidendũ deum. Cuius suauitas & delectatio ex/
cedit omnem non solum terrestrium, uerum eti/
am cœlestium corporum pulchritudinem, exce C
dit omnem decorem animarum quantumlibet
iustarum atque sanctarum, excedit omnem spe/
ciem supernorũ angelorum atq; uirtutum, ex/
cedit quicquid de illo non solum dicitur, uerum
etiam cogitatur. Neq; hanc tam magnam pro/
missionem, quia ualde magna est, ideo despere/
mus, sed potius quia ualde magnũs eam promi/
1Io.3 sit accepturos nos esse credamus. Sicut enim di
cit beatus Iohannes apostolus: Filij dei sumus,
& nondum apparuit quid erimus: scimus quia
cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam ui/
debimus eum sicuti est. Noli existimare nemi/
nem deo placere posse, qui in armis bellicis mili
tat. In his erat sanctus Dauid, cui dominus tam
magnum perhibuit testimoniũ. In his etiam plu D
rimi illius temporis iusti. In his erat & ille Cen/
turio qui domino dixit, Non sum dignus ut in/
tres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, &
sanabitur puer meus. Nã & ego homo sum sub
potestate constitutus, habens sub me milites, &
dico huic uade, & uadit: & alij ueni, & uenit: &
seruo meo fac hoc, & facit: de quo & dominus,
Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in
Israel. In his erat & ille Cornelius, ad quem mis/
sus angelus dixit, Corneli acceptæ sunt eleemo
synæ tuæ, & exauditæ sunt orationes tuæ: ubi
eum admonuit ut ad beatum Petrum apostolũ
mitteret; & ab illo audiret quæ facere deberet:
ad quem Apostolũ ut ad eum ueniret, etiam re/

A ligiosum militẽ misit. In his erant & illi qui ba/
ptizandi cum uenissent ad Iohannem sanctum
domini præcursorem, & amicum sponsi, de quo
dominus ipse ait, In natis mulierum nõ surrexit
maior Iohanne Baptista: & quæsissent ab eo qd
facerent: respondit eis, neminem concusseritis,
nulli calumniam feceritis, sufficiat uobis stipen
dium uestrum. Non eos utiq; sub armis militare
prohibuit, quibus suum stipẽdium sufficere de/
bere præcepit. Maioris quidem loci sunt apud
deum qui omnibus istis secularibus actionibus
derelictis etiam summa continentia castitatis ei
seruiunt: sed unusquisq; sicut Apostolus dicit,
proprium donum habet à deo, alius sic, alius au
tem sic. Alij ergo pro uobis orando pugnãt con
B tra inuisibiles inimicos, uos pro eis pugnãdo la/
boratis contra uisibiles Barbaros. Vtinam una
fides esset in omnibus, quia & minus laborare/
tur, & facilius diabolus cum angelis suis uince/
retur. Sed quia in hoc seculo necesse est ut ciues
regni cœlorum inter errantes & impios tenta/
tionibus agitentur, ut exerceantur, & tanquam
in fornace sicut aurum probẽtur, non debemus
ante tempus uelle cum solis sanctis & iustis ui/
uere: ut hoc suo tempore mereamur accipere.
Hoc ergo primum cogita quãdo armaris ad pu
gnam, quia uirtus tua etiam ipsa corporalis do/
num dei est. Sic enim cogitabis de dono dei nõ
facere contra deum: fides enim quãdo promit/
titur, etiam hosti seruanda est contra quem bel/
C lum geritur, quanto magis amico pro quo pu/
gnatur? Pacem habere debet uoluntas, bellum
necessitas, ut liberet deus à necessitate & conser
uet in pace. Non enim pax quæritur ut bellum
excitetur, sed bellum geritur ut pax acquiratur.
Esto ergo etiam bellando pacificus, ut eos quos
expugnas, ad pacis utilitatem uincendo perdu/
cas. Beati enim pacifici, ait Dominus, quoniam
ipsi filij dei uocabuntur. Si autem pax humana
tam dulcis est pro temporali salute mortalium,
quanto est dulcior pax diuina pro æterna salu/
te angelorum. Itaq; hostem pugnantem necessi/
tas perimat, non uoluntas. Sicut rebellãti & re/
sistenti uiolentia redditur, ita uicto uel capto mi
sericordia iam debetur, maxime in quo pacis
D perturbatio non timetur. Ornet mores tuos pu/
dicitia coniugalis, ornet sobrietas & frugalitas:
ualde enim turpe est, ut quem non uincit homo,
uincat libido: & obruatur uino, qui non uinci/
tur ferro. Diuitiæ seculares si desunt, non per
mala opera quærantur in mundo: si autem ad/
sunt, per bona opera seruentur in cœlo. Ani/
mum uirilem & Christianum, nec debent si ac/
cedunt extollere, nec debent frangere si rece/
dunt. Illud potius cogitemus quod Dominus
ait, Vbi est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum:
& utiq; cum audimus ut cor sursum habeamus,
non mendaciter respondere debemus quod no
sti quia respõdemus. Et in his quidem bene stu/
diosum te esse cognoui, & fama tua multũ dele/

ctor

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctior, multũq; tibi in domino gratulor, ita ut hęc epistola magis tibi sit speculum ubi qualis sis uideas, quàm ubi discas qualis esse debeas: uerũtamen quicquid siue in ista siue in scripturis sanctis inueneris quod tibi ad bonam uitam adhuc minus est, insta ut acquiras & agendo & orando: & ex ijs quæ habes gratias age deo tãquam fonti bonitatis unde habes: atq; in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi humilitatem. Iac.1 Sicut enim scriptum est, Omne datũ optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Quantũcunq; autem in dei & proximi charitate atq; in uera pietate profeceris, quamdiu in hac uita cõuersaris sine peccato te esse non credas. De ipsa quippe Iac.7 legitur in literis sanctis, Nunquid non tentatio est uita humana super terram? Proinde quoniã semper, quãdiu es in hoc corpore, necessarium est tibi in oratione dicere quod Dominus docuit, Mat.6 Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: memento cito ignoscere, si quis in te peccauerit & à te ueniam postulauerit, ut ueraciter possis orare, & peccatis tuis ueniam ualeas impetrare. Hæc dilectioni quidem tuæ festinanter scripsi, quoniam me festinatio perlatoris urgebat. Sed deo gratias ago, quoniam bono desiderio tuo qualitercũq; non defui. Semper te miseri cordia dei protegat, domine eximie & merito insignis atq; honorabilis fili.

Augustinus Fabiolæ peregrinationem eius molestę ferenti, de præsentia animorum nexu amicitiæ uinctorũ. Est imperfecta. Epistola CCVI

Dominæ religiosissimæ & prestantissimæ & in Christi charitate laudabili filiæ Fabiolæ, Augustinus in Domino salutem.

Q Vanquã rescripta reddideris, sic tamen legi literas sanctitatis tuæ ut eis respõdere debitum duxerim. Dolui/sti enim peregrinationem, qua contingit perpetuo gaudere cum sanctis, & desiderium supernæ patriæ ubi iam non terrarum spacio diuidemur, sed semper unius contemplatione lætabimur merito pertulisti: felix es talia fideliter cogitando, amando felicior: & ideo eris etiam felicissima consequẽdo. Sed etiam hunc D diligentius intuere unde magis dicamur absentes, utrum quia nostra inuicem corpora non uidemus, an quia signa non damus & recipimus animorum, quod est colloqui: puto enim quod licet longinquis regionibus corpore separati, si nostras cogitationes nosse possetis, magis essemus uobiscum, quàm si uno in loco alterutrum conspicantes taciti sederemus, nulla uocibus signa sensus intimi proferentes, nullis corporum motibus nostros animos indicantes. Quocirca intelligis ideo unumquemq; sibi esse præsentiorem quam alteri, quòd unusquisq; sibi magis q̃ alteri notus est, non faciem suam, quæ nisi adsit speculum gestatur & lucet, sed conscientiã conA tuendo quam & clausis oculis uidet. Quanta est igitur etiã uita, quæ pro magno habetur, nostra.

Augustinus Naucelioni temeritatem Donatistarum ex cõdemnatione Feliciani Maximianistæ & eiusdem restitutione asseuerat, conuincens eadẽ temeritate eos erga catholicos agere. Et hæc est imperfecta, & erat corruptissima. Tractat ferè idem quod centesima septuagesima secũda in numero epistolarum. Epistola CCVII

Domino dilectissimo & honorabili fratri Naucelioni, Alipius & Augustinus.

C Vm retulisses nobis quid à patre nõstro Clarentio responsum fuerit, id est, de Feliciano Mustitano nõ enim eum negasse, & damnatũ ab ipsis & B postea in honore suo receptum, sed innocẽtem fuisse damnatũ, quia absens fuerit, & absentem se fuisse probuerit: hoc dicimus, ut ad hoc respondeat, quia non licuit damnari inauditum, quem innocentem fuisse ipsi modo dicunt qui eum damnauerunt. Aut ergo innocens damnari non debuit, aut nocens recipi damnatus non debuit. Si innocens receptus est, innocens damnatus est: si nocens damnatus est, nocens receptus est. Si nesciebant qui illum damnauerunt, utrum innocens fuerit, arguendi sunt temeritatis, qui inauditum, innocentem, de quo nesciebant, damnare ausi sunt: & de præsenti facto intelligimus eadem temeritate illos damnasse etiam superiores quos traditionis crimine infamaC uerunt. Si enim potuit ab ipsis innocẽs damnari, potuerunt ab ipsis traditores etiam dici qui non erant traditores. Deinde idem Felicianus damnatus ab ipsis, multo tempore cum Maximiano cõmunicat: si innocens erat quãdo damnatus est, quare posteriore tempore cum scelerato Maximiano communicans multos baptizauit extra communionem ipsorum? Testes sunt ipsi qui egerunt apud proconsulem, ut idem Felicianus tanquam cum Maximiano de Basilica excluderetur. Parum ergo erat damnasse absentem, damnasse inauditum, damnasse sicut dicũt innocentem, insuper & aditus est contra illum proconsul, ut de ecclesia expelleretur. Vel tunc quando illum expellebant de ecclesia, fatebitur quia inter damnatos & sceleratos & Maximianistas cum deputauerunt. Quando ergo ille baptizabat homines, Maximiano communicãs, uerum dabat an falsum? Si uerum baptismũ dabat qui cum Maximiano communicabat, quare accusatur baptismus orbis terrarũ? Si autem falsum baptismum dabat, quando communicabat cũ Maximiano, quare sic sunt recepti cum illo quos in schismate Maximian⁹ baptizauit, & nemo eos in parte nostra rebaptizauit.

Augustinus Palatino, ut terrena quod iam coperat, contemnens, in Christi sapientia sese exercear: adhortatoria. Non est integra. Epi. CCVIII

Domino dilectissimo & desideratissimo filio Palatino, Augustinus.

Conuer/

C Onuersatio tua fortior atq; fructuosior ad dominum deum nostrum magnum nobis attulit gaudium. Elegisti enim à iuuẽtute doctrinam, ut inA datũ est ut incíperetur. Cum timore itaq; & tremore tuam salutem operare. Deus est enim qui Philip.2
uenias usq; ad canos sapiẽtiam. Cani sunt ergo sensus hominis, & senectutis ætas uita immaculata. Quam donet tibi dominus petẽti, quęrenti atq; pulsanti, qui nouit bona data dare filijs suis. Quamuis enim abũdant tibi exhortationes, & exhortationes ad uiam salutis & gloriæ sempiternæ, maxime ipsa gratia Christi, quæ tibi salubriter in corde tuo loquuta est: tamen etiam nos pro dilectionis officio, quod tibi debemus, affe rimus aliquid exhortationis in hac resalutatione nostra, qua te non pigrum uel dormientẽ excitemus, sed prouocemus incitemusq; curren- B tem. Sapere te oportet, fili, ut perseueres, quia sapuisti ut eligeres. Sit hoc ipsum sapientiæ tuæ, Psal.36
scire cuius donum hoc est. Reuela ad dominum uiam tuam, & spera in eum, & ipse faciet: & deducet uelut lumen iusticiam tuam, & iudicium tuum uelut meridiem: ipse faciet rectos cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Sicut spreristi quod sperabas in seculo, ne in abundantia diuitiarum gloriareris, quas more filiorum secuIi huius concupiscere cœperas: ita nunc ad tollendum iugum domini, & sarcinam eius in uirtute tua non cõfidas. Et illud leue erit, & hæc leuis. Pariter quippe improbant in Psalmo & qui confidunt in uirtute sua, & qui in abundantia diC uitiarum suarum gloriantur. Ergo diuitiarũ gloriam non iam habebas, sed quam habere cupiebas, prudentissime contẽpsisti. Caue ne tibi subrepat in tua uirtute confidere: homo es enim, & Iheremi.17
maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Sed plane in deo tuo toto corde confide, Psal.17
& ipse erit uirtus tua, in qua pius gratusq; confidas, cui dicas humiliter & fideliter, Diligam te domine uirtus mea: qa & ipsa charitas dei quæ 1Io.4
perfecta foras mittit timorem, non per uires nostras, id est humanas, diffundit in cordibus nos- Rom.5
tris: sed sicut dicit Apostolus, per spiritum sanIheremi.14
ctum qui datus est nobis. Vigila ergo & ora, ne intres in tentationem. Ipsa quippe oratio admonet te, quod indigeas adiutorio domini tui, ne spem bene uiuendi in te ponas. Oras enim non D
iam ut accípias diuitias & honores præsentis seculi, aut aliquid uanitatis humanæ, sed ne intres in tentationẽ. Quod utiq; si homo sibi præstare posset uolendo, non posceretur orãdo. Quãpropter ut non intremus in tentationem, si uolũtas sufficeret, non oraremus: quæ tamen si deesset, nec orare possemus. Adsit ergo ut uelimus, ore- 1 Cor.4
mus autem ut ualeamus, quod uoluerimus cum ipso donante recte sapuerimus. Quod bonum quoniã iam accepisti, est unde gratias agas: qd enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, caue ne glorieris quasi non acceperis: hoc est, quasi ex te ipso habere potueris: scies autem unde acceperis ab illo pete ut perficiatur, à quo

datũ est ut incíperetur. Cum timore itaq; & tremore tuam salutem operare. Deus est enim qui Philip.2
operatur in te & uelle & perficere, pro bona uoluntate: quoniam præparatur uoluntas à domino, Psal.36
atq; ab ipso gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet. Hæc cogitatio sancta seruabit te, ut sapientia tua pietas sit: id est, ut ex Deo sis bonus & Christi gratiæ non ingratus. Desiderant te parentes tui, fideliter congratulantes meIiori spei tuæ quam in Domino habere cœpisti. Nos autem te siue absentem corpore, siue præsentẽ, in uno spiritu habere cupimus, per quem Rom.5
diffunditur charitas in cordibus nostris, ut quolibet loco fuerit caro nostra, nullo modo separata possit esse anima nostra. Gratissime accepimus cilicia quæ misisti, ubi nos de frequẽtanda B
humilitate orationum prior ipse monuisti.

Augustinus Feliciæ uirgini, quæ mala quorundam ecclesiæ pastorum uita, non leuiter scandalizata fuerat, monens ne scandalis offensa ab ecclesia recedat. Epistola CCIX

Dominæ merito suscipiẽdæ & in Christi membris honorandæ filiæ Feliciæ, Augustinus in Domino Salutem.

On dubito animum tuum & pro tua
N fide & pro aliorũ infirmitate uel iniquitate turbatum, cum sanctus Apostolus plenus uiscerib⁹ charitatis cõfiteatur & dicat, Quis infirmatur, & ego non in- 2 Cor.11
firmor? quis scãdalizatur, & ego non uror? Vn
de etiam ego ipse compũctus, & pro tua quæ in Christo est salute solicitus, has uel cõsolatorias uel exhortatorias literas ad tuam sanctitatẽ dandas putaui: quoniam in domini nostri Iesu Christi corpore, quod est ecclesia eius et unitas membrorum eius, germanissima nobis facta es, quæ tanquam honorabile membrũ in eius compage diligeris, & nobiscum illius sancto spiritu uiuis. Vnde te admoneo ne grauius perturberis his scãdalis, quæ ideo uẽtura prædicta sunt, ut quãdo uenirẽt reminisceremur esse prędicta, & non eis ualde commoueremur. Nam hæc ipse dominus in Euangelio ita prædixit: Væ mundo ab Mat.18
scandalis: oportet uenire scandala, uæ autem homini illi per quem scãdalum uenit. Qui sunt ipsi homines, nisi de qbus dicit Apostolus, sua quærentes, non quæ Iesu Christi. Alij sunt ergo qui propterea tenent pastorales cathedras, ut Christi gregibus cõsulant: alij uero qui propterea in eis sedent, ut suis honoribus temporalibus & commodis secularibus gaudeant. Ista duo genera pastorum, alijs morientibus, alijs nascẽtibus, in ipsa catholica ecclesia necesse est usque ad finem seculi, & usq; ad Domini iudicium perseuerent. Si enim temporibus apostolorum fuerunt tales, inter quos falsos fratres Apostolus gemeret, & diceret, Periculis in falsis fratribus: nec 2 Cor.1
eos per superbiam separaret, sed per tolerãtiam sustineret: quanto magis temporibus nostris necesse est ut sint, cum de tempore huius seculi,

quod propinquat ad finem, apertissime Domi-
nus dicat, Quoniam abundabit iniquitas, refri-
gescet charitas multorum. Sed quod sequitur,
nos debet consolari & exhortari: Qui perseue-
rauerit usque in finem, hic saluus erit. Sicut au-
tem sunt pastores boni & mali, sic etiam in ipsis
gregibus sunt boni & mali. Boni, ouium nomi-
ne significantur: mali uero, hædi appellantur:
sed commixti pariter pascũt, donec ueniat prin
ceps pastorum, qui dictus est unus pastor: &
quemadmodum ipse promisit, separet sicut pa-
stor oues ab hædis. Nobis enim imperauit con-
gregationem, sibi autẽ seruauit separationem:
quia ille debet separare, qui nescit errare. Nam
qui separare ante tempus, quod sibi Dominus
seruauit, superbi serui facile ausi sunt: ipsi pote-
us ab unitate catholica separati sunt. Nam schis-
mate immundi, mundum gregem unde habere
potuerunt? Vt ergo in unitate maneamus, nec
offensi scandalis palearum aream dominicam
deseramus, sed potius usq; in finem uentilatio-
nis frumenta perfeueremus, comminutam sti-
pulam firmo charitatis pondere toleremus: ipse
pastor noster in Euangelio de pastoribus bonis
nos admonet, ut propter bona opera eorum,
nec in eis ipsis nostrã spem ponamus: sed eum
qui tales illos fecit, patrem qui in cœlis est glo-
rificemus: & de pastoribus malis, quos nomine
Scribarum & Pharisæorum significare uoluit,
docentes bona, & facientes mala. Nam de bo-
nis pastoribus ita loquitur: Vos estis lumẽ mun
di: non potest ciuitas abscondi super montem
constituta: neq; accẽdunt lucernam, & ponunt
eam sub modio, sed super candelabrum, ut lu-
ceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lu-
men uestrũ coram hominibus, ut uideant ope-
ra uestra, & glorificent patrem uestrum qui in
cœlis est. De malis autem pastoribus oues ad-
monet, dicens: Super cathedram Moysi sedẽt:
quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere
nolite: dicunt enim, & non faciunt. His auditis,
oues Christi etiam per malos doctores uocem
ipsius audiunt, & unitatẽ illius non relinquunt:
quia bonum quod eos audiunt dicere, non est
ipsorum, sed illius. Et ideo secure oues pascun-
tur, quia & sub malis pastoribus pascuis domi-
nicis nutriuntur. Non autem faciunt malorum
facta pastorum, quia talia opera non sunt illius,
sed ipsorum. Quos autem bonos uident, non so
lum audiunt bona quæ dicũt, sed etiam imitan-
tur bona quæ faciunt. De talibus erat Aposto-
lus, qui dicebat: Imitatores mei estote, sicut &
ego Christi. Iste lumen erat illuminatum à lumi
ne sempiterno ipso domino Iesu Christo, & in
candelabro positum erat, quia in eius cruce glo
riabatur: unde ait, Mihi autem absit gloriari, ni-
si in cruce domini nostri Iesu Christi. Et quia
non sua quærebat, sed quæ Iesu Christi, quam-
uis ad imitationem suam, quos per Euangelium
genuerat, hortatur; tamen corripit grauiter eos,
qui per Apostolorum nomina, schismata fece-
runt: & obiurgat illos qui dicunt, Ego sum Pau-
li. Nunquid Paulus pro uobis, inquit, crucifi-
xus est? aut in nomine Pauli baptizati estis?
Hinc intelligimus & bonos pastores, non sua
quærentes, sed quæ Iesu Christi: & bonas oues
quamuis imitentur facta pastorum bonorum, ta
men in eis non ponere spem suam, quorum mi-
nisterio sunt congregatæ: sed in Domino poti-
us, cuius sanguine sunt redemptæ: ut quando
fortè incurrerint in pastores malos, doctrinam
illius prædicantes, & sua mala opera facientes:
quæ dicunt, faciant: quæ autem faciunt, non fa-
ciant: nec propter filios iniquitatis, pascua de-
serant unitatis. In catholica enim ecclesia, quæ
non in sola Aphrica, sicut pars Donati, sed per
omnes Gentes, sicut promissa est, dilatatur atq;
diffunditur, in uniuerso mundo, sicut dicit Apo
stolus, fructificans & crescens, & boni sunt &
mali. Ab ea uero separati, quàm diu contra il-
lam sentiunt, boni esse non possunt: quia etsi alia
quos eorum bonos uidetur ostendere quasi lau-
dabilis conuersatio, malos eos facit ipsa diuisio:
dicente Domino, Qui mecum non est, aduer-
sum me est: & qui mecum non colligit, spargit.
Vnde & exhortor domina merito suscipienda
& in Christi membris honoranda filia, ut quod
tibi Dominus præstitit, fideliter teneas, eumq;
corde toto diligas, & eius ecclesiam, qui te non
permisit uirginitatis tuæ fructum cum perditis
perdere uel perire. Si enim de isto seculo exires
separata ab unitate corporis Christi, nihil tibi
prodesset seruata integritas corporis tui. Sed
Deus, qui diues est misericordia, fecit iuxta te
quod in Euangelio scriptum est, quum excusa-
rent inuitati uenire ad cœnam patrisfamilias,
inter cætera dicit seruis suis, Exite in uias & se-
pes, & quoscunque inueneritis cogite intrare.
Tu ergo quamuis dilectionem sincerissimã de-
beas etiam bonis seruis eius, per quorum mini-
sterium intrare coacta es: in illo tamen debes
spem ponere, qui conuiuium præparauit, cui &
tu ad uitam æternã beatamq; solicita es. Ei quip
pe commendans cor tuum & propositum tuum
& sanctam uirginitatẽ tuam, & fidem & spem
& charitatem tuam, non moueberis scandalo,
quod abundabit usq; in finem: sed stabili robo-
re pietatis salua eris, atq; in Domino gloriosa,
in eius unitate perseuerando usq; in finem. Quo
modo autem hanc acceperis pro te solicitudi-
nem meam, quam quibus potui literis tibi insi-
nuare curaui, fac ut nouerim rescriptis tuis. Dei
misericordia & gratia te semper protegat.

Matt. 24.
Matt. 10
Matt. 5
Matt. 23
1 Cor. 11
1 Cor. 1
Luc. 14

Augustinus, libro quodam suo in eam rem
conscripto, Celerem instruxerat, mera leui-
tate Donatistas se ab ecclesia catholica segre-
gasse. Cui, si eo codice satisfactum non sit,
promittit adhuc scripta. In fine, cum amico
quodam Donatista, Celeri subdito, conferre
rogat. Epistola CCX

Domino

Domino dilectissimo meritoq; honorabili ac sus-
cipiendo filio Celeri, Augustinus in Dn. S.

NVllam fuisse iustam causam cur ab
orbe terrarum, quo ecclesia catholi-
ca secundum prophetica & euangeli
ca promissa diffunditur, se pars Do-
nati dirimeret, credo quòd magis quoq; consi-
derans prudẽtia tua facillime intelligit. De qua
re, si diligentior disputatio necessaria est, memi-
ni me ad legendum dedisse beneuolẽtiæ tuæ co
dicem, cum id te petisse charissimus mihi filius
meus Cæcilius intimasset, qui codex non pau-
cis diebus apud te fuit. Quẽ si rei huius cogno-
scendæ studio, ut inter occupationes tuas lege-
re siue uoluisti siue potuisti, non dubito compe-
risse prudẽtiã tuam non eos habere quod pro-
babiliter contradicant: & si quid te fortè adhuc
mouet, quantum deus donat ac sinit, fortè pote-
rimus respondere interroganti, aut ad legẽdum
itidem ad te dare, domine dilectissime meritoq;
honorabilis ac suscipiende fili. Quapropter pe-
tò unitatem catholicam regioni Hipponensi di
ligentius commendes hominibus tuis maxime
Paterno & Maurusio. Vigilantiã cordis tui no
ui, nec opus est (arbitror) plura scribere, cum si
tolueris facillime possis, & quid alij curẽt & ca
ueant in possessiõibus tuis, & in re tua quid aga
tur addiscere. In re tua esse, mihi ualde affirma-
tum est amicum cum quo cupio cõcordare: pe-
to faueas ad hanc rem, ut & inter homines ma-
gnam laudem, & apud deum habeas magnam
mercedem: iam enim mihi per quendã utriusq;
nostrum mediũ mandauerat, se nescio quos uio
lentos suos timere ne faceret, quos in re tua &
te fauente timere non poterit, nec ipse in eo de-
bes diligere non constãtiam, sed planè pertina-
ciam. Turpe est enim mutare sentẽtiam, sed ue-
ram & rectam. Nam & stultã & noxiam, & lau-
dabile & salubre est. Sicut autem cõstantia non
finit hominem deprauari, sic pertinacia non si-
init corrigi: proinde sicut illa laudãda, sic ista est
emendanda. Presbyter quem misi reliqua tuæ
prudentiæ planius intimabit. Incolumẽ felicẽq;
te dei misericordia tueatur, domine dilectissime
meritoq; honorabilis ac suscipiende fili.

Augustinus, Romulũ potentem hominẽ, quem
in Christo genuerat, obsecrat, ne nimium acer-
bus & iniustus exactor sit tributorum adminis-
stratoribus suis solutorũ: minitans ei, si tyranni-
ce exigere pergat, extremum iudicium. CCXI

Domino dilectissimo Romulo filio, Augusti-
nus in Domino Salutem.

VEritas & dulcis est & amara. Quan-
do dulcis est, parcit: quando amara,
curat. Si non recusas bibere quod in
hac epistola offero, probabis quod
dixi. Vtinam sicut mihi non obest, sic nec tibi
obesset quicquid contumeliarum mihi irrogas:
& utinam uel tantũ tibi obesset iniquitas quam
miseris & pauperibus facis, quãtum obest ipsis
quibus eam facis. Illi ad tempus laborant, tu au-
tem uide quid tibi thesaurizes in die iræ & reue
lationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; se-
cundum opera sua: cuius misericordiam depre-
cor, ut hic te corrigat, quomodo ipse nouit, po-
tius quàm reseruet in illum diem, quãdo nullus
iam erit correctionis locus: ut qui tibi dedit ti-
morem suum, propter quem de te non despero,
aperiat tibi sensum, ut uideas quæ facis, & ex-
horreas, & emendes. Parua enim & quasi nulla
tibi uidentur, quæ tam mala sunt, ut quando te
domita cupiditas ea considerare permiserit, ri-
ges lachrymis terrã, ut deus misereatur tui. Aut
si ego iniquus sum, qui hoc tecum ago, ne mise-
ri & egeni homines bis reddant quod debent,
cum coloni actori suo dederint, subditi præposi
to & iubenti seruientes, nec ille se accepisse ne-
gare potuerit. Si ergo ego iniquus sum, quia mi
hi uidetur iniustum ut bis exigantur, qui uix se-
mel reddere sufficiũt: fac quod uis. Si autem tu
uides, quia iniustũ est: fac quod decet, fac quod
deus iubet, & ego rogo. Non pro illis magis (no
uit ille quem timeo) sed pro te ipso te ipsum ro-
go, ut quomodo scriptum est, Miserearis animę
tuæ placens deo. Et modo quidem non rogan-
dus, sed obiurgandus es. Nam & hoc scriptum
est, Ego quem amo redarguo & castigo. Ego ta
men si pro me rogandus esses, fortè non te roga
rem. Quia uero pro te rogandus es, rogo te ira-
tum ut parcas tibi, ut tibi placetur ille quem ro-
gas. Missi ad te die sabbati, cum adhuc prande-
res, ut non proficiscereris, nisi me uidisses: renũ
ciasti ita te esse facturum. Surrexisti die domini
co, & ut audiui uenisti in ecclesiam, & orasti, &
profectus es, & me uidere noluisti: deus tibi ig-
noscat. Quid enim aliud tibi dicam, nisi quod
ipse nouit quia cupio. Sed scio quia nisi te corre
xeris, ille iustus est. Cum autem tibi parcis, &
mihi parcis: neq; enim tã miser sum & alienus à
uisceribus Christi, ut non grauissimo uulnere fe
riatur cor meum, quando sic agunt quos in eius
euangelio genui. Iterũ dicturus es, Non eis iussi
ut darent Ponticano. Respondetur tibi. Sed iussi
sisti ut seruirent Ponticano: nec possent distin-
guere quousq; seruirent, & quousque non serui-
rent, maxime cum ea peteret quæ se debere scie
bant. Tuas autẽ literas habere debuerunt, quas
proferrent exactori, si te nolente exigebat, & re
legerent ei non se debere dare, nisi cum tuas li-
teras accepissent. Nam si uerbo aliquando iussi-
sti, ne exactori aliquid darent, multum est ut me
minerint, multũ eit ut tu ipse memineris, an ue-
re iusseris, an ipsis iusseris, an alijs, an omnibus:
maxime quia etiam nũc alteri actori audisti da-
tam & saluam esse ipsam pecuniam, & non tibi
displicuit quia dederũt. Sed cum ego dixissem,
Quid si & iste interuertisset, ab ipsis iterum exi-
gendum erat? rursus tibi cœpit displicere, quia
dederunt: & cum mihi sæpe dixisses, nunquam
te iniũxisse uices tuas uel Valerio uel Aginnesi,

Luc. 14
Ecclı. 20
Apoc. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

subito cum denuo ageretur, quia debuerũt ostẽ- A dere si acescere cœperat, & diceretur tibi quòd absens erat: credo excidit tibi, qui mihi toties dixeras, & dixisti, quia habuerũt Agnesi ostendere, & ipsius agere arbitrio. Ibi ego cum dixissem, certe uices tuas istis non soles iniungere: respondisti, sed literas meas habebat Agnesis: quasi semper illi, quibus aliquid iniũgis, literas tuas recitent rusticanis hominibus, ut credant quia tu iussisti. Sed quia eos uidẽt tibi sic iungi, non utiq; credũt temere illos aliqd audere præsumere, nisi à te data potestate. Ideoq; inter ista incerta non apparet quid iubeas, nec possunt firmũ aliquid retinere, nisi literas tuas habuerint, quas omnibus proferant, & non nisi tuis literis B prolatis obtemperent, quando eis aliquid dandum est. Sed quid opus est tam diu tecum disputare, & onerare uerbis occupationes tuas, ut forte cum irasceris uerbis meis uelis sæuire in homines miseros. Illis imputabitur ad meritũ bonum, quia pro salute tua, propter quam tibi tanta loquor, te patiuntur iratum: tibi autẽ nolo aliquid grauius dicere, ne putes me non timendo, sed male optando tale aliquid loqui. Time deũ, si non uis decipi: ipsum testem inuoco super animam meam, plus me tibi timere cum hæc dico, quàm illis pro quibus apud te intercedere uideor. Si credis, deo gratias. Si autem nõ credis, cõsolaẽ me quod dominus ait: Dicite pax huic domui, & si est ibi filius pacis, requiescet super eũ pax uestra. Si quominus, ad uos reuertetur. C Dei misericordia te tueatur dñe dilectissime fili.

Augustinus Pancario de presbytero quodã ab hæreticis criminis insimulato, Pancarij scilicet opera, cõmendat ne eiusdem presbyteri domus diripiatur. Epistola CCXII

Domino dilectissimo meritoq; honorabili filio Pancario, Augustinus in Domino salutem.

C Vm antequam ueniret religio tua, presbyter Secundinus Germanicianẽsibus non displiceret, unde modo factũ est ut eum sicut scripsisti, etiam de nescio quibus criminib⁹ accusare parati sint, nescio domine dilectissime meritoq; honorabilis fili. Verum tamẽ nullo modo nos possumus contemnere quod presbytero uidentur obijce- D re, tantum si catholici sunt qui obijciunt. Nam hæreticorũ accusationes contra catholicũ presbyterũ admittere, nec possumus nec debemus. Proinde hoc primo agat prudentia tua, ut hæretici non sint, ubi ante aduentum tuum non fuerunt, & audiemus causam presbyteri, sicut eam oportet audiri. Illud sanè moneo, quia dignaris, quoniã & salus & existimatio tua charissima nobis est, & ipsi Germanicianẽses pertinent ad curam humilitatis nostræ, ut ea quæ à gloriosissimis imperatoribus impetrasti, & ea quæ apud competentes iudices egisti, fidenter allegare digneris: ut appareat omnibus nihil te inordinate agere, ne iterũ in causa uestra qui de possessione contenditis, ipsi miseri fatigẽtur, & grauius afflicti dispereant. Simul etiam cõmendo ut eiusdem presbyteri domus non diripiatur, neq; ustetur: nam de ecclesia sua nunciatum est nobis, q̃ eam nescio qui uelint deponere, sed nõ puto q̃ ullo pacto possit hoc à tua religione permitti.

Hæc epistola refutat incõprehensibilitatem Platonicorum: uideturq; cum libris Academicorũ transmissa. Epistola CCXIII

Hermogeniano Augustinus.

A Cademicos ego ne inter iocandum quidem unquam lacessere auderem, quando enim me non tãtorum uirorum moueret autoritas, nisi eos putarem lõge in alia quàm uulgo creditum est fuisse sententia. Quare potius eos imitatus sum quantum ualui, quàm expugnaui. quod omnino non ualeo: uidetur enim mihi satis cõgruisse temporibus, ut si quid syncerũ de fonte Platonico flueret, inter umbrosa & spinosa dumeta potius in possessionem paucissimorum hominum duceretur, quàm per aperta manans irruentibus passim pecoribus nullo modo posset liquidum purumq; seruari. Quid enim conuenientius pecori est, quàm putari animam corpus esse? Contra huiusmodi homines, opinor, ego illã utiliter excogitatam dei ueri artem atq; rationem: hoc aũt seculo cũ iam nullos uidemus philosophos, nisi forte amiculo corporis, quos quidem haud censuerim dignos tam uenerabili nomine, reducendi mihi uidentur homines, si quos Academicorum peruersorum ingenium à rerum comprehensione deterruisset, & à spe reperiendæ ueritatis: ne id quod eradicandis altissimis erroribus pro tempore accommodatũ fuit, iam incipiat inserendæ scientiæ impedimẽto esse. Tantum enim tunc uariarum sectarum studia flagrabant, ut nihil metuẽdum esset nisi falsi approbatio. Pulsus aũt quisq; illis argumentis, ab eo q̃ se firmum & incõcussum tenere crediderat, tanto constantius atq; cautius aliud quærebat, quãto & in moribus maior erat industria, & in natura rerum atq; animorũ altissima & implicatissima latere ueritas sentiebatur. Tanta porrò nunc fuga laboris & incuria bonarũ artiũ, ut simulatq; fonuerit, acutissimis philosophis esse usum nihil posse cõprehendi: dimittant mentes ut in æternũ obducãt. Non enim audent uiuaciores se illis credere, ut sibi appareat qd' tãto studio, ingenio, ocio, tã deniq; multa multipliciq; doctrina, postremo uita etiã lõgissima Carneades inuenire nõ potuit. Si uero etiã aliquantũ obnitẽtes aduersus pigritiã, legerint eosdẽ libros, quibus quasi ostẽditur naturæ humanę denegata perceptio: tãto tẽpore indormiscũt, ut nec cœlesti tuba euigilent. Quãobrem cum gratissimũ habeã fidele iudiciũ tuũ de libellis meis, tãtumq; in tenuitate momenti ponam, ut nec error in tuã prudentiã, nec in amicitiã simulatio cadere possit, illud magis diligẽtius peto consideres, mihiq; rescribas, utrum

utrum approbes quod in extremo tertij libri su- A spicioſius fortasse quàm certius: utilius tamẽ, ut arbitror, quàm incredibilius putaui credẽdum. Equidem quoquo modo se habeant illæ literæ, non tam me delectat quòd, ut scribis, Academicos uicerim (scribis enim amantius forte quàm uerius) quàm quòd mihi abruperim odiosissimum retinaculum, quo ab philosophiæ ubere desperatione ueri, quod est animi pabulum refrenabar.

Adhortatur in hac epistola Augustinus Zenobium, ut cœptam inter se disputationem semel finiant. Est manca ut præcedentes. Epi. CCXIIII

Zenobio, Augustinus.

Ene inter nos conuenit, ut opinor, omnia quæ corporeus sensus attingit, ne puncto quidem temporis eodem modo manere posse, sed labi, effluere & præsens nihil obtinere: id est, ut Latine loquar, non esse. Horum itaque perniciosissimum amorem, pœnarumq; plenissimum uera & diuina philosophia monet frenare, atq; sopire: ut se totus animus, etiã dum hoc corpus agit, in ea quæ semper eiusdem modi sunt, nec peregrino pulchro placent, feratur atq; æstuet. Quæ cum ita sint, & cum te uerum ac simplicem, qualis sine ulla sollicitudine amari potes, in semetipsa mens uideat, fatemur tamen congressum istum atq; conspectum tuum, cum à nobis corpore discedis, locisq; seiungeris, quærere nos eaq; dum licet cupere. Quod profecto uitium, si C te bene noui, amas in nobis: & cum omnia bona optes charissimis & familiarissimis tuis, ab hoc eos sanari metuis. Si autem tam potenti animo es, ut & agnoscere hunc laqueum, & eo captos irridere ualeas, næ tu magnus es atq; alius. Ego quidem quamdiu desidero absentem, desiderari me uolo. Inuigilo tamen, & quantũ queo enitor, ut nihil amem quod abesse à me inuito potest. Quo cum officio admoneo te interim, qualisc̃uq; sis, incohatam tecum disputationem perficiendã, si curæ nobismetipsis sumus. Nam eam cum Alipio perfici nequaquam sinerem, etiã si uellet. Non uult autem. Non enim est humanitatis eius nunc mecum operam dare, ut in quam multis possemus literis te nobiscũ tenea- D mus, nescio qua necessitate fugientem.

Fastius quidam ære alieno obrutus ad ecclesiã confugerat, cuius creditoribus mutua accepta pecunia Augustinus satisfecit, eam publica collatione per Christi fideles orat Fastio imperti/ri. Epistola CCXV

Dominis dilectissimis & desiderantissimis sanctæ plebi cum ministro, membris Christi Augustinus in Domino salutem.

Otissima mihi & probatissima deuotio sanctitatis uestræ in domino nostro Iesu Christo fiduciam dedit, ut etiam absens præsumerẽ, unde præsens gaudere consueui. Qui semper spiritu uobiscum sum, non solum quia gratia domini nostri Iesu Christi tantæ suauitatis flagrare nõ ceſsat, sed etiam quia me ipsum, qui uobis in euangelio seruio, angustiam pati non permittitis. Cum enim frater noster Fastius debito decem & septem solidorum ab opinatoribus urgeretur ut redderet, quod ad præsens unde explicaret se non inueniebat, ne corporalem pateretur iniuriam, ad auxilium sanctæ ecclesiæ conuolauit: illi etiam exactores cum proficisci cogerentur, & ideo dilationem dare nõ possent, grauissimis me querelis onerauerunt, ita ut eis illum traderem: aut quod sibi deberi ostendebant, unde acciperẽt prouiderem. Cumq; obtulissem Fastio, ut uestram sanctitatem de necessitatibus eius alloquerer, pudore deterritus ne facerem deprecatus est. Ita ego maiore necessitate coarctatus à fratre nostro Macedonio decem & septem solidos accepi, quos in causam eius continuo dedi, promittente illo quòd ad certum diem cum eis reddendis posset occurrere: & consentiente ut si non posset occurrere, sermo de illo fieret ad uestram misericordiam, quam fraternam fratribus exhibere cõsueuistis. Nunc ergo quoniam absens est, restat ut subueniatis, nõ illi quem nemo cõpellat absentem, sed pollicitationi meæ, cuius existimatio nobis semper est præsens. Iam enim dies ad quem se promiserat occursurum, trãsactus est, & ego ei qui solidos suos fidei meę commisit, quid respõdeam non inuenio, nisi ut faciam quod me facturũ esse promisi. Sed quoniam non sum de hac re cõmonitus, ut die pentecostes, quando aderat maior uestra frequentia, sermonem inde facerem, peto ut has literas pro lingua mea præsente habere dignemini, admonente uos & exhortante in cordibus uestris deo & domino nostro cui credidistis, qui nunquam discedit à uobis timentibus & honorantibus nomen suum. In quo uobis & nos semper coniuncti sumus, quamuis corpore à uobis profecti esse uideamur: qui nobis bonorũ operum semine messem uitæ æternæ promittit, dicente Apostolo, Bonum autem facientes non deficia- Gal.6 mus: tempore enim suo metemus infatigabiles. Itaq; dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Quoniã ergo domesticus fidei est, Christianus fidelis, catholicus frater noster, pro cuius supplenda necessitate uos peto, ut faciatis quod dominus imperat, sine tristitia, sine murmuratione, & cum lætitia & hilaritate facite: deo enim creditis non homini: quia ille promittit uos nihil eorũ quæ misericorditer facitis perdituros, sed in illo die cum usuris immortalibus receptu- ros. Et quoniam ipse Apostolus dicit: Hoc au- 1 Cor.9 tem dico, Qui parce seminat, parce & metet. Intelligere debetis tempus esse, ut donum uitæ æternæ, cum adhuc in ista uita sumus, festinanter & alacriter comparemus: quia cum finis seculi uenerit, nõ dabitur nisi eis qui fide sibi hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

meruerunt antequàm uidere potuissent. Scripsi eis etiã presbyteris, ut si quid minus fuerit post collationem sanctitatis uestrę, compleant ex eo quod habet ecclesia, dum tamen uos secundum quod placet, hilariter offeratis: quia siue de uestro siue de ecclesia detur, omnia dei sunt, & deuotio uestra dulcior erit thesauris ecclesiæ: sicut
Philip. 4 Apostolus dicit, Non quia quæro datum, sed requiro fructum: lætificate ergo me, quia de fructibus uestris gaudere cupio. Vos enim estis arbores dei, quas assiduis imbribus & per nostrũ ministerium rigare dignatur. Tueatur uos Dominus ab omni malo & hic & in futuro sęculo, domini dilectissimi & desiderantissimi fratres.

Augustinus Paulum quendam episcopum obiurgat, qui ecclesiam leui sua uita grauiter offendebat, ut ad frugem & episcopo dignam uitam redeat. Epistola CCXVI

Domino sinceriter dilectissimo & uotis omnibus beatificando fratri & consacerdoti Paulo, Augustinus in Domino Salutem.

I Am inexorabilem me non uocares, nisi etiam mendacem putares. Quid em̃ aliud de animo meo credis, quando mihi talia scribis, nisi me tenere aduersus te næuum discordiæ & odiũ detestandum: quasi in re manifesta non caueam, ne alijs
1 Cor. 9 prædicans, ipse reprobus inueniar? aut ita ue-
Luc. 6 lim eijcere stipulam de oculo tuo, ut in meo trabem nutriam? non est quod putas. Ecce iterum dico & testor deum, si tu tibi ea uelles quæ tibi ego uolo, iam olim securus in Christo uiueres, & in nominis eius gloria totam eius ecclesiã lætificares. Ecce iam scripsi non tantũ te esse fratrẽ meum, sed etiam collegam meum. Neque enim fieri potest, ut non sit collega meus quilibet episcopus ecclesiæ catholicæ, qualiscunq; sit, nullo ecclesiastico iudicio damnatus. Sed ut tibi non communicem nulla causa est, nisi quia tibi aduari nõ possum. Tibi enim maxime debeo, quia in Christo Iesu per euangelium ego te genui, salubrem mordacitatem charitatis, ueraciter obiurgãdo. Nec ita gaudeo multos in ecclesiam catholicã adiuuante domino per te esse collectos, ut non debeam plangere plures inde dispergi. Sic enim uulnerasti ecclesiam Hipponensem, ut
D nisi te Dominus omnibus curis & sarcinis secularibus expeditum, ad ueram episcopalẽ uitam uictũq; reuocauerit, tale uulnus sanari non possit. Cum autem tu magis magisq; implicare te non cesses, ut etiam rebus quibus renunciasti, te post renunciationem inserueris, quod nec apud humanas ipsas leges ullo modo defendi potest: & in ea professione uiuere dicaris, cui frugalitas ecclesiæ tuæ sufficere non possit: ut quid quæris communionem meam, cum audire nunquam uolueris admonitionẽ meam: an ut quicquid facis mihi imputent homines, quorũ querelas sustinere non possum: Fruſtra autem suspicaris eos esse obtrectatores tuos, qui tibi semper & in uita priore aduersati sunt. Non est ita, nec mirum quod multa te latent. Sed etiã si hoc uerum esset, nihil in tuis moribus inuenire deberent, quod rectè reprehenderent, & unde ecclesiam blasphemarẽt. Adhuc me putas fortasse ideo ista dicere, quia non accepi satisfactionẽ tuam. Imò propterea dico, ne ipse nõ possim satisfacere deo peccatis meis, si hæc tibi tacuero. Noui quia cor habes, sed & tardũ, securum est, & acutum cor nihil est, quando in terra est. Non est episcopatus artificium transfigendæ uitæ fallacis: docebit te quod dico dominus deus, qui tibi intercluſit omnes uias ad quas illo uti uoluisti, ut dirigat te si intelligas in illam uiam, propter quam ambulandam tibi tam sancta sarcina imposita est.

Augustinus Victorino episcopo, concilium episcoporum iure primatis conuocanti, excusatoria quare ad concilium non ueniturus sit. Rogat ut prius cum Xantippo episcopo super iure primatus & concilij episcoporum conuocandi placide componat. Epistola CCXVII

Domino beatissimo & uenerabili patri & consacerdoti Victorino, Augustinus in Domino Salutem.

T Ractoria ad me quinto idus Nouembris uenit, iam finito die, & me ualde indispositũ inuenit, ut occurrere omnino non possem. Verumtamen siue imperitiã meam mouerit, siue iuste motus sim, tuæ sanctitatis & grauitatis est arbitrari. Legi in eadem tractoria etiam ad Mauritanias esse scriptum, quas prouincias scimus suos habere primates. Quòd si & ex eis ad Numidiam conuocandum esset concilium, oportuit utique ut aliquorum Maurorum episcoporũ, qui illic priores sunt, nomina in tractoria ponerentur. Quod in ista tractoria non reperiens, multum miratus sum. Deinde ad ipsos Numidas ita perturbato & neglecto ordine scriptum, ut nomen meum tertio loco inuenerim, qui noui quàm post multos episcopus factus sum. Quæ res & alijs iniuriosa est satis, & mihi inuidiosa. Præterea uenerabilis frater & collega noster Xantippus Tagastensis dicit, quòd eum primatus ipse contingat, & erga plurimos sic habetur, & tales mittit epistolas. Qui etiam error, si facilè inter uestram sanctitatem cognosci & corrigi potest, non debuit tamẽ in tractoria quam misit uenerabilitas tua nomen eius prætermitti. Quòd si in mediis locis cõscriberetur, & non in primo poneretur, multum miraret: quanto magis mirandum est, quòd nulla tibi eius admemoratio facta est, qui maxime ad concilium uenire debuit, ut de ipso primatus ordine, causa omnium Numidarum episcopis ecclesiarum primitus ageretur. His de causis etiam uenire dubitarem, ne forte falsa esset tractoria, qua tanta peruersitas apparet: quanquã & angustia temporis & aliæ graues necessitates me multipliciter impedirent. Vnde

Vnde peto beatitudinẽ tuam ut mihi ignoscas, A & primo instare digneris, ut inter tuam sanctimoniam & senem Xantippum cõcorditer consistet, quis uestrum debeat conuocare concilium: aut certe quod salubrius arbitror, sine cuiusquã præiudicio ambo conuocate collegas uestros, eos maxime qui uobis episcopatus ætate uicini sunt, qui facile quis uestrum uerum dicat agnoscant: ut inter uos paucos eadẽ præ cæteris quæstio dirimatur, & errore sublato minores à cæteris conuocẽtur: qui nec possunt nec debent, nisi uobis in hac re tanquam prioribus credere, & nunc ignorãt cui uestrum potissimum credant. Hanc epistolam signatam misi annulo qui exprimit faciem hominis attendentis in latus.

B Augustinus Nebridio de animæ corpore. In fine quæstiones tales ad se nihil pertinentes rogat ut dimittant. Epistola CCXVIII

Nebridio Augustinus.

V Sitata tibi scribere non libet, nouã non licet. Alterũ enim uideo tibi nõ conuenire, alterum non mihi uacare. Nã ex quo abij abs te, nulla mihi opportunitas, nullum ocium datũ est, ea quæ inter nos quærere solemus, agitãdi atq; uersandi. Sũt quidem hiemales nimis longæ noctes, nec à me totæ dormiũtur, sed se obijciunt magis cogitanda cum ocium est, quæ definiendo sunt ocio necessaria. Quid ergo faciam, mutus ne apud te an tacitus sim? Neutrum uis, neutrum uolo. Quare C age atq; accipe quod de me excudere potuit ultimum noctis, quamdiu exequebatur, quo hæc epistola scripta est. Necesse est te meminisse qd crebro inter nos sermone iactatum est, nosq; iactauit anhelantes, atq; æstuantes de animæ scilicet uelut perpetuo quodã corpore, uel quasi corpore, quod nonnullis etiam dici uehiculum recordaris. Quam rem certe, siquidem loco mouetur, non esse intelligibilem clarum est. Quicquid intelligibile non est, intelligi non potest. At quod intellectum fugit, si saltem sensum refugit, æstimare inde aliquid ueri simile non usquequaq; denegatur. Quod uero neq; intelligi, neq; sentiri potest, temerariam nimis atq; nugatoriam gignit opinionẽ: & hoc de quo agimus D tale est, si tamen est. Cur ergo quæso te non nobis ad hanc quæstiunculam indicimus ferias, & nos totos imprecato deo in summã serenitatem naturæ summe uiuẽtis attollimus? Hic forsitan dicas, quanquã corporea percipi nequeãt, multa nos tamen ad corpus pertinentia intelligibili ter posse percipere: ut est quod nouim⁹ esse corpus. Quis em̃ neget, aut quis hoc ueri simile potius quàm uerũ esse fateatur. Ita cum ipsum corpus ueri simile sit, esse tamen in natura tale quiddam ueri simillimum est. Ergo corpus sensibile, esse autem corpus intelligibile iudicatur. Non enim posset aliter percipi. Ita nescio quid illud de quo ad locum transeat putatur: quanquam etiam si non sensibus nostris, tamen quibusdã longe uegetioribus sensibile sit, utrum tamen sit, intelligibiliter cognosci potest. Hoc si dices, ueniat in mẽtem illud quod intelligere appellamus, duobus modis in nobis fieri: aut ipsa per se mente atq; ratione intrinsecus, ut cum intelligimus esse ipsum intellectum: aut admonitione à sensibus, ut id quod iam dictum est, cum intelligimus esse corpus. In quibus duobus generibus illud primum per nos, id est, de deo quod apud nos est deum consulendo: hoc autem secundum de eo quod à corpore sensuq; nunciatur, nihilominus deum consulẽdo intelligimus. Quæ si uera sunt nemo de illo corpore utrũ sit, intelligere potest, nisi cui sensus quicquam de illo nũciarit. In quo B animantium numero, si ullus est, nos quoniam non esse perspicimus, illud etiam perfectum puto quod dicere cœperam, non ad nos istam pertinere quæstionem. Hæc etiam atq; etiam cogites uelim, & quod cogitando genueris, ut nouerim cures.

Augustinus Felici, de pupilla quadam ecclesiæ tutelæ commissa. Imperfecta epistola. CCXIX

Domino dilectissimo meritoq; honorabili & præferendo fratri Felici, Augustinus in Domino Salutem.

N Ouit optime religio tua quã curam tuendis cum omnibus hominibus, tum maxime pupillis ecclesia uel episcopi debeant. Vnde receptis literis tuis, & exemplo literarum uiri speciabilis fratris nostri, nec potui nec debui passim puellam cuiquam committere, præsertim quia eam ecclesiæ commẽdauit, domine dilectissime meritoq; honorabilis & præferende frater. Proinde aduentum eius expecto, ut si quid fieri oporteat eius præsentia deliberem & faciam quod dominus faciendum esse inspirauerit, &c.

Epistola hæc mutila est ad Peregrinum. Excusat autem breuitatem epistolæ ad Maximum datæ, quæ incipit, Cum à sancto fratre. Epist. CCXX

Domino beatissimo & uenerabiliter charissimo fratri & coepiscopo Peregrino, Alipius & Augustinus in Domino Salutem.

A D honorabilẽ fratrem nostrum Maximum literas dedimus, credentes eum gratãter eas sumpturum: utrum tamen aliquid profecerimus, proxima occasione quam reperire potueris dignare rescribere. Sciat sanè prolixas epistolas ad familiarissimos nostros, non solum laicos, uerum etiam episcopos, sic quomodo ista scripta est ad eos nos scribere non solere, ut & cito scribãtur, & certa teneantur commodius cum legũtur, ne forte istum morem nostrum nescientes factam sibi arbitretur iniuriam.

Quæ est numero LXVI epistola

FINIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLAE SVBSEQVENTES

uigintiduæ antehac nunquam æditæ, beneficio Martini Lypsij nobis obuenerũt, qui præter hanc operam etiam multa præstitit & in alijs huius autoris scriptis, quorum mentio fit in Primo tomo.

Consentius Augustino proponit quæstiones de Trinitate. Epistola CCXXII

Domino sancto ac beatissimo papæ Augustino, Consentius.

AM QVIDEM sancto mihiq; cũctis animi uirtutibus admirãdo fratri tuo Alipio genus petitionis meæ breui sermone suggesserã, sperans precum mearum ut apud te esse adiutor dignaretur. Sed quia præsentiã mihi tuam, ea quæ ad uillam ire compulit causa fraudauit: malui literis precem inserere, quàm expectationem animi fluctuare: maxime cum id quod postulo, si mihi concedi oportere perspexeris, adiuuare sensum tuum altissima mysteria perscrutantem, loci ipsius ut arbitror in quo nunc cõsistis ualeat solitudo. Ego igitur cum apud memetipsum prorsus definierim, ueritatem rei diuinæ ex fide magis quàm ex ratione percipi oportere: si enim fides sanctę ecclesiæ ex disputationis ratione, non ex credulitatis pietate apprehẽderetur, nemo præter philosophos atq; oratores beatitudinẽ posset. 1 Cor. 1 Sed quia placuit deo, qui infirma mundi huius elegit ut confundat fortia, per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: non tam ratio requirenda de deo, quàm autoritas est sequẽda sanctorum. Nam profecto neq; Ariani, qui filiũ quem genitum confitemur minorem putant, in hac impietate persisterent: neq; Macedoniani spiritum sanctum, quem neq; genitum neq; ingenitum credimus, quantum in ipsis est à diuinitatis arce detruderẽt: si scripturis sanctis magis quàm suis ratiocinationibus accommodare fidem mallent. Tamen tu uir admirabilis, si tibi ille pater noster, solus conscius secretorum, qui habet clauem Dauid, serenissimo cordis obtutu cœlorum machinam penetrare concessit, & reuelata, ut scriptum est, facie gloriã domini speculari, inquantum tibi ille qui huiusmodi cogitationem dedit, promendi dederit facultatem: enuncia nobis aliquã ineffabilis substantiæ portionem, & imaginem similitudinis eius ipso adiuuante exprimere, inquantum potes uerbis enitere: quoniam nisi tu tantæ rei dux ac magister adfueris, uelut lippientibus oculis prospicere in eam tanti luminis repercussa fulgore cogitatio nostra formidat. Intra ergo in illam quę nostros arcet intuitus mysteriorum dei obscurissimã nubem: quæstiũculas in quibus absoluendis me errare cognosco, qui autoritatem sanctitatis tuæ fide magis sequi uolo, quàm rationis corde conceptæ falsa imagine deprauari, primum in memetipso, dehinc in libris corrige. Ego siquidem incircunspecta admodum simplicitate audiens credensq; dominum Iesum Christum lumẽ esse de lumine, sicut scriptũ est, Bene nunciate diem *psal.95* de die salutare eius: & in Sapientia Salomonis, Candor est enim lucis æternæ: credebã deum, *sap.7* quod licet credere ut dignum est non ualebam, tamen esse inæstimabilis cuiusdam lucis infinitam magnitudinem, cuius nec qualitatem æstimare, nec quantitatem metiri, nec speciem fingere, quanquam sublime cogitans mens humana sufficeret: tamẽ esse illud quiddam quicquid est, cui adsit incomparabilis forma, inæstimabilis pulchritudo, quam etiã carnalibus oculis saltem Christus aspiciat. Cum ergo circa finẽ primi libri, sicut proculdubio meminisse dignaris, cupiens comprobare dominũ Iesum Christum, id est hominem assumptum, ita diuinam possidere potentiã, ut materia carnis humanæ quam susceperat permaneret, quam in illis uisceribus nisi aliud quàm infirmitatem perisse dicimus, illius mihi nodus quæstionis obiectus est. Si, inquit, homo ille quẽ assumpsit Christus, in deum uersus est: ergo localis esse non debuit. Cur ergo post resurrectionem dixit: Noli me tangere, *Io.20* nondum enim ascẽdi ad patrem meum? Ego igitur elaborãs approbare ubiq; esse Christum uirtute non opere, diuinitate non carne: de unitate dei & personarũ trinitate huiusmodi uerba conscripsi: Deus, inquam, unus est, & personæ tres sunt. Deus indiscretus est, psonæ discretæ sunt. Deus intra omnia, trãs omnia: ultima includit, media implet, summa transcẽdit: ultra uniuersa & per uniuersa diffunditur: personę autem sunt constantes, proprietate secernuntur, non confusione miscentur. Deus ergo unus est, & ubique est, quia & alius præter illum nõ est: & locus nõ est uacuus ubi esse alius possit. Plena sunt Deo omnia, & præter deũ nihil est. Ipse est in patre, ipse in filio, ipse in spiritu sancto: ac post hoc, pater & filius & spiritus sanctus non plures dij, sed ipse unus est deus: & non est ipse pater qui est filius, nec filius qui est spiritus sanctus. Pater in filio est, filius in patre, in utroq; spiritus sanctus: quia in tribus numero non ordine, id est personis non uirtute discretis, unus atq; indiuisibilis habitat deus. Omnia quæ patris sunt, filij sunt: & quæ filij sunt, patris sunt: & quę utriusq; sunt, spiritus sancti sunt: quia æqualem, sed eandem, id est unicam non separatam possident substantiam deitatis: & ideo uel maiestate uel ætate alter alterum non præcedit, quia diuidi quod plenum est non potest: nec est in plenitudine aliqd quod possit plenitudinem reparare, & maiorem uni maiorem alteri facere portionem. In personis autem non ita est: quia patris persona nõ est filij, nec filij persona eadem est spiritus sancti. Vna uirtus est quã trina possidet uirtus: una substantia est in qua tria sunt quæ subsistunt. Pater ergo

ergo & filius & spiritus sanctus maiestate ubiq; sunt, quia unum sunt: personis tantum apud se sunt, quia tres sunt. Et reliqua huiusmodi texens rem eousq; deduxi, ut præsentes quidẽ & ubiq; esse personas: sed illã quæ supra cœlos, trans maria, ultra inferos, una atq; eadẽ est maiestate firmarem. Ex quo intelligi debere monstrabã, hominem quem Christus assumpsit, in deum qui dem uersum susceptam non amisisse naturam: non tamen quasi quartam credi personam. Sed tu uir cui cœlũ, ut arbitror, ipsum subtilitate cogitationum intrare concessum est: uerax etenim *Mat.5* est qui ait: Beati mũdo corde, quoniã ipsi deum uidebunt: super omnia sydera ad ipsam contemplationem altitudinem mũdi cordis attollis: ais non tanquam aliquod corpus debere cogitari deum. Nam etiamsi quispiam animo lucem mĩlies q̃ huius solis clariorem intentioremq; confingat, nullam illic dei similitudinẽ comprehendi posse, quia corpus est omne qd̃ cerni potest: sed sicut iusticiam uel pietatem corpoream cogitare non possumus, nisi aliqua forte nobis fœminea corpora gentili uanitate fingamus: ita & deum sine aliqua phantasiæ simulatione inquãtum possumus cogitandum. Mihi autẽ, qui subtilitatem disputationis tepido percipere admodum corde uix possum, uidebatur nihil uiuum secundum substantiã inesse iusticiæ, ideoq; non possum adhuc deum, id est uiuentem naturam, iusticiæ similem cogitare: quia iusticia nõ in se, sed in nobis uiuit, imo potius nos secundum iusticiam uiuimus: ipsa uero iusticia per se nequaquam uiuit, nisi forte non huius humanæ æquitatis, sed illa quæ deus est, sola asseratur esse iustitia. Vnde confirmari me ex omnibus non solũ præsentibus, sed etiam pleniori epistola uelim. Neq; enim fas est, ut nostri tãtum pedes ab ista, in qua multi ingredimur, erroris uia, te monente reuocẽtur. Cum enim multi in illis in quibus habitamus insulis, dum recto ad uiam pergunt aggere, in tramitem tortuosi huius erroris incurrerint: erit ne aliquis illic Augustinus cuius autoritati cedant, cuius doctrinæ credant, cuius ingenio superentur? An forte ex illo paternitatis affectu, mauis me occulta commonitione dirigere: quàm uelut comitem prauí itineris increpare? Sed mihi pro utilitate animę, magis quàm pro seculi laude currere cupienti, non est inutilis, ac proinde etiam non amara coargutio tua: maxime cum & mihi & cæteris uitam simul laudemq; paritura sit. Nemo siquidem tam iniustus esse (ut arbitror) potest, qui me ex eo quod aliquando deuia sum sequutus, stulticiæ denotare malit, quàm ex eo quod delegerim prudẽter iudicare cunctetur. Neque enim stulti æstimandi *1 Cor.9* sunt, quos Paulus apostolus ne in incertum currerent admonebat, dicens: Sic curritе ut cõprehendatis: quia uia ista quã currimus, non solum relinquenda nobis, uerum etiam intercludenda atq; præcidẽda nobis est: ne forte etiam eos fallaci dilectionis simulatione fruſtrẽtur. Tu enim non æditorum iam à me librorũ lector, sed probandorum emẽdator, ni fallor, electus es. Nam in illa epistola quã in illis meis libellis uelut præfatiunculam prætuli, huiusmodi uerba conscripta sunt: Placuit, inquam, fluctuantem fidei nostræ cymbam, beati Augustini episcopi stabilire sententia. Cur ergo uir doctrinæ huius quæ in Christo est culmen, arguere palam corrigendum de cætero filium dubitas: cum sententiæ tuę anchora nisi morsum altius presserit, nos certius stabilire non possit? Non enim leuis aut cuiusquam quæstio, in qua non solũ nihil profecit, uerum etiam post, ut à te fortissime dictũ est, idololatriæ crimẽ cæcitas nostræ cogitationis incurrit. Hanc à te caute prudenterq; discuti uellem, ut doctrinæ tuæ ingenijq; serenitas ita nebulam nostræ mentis abstergat, ut quod nunc cogitare non possumus, intelligẽtiæ à te declaratum, oculis cordis uidere ualeamus. Incolumis ac beatus in æternũ memor cœlestia regna possideas, domine sancte ac beatissime papa.

Huius epistolæ fragmentum suprà habetur columna 374, ordine LXXXV, quæ hic integra habetur: sed quod serò uenerit, non est suo posita loco. Respõdet Consentio ad quæstiones de Trinitate, sibi propositas. Epistola CCXXII

Fratri dilectissimo & in Christi uisceribus honorando Consentio, Augustinus in domino S.

GO propterea ut ad nos uenires rogaui, quoniã in libris tuis ualde sum tuo delectatus ingenio. Proinde uolui ut quædam nostra opuscula, quæ arbitratus sum tibi esse necessaria, non procul à nobis positus, potiꝰ apud nos legeres, ut ea quæ forte minus intellexisses, nõ difficulter præsens interrogares: atq; ex nostra sermocinatione mutuoq; colloquio, quantũ dominus & nobis promere, et tibi capere tribuisset, quod in libris tuis emendandũ esset, ipse cognosceres, ipse emendares. Eius quippe es facultatis, ut possis ea quę senseris explicare: eius porrò probitatis & humilitatis, ut merearis uera sentire. Et nunc in eadem sum, quæ nec tibi debet displicere, sententia. Vnde te nuper admonui, ut in his quæ à nobis elaborata apud te legis, signa facias ad ea loca quæ te mouẽt: & cum his ad me uenias, & de singulis quæras. Nondum quæ fecisti, exhortor ut facias. Recte quippe uerecundaris, ac te pigeret id agere: si uel semel uoluisses, & me difficilem reperisses. Illud quoq; dixerim, cum à te audissem quòd mendosissimis fatigareris codicibus: ut in nostris legeres, quos emendatiores posses cæteris inuenire. Quod autem petis, ut quæstionem Trinitatis, hoc est de unitate diuinitatis & discretione personarum, caute prudẽterq; discutiam, ut doctrinę meæ (sicut dicis) ingenijq; serenitas, ita nebulam uestræ mentis abstergat: ut quod nunc cogitare non potes, intelligẽtiæ à me lumine declarationis quodã modo

uidere

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidere possis: uide prius utrum ista petitio cum tua superiori diffinitione concordet. Superius quippe in eadem ipsa epistola in qua hoc petis, apud temetipsum definisse te dicis, ex fide ueritatem magis quàm ex ratione percipi oportere. Si enim fides, inquis, sanctæ ecclesiæ ex disputationis ratione, & non ex credulitatis pietate apprehenderetur, nemo præter philosophos atq; oratores beatitudinem possideret. Sed quia placuit (inquis) deo, qui infirma huius mundi ele-
1 Cor.1 git, ut confunderet fortia, per stulticiam prædicationis saluos facere credentes: non tam ratio requirenda, quàm autoritas est sequẽda sanctorum. Vide ergo secundum hæc uerba tua, ne potius debeas, maxime de hac re, in qua præcipue fides nostra consistit, solam sanctorum autoritatem sequi, nec eius intelligentiæ à me quærere rationem. Neq; enim cum cœpero te in tãti huius secreti intelligentiam utcunq; introducere, quod nisi deus intus adiuuerit, omnino non potero, aliud differendo facturus sum, quàm rationem ut potero redditurus. Quam si à me, uel à quolibet doctore nõ irrationabiliter flagitas, ut quod credis intelligas, corrige definitionẽ tuã: non ut fidem respuas, sed ut ea quæ fidei firmitate iam tenes, etiam rationis luce conspicias. Absit nanq; ut hoc in nobis deus oderit, in quo reliquis animãtibus excellentiores creauit. Absit, inquam, ne ideo credamus ut rationem accipiamus siue quæramus: cum etiam credere non possemus, nisi ratiõales animas haberemus. Vt ergo in quibusdam rebus ad doctrinã salutarem pertinentibus, quas ratione nondum percipere ualemus, sed aliquando ualebimus, fides præcedat rationem qua cor mundatur ut magnæ rationis capiat & perferat lucem: hoc utiq; ratio-
Esa.6 nis est. Et ideo rationabiliter dictũ est per Prophetam. Nisi crediderit is, non intelligetis. Vbi proculdubio discreuit hæc duo: deditq; consilium quo prius credamus, ut id quod credimus intelligere ualeamus. Proinde ut fides præcedat rationem, rationabiliter uisum est. Nam si hoc præceptũ rationabile nõ est, ergo irrationabile est. Absit. Si igitur rationabile est, ut magna quædam quæ capi nondũ possunt, fides præcedat rationẽ, proculdubio quantulacũq; ratio quæ hoc persuadet, etiã ipsa antecedit fidem. Propterea monet apostol⁹ Petrus, paratos nos esse debere
1 Pet.3 ad responsionẽ omni poscenti nos rationem, de fide & spe nostra: quoniam si à me infidelis rationem poscit fidei & spei meæ, & uideo quòd antequam credat capere non potest: hãc ipsam ei reddo rationem, in qua si fieri potest, uideat quàm præpostere poscat rationem earũ rerum quas capere non potest. Si autem iam fidelis rationem poscat, ut quod credit intelligat: capacitas eius intuenda est: ut secũdum rationem reddita sumat fidei suæ quantã potest intelligentiam: maiorem si plus capit, minorem si minus: dum tamen quousq; ad plenitudinem cognitionis perfectionẽq; perueniat, ab itinere fidei non recedat. Hinc est quod dicit Apostolus: Et tamen si quid aliter scitis, id quoq; uobis deus reuelabit: uerum tamẽ in quod peruenimus, in eo ambulemus. Iam ergo si fideles sumus, ad fidei uiam peruenimus: quam si nõ dimiserimus, non solum ad tantam intelligentiam rerum incorporearum & incommutabilium, quanta in hac uita capi non ab omnibus potest: uerum etiam ad summitatem cõtemplationis, quam dicit Apo-
Philip.3 stolus, facie ad faciem, sine dubitatione perueniemus. Nam quidam etiam minimi, & tamen in uia fidei perseuerantissime gradientes, ad illã beatissimam contemplationem peruenient: quidam uero quid sit natura inuisibilis, incommutabilis, incorporea, utcunq; iam scientes, & uiam quæ ducit ad tantæ beatitudinis mansionẽ, quoniam stulta illis uidetur, quod est Christus crucifixus, tenere recusantes, ad quietis ipsius penetrale, cuius iam luce mens eorum uelut in longinqua radiante perstringitur, peruenire non possunt. Sunt autem quædam, quæ cum audieri mus, non eis accommodamus fidem: & ratione nobis reddita uera esse cognoscim⁹, quæ credere nõ ualemus. Et uniuersa dei miracula ideo ab infidelibus non creduntur, quia eorum ratio non uidetur. Et reuera sunt de quibus ratio reddi non potest, non tamẽ non est. Quid enim est in rerum natura, quod irrationabiliter fecerit deus? Sed quorundam mirabiliũ operum eius, etiam expedit tãtisper occultam esse rationem: ne apud animos fastidio languidos, eiusdem rationis cognitione uilescant. Sunt enim, & multi sunt, qui plus tenentur admiratione rerum q̃m cognitione causarũ, ubi miracula mira esse desistunt: & opus est eos ad inuisibilium fidem uisibilibus miraculis excitari, ut puritate purgati, eo perueniant ubi familiaritate ueritatis mirari desistant. Nam & in theatris homines funambulum mirantur, musicis delectantur. In illo stupet difficultas, in his retinet pascitq; iucunditas. Hæc dixerim, ut fidem tuam ad amorem intelligẽtiæ cohorter: ad quam ratio uera perducit, & cui fideles animum præparant. Nam illa quæ persuasit, in ea trinitate quæ est deus, filium patri non esse coæternum, uel alterius esse substantiæ, atq; aliqua parte dissimilem, & eo modo inferiorem spiritum sanctum: itemq; illa quæ persuasit, patrem & filium unius eiusdemq; spiritũ uero sanctum alterius esse substantiæ: non ideo quia ratio est, sed quia falsa ratio est, cauenda & detestanda dicenda est. Nam si ratio uera esset, non utiq; errasset. Quapropter sicut nõ ideo debes omnem uitare sermonem, quia est & sermo falsus: ita nõ debes omnem uitare rationẽ, quia est & falsa ratio. Hoc & de sapientia dixerim. Neq; enim propterea sapientia uitãda est, quia est & falsa sapiẽtia: cui stulticia est Christus crucifixus, qui est dei uirtus & dei sapiẽtia. Et ideo per hanc stulticiam prædicationis placuit Deo saluos

1 Cor.1 saluos facere credentes: quoniam quòd stultum est dei, sapientius est hominibus. Hoc quibusdã philosophorum & oratorum, non ueram uiam, sed ueri similem sectantibus, & in ea seipsos aliosq; fallentibus, persuaderi non potuit: quibusdam uero eorum potuit. Et quibus potuit, neq; scãdalum est Christus crucifixus, neq; stulticia: in ijs enim sunt, quibus uocatis Iudæis & Græcis, dei uirtus est & dei sapiẽtia. In qua uia, id est in cuius Christi crucifixi fide, qui eius rectitudinem per dei gratiam comprehẽdere potuerunt, etsi philosophi appellati sunt siue oratores, profecto humili pietate confessi sunt, sibi longe excellentius in ea fuisse præuios piscatores, nõ solum credendi firmissimo robore, uerũ etiam intelligendi certissima ueritate. Cum enim didicissent, ad hoc electa stulta esse mũdi & infirma ut fortia & sapientia confunderentur, secq; cognouissent fallaciter sapere, & imbecilliter præualere: confusi, salubriter facti sunt stulti & infirmi, ut per stultum & infirmum dei, quod sapientius & fortius est hominibus, inter electa stulta & infirma fierent ueraciter sapientes, & efficaciter fortes. Cui autem nisi ueritissimæ rationi fidelis pietas erubescit, ut quãdam idololatriam, quam in corde nostro ex consuetudine uisibiliũ constituere conatur humanæ cogitationis infirmitas, non dubitemus euertere: nec audeamus credere ita esse Trinitatem, quam inuisibilẽ & incorporeã atq; incõmutabilem colimus, quasi tres quasdam uiuentes moles, licet maximas & pulcherrimas, suorum tamẽ spaciꝭ proprijs terminatas, & sibimet in suis locis cõtigua propinquitate cohærentes: siue una earum sit in medio cõstituta, ut duas dirimat sibi ex lateribus singulis iunctas, siue in modum trigoni duas cæteras unaquæq; contingat, ut nulla ab aliqua separetur, earumq; trium tantarum ac talium personarum licet in grandi ualde, molibus tamen à summo & imo & circunquaq; terminatarum, unam esse diuinitatẽ aliquid quartam, nec talem qualis est una ex illis, sed communem omnibus tanquam unum omnium, & in omnibus & in singulis totum: per quam unam diuinitatẽ dicatur ea dem Trinitas unus deus: eius tres personas nusquam esse nisi in cœlis, illã uero diuinitatẽ nusquam non esse, sed ubiq; præsentem: ac per hoc recte quidem dici, deum & in cœlo esse & in terra, propter illam diuinitatem quæ ubiq; est, tribusq; cõmunis sit: non autem recte dici, patrem esse in terra uel filium uel spiritum sanctum, cui huic Trinitati fides non nisi in cœlo sit. Istam cogitationis carnalis compositionem uanumq; figmentũ, ubi uera ratio labefactare incipit: continuò illo intus adiuuante, atq; illuminante, qui cum talibus idolis in cordibus nostris habitare non uult, ita ista confringere, atq; à fide nostra quodammodo excutere festinamus, ut ne pulueremur quidem ullum talium phãtasmatum illic remanere patiamur. Quamobrẽ nisi rationem disputationis qua forinsecus admoniti, ipsa intrinsecus ueritate lucente hæc falsa esse perspicimus, fides in corde nostro antecessisset, quæ nos indueret pietate, in cassum quæ uera sunt audiremus. Ac per hoc quoniam id quod ad eam perti nebat fides egit, ideo subsequẽs ratio aliquid eorum quæ inquirebat inuenit: falsæq; ita rationi, non solum ratio uera, qua id quod credimus intelligimus, uerum etiam fides ipsa rerum non dum intellectarũ sine dubio præferenda est. Melius est enim quamuis nondum uisum, credere quod uerum est, quàm putare te uerum uidere quod falsum est. Habet nanq; fides oculos suos, quibus quodãmodo uidet uerum esse quod nõdum uidet, & quibus certissime uidet nondum se uidere quod credit. Porrò autem qui uera ratione iam quod tantũmodo credebat intelligit, profecto præponẽdus est ei qui cupit adhuc intelligere quod credit: si aũt nec cupit, & ea quæ intelligenda sunt, credenda tantummodo existimat, cui rei fides prosit ignorat. Nam pia fides sine spe & charitate esse non uult. Sic igitur homo fidelis debet credere quod nõdum uidet, ut uisionem & speret & amet. Et uisibiliũ quidem rerum præteritarum quæ temporaliter transierunt sola fides est, quoniam non adhuc uidenda sperantur, sed facta & transacta creduntur: sicut est illud, quòd Christus semel pro peccatis nostris mortuus est & resurrexit, nec iam moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Ea uero quæ nondum sunt sed futura sunt, sicut nostrorũ spiritalium corporum resurrectio, ita creduntur ut etiam uidenda sperentur, sed ostendi modo, nullo possunt modo. Quæ uero ita sunt ut neq; prætereant, neq; futura sint, sed æterna permaneãt, partim sunt inuisibilia, sicut iusticia, sicut sapientia, partim uisibilia, sicut Christi immortale iam corpus. Sed inuisibilia intellectu conspiciũtur, ac per hoc & ipsa modo quodam sibi congruo uidentur. Et cum uidentur, multo certiora sunt quàm ea quæ corporis sensus attingit: sed ideo dicuntur inuisibilia, quia oculis istis mortalibus uideri omnino non possunt. At illa quę uisibilia sunt permanentia, possunt si ostendantur etiam his mortalibus oculis conspici, sicut se discipulis post resurrectionem Dominus ostendit, sicut etiam post ascensionem apostolo Paulo & Stephano diacono. Proinde ista uisibilia permanẽtia ita credimus, ut etiam si non demonstrentur, speremus ea nos quandoq; uisuros. Nec ea conamur ratione intellectuq; comprehendere, nisi ut ea (quia uisibilia sunt) ab inuisibilibus distinctius cogitemus: & cum cogitatiõe qualia sunt imaginamur, satis utiq; nouimus ea nobis nota non esse. Nam & Antiochiam cogito incognitam, sed non sicut Carthaginẽ cognitam. Illam quippe uisionem cogitatio mea fingit, hanc recolit: nequaquam tamẽ dubito, siue quod de illa testibus multis, siue quod de ista meis aspectibus credidi. Iusticiam uero & sapientiã & quic quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid eiusmodi est,non aliter imaginamur,aliter A contuemur,sed hæc inuisibilia simplici mentis atq; rationis intentione intellecta conspicimus, sine ullis formis & molibus corporalibus,sine ullis liniamẽtis figurisq; membrorum,sine ullis localibus finibus,sine spacijs infinitis.Ipsumq; lumen quo cuncta ista discernimus,in quo nobis satis apparet,quid credamus incognitum, quid cognitum teneamus,quam formam sensui corporis recordemur,quam cogitatione fingamus,quid corporis sensus attingat,quid imaginetur animus simile corpori,quid certũ & omnium corporum dissimile intelligentia contempletur.Hoc ergo lumen ubi hæc cuncta dijudicantur,non utiq; sicut huius solis & cuiuslibet corporei luminis fulgor per localia spacia circun- B quaq; diffunditur,mentemq; nostram quasi uisibili candore illustrat:sed inuisibiliter & ineffabiliter,& tamen intelligibiliter lucet:tamq; nobis certum est,quàm nobis efficit certa quæ secundum ipsum cuncta cõspicimus. Cum igitur tria sint rerum genera quæ uidentur,unum corporalium,sicut hoc cœlum & hæc terra,& quicquid in eis corporeis sensus cernit & tangit:Alterum simile corporalibus,sicut sunt ea quæ spiritu cogitata imaginamur,siue recordata uel oblata quasi corpora contuemur,unde sunt etiam uisiones quæ uel in somnis,uel in aliquo mentis excessu,his quasi localibus quantitatibus ingerũtur:Tertium ab utroq; discretum,quod neq; sit corpus,neq; ullam habeat similitudinem cor C poris, sicut est sapientia,quæ mente intellecta conspicitur,& in cuius luce de his omnibus ueraciter iudicatur:in quo istorum genere credendum est esse istam quam nosse uolumus Trinitatem:Profecto aut in aliquo,aut in nullo.Si in aliquo,eo utiq; quod est aliqs duobus præstãtius, sicut est sapientia. Quod si donum eius in nobis est,& minus est quàm illa summa & incommutabilis,quæ dei sapiẽtia dicitur,puto quòd non debemus dono suo inferius cogitare donãtem. Si autem aliquis splendor eius in nobis est,quæ nostra sapientia dicitur,quantũcũq; eius per speculum & in ænigmate capere possumus,oportet eam & ab omnibus corporibus,& ab omnibus corporum similitudinibus secernamus. Si D autem in nullo istorum genere esse putanda est ista Trinitas,& sic est inuisibilis,ut nec mente uideatur:multo minus de illa huiusmodi opinionem habere debemus,ut eam rebus corporalibus uel corporaliũ rerum imaginibus similem esse credamus. Non enim corpora pulchritudine molis aut magnitudine superat,sed dissimilitudine ac disparilitate naturæ:& si discreta est à comparatione bonorũ animi nostri,qualia sunt sapientia,iusticia,charitas,& cætera talia,quæ profecto mole corporis non pendimus,nec eorum quasi corporeas formas cogitatione figuramus,sed ea quando recte intelligimus,sine aliqua corpulentia uel similitudine corpulentię in luce mentis aspicimus,quanto est ab omnium qualitatum & quantitatum corporalium comparatione discretior:non eam tamen à nostro intellectu omnino abhorrere Apostolus testis est, ubi ait:Inuisibilia enim à constitutione mundi, Rom.1 per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius uirtus ac diuinitas. Ac per hoc cum eadem Trinitas fecerit & corpus & animam,sine dubitatione est utroq; præstantior. Anima ita considerata,maxime humana et rationalis atq; intellectualis,quæ ad eius imaginem facta est,si cogitationes nostras & intelligentias non euicerit,sed eius quod habet præcipuum,id est ipsam mentem atq; intelligentiam mente atq; intelligentia potuerimus apprehendere:non erit fortassis absurdũ,ut eam ad suum quoq; creatorem intelligẽdum,ipso adiuuante meditemur attollere. Si autem in seipsa deficit, sibiq; succumbit,pia fide contenta sit quamdiu peregrinatur à Domino:donec fiat in homine quod promissum est,faciẽte illo qui potens est, Eph.3 sicut ait Apostolus,facere supra quàm petimus aut intelligimus. Quę cum ita sint,interim uolo ut legas ea quæ ad istam quæstionem pertinentia iam multa conscripsimus,illa etiam quæ in manibus habemus:& propter magnitudinem tam difficilis quæstionis,nondum possumus explicare.Nunc uero tene incõcussa fide,patrem & filium & spiritum sanctum esse Trinitatem, & tamen unum deum:non quòd sit eorum communis quasi quarta diuinitas,sed quod sit ipsa ineffabilis & inseparabilis Trinitas. Patremq; solum genuisse filium,filiumq; solum à patre genitum,spiritum uero sanctũ & patris & filij esse spiritum.Et quicquid tibi,cũ ista cogitas,corporeæ similitudinis occurrerit,abige,abnue,nega,respue,abijce,fuge. Non enim parua est inchoatio cognitionis dei,si antequam possimus nosse quid sit,incipiamus iam nosse quid nõ sit. Intellectum uero ualde ama:quia & ipsę scripturæ sanctæ,quæ magnarũ rerum ante intelligentiam suadent fidem,nisi eas recte intelligas,utiles tibi esse non possunt. Omnes enim hæretici, qui eas in autoritate recipiunt,ipsas sibi uidentur sectari,cum suos potius sectentur errores:ac per hoc non quòd eas contemnãt,sed quòd eas non intelligant,hæretici sunt. Tu autem charissime,ora fortiter & fideliter,ut det tibi Dominus intellectum,ac sic ea quæ forinsecus adhibet diligentia præceptoris siue doctoris,possint esse fructuosa:quoniam neq; qui plantat est aliquid,neq; qui rigat,sed qui incrementum dat 1 Cor.3 deus:cui dicimus, Pater noster qui es in cœlis, Non quia ibi est,& hic nõ est,qui præsentia incorporea ubiq; est totus:sed quia in eis habitare dicitur,quorum pietati adest. Et hi maxime in cœlis sunt,ubi etiã nostra conuersatio est,si nos os nostrum ueraciter sursum cor habere respondeat.Nã etsi carnaliter acceperimus quod scriptum est,Cœlum mihi sedes est,terra autem sca Esa.66

bellum

bellum pedum meorum:& ibi & hic eum esse A credere debemus:quamuis non totum ibi,quia hic essent pedes:nec totum hic,quia ibi essent superiores corporis partes. Quam cogitationẽ carnalem,rursum illud nobis excutere,quod de Esa.40 illo scriptum est, posuit:qui cœlum mensus est palmo,& terram pugillo. Quis enim sedeat in spacio palmi suis:aut in tanto loco pedes ponat, quantum eius pugnus apprehendit? Nisi forte intantum caro uana progreditur,ut ei parum sit humana membra substantiæ Dei tribuere,si ea non etiam monstruosa confingat,ubi palmus lumbis,& pugillus ambabus palmis coniunctis,sit latior. Sed hæc dicuntur,ut cum sibi non conueniũt quæ carnaliter audimus,eis ipsis admoniti,ineffabiliter spiritualia cogitemus. Vn- B de etiam si corpus Domini,quod de sepulchro excitatum leuauit in cœlum,non nisi specie humana membrisq; cogitamus:non tamen ita putandum est sedere ad dexteram patris,ut ei pater ad sinistram sedere uideatur.In illa quippe beatitudine,quę omnem superat humanum intellectum, sola dextera est:& eadem dextera, eiusdem beatitudinis nomen est. Proinde nec Io.20 illud quod post resurrectionem suam dixit Mariæ,Noli me tangere,nondum enim ascendi ad patrem meum:tam absurde accipiendum est,ut existimemus eum cum ascẽdisset,uoluisse à fœmina tangi,qui se tangendum uiris antequàm ascẽderet præbuit. Sed Mariæ profecto,in qua figurata ecclesia est,quando illud dixit,intelligi C uoluit tunc ascendisse ad patrem,cum illum patri cognouit æqualem:& tali fide illum salubriter tetigit,ne si hoc solũ eum esse crederet quod in carne apparuerat,non bene tãgeret. Sic eum Photinus hæreticus tetigit,qui hominem tantummodo credidit.Et si forte in his uerbis Domini aptius meliusq; intelligi potest,opinio tamen qua putatur substantia patris esse in cœlo, secundum quòd pater una in Trinitate persona est,diuinitas uero non in cœlo tantũ,sed ubiq: quasi aliud sit pater,aliud diuinitas eius quæ illi communis est cum filio & spiritu sancto:ut ipsa trinitas,tanquam locis corporalibus & tãquam corporea sit,diuinitas uero una trium personarum ubiq; sit præsens,& ipsa sola tanquã incor- D porea ubiq; sit tota,sine dubitatione respenda. Si enim qualitas eorum esset,quod absit,ut in patre aut filio aut spiritu sancto aliud sit qualitas,aliud substãtia:tamen si eorum qualitas esse posset,utique amplius alicui quàm sua esse non posset. Si autem substantia est,& alia est quàm sunt ipsi:alia substãtia est,quod nihilominus falsissime creditur.Sed si forte minus intelligis inter substantiam & qualitatem quid interlit:hoc certe facilius aduertis,quòd & diuinitas Trinitatis(quæ putatur alia esse quàm est ipsa Trinitas,& propter hãc dici non tres deos,sed unum deum,quoniam ipsa est tribus una communis) aut substantia est,aut non est substantia. Si substantia est,& alia est quàm pater aut filius aut spiritus sanctus aut eadem simul Trinitas:procul dubio alia substantia est. Hoc autem ueritas refellit & respuit. Si autem non est substantia ista diuinitas,& ipsa est Deus,quia ipsa est ubiq; tota,non ipsa Trinitas:ergo deus non est substantia. Quis hoc catholicus dixerit? Item si non est substantia ista diuinitas,& secundum hanc est Trinitas unus deus,quod hæc una est in tribus: non debuit dici pater & filius & spiritus sanctus unius substantiæ,sed unius diuinitatis quæ non est substantia. Agnoscis autem in fide catholica,quoniam hoc est uerum,hoc esse firmatum, quoniam pater & filius & spiritus sanctus cum sit Trinitas,unus est Deus:quia inseparabiliter sunt unius eiusdemq; substantiæ,uel(si hoc melius dicitur)essentiæ. Nam nõnulli nostri,& maxime Græci,trinitatem quæ deus est,magis essentiam q̃ unam substantiam esse dixerunt:aliquid inter hęc duo nomina interesse arbitrãtes, uel intelligentes,unde nunc disputare non est opus. Quod & si diuinitatẽ istam,quæ aliud existimatur esse quàm ipsa Trinitas,non substantiam sed essentiã dixerimus,eadem falsitas consequetur. Si enim alia est quam ipsa trinitas,altera erit essentia:quod absit ut catholicus sentiat. Restat itaq; ut ita credamus unius substãtiæ trinitatem,ut ipsa essentia nõ aliud sit quàm ipsa trinitas. Ad quam uidendam quãtumlibet in hac uita proficiamus,per speculum erit & in ænigmate quod uidebimus. Cum uero,quod in resurrectione promittitur,spiritale corpus habere cœperimus,siue illam mẽte,siue mirabili modo,quoniã ineffabilis est spiritalis corporis gratia,& corpore uideamus:non tamen per locorũ interualla,nec in parte minorem,in parte maiorem,quoniam non est corpus,& ubiq; tota est, pro nostra capacitate uidebim⁹. Quod uero posuisti in epistola tua,uideri tibi,uel potius quod uidebatur tibi,nihil uiuum secundum substantiam inesse iusticiæ,ideoq; te non posse adhuc deum,id est uiuẽtem naturam,iusticiæ similem cogitare:quia iusticia,sicut dicis,nõ in se,sed in nobis uiuit,imò nos potius secundum illam uiuimus,ipsa uero per se iusticia nequaquã uiuit. Ad hoc ut tibi ipse respondeas,illud intuere, utrum recte dici possit,uitam ipsam non uiuere, qua fit ut uiuat quicquid non falso dicimus uiuere. Puto enim absurdum tibi uideri,ut per uitam uiuatur,& uita non uiuat. Porrò si uita ipsa præcipue uiuit,qua uiuit omne quod uiuit,reco le obsecro quas dicat scriptura diuina animas mortuas,profecto inuenies iniustas,impias,infideles. Nam licet per illas uiuãt corpora impiorum,de quibus dictũ est,quòd mortui sepeliant Mat.8 mortuos suos,& ibi intelligantur etiam iniquæ animæ nõ esse sine aliqua uita: non enim aliter ex eis possent corpora uiuere,nisi qualicũq; uita qua omnino animæ carere nõ possunt,unde immortales merito uocantur:non tamen ob aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

amissa iustitia dicuntur mortuæ, nisi quia & animarum, licet immortaliter qualicũq; uita uiuentium, uerior & maior uita iustitia est tãquam uitarum. Quæ cum sint in corporibus, etiam ipsa corpora uiua sunt, quæ per seipsa uiuere nequeunt. Quapropter si animæ non possunt, nisi etiã in seipsis utcũq; uiuere, quia ex eis uiuũt & corpora, à quibus deserta moriũtur: quanto magis uera iustitia etiam in seipsa uiuere intelligenda est, ex qua sic uiuunt animæ, ut hac amissa mortuæ nuncupentur, quamuis quantulacunq; uita non desinant uiuere. Ea porrò iustitia quæ uiuit in seipsa, procul dubio Deus est, atq; incommutabiliter uiuit. Sicut autem cum sit in seipsa uita, etiam nobis fit uita cum eius efficimur utcunq; participes: ita cum in seipsa sit iustitia, etiam nobis fit iustitia, cum ei cohærendo iuste uiuimus, & tanto magis minus ue iusti sumus, quãto magis illi minus ue cohæremus. Vnde scriptum est de unigenito filio dei, cum sit utiq; patris sapientia atq; iustitia, & semper in seipso sit, quòd factus sit nobis à deo sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio: ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Quod quidem & ipse uidisti, addendo atq; dicendo, nisi fortè nõ hæc humanæ æquitatis, sed illa quæ Deus est, sola esse asseratur iustitia. Est planè ille summus deus uera iustitia, uel ille uerus deus summa iustitia, quam profectò esurire & sitire, ea nostra est in hac peregrinatione iustitia, & qua postea saturari, ea nostra est in æterni tate plena iustitia. Non ergo deum nostræ iustitiæ similem cogitemus, sed cogitemus nos potius tanto similiores deo, quanto esse poterimus eius participatione iustiores. Si ergo cauẽdum est ne iustitiæ nostræ similem putemus Deum, quoniam lumen quod illuminat, incomparabiliter excellentius est illo quod illuminatũr: quanto magis caueri oportet, ne aliquid inferius & quodammodo decoloratius eum esse credamus quàm est nostra iustitia. Quid est autẽ aliud iustitia cum in nobis est, uel quælibet uirtus qua recte sapienterq; uiuitur, quàm interioris hominis pulchritudo. Et certe secũdum hanc pulchritudinem magis quàm corporis, facti sumus ad imaginem dei. Vnde nobis dicitur, Nolite conformari huic seculo, sed renouamini in nouitate mentis uestræ, ad probãdũ uos quæ sit uoluntas dei, quod bonum & beneplacitum & perfectum. Si ergo non in mole, neq; in distantibus per loca sua partibus sicut corpora siue cernũtur siue cogitantur: sed in uirtute intelligibili qualis est iustitia, mentẽ dicimus seu nouimus seu uolumus pulchram, & secundum hanc pulchritudinem reformamur ad imaginem dei: profectò ipsius Dei, qui nos reformauit & reformat ad imaginem suam, non aliqua mole corporea suspicienda est pulchritudo, eoq; iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est incomparabiliter iustior. Hæc dilectio-

1 Cor. 1

Rom. 12

nem tuam, quantum ad usitatum epistolarũ modum attinet, prolixius forsitan quàm expectabas, quantum autem ad tam magnæ rei quæstionem, breuiter admonuisse sufficerit: nõ ut satis sit eruditioni tuæ, sed ut alijs quoq; lectis uel auditis diligẽter instructus, ipse uberius tua secus dicta redarguas: quod est utiq; tãto melius, quãto fit humilius & fidelius.

Augustinus ad Theodorum episcopum, de recipiendis Donatistis. Epistola CCXXIII

Dilectissimo fratri Theodoro, Augustinus.

Vm beneuolentia tua mecum loquetur, quomodo susceperimus clericos ex parte Donati, si uoluerint esse catholici, placuit mihi illud quod tibi respondi, etiam hac ad te data epistola scribere: ut si quis de hac re te interrogauerit, etiã manu mea prolata, quid de hac re sentiamus uel faciamus ostendas. Scias ergo nos non in eis detestari, nisi dissensionem ipsorum per quã schismatici uel hæretici facti sunt: quia ecclesiæ catholicę unitatem & ueritatem non tenent, in eo quod pacẽ cum populo dei non habent, qui toto terrarũ orbe diffunditur: & in eo quòd in hominibus baptismum Christi non agnoscũt. Improbamus ergo malum errorem suum quem habent, bonum autem nomen dei quod habent, et sacramentum eius agnoscimus in eis, & uenerамur & amplectimur. Sed ꝓpterea dolemus errãtes, & eos per charitatem Christi lucrari deo cupimus: ut sanctum sacramentũ quod foris ab ecclesia habent ad pernicię, in pace ecclesiæ habeant ad salutem. Si ergo tollãtur de medio mala hominum, & honorẽtur in hominibus bona dei: erit fraterna concordia, & amabilis pax in cordibus hominum. Vincat persuasionem diaboli, charitas Christi. Itaq; cum ad nos ueniunt ex parte Donati, mala illorum non suscipimus, id est dissensionem & errorem, sed ipsa tolluntur de medio tanquam impedimẽta concordiæ, & amplectimur fratres: stantes cum eis, sicut dicit Apostolus, in unitate spiritus, in uinculo pacis, & agnoscentes in eis bona dei, siue sanctum baptismum, siue benedictionem ordinationis, siue continentiæ professionem, siue cõsignationem uirginitatis, siue fidem Trinitatis, & si qua alia sunt: quæ omnia etiamsi erant, nihil tamen proderant, quando charitas non erat. Quis autem uere dicit se habere Christi charitatem, quando eius nõ amplectitur unitatem? Cum ergo ad catholicam ueniunt, non hic accipiũt quod habebant: sed ut prodesse illis incipiat quod habebant, accipiunt hic quod non habebant. Hic enim accipiũt radicem charitatis in uinculo pacis, & in societate unitatis: ut non ad damnationem, sed ad liberationẽ illis ualeant, omnia quæ habent sacramenta ueritatis. Non enim debent gloriari sarmẽta, quia non sunt spinarum ligna, sed uitis. Si enim non in radice uixerint, cum tota specie sui in ignem mittentur. De quibusdam autem

Eph. 4

Rom. 11 autem ramis fractis dixit Apostolus, Quia potens est deus iterum inserere illos. Et ideo dilectissime frater, quoscunq; illorum uideris fortè dubitãtes quo ordine suscipiãtur à nobis: ostende illis istam quam bene nosti manũ meam, & si eam habere uoluerint, habeant: quia testem deum facio super animam meam, sic eos me susceptũrũ, ut non solum baptismũ Christi quem acceperunt ipsum habeant, sed etiam honorem pacis monij & continentiam.

Augustinus ad Alipium, docens quomodo suspitionibus & calumnijs sit occurrendũ, & quantopere cauẽdum sit periurium. Ep. CCXXIIII

Domino beatissimo et uenerabiliter charissimo fratri & consacerdoti Alipio, & qui recum sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres, in Domino salutem.

Olemus quidẽ grauiter, nec fieri potest ut paruipendamus quòd in iniurias sanctitatis tuæ populus Hipponensis tanta clamauit: sed multo grauius dolendũ est frater bone, talia de nobis existimari quàm illa clamari. Quãdo enim nos credimur cupiditate pecuniæ, non dilectione iusticiæ seruos dei uelle retinere: nónne optandũ est ut qui hoc credunt, occultum cordis sui uoce testentur: ac sic aliqua, si fieri potest, tanto maiora remedia requirãtur, quàm ut taciti pereant pernicioſis suspicionibus uenenati? Quapropter magis satagẽdum est, unde etiam prius quam hoc fieret loqui sumus, quomodo psuadeatur hominibus, quibus nos ad exemplum bonorũ operum præbere præcipimur, falsum esse quod suspicentur, quàm quomodo arguendi sunt, qui suspiciones suas uocibus uerbisq; declarant. Proinde ego sanctæ Albinæ non succenseo, nec arguendam iudico, sed à tali suspicione sanãdam. Quæ, quia non in meam personam eadem uerba dixerit, sed tanquam de Hipponẽsibus quæsita est, quod aperuerint cupiditatẽ suam, se non clericatus, sed pecuniæ causa hominẽ diuitem, atq; huiusmodi pecuniæ contemptorem & largitorem apud se tenere uoluisse: tamen quod de nobis senserit, penè clamauit. Nec ipsa tantum, uerum etiam sancti filij eius: qui hoc etiam ipsa die in absidę dixerunt. Hos ergo, ut dixi, magis sanandos ab huiusmodi suspicionibus, quàm propter has arguendos existimo. Vbi enim nobis a spinis talibus securitas & requies præparari uel præberi potest, si aduersus nos in tã sanctis nobisq; charissimis cordibus nostris pullulare potuere? De te quippe, imperitum uulgus hoc sensit: de nobis, lumina ecclesiæ. Vnde qd magis dolendum sit, uides. Vtrunq; autem non accusandum censeo, sed sanandum. Homines enim sunt, & de hominibus talia, licet falsa, non tamen incredibilia suspicantur. Nam utiq; non usq; adeo desipiunt tales homines, ut credãt populum suum desiderare pecuniã: præsertim iam experti, quòd nihil ex ea populus Tagastensis accepit: sic ergo & Hipponẽsis. Verum omnis hæc inuidia non nisi in clericos æstuat, maximeq; in episcopos, quorum uidetur præminere dominatus, qui uti fruiq; rebus ecclesiæ, tanquam possessores & domini existimantur. Ad istam cupiditatẽ tam noxiam atq; mortiferam, si fieri potest, mi Alipi, non edificentur per nos infirmi. Recordare quid loquuti fuerimus, ante quàm ista tentatio quæ plus ad hoc cogit accideret. Ex hoc potius conferendo, adiuuante domino, ꝓuidere conemur: nec nobis sufficiat nostra conscientia, quia non talis causa est ubi debeat sola sufficere. Si enim serui Dei non reprobi sumus, si aliquid uiget in nobis illius igniculi quo charitas non quærit quæ sua sunt: prouidere utiq; debemus bona, non solum coram Deo, sed etiam corã hominibus, ne tranquillã aquam bibentes in nostra conscięntia pedibus incautis agere conuincamur, ut oues dominicæ turbidã bibant. Nam quod scripsisti, de genere iurationis uiolenter extortæ, ut inter nos requiramus: obsecro te, ne res lucidissimas disputatio nostra faciat obscuras. Si enim certa mors intentaretur, ut aliquid illicitum ac nefarium seruus Dei se iuraret esse facturum, mori malle quàm iurare debuerat, ne iurationem scelere impleret. Nunc uero cum tantummodo populi perseuerantissimus clamor, ad nullum nefas hominẽ cogeret, sed ad id quod si fieret, licite fieret: cumq; meretur quidem, ne aliqui perditi, qui multitudini etiam bonorum plerunq; miscentur, occasione seditionis & quasi iustæ indignationis inuenta, in aliquam uim sceleratam rapinarum cupiditate prorũperent, sed tamen illud quod metuebatur esset incertum: quis censeat propter incerta non dico damna & quaslibet iniurias corporales, sed propter ipsam mortem cauendam, certũ periurium debere cõmitti? Nescio quis ille Regulus, nihil in scripturis sanctis de impietate falsæ iurationis audierat, nihil de Zacharię uolumine didicerat: et nimirũ Carthaginẽsibus non per sacramenta Christi, sed per dæmonũ inquinamenta iurauerat: & tamen certissimos crucia tus & horrendi exempli mortem, non ut iuraret necessitate pertimuit, sed libera uoluntate quia iurauerat, ne peieraret accepit. Et Romana tũc illa censura noluit habere nõ in numero sanctorum, sed in numero senatorũ, nec in cœlesti gloria, sed in terrestri curia: non solum eos qui metu mortis crudeliumq; pœnarũ apertissime peierare, quàm ad immanes hostes remeare maluerunt: sed etiam illum qui reatu periurij se putauerat absolutũ, quia post iurationem ficta nescio qua necessitate rediерat. Ita non attenderũt, qui eum senatu pepulerunt, quid ipse iurando cogitasset, sed quid ab illo quibus iurauerat expectarent. Nec legerant quod nos usquequaq; cantamus: Qui iurat proximo suo, & non decipit. Solemus hęc, quamuis in hominibus à Christi gratia & nomine alienis, cum ingenti admiratione

Psal. 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudare:& adhuc in libris diuinis inquirendum A
putamus,utrum aliquãdo licite peieremus:ubi
nobis ne iurandi facilitate in periurium prolaba
mur,etiam præceptum est ne iuremus? Illud sa-
nè rectissime dici non ambigo,non secundum
uerbum iurantis,sed secundum expectationem
illius cui iuratur,quã nouit ille qui iurat,fidem
iurationis impleri. Nam uerba difficillime com
prehendunt maxime breuiter sentẽtiam,cuius
à iurante fides exigitur. Vnde periuri sunt,qui
seruatis uerbis expectationem eorum quibus iu
ratum est deceperunt: & periuri non sunt, qui
etiam uerbis nõ seruatis,illud quod ab eis cum
iurarent expectatum est,impleuerunt. Proinde
quia Hipponẽses sanctum Pinianum non sicut
damnatum,sed sicut charissimũ inhabitatorem B
suæ ciuitatis habere uoluerunt,& si uerbis eius
non satis comprehendi potuit,usq; adeo tamen
in promptu est quid ab illo expectauerint, ut
quod nũc post iurationem absens est,neminem
moueat eorum qui audire potuerunt,certa eum
causa profecturum esse,cum uolũtate redeundi.
Ac per hoc periurus nec erit,nec ab eis putabi-
tur,nisi eorum expectationẽ deceperit. Non au
tem decipiet,nisi aut uolũtatem mutauerit apud
eos habitandi,aut aliquando discesserit sine dis-
positione redeũdi. Quod absit ab eius moribus
& fide,quam Christo & ecclesiæ debitã seruat.
Nam ut omittam quod mecũ nosti,quàm sit tre
mendum de periurio diuinũ iudicium:illud cer
te scio,nullis nos deinceps successere debere qui C
nobis iurantibus non crediderit,si talis uiri per-
iurium non modo æquo animo ferendum,ue-
rum etiam defendendum putabimus. Quod &
à nobis & ab illo auertat illius misericordia,qui
eruit à tentatione sperantes in se. Sicut ergo in
commonitorio rescripsisti,impleat promissum,
quo ita se promisit ab Hippone nõ recessurum,
quemadmodum ego uel ipsi Hipponenses non
recedimus,quibus tamen & abeundi & redeun
di facultas est libera: nisi quòd his qui iuratione
non detinentur,etiam omnino & migrandi &
non redeũdi sine periurij reatu potestas est. Cle
ricos sanè nostros uel fratres in monasterio con
stitutos,participes uel hortatores fuisse contu-
meliarum tuarum,utrum probari possit ignoro. D
Nam cum hoc quæsissem,dictum est unum tan
tummodo Carthaginensium de monasterio cla
masse cum populo,cum illum presbyterum pe-
terent,non cum in te indigna facerent. Adiun-
xi huic epistolę ipsius promissionis exemplum,
ex chartula eadem translatũ quam ipse subscri-
psit,& me inspiciente emendatum.

Augustinus ad Albinam, consolãdo eam recen-
set quis & qualis tumultus Hippone sit exortus
propter Pinianum,dum eum inuitum ordinare
populus contendit. Epistola CCXXV

Dominæ sanctæ ac uenerabili famulæ dei Albi
næ, Augustinus in Domino salutem.

D Olorem animi tui quem te scribis ex
plicare non posse,consolari æquum
est,non augere: ut si fieri potest,sane
mus suspiciones tuas,non ut eis pro
nostra causa succensendo uenerandũ cor tuum,
& Deo dicatum amplius perturbemus. Sancto
fratri nostro filio tuo Piniano,nullus ab Hippo
nensibus metus mortis ingestus est,etiamsi for-
tè ipse tale aliquid timuit. Nam & nos metueba
mus,ne ab aliquibus perditis,qui sæpe multitu-
dini occulta conspiratione miscentur,in uiolen
tam prorumperetur audaciam,occasione sedi-
tionis inuenta,quã uelut iusta indignatione con
citaret. Sed sicut post audire potuimus,nihil ta
le à quoquam dictum est uel molitum: sed uere
in fratrem meum Alipium multa contumelio-
sa & indigna clamabant,à quo tam ingenti rea-
tu utinam per illius orationes mereantur absol-
ui. Ego autem post primos eorũ clamores,cum
eis dixissem de illo inuito non ordinando,qua
iam promissiõe detinerer: atq; adiecissem,quod
si mea fide uiolata illum haberẽt presbyterum,
me episcopum non haberent,ad nostra subsel-
lia relicta turba redieram. Tum illi aliquantu-
lum inopinata mea responsione cunctati atque
turbati,uelut flamma uẽto paululum pressa: de-
inde cœperunt multo ardentius excitari,existi-
mantes fieri posse ut uel mihi extorqueretur il-
lud non seruare promissum,uel me tenente pro-
missi fidem,ab alio episcopo ordinaretur. Dice
bam ego quibus poterã,qui ad nos in absidem C
honoratiores & grauiores ascenderant: nec à
promissi fide me posse dimoueri,nec ab alio epi
scopo in ecclesia mihi tradita,nisi me interroga
to ac permittente,posse ordinari. Quod si per-
mitterem,à fide nihilominus deuiarem. Adde-
bam etiã,nihil eos uelle si ordinaretur inuitus,
nisi ut ordinatus abscederet. Illi hoc posse fieri
non credebant. Multitudo uero pro gradibus
constituta,horrendo & perseuerantissimo cla-
morum fremitu in eadem uoluntate persistens:
incertos animi consiliq; faciebat. Tunc illa in
fratrem meum indigna clamabantur,tunc à no
bis grauiora timebantur. Sed quãuis tanto mo-
tu populi & tanta perturbatione ecclesiæ per-
mouerer,nec aliud constipationi illi dixissem,
nisi eum me inuitum ordinare non posse: nec sic
tamen abductus sum,quia & hoc promiseram
non me fuisse facturum,ut aliquid ei de suscipi-
endo presbyterio suaderem. Quòd si persuade-
re potuissem,non iam ordinaretur inuitus. Ser-
uaui utriusq; promissionis fidem,non solum il-
lius quam iam populo patefeceram: uerum eti-
am illius in qua uno teste,quantum ad homines
attinet,detinebar. Seruaui,inquam,fidem pro-
missionis,non iurationis,in tãto periculo: quod
licet falso sicut postea comperimus metueba-
tur,omnibus tamen si quod esset communiter
impendebat: & erat metus ipse communis,ac
per ecclesiam in qua eramus,maxime metuens
abscedere cogitabam. Sed metuendum fuit,ne A
magis me absente tale aliquid faceret & reue-
rentia minor,& dolor ardentior. Deinde si cum
fratre Alipio discederem per populum consti-
patũ,cauendum fuit ne quisquã in eum manum
mittere auderet. Si autem sine illo,quæ frons es-
set existimationis,si quid ei fortassis accideret:
& uiderer eum propterea deseruisse,ut furenti
populo traderetur? Inter hos æstus meos gra-
uemq; mœrorem,& nullius consilij respiratio-
nem: ecce repente atque inopinate sanctus fi-
lius noster Pinianus mittit ad me seruum Dei,
qui mihi diceret,eum se uelle populo iurare,
quod si esset ordinatus inuitus,ex Africa disce-
deret: omnino credo existimans eos,quãdoqui
dem peierare non posset,non iam ulterius infru B
ctuosa perseuerantia clamaturos,ad expellen-
dum hinc hominem,quem saltem deberemus
habere uicinum. Mihi autẽ,quia uidebatur ue-
hementiorem eorum dolorem post hanc iura-
tionem fuisse metuendum,apud me tacitus ha-
bui: & quia simul petierat ut ad eum uenirem,
non distuli. Cum mihi dixissem hoc ipsum,con-
tinuo & illud adiunxit eidem iurationi,quòd
mihi dum ad eum pergo per alium Dei seruum
mandauerat,de præsentia scilicet sua,si ei cleri-
catus sarcinam nolenti nullus imponeret. Hic
ego in tantis angustijs quasi aura spirãte recrea-
tus,nihil ei respondi: sed ad fratrem Alipiũ gra-
du concitatiore perrexi,eiq; quid dixerit dixi.
At ille,ut existimo,deuitans ne quid se autore C
fieret,unde uos putabat offendi: hinc me,in-
quit,nemo consulat. Quo audito,ad populum
tumultuantẽ perrexi: factoq; silentio,quid pro-
missum esset cum promissione etiam iurationis
aperui. Illi uero qui solum eius presbyteriũ co-
gitabant atque cupiebant,non ita ut putabam
quod oblatum fuerat acceperũt: sed inter se ali-
quantulum mussitantes,petiuerunt ut addere-
tur eidem promissioni atq; iurationi,ut si quan-
do illi ad suscipiendum clericatum consentire
placuisset,non nisi in ipsa Hipponensi ecclesia
consentiret. Retuli ad eum,sine dubitatione an-
nuit. Renunciaui illis,lætati sunt,& mox iura-
tionem pollicitam popoposcerunt. Reuerti ad fi-
lium nostrum: eumq; inueni fluctuantẽ quibus D
nam uerbis comprehendi posset illa cum iura-
tione promissio,propter necessitates irruentes,
quæ possent eum ut abscederet cogere. Simul
etiam quid timeret ostendit,ne quis irruisset ho
stilis incursus,qui esset discessione uitãdus. Vo-
lebat addi sancta Melania & aeris morbidi cau
sationem,sed illius responsione reprehensa est.
Ego autem dixi,grauem ab illo & non contem-
nendam causam necessitatis ingestam,quæ ci-
ues etiam emigrare compelleret. Sed si hæc po-
pulo dicerentur,timendũ esse ne male nos omi-
nari uideremur: si autem sub necessitatis nomi-
ne fieret excusatio,non nisi fraudulentã necessi-
tatem putari. Placuit tamen ut de hac re populi
animum experiremur,& nihil aliud q̃ id quod
putaueramus inuenimus. Nam cum eius uerba
à diacono dicta recitarentur,& omnia placuis-
sent: ubi nomẽ interpositæ necessitatis insonuit,
continuo reclamatũ est,promissioq; displicuit,
tumultu recrudescẽte,& nihil aliud q̃ fraude se
cum agi populo existimãte. Quod cum sanctus
filius noster uidisset,iussit inde auferri nomẽ ne
cessitatis,rursumq; ad lætitiã populus remeauit.
Et cũ lassitudinẽ excusarem,sine me ad plebẽ ac
cedere noluit,simul accessimus. Dixit ei,quæ à
diacono audita erant,se mãdasse se iurasse,eaq;
se esse facturũ,continuoq; omnia eo tenore quo
dictauerat prosequutus est. Responsum est,deo
gratias: & petitũ ut totũ scriptũ subscriberetur.
Dimisimus catechumenos,cõtinuoq; scriptum
subscripsit. Deinde peti cœpimus nos episcopi,
non uocibus populi,sed tamen à populo per ho
nestos fideles,ut nos quoq; subscriberemus. At
ubi cœpi subscribere,sancta Melania contradi-
xit. Miratus sum quare tam sero,quasi promis-
sionẽ illam & iurationẽ nos,non subscribendo,
facere possemus infectam. Sed tamen obtẽpera
ui. Ac sic remãsit mea nõ plena subscriptio,nec
ultra nobis quisquã ut subscriberemus putauit
instãdũ. Qui aũt alio die postea q̃ ipsum discef-
sisse didicerunt,fuerint motus uel linguæ homi
num: quantũ satis arbitratus sum,sanctitati ue-
strę per cõmonitoriũ intimare curaui. Quisquis
itaq; uobis contraria his quę narraui forte narra
uit,aut mentitur,aut fallitur. Quædã enim quæ
mihi ad curã non pertinere uisa sunt,prætermi-
sisse me sentio,nulla tamẽ falsa dixisse. Proinde
sanctus filius noster Pinianus,quod me præsen
te ac permittẽte iurauerit,uerũ est: quod aũt me
præcipiente iurauerit,falsum est. Scit ipse,sciũt
serui dei,quos ad me misit,primo sanctꝰ Barna-
bas,deinde Timasius,per quẽ etiã de promissio
ne præsentiæ suæ mihi mandauit. Ipse quoq; po
pulus nõ ad presbyteriũ,non ad iusiurandũ cla
mãdo cogebat: sed oblatũ sibi nõ respuit,ea spe
quo posset in eodem apud nos habitãte uolũtas
fieri quo consentiret ad ordinationẽ,ne sicut iu
rauerat si inuitus ordinaret abscederet. Ac per
hoc & illi propter opus dei clamauerũt,neq; em̃
sanctificatio presbyterij non est opus dei. Et qd̃
postea de promissa præsentia gratulati nõ sunt,
nisi adderetur quòd si quãdo ad suscipiendũ cle
ricatũ cõsentire uellet non nisi in Hipponẽsi ec
clesia cõsentiret: satis in prõptu est quod etiã de
ipsa eius apud se habitatiõe sperauerint,ideoq;
ab illo operis dei desiderio non recesserũt. Quo
modo ergo dicis hoc eos feciss̃e turpissimo ap-
petitu pecuniæ: primo quia ad plebẽ quæ clama
bat,omnino non pertinet. Sicut enim plebs Ta
gastensis de his quæ contulistis ecclesiæ Taga-
stensi non habet nisi gaudiũ boni operis uestri:
sic & Hipponẽsis & cuiuslibet alterius loci,ubi
de mammona iniquitatis dñi præcepta feceris,
uel estis ubicũq; facturi. Nõ ergo populus ut de

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanto uiro ecclesiæ consuleret suæ ardentissime A
flagitans, suum pecuniarium quæsiuit commo-
dum à uobis, sed uestrum pecuniæ cõtemptum
dilexit in uobis. Nam si in me dilexerunt, quod
audierant paucis agellulis paternis cõtemptis,
ad dei liberam seruitutem me fuisse cõuersum,
neq; in hoc inuiderunt ecclesiæ Tagastensi, quę
carnalis patria mea est: sed cum illa clericatum
mihi non imposuisset, quando potuerũt haben-
dum inuaserunt: quanto flagrãtius in nostro Pi-
niano amare potuerũt, tantam mundi huius cu-
piditatem, tantas opes, tantam spem, tanta con-
uersione superatam atq; calcatam? Ego quippe,
secundum multorum sensum comparantium se
metipsos sibimetipsis, nõ diuitias dimisisse: sed
ad diuitias uideor uenisse. Vix enim uigesima B
particula res mea paterna existimari potest, in
comparatione prædiorum ecclesiæ, quæ nũc ut
dominus existimor possidere. In qualibet autẽ
maxime Africanarum ecclesiarum, hic noster,
non dico presbyter, sed episcopus sit, compara
tus pristinis opibus suis, etiã si animo dominan-
tis egerit, pauperrimus erit. Multo ergo liqui-
dius & securius in hoc amatur Christiana pau-
pertas, in quo nulla rerum ampliorũ potest pu-
tari cupiditas. Hoc accẽdit animos populi, hoc
in illam uiolentiam perseuerantissimi clamoris
erexit. Non eos turpis cupiditatis insuper accu
semus: sed magis bonum quod ipsi nõ habent,
saltẽ in alijs diligere sine crimine permittamus.
Nam etsi fuerint illi multitudini permixti ino- C
pes uel mendici qui simul clamabant, & de ue-
stra uenerabili redundantia indigentiæ supple-
mentum sperabant: nec ista, ut arbitror, cupidi-
tas turpis est. Restat ergo ut iste pecunię turpis-
simus appetitus ex obliquo in clericos & maxi
me in episcopum dirigatur. Nos enim rebus ec
clesiæ dominari existimamur, nos opibus frui.
Postremo quicquid de istis nos accepimus, nos
uel adhuc possidemus, uel ut placuit erogaui-
mus: nihil inde populo extra clericatum uel ex
tra mysterium constituto, nisi paucissimis indi-
gentibus largiti sumus. Non ergo dico quia uel
in nos maxime à uobis dici ista debuerunt, ue-
rum tamen in nos solos credibiliter dici potue-
runt. Quid ergo faciemus? Qua nos, si apud in- D
imicos non possumus, saltem apud uos ratione
purgamus? Res hæc animi est, intus est, procul
ab oculis secreta mortalium: deo tantummodo
nota est. Quid ergo restat, nisi deum testari cui
nota est. Cum ergo de nobis ista sentitis, non
præcipitis, quod multo melius est, & quod mihi
in epistola tua tanquam culpabile obiciendum
putasti: sed omnino cogitis ut iuremus, non in-
tentato metu mortis carnis nostræ, quod popu-
lus Hipponensis fecisse putatus est: sed intenta-
to metu mortis existimationis nostræ, quæ pro
pter infirmos quibus nos præbere ad exẽplum
bonorum operum qualicũq; conuersatione co-
namur; etiã uitæ carnis huius utiq; præponẽda

est. Verũ tamen uobis nos ita cogẽtibus ut iure
mus, non succensemus, sicut uos Hipponẽsibus
succensetis. Creditis enim tãquam homines de
hominibus, etsi ea quæ in nobis nõ sunt, non ta-
men ea quæ in nobis esse non possunt. Sananda
ista in uobis, non accusanda sunt: & nostra pur-
gãda uobis est fama, si est domino purgata con-
scientia. Qui fortasse præstabit, sicut antequàm
accidisset ista tentatio, ego & frater meus Ali-
pius colloquuti sumus: non ut solum uobis cha-
rissimis commembris nostris, uerum etiam ini-
micis notissimum fiat, nulla nos cupiditate pe-
cunię in rebus ecclesiasticis sordidari. Quod do
nec fiat, si dominus donabit ut fiat: ecce nũc in-
terim quod cogimur facimus, ne uestri cordis
medicinam in quantamlibet moram temporis
differamus. Deus testis est, istam omnẽ rerum
ecclesiasticarum procurationem, quarum credi
mur amare dominatũ, propter seruitutẽ quam
debeo charitati fratrum & timori dei, tolerare
me, non amare: ita ut ea si saluo officio possim,
carere desiderem. Nec aliud me de fratre meo
Alipio sentire, ipse deus testis est. Tamen & de
illo aliter sentiẽdo, populus, & quod est grauius
Hipponẽsis, in tantas est illius præcipitatus in-
iurias: & de nobis uos sancti dei & pleni uisceri
bus misericordiæ talia credendo, nomine eius-
dem populi, qui ad causam huiuscemodi cupidi
tatis omnino non pertinet, nos tangere atq; ad-
monere uoluistis: utiq; ad nos corrigẽdos, neq;
enim odio, quod absit à uobis: unde non irasci,
sed gratias agere debeo, quòd nec uerecundius
nec liberius agere potuistis: ut episcopo non
quasi conuiciose obiceretis quod sentiebatis,
sed ex obliquo intelligẽdum relinqueretis. Nec
molestum sit uobis, ut uos uelut grauatos arbi-
tremini, quia iurandum putaui. Neq; enim gra-
uabat Apostolus, aut eos parum diligebat qui
bus dicebat: Nõ in sermone adulationis fuimus 1 Thes. 2
apud uos, sicut scitis, nec in occasione cupidita
tis, deus testis est. Rei quippe aptæ ipsos testes
adhibuit, rei autem occultæ quem nisi deum? Si
ergo ille merito est ueritus, ne humana ignoran
tia de illo aliquid tale sentiret, cuius labor omni
bus in promptu erat, quod nisi summa necessita
te à populis quibus gratiam Christi dispẽsabat,
in usus suos aliquid non sumebat, cætera uero
suo uictui necessaria suis manibus transigebat:
quanto magis nobis laborãdum est ut credatur,
qui & merito sanctitatis & uirtute animi longe
impares sumus, nec aliquid ad sustentacula hu-
ius uitæ operari nostris manibus possumus: et si
possemus, tantis occupationibus, quas tunc il-
los nõ credo fuisse perpessos, nequaquam sine-
remur? Non ergo ulterius in hac causa popu-
lo Christiano, quæ ecclesia est Dei, obiciatur
pecuniæ turpissimus appetitus. Tolerabilius e-
nim nobis obiicitur, in quos huius mali quãuis
falsa, tamen uerisimilis suspicio cadere potuit,
quàm illis, quos ab hoc appetitu & suspicione
constat

constat esse alienos. Denegare autem iurationẽ A
qualibet fide præditas mentes, quanto magis fi
de Christiana, non dico aliquid cõtrarium con-
firmare, sed omnino dubitare fas nõ est. De qua
re quid sentiam, satis ut arbitror in epistola mea
quam ad fratrem meum scripsi, plenissime ape-
rui. Scripsit mihi sanctitas tua: si aut ego aut Hip
ponenses hoc censent, ut iureiurando uiolenter
extorto satisfiat. Tu enim ipsa quid censes? Pla
cet ne tibi, ut etiam certa morte imminẽte, quod
tunc inaniter metuebatur, nomẽ domini dei sui
in fallaciam Christianus assumat, deum suum te
stem falsitati Christianus adhibeat? Qui profe-
cto si præter iurationem ad falsum testimonium
morte imminẽte cogeretur: maculare uitã suam
magis timere debuit quàm finire. Hostiles inter B
facies & armatæ, certe apertissima mortis in-
tentatione confligunt: & tamen cum inuicẽ iu-
rant, laudamus fidem seruãtes, fallentes autem
merito detestamur. Vt autem iurarent, quid u-
træque ab alterutris, nisi occidi uel capi timue-
runt? Ac per hoc uel mortis uel captiuitatis me-
tu extortæ iurationi nisi pareatur, nisi fides quæ
ibi data est custodiatur, sacrilegij, periurij crimi
ne detinentur, etiã tales homines qui magis me
tuunt peierare quàm hominem occidere: et nos
utrum implenda sit extorta iuratio seruorũ dei,
munere sanctitatis præminentium, monacho-
rum ad perfectionem mandatorum Christi, re-
rum etiam suarum distributione currentiũ, qua-
si disceptaturi ponimus quæstionẽ? Nam quid C
exilij uel deportationis aut relegationis nomi-
ne promissa illa præsentia prægrauatur obsecro
te? Puto quòd presbyteriũ non est exilium. Hoc
ergo noster eligeret quàm illud exilium? Absit
à nobis, ut sic sanctius dei & nobis charissimus
defendatur. Absit, inquam, ut dicatur maluisse
exilium quàm presbyterium, aut maluisse periu
rium quàm exilium. Hæc dicerem, si uere à no-
bis aut à populo iuratio ei fuisset extorta pro-
mittendæ præsentiæ: nunc uero non extorta est
dum negaretur, sed dum offerretur accepta. Et
hoc ea spe, sicut suprà diximus, quia per illam
præsentiam creditum est, eum etiam ad clerica-
tum suscipiendum posse desiderantibus consen
tire. Postremo, quidlibet de nobis uel Hippo- D
nensibus sentiatur, longe alia est eorum causa
qui ui coegerint iurare, quàm eorum qui non di
co coegerint, sed suaserint peierare. Ipse etiam
de quo agitur, considerare non renuat, utrum sit
peius, sub quolibet timore iusiurandum, an re-
moto timore ipsum periurium? Deo gratias, quia
non aliter Hipponenses promissum circa se im-
pleri sentiunt: quàm ut adsit uoluntate habitan-
di, & eat quo necesse fuerit cum dispositione re-
deundi. Nam si uerba iurationis attenderent &
exigerent: tam nullo modo seruus dei recedere,
quàm ullo modo debuit peierare. Sed quia cri-
men eorum esset, nõ dico talem uirum, sed quẽ-
libet hominẽ sic tenere: nec ipsi aliam expecta-

tionem se habuisse probauerunt, qui audientes
quod rediturus abscesserit gratulati sunt: nec a-
liud illis uerax iuratio debet, quam id quod ab
illa expectauerunt. Quid est autem quod dici-
tur, eũ iuratione ore suo expressa, exceptionẽ fe
cisse necessitatis? Quasi nõ ore suo hoc rursum
iusserit auferri. Certe ad populum quando ipse
loquutus est, tunc etiam interponeret. Quod si
fecisset, non utiq; respõderetur, deo gratias: sed
ad illam rediretur reclamationem, quę facta fue
rat quando sic à diacono recitatum est. Et nun-
quid ad rem pertinet, siue interposita sit ad rece-
dendum necessitatis excusatio, siue non sit? Ni-
hil ab illo aliud expectatum est, quàm id quod
suprà diximus. Expectationẽ autem eorum qui
bus iuratur quisquis deceperit, non potest esse
non periurus. Fiat ergo quod promissum est, &
infirmorum corda sanentur: ne tanto exemplo
quibus hoc placuerit, ad imitandum periurium
ædificentur: quibus autem displicet, iustissime
dicant, nulli nostrum credẽdum esse, non solum
promittenti aliquid, sed etiam iurãti. Hinc enim
potius caucdæ sunt linguæ inimicorum, de qui-
bus tanquam iaculis ad interficiẽdos infirmos,
maior utitur ille inimicus. Sed absit ut de tali a-
nima speremus aliud, quàm quòd dei timor in-
spirat, & tanta quæ in illo est excellentia sancti-
tatis hortatur. Ego autem quem dicis etiam pro
hibere debuisse, fateor, non potui sic sapere: ut
tanto uel tumultu uel offensione magis euerti
uellem ecclesiam cui seruio, quàm id quod à tali
uiro nobis offerebatur accipere.

Officiose Augustinus ad Christinum scri-
bit. Epistola CCXXVI

Domino merito prædicando sinceriterq; cha-
rissimo ac desideratissimo fratri Christino,
Augustinus in Domino salutem.

Pistolam meam desiderare te, mihi
E tua epistola nunciauit. Frater autem
Iacobus eius desiderij erga nos tui,
locupletior testis accessit, qui plura
mihi de te suauia, atq; in seipso experta loqui-
tus est, quàm illa parua chartula potuit. Vnde
tuæ benignitati congratulor, & de tuo pectore
Christiano domino deo nostro, cuius hęc dona
sunt, gratias ago, domine merito prædicande,
synceriterq; charissime ac desiderantissime fra-
ter. Quod autem petis ut literis te quæram, ego
te affectu quæro qui omnes literas superat: &
ubi te quæram quod bene intelligas noui. Quan
tum autem ad me legendum attinet: magis ue-
reor in manibus uestris loquacitatem meam re-
prehẽdi, quàm eloquium requiri. Illud breuiter
dixerim, quòd diuturna cogitatione si rumina-
ueris, senties quid sapiat. Cum in itinere dei fa-
ciliora & fructuosa ignaua formidine fugiũtur,
in itinere seculari duriora & sterilia erũnoso la-
bore tolerantur. Incolumis in Christo urgeas &
proficias, domine merito prædicande sinceri-
riterq; charissime ac desiderantissime frater.

Augu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustinus ad Albinum, Pinianum & Melianũ, excusans cur ad ipsos non uenerit. CCXXVII

Dominis in Domino insignibus, & sanctitate charissimis ac desiderantissimis fratribus Albinæ, Piniano & Meliano, Augustinus in Dn. S.

Vm habitu ualetudinis uel natura frigus ferre non possim, nunquam tamen maiores æstus quàm ista hieme tam horrẽda perpeti potui: quod ad uos, ad quos uolatu maria transeunda fuerant, tam in proximo constitutos, tam de longinquo uisendi nos gratia uenientes, non dicam pergere, sed uolare non potui: & forte sanctitas uestra eandem hiemalem asperitatem pœnæ meæ tantum causam putauerit. Absit charissimi. Quid enim graue ac molestum uel etiam periculosum habent imbres isti, quod non mihi subeundum ac ferẽdum fuit, ut ad uos uenirem, tanta in tantis malis nostris solatia, in hac generatione tortuosa ac peruersa, tam ardenter accensa de summo lumine lumina, suscepta humilitate sublimia, & contẽpta claritate clariora? Simul etiam fruerer carnalis patriæ meæ tam spirituali felicitate, quæ uos etiam præsentes habere meruit: de quibus absentibus, cum id quod nati estis, & quod gratia Christi facti estis, audiret: quamuis charitate crederet, tamen ne crederetur narrare forsitan uerebatur. Dicam igitur quare non uenerim, & quibus malis à tanto bono impeditus sum: ut non solum à uobis ueniam, sed etiam uestris orationibus ab illo qui in uobis quod ei uiuitis operatur, merear misericordiam. Populus Hipponensis, cui me Dominus seruum dedit, cum ex magna ac penè ex omni parte ita infirmus sit, ut pressura etiam leuioris tribulationis possit grauiter ægrotare: nunc tam magna tribulatione cẽditur, ut etiamsi nõ sic esset infirmus, uix eam cũ aliqua salute animi sustineret. Eum autẽ modo cum regressus sum, periculosissime scãdalizatum comperi de absentia mea: uestris autem, de quorum spirituali robore gaudemus in domino, sanis utiq; faucibus, sapit quomodo dictũ sit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Præsertim quoniam multi sunt hic, qui detrahendo nobis, cæterorum animos à quibus diligi uidemur, ad uersus nos perturbare conantur, ut locum in eis diabolo faciant. Cum autem iraſcũtur nobis de quorum salute satagimus, magnum illis consilium uindicãdi, est libido moriendi, non in corpore, sed in corde: ubi funus occulte prius suo putore sentitur, quàm nostra cogitatione prospicitur. Huic meæ sollicitudini procul dubio libenter ignoscitis: præsertim quoniam si succenseretis & uelletis ulcisci, nihil fortasse grauius inueniretis, quàm id quod patior, cum uos Tagastæ non uideo. Spero autem uestris adiutus orationibus, quod mihi ad uos ubicũq; in Africa fueritis, uenire quantocius concedetur: cum hoc quo nunc detentus sum, præterierit: si hæc

2 Cor. 11

ciuitas in qua laboramus, digna nõ est: quia nec ego audeo dignam putare, quæ nobiscũ deuestra præsentia collætetur.

Augustinus ad Florentinum, de Fauentio, & de edicto imperatoris. Epistola CCXXVIII

Domino dilectissimo filio Florentino, Augustinus in Domino Salutem.

Vius potestatis iussione Fauentium rapueris, ipse uideris. Hoc autẽ scio, quod omnis potestas sub imperio cõstituta, imperatoris sui legibus seruit. Quamuis ergo iam per fratrem & compresbyterum meum Cœlestinũ miserim legem, quam quidem & antequàm mitterem, ignorare utiq; non deberes: qua concessum est eis qui præciuntur ab aliqua potestate iudicijs exhiberi, ut ad gesta municipalia perducantur, atq; illic interrogentur, utrum uelint triginta dies in ea ciuitate ubi tenẽtur agere sub moderata custodia, ad parandos sibi fructus, uel rem suam, sicut necesse fuerit ordinandam: quæ lex, sicut mihi memoratus presbyter renũciauit, tuæ religioni recitata est: tamen etiam nunc eam cum his literis identidẽ misi, non terrens, sed rogans, & pro homine humane & episcopali misericordia, quantum ipsa permittit humanitas & pietas, interce dens domine fili, ut ex hoc existimationi tuæ et petitiõi meæ præstare digneris: & quod lex imperatoris iubet, cuius reipublicæ militas, meo quoq; interuentu & deprecatione accedente facere non graueris.

Augustinus ad Cresconium, eiusdem argumenti cum superiore. Epistola CCXXIX

Domino dilectissimo, meritoq; honorabili & suscipiendo fratri Cresconio, Augustinus in Domino Salutem.

I ab ista causa dissimulauero, de qua tuę religioni ecce iterum scribo, non solum eximietas tua, sed etiam ipse quisquis ille est, in cuius causa Fauentius sic raptus est, merito me culpabit, & recte reprehendet: iudicans utiq;, si etiam ipse ad auxilium ecclesiæ cõfugisset, si ei simile aliquid accidisset, ita me fuisse ab eius necessitate & tribulatione dissimulaturũ. Deinde, si hominum existimatio contemnenda est, ipsi domino deo nostro quid dicam, & quam rationem reddam: si quantum possum non egero, pro eius salute qui se ecclesiæ cui seruio tuendum adiuuandumq; cõmisit, domine dilectissime & uenerabilis filii? Rogo itaq; benignitatem tuam, quoniam difficile & incredibile est ut non iam uel nouerit uel nosse possis, in qua causa detentus sit, hoc interim apud apparitorẽ qui eum tenet, petitionem meam adiuuare digneris, ut faciat quod imperatoris lege præcipitur: ut eum apud acta municipalia interrogari faciat, utrum sibi uelit dies triginta concedi, quibus agat sub moderata custodia in ea ciuitate in qua detentus est, ut sua ordinet sumptusq; prouideat. Quorum dierum spacio

cio, tua nobis annuẽte beneuolentia, si eius causam amica disceptatione finire potuerimus, gratulabimur: si autem non potuerimus, inueniet eum exitus iudiciorum qui placuerit deo, secundum causæ ipsius meritum uel domini omnipotentissimi uoluntatem.

Augustinus ad Fortunatum, eiusdem argumenti cum superiore. Epistola CCXXX

Domino beatissimo et uenerabiliter charissimo fratri & consacerdoti Fortunato, & qui tecum sunt fratribus, Augustinus in Domino salutem.

Auentium bene nouit sanctitas tua, qui Paratianensis saltus conductor fuit. Is, cum ab eiusdem possessionis domino, nescio quid sibi metueret, ad Hipponensem cõfugit ecclesiam: & ibi erat ut confugiẽtes solent, expectans quomodo per intercessionem nostrã sua negocia terminaret. Qui ut sæpe fit, per dies singulos minus minusq; sollicitus, & quasi aduersario cessante securus, cum ab amico suo de cœna egrederetur, subito raptus est à Florentino quodam ut dicunt comitis officiali, per armatorum manum quanta eis ad hoc factum sufficere uisa est. Quod cum mihi nunciatum, et adhuc quò uel à quibus raptus fuerit ignoraretur, suspicio tamen esset de illo quem metuens se per ecclesiam tuebatur: continuo misi ad Tribunum qui custodiendo littori constitutus est. Misit militares, nemo potuit reperiri. Sed mane cognouimus & in qua domo fuerit, & quod post gallicãtum cum illo abscesserit qui eum tenuerat. Etiam illuc misi quò dicebatur abductus: ubi memoratus officialis inuentus, concedere presbytero quem miserã noluit, ut eum saltem uideret. Alio die misi literas, petens ut ei concederetur quod iussit in causis talibus imperator, id est ut actis municipalibus interrogarentur qui præcepti fuerint exhibendi, utrum uelint in ea ciuitate sub custodia modera ta triginta dies agere, ut rem suam ordinent uel præparent sumptus: id utiq; existimãs quod per dies ipsos possemus fortasse causam eius amica disceptatione finire. Iam uero cum illo officiali profectus ductus est: sed metus est, ne forte ad consularis perductus officium, malí aliquid patiatur. Habet enim causam cum homine pecuniosissimo, quamuis iudicis integritas fama clarissima prædicetur. Ne quid tamen apud officium pecunia præualeat, peto sanctitatem tuam domine dilectissime & uenerabilis frater, ut honorabili nobisq; charissimo consulari digneris tradere literas meas, & has ei legere: quãuis eandem causam insinuare necessarium non esse arbitratus sum, & eius causæ differat audientiam, quoniam nescio utrum in ea nocens an innocẽs sit. Et quod circa eundẽ leges non seruatæ sunt, ut sic raperetur: neq; ut ab imperatore præceptum est, ad acta municipalia perduceretur interrogãdus, utrum beneficium dilationis uellet accipere, non contemnant, ut per hoc possimus cum eius aduersario rem finire.

Augustinus ad Generosum, ut causam Fauentij cognoscat. Epistola CCXXXI

Domino eximio & merito insigni, honorabili terq; charissimo filio Generoso, Augustinus in Domino salutem.

Aus & prædicatio administrationis tuæ & fama præclara, cum me prodilectione quam tuis meritis beneuolentiæq; debemus plurimum delectaret: nunquam adhuc in aliquo beneficio postulãdo eximietati tuæ mea intercessio extitit onerosa, domine dilectissime et uenerabilis fili. Sed nunc quid in ciuitate in qua ecclesiæ dei seruio factum sit, cum ex literis quas ad uenerabilem fratrem & episcopum meum Fortunatum dedi cognouerit præstantia tua: qua fuerim necessitate compulsus ut petitionem meam ingererem occupatiõibus tuis, tua benignitas peruidebit. Et profecto facies quod non solum integrum, uerum etiam Christianũ iudicem decet: eo circa nos animo, de quo in nomine Christi utique fuerat præsumendum.

Augustinus ad Benenatum, quomodo ecclesiæ negocium tractare debeat. Epist. CCXXXII

Domino beatissimo & uenerabili ac desiderabili fratri Benenato, & qui tecũ sunt fratribus, Augustinus in Domino salutem.

Er quem saluto sanctitatem tuam, de fide eius & bono circa ecclesiam studio gratulamur. Voluit autẽ ad tuã benignitatẽ cum literis meis uenire, domine dilectissime ac uenerabilis frater. Et quoniam audiui quod de negocio illo transigere cogitas, si uerum est: quod miror, si uerum est, nosti quemadmodũ debeas episcopali paternitate catholicæ ecclesiæ prouidere: ut non cum quolibet id agas, si tamen (ut dixi) uerum est quod audiui, sed potius cum domo catholica, cuius non solum nullam aduersitatem, uerum etiam fidele adiutorium habere possit ecclesia.

Augustinus ad Benenatum, pronubum agẽtem Rustici filio. Epistola CCXXXIII

Domino beatissimo & uenerabili fratri & consacerdoti Benenato, & qui tecũ sunt fratribus, Augustinus, & qui mecum sunt fratres in Domino salutem.

Vella de qua mihi scripsit sanctitas tua, in ea uolũtate est, ut si ætas ei iam matura esset, nulli in nuptijs conueniret. In ea uero ætate est, ut si uoluntatem nubendi haberet, nulli adhuc dari uel promitti deberet. Huc accedit, quia eam deus in ecclesia sic tuetur, ut cõtra improbos tueatur: non ut cui uoluero tradi possit, sed ut à quo nõ oportet rapi non possit, domine Benenate dilectissime & uenerabilis frater. Conditio itaq; quam insinuare dignatus es, non mihi displicet si nuptura est. Vtrum autẽ nuptura sit, etsi illud quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ore habet magis optamus, nunc tamen ignoramus: quia in annis his est, ut quòd se dicit uelle esse sanctimonialem, locus sit potius garrientis quàm sponsio professentis. Deinde habet materteram, cuius utr honorabilis frater noster Felix, dum de hac re contulissem cum illo (neque enim possem aliter, uel deberem) nō quidem inuitus accepit, imò etiam gratulatus est: sed iure amicitiæ non importune doluit, quòd eis nihil inde sit scriptum. Fortassis enim quæ nunc non apparet, aparebit & mater, cuius uolūtatem in tradenda filia omnibus, ut arbitror, natura præponit: nisi eadem puella in ea iam ætate fuerit, ut iure licentiori sibi eligat ipsa quod uelit. Illud quoq; cogitet sinceritas tua, quia si mihi de nuptijs eius potestas summa ac tota tribuatur, atq; ipsa quoq; iam matura & nubere uolens, cui uoluero tradendam se deo iudice mihi committat: sic dico, & uerum dico, mihi placere istam conditionem, ut propter deum iudicem non possim respuere meliorem: quæ utrum aduētura sit, utiq; incertum est. Quapropter uidet charitas tua, quanta consideranda concurrant, ut nunc à me cuiquam promitti omnino non possit.

Augustinus ad Rusticum, de puella in connubium eius filio petita. Epistola CCXXXIIII

Domino dilectissimo & merito prædicabili ac suscipiendo filio Rustico, Augustinus in Domino salutem.

Q Vamuis tibi & uniuersæ domui tuæ omnia bona optem, nec tantū ad felicitatem præsentis seculi pertinentia, uerum etiam ad uitam futuram atq; sempiternam, quæ tibi nondum credenda persuasa est: tamen quæ moueāt ut de puella quam petis nihil adhuc audeā polliceri: quātum sufficere uisum est, sancto fratri & coepiscopo meo Benenato rescripsi, domine dilectissime & uenerabilis fili. Si enim tu, cum certissime noueris, etiamsi nostræ absolutæ sit potestatis, quam liber puellam in coniugium tradere, tradi à nobis Christianam nisi Christiano non posse: nihil tamen mihi tale de filio tuo, quem adhuc paganum audio, promittere uoluisti: quāto magis ego, propter illa quæ in epistola memorati fratris mei legere poteris, quicquam de illius puelle connubio spondere non debeo, etiamsi quod dixi de filio tuo non tantū promissum tenerem, sed iam etiam factum esse gauderem?

Augustinus ad Quintianū, reconciliare uolens eum Aurelio episcopo. Epistola CCXXXV

Domino dilectissimo fratri & compresbytero Quintiano, Augustinus in Domino salutem.

N Os non dedignamur aspicere corpora minus pulchra, præsertim cum ipsæ animæ nostræ nondum pulchræ sint, sicut eas futuras speramus, cum ille ineffabiliter pulcher nobis apparuerit, in quem modo non uidētes credimus: tunc enim
1 Io.3 similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est. Quod & tu de anima tua, si libenter & fraterne me accipis, admonemus ut sentias: nec eandem pulchram esse præsumas: sed quemadmodum Apostolus præcipit, in spe gaudeas: Rom.12 & quod sequitur facias. Sic enim dicit, Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Spe enim salui facti sumus: sicut rursus idem ipse dicit, Spes autem quæ uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patiētiam expectamus. Hæc patientia in te non deficiat, & in bona conscientia sustine dominum: & uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Manifestū est quidem, quòd si ad nos uenires, uenerabili episcopo Aurelio non communicans, nec apud nos posses cōmunicare: sed ea charitate nos faceremus, qua & illum facere non dubitamus. Nec ideo tamen onerosus nobis esset aduentus tuus: quia & te oportet æquo animo facere pro ecclesiæ disciplina, præsertim salua conscientia, qua tu nosti & deus. Neq; enim & ille si causam tuam discutiēdam distulit, odio tui fecit, & non necessitatibus suis: quas tu si ita nosses quemadmodum tuam nosti, nec mirareris nec contristareris. Quod etiam de nostris petimus credas, quia similiter eas non potes nosse. Sunt autem maiores nobis & autoritate digniores & loco uiciniores episcopi, per quos facilius possitis ad curam uestram pertinentes ecclesiæ causas exequi. Nec ego tamē tacui apud uenerabilem & debita mihi pro eius meritis honorificentia suscipiēdum fratrem & collegam meum senem Aurelium, tribulationem uestram & querimoniam literarum uestrarum, sed per exemplū epistolæ tuæ, innocentiam tuam ei perferre curaui. Literas autem tuas uel pridie uel ante biduum natalis domini accepi, quando illum insinuasti ad ecclesiam Badesilitanam uenturum, à qua timetis dei plebem conturbari atq; corrūpi. Quapropter per literas quidem alloqui plebem uestram non audeo, rescribere autem eis qui mihi scriberent possem: ultro autem ad plebem scribere quæ dispensationi meæ commissa non est, unde possem? Verum tamen quod tibi uni dico qui mihi scripsisti, per te ipsum perueniat ad eos quibus opus est dicere. Vos ipsi prius nolite in scandalum mittere ecclesiā, legendo in populis scripturas, quas canon ecclesiasticus non recepit: his eñ hæretici, & maxime Manichæi solent imperitas mentes euertere, quos in campo uestro libenter latitare audio. Miror ergo prudentiam tuam, quod me admonueris ut tuleam non recipi eos qui ad nos à uobis ad monasterium ueniunt, ut quod statutum est à nobis in concilio permaneret: & tu non memineris in concilio institutum, quæ sint scripturæ canonicæ, quæ in populo dei legi debeant. Recense ergo concilium, & omnia quæ ibi legeris cōmenda memoriæ: & ibi etiam inuenies, de solis clericis fuisse statutum, non etiam de laicis, ut undecunq;

decunq; uenientes non recipiantur in monasterium. Non quia monasterij facta mentio est: sed quia sic institutum est, ut clericum alienum nemo suscipiat. Recenti autem concilio statutum est, ut de aliquo monasterio qui recesserint uel proiecti fuerint, non fiant alibi clerici aut præpositi monasteriorū. Si ergo de priuatione te ali quid mouit, scias eum à nobis nondum esse susceptum in monasterium: sed causam ipsius ad senem Aurelium misi, ut quod de illo statuerit, hoc faciam. Miror enim utrum iam potest lector deputari, qui nō nisi semel scripturas etiam non canonicas legit. Si enim propterea iam ille lector ecclesiasticus, profecto & illa scriptura ecclesiastica est. Si autem illa scriptura ecclesiastica non est, quisquis eam quamuis in ecclesia legerit, ecclesiasticus lector non est. Tamen de isto aduleſcēte, quod memorato antistiti uisum fuerit, hoc oportet obseruem. Plebs autem Vegesilitana uobiscum nobis in uisceribus Christi charissima, si episcopum in plenario Africæ concilio degradatum fuscipere noluerit, sano capite faciet, & nec cogi potest nec debet. Et quisquis eam uiolenter coegerit, ostendet qualis sit, & qualis ante fuerit, quando de se nihil mali credi uolebat, faciet intelligi. Nullus enim sic proditur qualē causam habuerit, quàm ille qui per seculares potestates uel quaslibet uiolentias, cū perturbatione & querela conatur recipere honorem quem perdidit. Non uult enim uolenti Christo seruire, sed Christianis nolentibus dominari. Frater, cauti estote. Multum astutus est diabolus, sed Christus dei sapientia est.

Augustinus ad Xantippum, exhortans eum ut infamem presbyterū ecclesiastica functione abdicet. Epistola CCXXXVI

Domino beatissimo & uenerabiliter suscipiendo patri & consacerdoti seni Xantippo, Augustinus in Domino salutem.

O Fficio debito meritis tuis, salutās dignationem tuam, tuisq; me orationibus ualde commendans, insinuo prudentiæ tuæ, Habundantiū quendam in fundo Strabonianensi pertinente ad curam uestram, ordinatum fuisse presbyterum. Qui cum non ambularet uias seruorum dei, non bonam famam habere cœperat, qua ego conterritus, non tamen temere aliquid credens, sed plane sollicitior factus, operam dedi, si quo modo possem ad aliqua malæ conuersationis eius certa indicia peruenire. Ac primo comperi, eum pecuniam cuiusdam rusticani diuino apud se commendato interuertisse: ita ut nullam inde posset probabilem reddere rationem. Deinde conuictus atq; confessus est, die ieiunij natalis domini, quo etiam Gippitana ecclesia sicut cæteræ ieiunabant, cum tanquam perrecturus ad ecclesiam suam ualefecisset collegæ suo presbytero Gippitano, hora fermè quinta: & cum secum nullum clericum haberet in eodem fundo A restitisse, & apud quandam malæ famæ mulierem & prādisse & cœnasse, & in una domo mansisse. In huius autem hospitio iam quidam clericus noster Hipponensis remotus erat: & hoc quia iste optime nouerat, negare non potuit. Nam quæ negauit, deo dimisi, iudicans quæ oc cultare permissus non est. Timui ei committere ecclesiam, præsertim inter hæreticorum circum latrantium rabiem constitutam. Et cum me rogaret, ut ad presbyterum fundi Armemanensis in campo Bullensi, unde ad nos deuenerat, causa eius insinuata literas darem, ne quid de illo atrocius suspicaretur, ut illic uiuat si fieri potest sine officio presbyterij correctior, misericordia commotus feci. Hæc autem præcipuæ prudentiæ tuæ intimare oportebat, ne aliqua tibi fallacia subreperet. Audiui autem causam eius, cum centum dies essent ad dominicum paschæ, qui futurus est octauo idus Aprilis. Hoc propter cōcilium insinuare curaui uenerabilitati tuę, quod etiam ipsi non celaui, sed ei fideliter quid instiB tutum esset aperui. Et si intra annum causam suam, si forte sibi aliquid agendum putat agere neglexerit, deinceps eius uocem nemo audiat. Nos autem beatissime domine & uenerabiliter suscipiende pater, si hæc indicia malæ conuersationis clericorum, maxime cum fama non bona eos cœperit comitari, non putauerimus eo modo uindicanda, quo in concilio institutū est: incipimus cogi ea quæ sciri non possunt uelle C discutere, & aut incerta damnare, aut uere incognita præterire. Ego certe presbyterum, & qui die ieiunij quo eiusdem loci etiam ecclesia ieiunabat, ualefaciens collegæ suo eiusdē loci presbytero, apud famosam mulierē, nullum secum clericum habentem, remanere & prandere & cœnare ausus est & in una domo dormire: remouendum ab officio presbyterij arbitratus sum, timens ei deinceps ecclesiam Dei committere. Quod si forte iudicibus ecclesiasticis aliud uidetur, quia sex episcopis causam presbyteri terminare concilio statutum est, committat illi qui uult ecclesiam suæ curæ cōmissam: ego talibus fateor quamlibet plebem cōmittere timeo, præsertim quos nulla bona fama defendit, ut hoc D eis possit ignosci: ne si quid pernicioſius eruperit, languens imputem mihi.

Augustinus ad Celerem, iubens eum literarum sacrarum studio incumbere, ut discat hanc uitam collatione æternæ esse fumum, & Donatistarum secta se abdicet. Epistola CCXXXVII

Domino eximio meritoq; honorabili & dilectissimo filio Celeri, Augustinus.

P Romissi mei & tuæ uoluntatis immemor non sum. Sed quoniam uisitandarum ecclesiarum ad meam pertinētium curam necessitate profectus sum, nec per me ipse debitum continuo reddere potui: me tibi tamen diutius deberi uolui, quod posset & me habente redhiberi. Proinde cha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rissimo filio presbytero Optato delegauí,ut eis horis quas tibi oportuniores uideris,tecum legat ea quæ pollicitus sum: cum totum fieri posse perſenſerit: hoc etiam eximietas tua quàm grate acceperit,tam impigre atq; acriter facere suadebit. Quantum autem te diligam, salubribusq; studijs in rerum diuinarum atq; humanarum cognitione oblectari atque exerceri uelim, credo quòd optime intelligas. Charitatem officij mei si non aspernaris,spero in ipsa fide Christiana & in moribus iam ita constitutæ personæ tuæ congruis,tales te prouectus habiturum,ut huius fumi uel uaporis temporalis,quæ uita humana dicitur,ultimum diem quem nulli mortalium euitare conceditur,uel auidus uel securus uel certe non desperate sollicitus,non in uanita te erroris, sed in soliditate ueritatis expectes. Quàm certum est enim tibi uiuere te,tam sit certum doctrina salutari istam uitam quæ in deliciis temporalibus agitur,in comparatione uitæ æternæ,quæ nobis per Christum atq; in Christo promittitur,non uitam sed mortem esse deputandam. Nullo modo autem dubitauerim de indole tua,quòd ista consuetudine Donatistarũ facillime te extrahes, si religiosissime ipsam Christianã puritatẽ non paruipenderis. Quam inconcussis enim documentorum firmamentis error ille conuincatur, non magnum est etiam tardis ingenio, si tantum patienter aut intente audierint, peruidere. Sed ad sectandam insolitam rectitudinẽ,usitatæ & quasi familiaris peruersitatis uinculum abrumpere,maiorũ uirium est. Et nequaquam desperãdum,adiuuante atq; exhortante ipso domino deo nostro,de generosa libertate,atq; planè uirili pectore tuo. Incolumem te domini dei nostri misericordia tueatur, domine eximie meritoq; honorabilis & dilectissime fili.

A

C

Augustinus ad Castorium, exhortans eum ut Maximiani cedentis episcopatum accipiat,fideliterq; suum agat munus. Epist. CCXXXVIII

Domino merito dilectissimo digneq; honorabili & suscipiendo filio Castorio, Alipius & Augustinus in Domino salutem.

M

Olitus est quidem aduersarius Christianorum, per charissimum atq; dulcissimum filium nostrum fratrem tuum, catholicæ matri,quæ uos in hæreditatem Christi ab exhæredata præcisione fugientes pio sinu suscepit,periculosissimum scandalum commouere: cupiens uidelicet serenitatem gaudij nostri, quæ nobis de bono uestræ conuersionis oborta est,fœda innubilare tristicia. Sed dominus deus noster misericors & miserator,consolans afflictos, nutriens paruulos, curans infirmos,ad hoc eum aliquid posse permisit,ut rem correctam multo amplius lætaremur,quàm dolebamus afflictã. Longe est quippe gloriosius,episcopatus sarcinam propter ecclesiæ uitanda pericula deposuisse,quàm propter regenda gubernacula suscepisse. Ille quippe se honorem si pacis ratio pateretur,digne accipere potuisse demonstrat,qui acceptum non defendit indigne. Voluit ergo deus,etiam per fratrem tuum filium nostrum Maximianum,ostendere inimicis ecclesiæ suæ, esse in uisceribus Christi eius,qui non sua quærant,sed quæ Iesu Christi. Neq; enim illud ministerium dispensationis mysteriorum dei, uicius aliqua seculari cupiditate deseruit,sed pacifica permotus pietate deposuit,ne propter eius honorem fœda & periculosa,aut fortasse etiam pernicio sa in mẽbris Christi dissensio nascereturQuid enim esset cœcius & omni execratione dignius, quàm propter ecclesiæ catholicæ pacem schisma deserere,& ipsam pacem catholicam honoris sui quæstione turbare? Quid enim laudabilius,& Christianæ charitati cõmodatius,quàm derelicta Donatistarum uesana superbia,ita hæreditati Christi cohærere,ut testimonium humilitatis,amore probaretur unitatis? Itaq; quantum ad ipsum attinet, sicut eum gaudemus talem inuctum,ut quod in eius corde diuinus seruo edificauit,nequaquam tempestas huius tentationis euerteret: sic optamus & deprecamur à Domino,ut consequenti uita & moribus suis magis magisq; declaret, quàm bene gesturus fuisset: quod profecto gereret,si hoc oportuisset. Retribuatur ei pax æterna, quæ promissa est ecclesiæ, qui intellexit sibi non expedire quod paci non expediat ecclesiæ. Tu uero fili charissime,non mediocre gaudium nostrum,qui nulla tali necessitate à suscipiendo episcopatu impediris, decet indolem tuam Christo in te dicare quod dedit. Ingenium quippe tuum,prudentia,eloquentia,grauitas,sobrietas, & cæteta quibus ornantur mores tui,dona sunt Dei. Cui melius seruiunt,quàm ei à quo tributa sunt, ut & custodiantur & augeantur,& perficiantur & remunerentur? Non seruiant huic seculo,ne uanescant cum illo atq; dispereant. Non diu tecum in hoc agendum nouimus,quanta facilitate consideres spes inanium hominum, & instabiles cupiditates,& incertam uitam. Abijce igitur ex animo,quicquid terrenæ atq; falsæ felicitatis expectatione conceperat: operare in agro dei,ubi certus est fructus,ubi tam multa tanto ante completa sunt promissa, ut ea quæ restant insanissime desperentur. Obsecramus te per Christi diuinitatem & humanitatẽ,per pacem cœlestis illius ciuitatis,unde peregrinãtes labore temporali æternam requiem comparamus,ut in episcopatu Vaginensis ecclesiæ fratri tuo,non ignominiose cadenti, sed gloriose cedenti succedas. Plebs illa cui per tuam mentem ac linguam donis dei fœcundatam & ornatam uberrima incrementa speramus,in te intelligat fratrem tuum non pro sua desidia,sed pro eius pace fecisse quod fecit. Hæc epistola,manduuimus ut tibi non legeretur,nisi cum te iam tenerens

B

D

tenerent quibus es necessarius. Nos enim te spiritualis amoris uinculo tenemus,quia & nostro collegio multum es necessarius. Cur autẽ etiam corporalem præsentiã non exhibuerimus,postea scies.

A

Augustinus ad Alipium,qua epistola docet non esse spoliandos suis bonis qui ad religionem recipiuntur. Epistola CCXXXIX

Domino beatissimo & uenerabiliter charissimo ac desiderãtissimo fratri & coepiscopo Alipio,& qui tecum sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres in Domino Salutem.

T

Ristitia Thianensis ecclesiæ cor meum conquiescere non permittit,donec eos tecum audiam in pristinum animum restitutos,quod cito faciendum est. Si enim de homine uno tantum sategit Apostolus,dicẽs,Ne maiore tristitia absorbeatur qui eiusmodi est: ubi etiam ait, Vt non possideamur à Satana: non enim ignoramus mentes eius: quanto magis nos oportet uigilanter agere,ne hoc in toto grege plangamus,& maxime in eis qui iam catholicæ paci accesserunt,& quos nullo modo relinquere possum. Sed quia temporis non sinit angustia,ut simul nobis inde diligenter deliberatam liceret eliquare sententiam: quid mihi post digressum nostrum diu cogitanti placuerit, accipiat sanctitas tua, & si tibi quoq; placet,iam literę quas ad eos communi nomine scripsi,sine dilatione mittantur. Dixisti ut dimidium habeant,& alterum dimidium eis à me undecũq; prouideretur. Ego autem puto,quia si totum eis auferretur,esset quod dicerem non de pecunia nos,sed de iustitia tanto pere laborasse. Cum uero dimidium eis concedimus,& eo modo cum eis pacẽ quãdoq; componimus, satis apparebit nostram curam nihil aliud quàm pecuniariã fuisse. Et uides quæ pernicies consequatur. Et illis enim uidebimur alienam rem dimidiam tulisse: & illi uidebuntur nobis inhoneste & inique se passos fuisse ut adiuuarentur de dimidio,quod totum pauperũ fuerat. Nam quod dixisti,cauendũ est ne cum rem dubiam emendari uolumus,maiora uulnera faciamus. Tantundem ualebit,si eis dimidiũ concedatur. Propter ipsum quippe dimidium,illi quorum conuersioni uolumus ut hoc exemplo secum agatur,rerum suarum uenditionem per moras illas excusatorias dilaturi sunt. Deinde mirum si de re dubia est totius plebis tam grande scãdalum,cum episcopos suos quos pro magno habent,sordida auaricia maculatos putãt, dum maligna species non uitatur. Nam cum quisq; ad monasterium cõuertitur,si ueraci corde cõuertitur,illud non cogitat,maxime admonitus quantum malum sit. Si autem fallax est,& sua quærit non quæ Iesu Christi,non habet utique charitatem. Et quid ei prodest si distribuerit omnia sua pauperibus,& tradiderit corpus suũ ut ardeat? Huc accedit,quia illud sicut iam colloquuti sumus,deinceps uitari potest,& agi cum eo qui conuertitur,si non potest admitti ad societatem fratrum antequàm se omnibus illis impedimentis exuerit,& ex ocio tendatur cum eius res esse destiterit. Hæc autem mors infirmorum, & tantum impedimentum salutis eorum,pro quibus tantopere laboramus ut eos catholicæ paci lucremur,aliter uitari non potest: nisi ut apertissime intelligãt,nullo modo nos de pecunia satagere in talibus causis. Quod nullo modo intellecturi sunt,nisi illam rem quam sem per presbyteri esse putauerunt,eorum usibus relinquamus,quia etli eius non erat,hoc ab initio scire debuerant. Videtur itaq; mihi hæc regula esse in rebus huiusce modi retinẽda,ut quicquid eo iure quo talia possidentur,eius fuerit qui alicubi clericus ordinatur,ad eam pertineat ecclesiam in qua ordinatur. Vsq; adeo autem eodem iure presbyteri Honorati est illud unde agitur: ut non solum alibi ordinatus,sed adhuc in Tagastensi monasterio cõstitutus,si re sua non uendita,nec per manifestam donationem in quempiam translata moreretur,nõ nisi hæredes eius in eam succederent,sicut frater Aemilianus in illos triginta solidos fratri Priuato successit. Hæc ergo ante præcauenda sunt. Si autem præcauta nõ fuerint,ea iura eis seruare oportet,quæ talibus habendis uel non habendis secũdum ciuilem societatem sunt instituta,ut ab omni non solum re,sed etiam specie maligna quãtum possumus nos abstineamus,& bonam famã custodiamus,dispensationi nostræ multum necessariam. Quàm uero species maligna sit,aduertat sancta prudentia tua. Excepta illorum tristicia quam experti sumus,ne quid fortè ipse fallerer, sicut fieri solet dum in sententiam meam procliuior erro,narraui causam fratri & collegæ nostro Sansucio,nõdum dicens quod mihi modo uidetur,sed illud potius adiungens quod utriq; nostrum uisum sit,cum illis resisteremus. Vehementer exhorruit,& nobis hoc uisum esse miratus est: nulla re alia permotus,nisi ipsa specie fœda,non nostra,sed cuiuslibet uita ac moribus indignissima. Proinde obsecro te,ut epistolã quã eis cõmuni nomine scripsi,subscriptã non differas mittere. Et si fortè illic illud iustum apertissime peruides,non cogantur infirmi modo discere quod ego nondum intelligo,ut hoc circa eos in hac causa seruetur quod dominus ait: Multa habeo uobis dicere,sed non potestis illa portare modo. Tali quippe infirmitati parcẽs,etiam illud de tributo soluendo ait,Ergo liberi sunt filij. Sed ne scandalizemus eos,& cætera: quãdo Petrũ misit ut didrachmas quæ tunc exigebantur soluerent. Nouerat enim aliud ius quo nihil tale debebat,sed eo iure tributum ei ille soluebat,quo iure diximus hæredem presbyteri Honorati

C

D

1 Cor. 2

1 Thes. 5

Io. 16

Mat. 17

1 Cor. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

norati successurum fuisse,si antequã rem suam
uel donaret uel uenderet moreretur. Quãquam
in ipso ecclesiæ iure Paulus parcit infirmis,&
debitũ stipendiũ non exigit,certus conscientia
quod rectissime exigeret:sed nihil aliud quàm
suspicionem deuitans bonum Christi odorem
turbantem,& ab illa maligna specie sese absti-
nens,in eis regionibus ubi hoc nouerat oporte-
re,& fortè antequàm tristiciam hominum fuis-
set expertus. Sed nos tardiores uel experti cor-
rigamus,quod præuidere debuimus. Postremo
quia omnia timeo,& memini in digressu nostro
quid proposueris,quòd me fratres Tagastenses
teneant debitorem in dimidio illius precij, si
hoc iustum esse liquido perspicis, ea duntaxat
cõditione non abnuo,ut cum habuero reddam:
id est,cum aliquid tantũ obuenerit Hipponensi
monasterio,ubi hoc sine angustia fieri possit:ut
tanta ibi summa detracta,non minus quàm æ-
qualis pro numero cohabitantium pars ad no-
stros perueniat.

Augustinus ad Seuerum, excusans se ei, quòd ipso iubente putarit Timotheum constitutum subdiaconum,atque ob id sibi subducendum. Epistola CCXL

Domino beatissimo & uenerabili & sincerissi-
ma charitate amplectendo fratri & consacer-
doti Seuero,& qui tecum sunt fratribus,Au-
gustinus & fratres qui mecum sunt,
in Domino salutem.

S I dicam quæ me ipsa causa cogit di-
cere,ubi erit sollicitudo charitatis?
Si autem non dicam,ubi erit liber-
tas amicitiæ? Verum tamen fluctu-
ans interim, elegi me purgare potius,quàm te
arguere. Scripsisti te mirari,cum dolore nostro
tolerare uoluisse,quod correctione emẽdari po-
tuisset:quasi non sint dolenda quæ male facta
sunt,etiamsi quantum possunt,postea corrigun
tur: aut non id maxime tolerandum sit, quod
cum manifestum sit perperam factum,fieri non
possit infectum. Delineitaq; mirari frater since-
rissime. Nam ordinatus est apud Subsanam sub
diaconus Timotheus, præter meum consilium
& uoluntatem:cum quid de illo agendum esset,
adhuc inter nostras alternas sententias delibera
tio nutaret. Ecce adhuc doleo,quamuis iam ad
te redierit:in quo nos tuæ uolũtati paruisse non
pœnitet. Audi etiam quid obiurgãdo,quid mo
nendo,quid orãdo correxerimus,& antequàm
hinc esset profectus:ne adhuc propterea uidea-
tur tibi nihil à nobis tunc fuisse correctum,quiá
nondum ad uos ipse redierat. Obiurgando cor-
reximus,primo ipsum qui tibi non obtempera-
uit,ut incõsulto fratre Carcedonio ad tuam san
ctitatem ante proficisceretur,unde origo nostrę
tribulationis exorta est:deinde presbyterum &
Verinum,per quos ut ordinaretur factum esse
comperimus. Cum enim omnes obiurgãtibus
nobis hæc omnia non recte facta confessi sunt,
& ut sibi ignosceretur rogauerunt:nimis super
be ageremus,si non crederemus esse correctos.
Neq; enim agere poterant ut facta non essent:
sed nec nos aliud obiurgando agebamus,nisi ut
se male egisse cognoscerent & dolerent. Mo-
nendo autem correximus, primo omnes,ut de-
inceps talia non auderent,ne iram Dei experi-
rentur:deinde præcipue Timotheum,qui sola
iuratione se cogi dicebat ad tuam pergere chari-
tatem:ut si sanctitas tua,quod fore sperabamus,
considerans quæ simul loquuti fuerimus, pro-
pter infirmorum scandalum pro quibus Chri-
stus mortuus est,& propter ecclesiæ disciplinã
quam periculose negligunt, quoniam hic iam
lector esse cœperat,nolles eum esse tecum:iam
liber à uinculo iurationis, equissimo animo deo
seruiret,cui sumus rationem nostrorum actuum
reddituri. Ipsum quoq; fratrem Carcedonium,
quantum potuimus monendo ad hoc perduxe-
ramus,ut etiam ipse patiẽtissime acciperet quic
quid de illo fieri,conseruandæ ecclesiasticæ di-
sciplinæ prouisio & necessitas cogeret. Oran-
do autem correxeramus nosipsos,ut & guber-
nationes & exitus nostrorum consiliorum mise
ricordiæ dei commendaremus,& si quid indi-
gnationis nos momorderat,sub illius medicina
lem dexteram confugiendo sanaremur. Ecce
quàm multa, partim obiurgando, partim mo-
nendo,partim orando correxeramus. Et nunc
C considerantes uinculum charitatis,ut non pos- 2 Cor.2
sideamur à Satana,non enim ignoramus men-
tes eius:quid aliud facere debuimus nisi obtem
perare uoluntati tuæ,qui non putasti quod fa-
ctum est corrigi potuisse:nisi ipse,in quo tibi in-
iuriam factam esse conquereris,iuri tuo redde-
retur? Hoc etiã frater ipse Carcedonius,quam-
uis non post leuem animi turbationem,de qua
peto ut ores pro illo:tamen Christum in te cogi
tans, æquanimiter fecit. Et cum adhuc ego,u-
trum apud nos remorante Timotheo, alias ad
tuam germanitatem literas mitterem,cogitan-
dum putarem:ueritus est ipse paternam com-
motionem tuam, & præcidit deliberationem
meam, non solum sinens,sed etiam instans,ut
D tibi Timotheus redderetur. Ego autem frater
Seuere,causam meam iudicio tuo dimitto. Cer-
tus sum enim Christum habitare in corde tuo:
per quem te obsecro ut ipsum cõsulas,tuæ men
ti sibi subditæ præsidentem:utrum homo qui in
ecclesia meæ dispensationi credita iam legere
cœperat,& non semel,sed iterum & tertio,a-
pud Subsanam & presbytero Subsanensis ec-
clesiæ comitatus,& apud Turres,& apud Ci-
zan,& apud Verbalis legerat,non fuisse lector
possit aut debeat iudicari. Et sicut nos, quod
postea nobis inuitis factum est,deo iubente cor
reximus:sic & tu quod prius te nesciẽte factum
est,eodem iubente similiter corrige. Neq; enim
uereor

uereor,ne tu parum intelligas quantus aditus
A aperitur ad dissoluendum ordinem ecclesiasti-
cæ disciplinæ:si alterius ecclesiæ clericus cui-
cunq; iurauerit quod ab ipso non sit recessurus,
eum secum esse permittat:ideo se facere affir-
mans,ne autor sit eius periurij:quum profecto
qui hoc non sinet,nec illum apud ipsum rema-
nere permittet,quia de se non de altero iurare
potuit,ipse pacificam regulam sine aliqua repre
hensione custodiat.

Alipius,Augustinus & Samsucius ad Seuerum,scribentes & suam & Timothei causam tuentur. CCXLI

Domino beatissimo & uenerabiliter charissi-
mo & sincerissimo fratri & consacerdoti Seue-
ro,& qui tecum sunt fratribus,Alipius,Augu-
stinus & Samsucius,& qui nobiscum sunt fra-
B tres,in Domino salutem.

C Vm Subsanam uenissemus, & quæ
illic nobis absentibus cõtra nostram
uoluntatem gesta fuerant quærere-
mus:quædam sicut audieramus,quę
dam uero aliter facta,omnia tamen dolenda &
tollenda, quantum Dominus adiuuit partim
obiurgando,partim monendo, partim orando
correximus. Illud sanè quod post tuæ sanctita-
tis profectionem nos plurimum contristauit,
quod inde fratres sine itineris duce dimissi sunt,
petimus ignoscas, & timidius quàm malicio-
sius factum scias. Cum enim putarent eos à fi-
lio nostro Timotheo propterea mitti,ut in nos
maxime charitatem tuam ad iracundiam pro-
C uocarent,uellent autẽ ipsi nostro aduẽtui quem
tecum futurum sperabant omnia integra refer-
uare:putauerunt non eos profecturos,si ducem
itineris non acciperent. Sed tamen peccatum
esse quis dubitet? Hinc etiam factum est, ut &
fossori diceretur iam Timotheum cum ipsis fra
tribus fuisse profectum:quod utiq; falsum erat,
non tamen à presbytero dictum. Et hæc omnia
fratrem Carcedonium penitus ignorasse,nobis
manifestissime declaratum est,quantum ista ma
nifestari solent. Sed quid pluribus immoremur?
Memoratus filius noster Timotheus uehemen
tissime perturbatus,quòd dubietatem tam ino-
pinatam inuitissimus senserit:indicauit nobis,
quod cum ageres cum illo,ut apud Subsanam
D deo seruiret,erupit & iurauit,à te omnino non
recessurum. Cumq; eius uoluntatem requirere-
mus, respondit se hac iuratione impediri, quo
minus ibi esset ubi eum esse etiam antea uoleba-
mus:cum iam præsertim de suæ libertatis mani
festatione securus sit. Cumq; illi aperuissemus,
non eum futurũ periurij reum,si non per ipsum
sed per te fieret,ut propter uitandum scãdalum
tecum esse non posset,quandoquidem non de
tua uoluntate sed de sua iurare potuerit,nec te
sibi uicissim aliquid iurare confessus sit:ad ex-
tremum dixit,quòd seruum dei ecclesiæ filium
dicere oportebat,quicquid nobis cum tua san-
A ctitate de illo fieri placuisset,id se sine dubio se
quuturum. Proinde petimus,& per charitatem
Christi obsecramus prudentiam tuam,ut om-
nium quæ loquuti sumus memineris,& rescri-
ptis tuis nos lætifices. Debemus enim nos fir- Rom.15
miores(si tamen inter tanta tentationum peri-
cula dicere hoc audendum est)sicut ait Aposto
lus,infirmorum onera sustinere. Frater Timo-
theus ideo non scripsit sanctitati tuæ,quia om-
nia quæ gesta sunt sanctus frater tuus significa-
uit. Memor nostri,in Domino glorieris,domi-
ne beatissime & uenerabiliter charissime & sin-
cerissime frater.

Augustinus ad Nouatum,queritur se desistutum amicis,& ijs quorum opera sibi esset opus regendis ecclesiis. Epistola CCXLII

Domino beatissimo & uenerabili ac desiderabi
li fratri & consacerdoti Nouato,& qui tecum
sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt
fratres,in Domino salutem.

E T ego sentio quanẽ durus uidear,
& meipsum uix fero,q filiũ meum
diaconum Lucillum germanũ tuum
sanctitati tuæ non mitto atq; permit
to. Sed cũ ipse quoq; aliquos,ex tuis nutrimen-
tis ualde charissimos atq; dulcissimos,necessita
tibus ecclesiarum longe positarum abs te,con-
cedere cœperis:tunc sentiẽs quibus desiderio-
rum stimulis fodiar,quod quidã mihi maxima
& dulcissima familiaritate coniuncti,non sunt
etiam corporaliter mecum. Nam ut longe mit-
tam cogitationem tuam,quantũlibet ualeat ger
manitas tui sanguinis:non uincit amicitiæ uin-
culum,quo nobis inuicem ego & frater Seue-
rus inhæremus:& tamen nosti quàm raro eum
mihi uidere contingat. Atq; hoc fecit,non utiq;
uolũtas uel mea uel illius:sed dum matris eccle
siæ necessitates, propter futurum seculum,quo
nobiscũ inseparabiliter conuiuemus,nostri tem
poris necessitatibus anteponimus. Quãto ergo
æquius te tolerare oportet, pro utilitate ipsius
matris ecclesiæ eius fratris absentiam:cum quo
non tam diu cibum dominicum ruminas,quam
diu ego cum dulcissimo conciue meo Seuero,
qui mecum tamen nunc uix & interdũ per exi-
D guas chartulas loquitur,& eas quidẽ plures alia
rum curarum & negociorũ refertas,quàm por-
tantes aliquid nostrorum in Christi suauitatem
pratorum? Hic forsitan dicas,Quid enim? Et a-
pud nos germanus meus ecclesiæ nõ erit utilis,
aut propter aliud eum mecum habere desidero?
Plane si tantum tibi,quãtum hic mihi,eius præ-
sentia lucrandis uel regẽdis ouibus domini uti-
lis uideretur,nõ dico duritiam,sed iniquitatem
meam nemo non iure culparet. Sed cum Latina
lingua,cuius inopia in nostris regionibus euan
gelica dispensatio multum laborat,illic autem
eiusdẽ linguæ usus omnino sit:ita ne censes nos
saluti plebium Domini oportere consulere, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc facultatem illic mittamus,& hinc auferamus, ubi eam magno cordis æstu requirimus? Da itaq; ueniam,quòd non solum contra tuum desiderium,sed etiam contra sensum meum facio:quod me facere,sarcinæ nostræ cura constringit. Dabit tibi Dominus, in quo posuisti cor tuum,ut tales sint labores tui,ut pro isto beneficio remunereris:sic enim regionum nostrarum ardentissimæ siti, diaconum Lucillum tu potius concessisti. Neque enim parum præstabis,quum de hac re nulla petitione me ulterius onerabis:ne nihil aliud quàm durior appaream,uenerabili mihi & sanctæ beneuolentiæ tuæ.

TOMI SECVNDI, QVI COMPLECTITVR EPISTOLAS D. AVGVSTINI, ET NONNVLLAS ALIORVM AD IPSVM, FINIS.

BASILEAE
APVD HIER. FROBENIVM
ET NIC. EPISCOPIVM
ANNO M D XL.

Series chartarum,

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
A B C D E F G H I K L M N O P

Omnes terniones,præter O qui est duernio.

CATALOGVS EORVM QVIBVS AVGVSTINVS SCRIPSIT, ET QVI AD ILLVM,

secundum ordinem alphabeti,ubi prior numerus epistolæ est,posterior columnæ.

A

Albinæ epistola 225 columna 872
Albinæ,Piniano,&c. 227 879
Alipio 67.322.et 224.869.& 239.889
Anastasio 144 671
Anonymo 177 789
Antonino 126 639
Apringio 160 722
Armentario & Paulinæ 45 155
Asellico 200 815
Audax Augustino 139 661
Audaci 140 662
Aurelio episcopo 64.313.& 76.342
& 77.343 & 204.834
Auxilio episcopo 75 240

B

Benenato & fratribus 232.233 882
Bonifacio comiti 50 207
& 79.329 & 205.836
Bonifacio episcopo 23 89
Bonifacius Augustino & Augustinus Bonifacio. epistola 182 & aliquot sequentes, à columna 805 usque ad 810

C

Caeciliano 60 308
Caio 84 373
Castorio 238 887
Casulano 86 378
Celeri 210.845 & 237.886
Christino 226 878
Chrysino 83 372
Cirtensibus 130 644
Cœlestino 62.311 & 63.312
Consentio 85.374.& 146.676.& 222.858
Consentius Augustino 221 855
Cornelio 125 637
Cresconio 229 880
Crispino 172.773 & 173.776

D

Dardano 57 269
Deogratiæ 49 191
Deuterio episcopo 74 339
Dioscoro 56 252
Dioscorus Augustino 55 251
Donato proconsuli 127.640.& 128.642
Donato presbytero 204 832
Donatistis 152.694.& 166.753.& 171.771
Dulcitio 61 308

E

Ecdiciæ 199 810
Elpidio 150 689
Emerito 164 745
Eudoxio 81 370
Euodio 99.436.& 100.445.& 101.448
& 102 452
Euodius Augustino 98 435
Eusebio 168.765 & 169.767

F

Fabiolæ 206 819
Felici 219 854
Felici & Hilario 136 654
Felicie uirgini 209 842
Felicitati & Rustico 87 393
Festo 167 762
Florentinæ 132 648
Florentino 228 880
Fortunatiano 111 517
Fortunato & fratribus 230 881

G

Generoso 165.750 & 231.882
Glorio,Eleusio,&c. 162.725.& 163.738

H

Hermogeniano 213 848
Hesychio 78.143 & 80.349
Hesychius Augustino 79 345
Hieronymo 8.36.& 9.39.& 10.43.& 12.58 & 15.63 & 19.69 & 28.97 & 29.110
Hieronymus Augustino 11.45 & 13.59 & 14.60 & 17.68 & 18.69 & 25.95 & 26.95 & 30.119
Hieronymus Alipio & Augustino 24.94.
Hieronymus Marcellino et Anapsychie.26.96
Hilario 89.395 & 94.425
Hilarius Augustino 88 394.
Hipponensi ecclesiæ 137.655 & 138.661 & 215 810
Honorato 120.578.& 161.724.& 180.799

I

Ianuario 68.322.& 118.556.& 119.560

Inno-

Innocentio pontifici 90.414 & 92.420
& 95 426
Innocentius papa Augustino 51.417. & 93.422
& 96.423 & 97.435
Italicæ uiduæ 6.27.& 133.650.& 181.781
Iulianæ Demetriadis matri 143.666

L

LAeto 38 139
Largo 82 372
Licentio 39 143
Longiniano 20.85 & 22.87
Longinianus Augustino 21 86

M

MAcedonio 51.231 & 54.239
Macedonius Augustino 51.230.& 53.238
Madaurensibus 42 148
Marcellino 5.18.& 7.30.& 158.717.& 159.720
Marcellinus Augustino 4 16
Marciano 155 706
Maximæ 141 664
Maximino 203 828
Maximus Madaurensis grammaticus Augusti
no 42 152
Maximo grammatico 44 153
Maximo medico 66 318
Memorio 131 646
Monachis seu sanctimonialibus 109.507

N

NAucelioni 207 845
Nebridio 72.335.& 115.551.& 116.554
& 117.555 & 151.691 & 218.835
Nebridius Augustino 71.334 & 114.551
Nectario 202 823
Nectarius Augustino 201 823
Nouato 242 894

O

OLympio 124.636 & 129.643
Optato 157 708
Orontio 123 636

P

PAlatino 208 841
Pammachio 134 631
Pancario 212 847
Pascentio 174.777 & 175.788
Pascentius comes Augustino 176 789
Paulinus Augustino 58 285
Paulinus & Therasia Augustino 131 120
& 33.126 & 35.130 & 36.133
Paulino 32.122.& 59.293.& 106.476
Paulino & Therasiæ 34.127 & 65.317
Paulinæ 112 525
Paulo consacerdoti 206 851
Peregrino 220 854
Possidio 73 328
Præsidio 16 68
Probæ 121.617 & 156.707
Probæ & Iulianæ 179 798
Proculiano 147 683
Profuturo 149 688
Publicola Augustino 153 700
Publicolæ 154 702

Q

QVintiano 103.458 & 235.883

R

REstituto 69 319
Romaniano 115 550
Romulo 211 845
Rustico 87.393 & 274.883

S

SEbastiano 145 675
Seleucianæ 108 504
Seuerino 170 769
Seuero 153.652. & 240.891
Seuerus Augustino 37 137
Siluano ac cæteris synodi Mileuitanæ patri/
bus 93 422
Siluanus cæteriq; episcopi de concilio Cirtensi
Augustino 152 694
Sixto presbytero 104.458 & 105.460

T

THeodoro episcopo 223 868

V

VAlentino 46.160 & 47.163
Valerio 148 686
Victoriano 122 630
Victorino 217 852
Vincentio 48 146
Vitali 107 492
Volusiano 15 & 37
Volusianus Augustino 2 5


X

XAntippo 236 885

Z

ZEnobio 214 849

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca